Tutor adminiſtrans non confectis ſolemnibus, vt ſuſpectus remouetur, & quidem in iudicijs, vot 81. num 4. & 5.

Tutor litigans non impletis ſolemnibus facit iudicium nullum, idem ſi inuentarium non feciſſet. vot 81. num 6. & 7.

Tutor conueniri non poteſt pro pupillo, ſi ſolemnia non impleuerit, voto 81. numero octauo.

Tutor tenetur ex parte ſua implere, alias iudicium nullum redditur, vot. 81. num. 9.

Tutor conuentus pro pupillo tenetur de ſolemnibus docere, vot. 81. num. 11.

Tutor non exhibens ſolemnia pro tutore, non habetur. vot. 81. num. 12.

Tutor cogi poteſt ad implendum, antequam ſit quærulatus de ſuſpecto, voto 81. numero 16.

Tutor perſeuerans in contumacia non implendi ſolemnia præpoſita poſtulatione, ſuſpecti in eius loco tutor alius datur, vot. 81. numer. 16.

Tutor dilatans inuentarium facere cogi poterit captis pignoribus, vot. 81. num. 18.

Tutor qui non fecit ſolemnia, an remoueri poſſit à limine iudicij, etiam quod fecerit vtilia pupilli, & acta ualerent ad fauorem pupilli, vot. 81. num 20.

Tutor alius dabitur exiſtente matre in mora acceptandi, vot. 81. num 21.

Tutores plures pupilli omnes citari debent, vot. 24. num. 26.

Tutores tenentur ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore limitatur in tutore teſtamentario, vot. 24. num. 54.

Tutor bonam non malam cauſam defendere tenetur, vot. 24. num. 34.

Tutores dicuntur, quaſi tuitores, ſeu defenſores, vot. 75. num 46.

Tutores cogi poſſunt, etiam captis pignoribus, vt adimpleant, & ſic deciſum per Mag. Cur. vot. 81. num. 15.

Tutoris officiun eſt indefenſum pupillum non relinquere, vot. 75. num. 47.

Tutrices nequeunt iudicium pupillare ſuſcipere, vot. 24. num, 2.

Tutrix inuentarium non faciens in dolo præſumitur, vot. 11. num. 51.

Tutrix, ſi non renuntiat, præſumitur ex errore Notarij, vot. 11. num. 67.

Tutrix hæreditatem pupilli delatam adire poteſt vot. 11. num. 75.

Tutrix mater comparens pro pupillo, licet de tutela, & inuentario non docuerit, excuſatur, vot. 24. num. 32.

V

VAliſia, an erit aperienda per hoſpitem in conſignatione illius cauponi, vot. 37. num. 7.

Valiſia, quando fuerit cõſignata hoſpiti à caupone, ut ſibi conſignata fuit hoſpes, nil habet, de quo conqueri poſſit, uot. 37. num. 8.

Vanæ uoces Populi non ſunt exaudiendæ, & quare redditur ratio, uot. 21. num. 84.

Variatio denegatur poſt ius alteri quæſitum, vot. 44. num. 54.

Variatio pupillis tantum conceditur, non autem adultis, atquè puberibus, vot. 66. nu. 26.

Variatio an & quando admittatur data obligatione plurium bonorum, vot. 68. num. 34.

Variatio in exequendo, an debeat admitti in iudicio aſſiſtentiæ, vot. 76. num. 37.

Variatio creditori conceditur, donec ei ſatisfactum fuerit, vot. 76. num. 38.

Variatio in modo agendi in iudicijs ordinarijs, aliquando conceditur, vot. 76. num. 43.

Variationi locus, quando erit, vot. 44. num. 44.

Vaſa argentea, an ueniant in legato vſusfructus omnium bonorum, refertur deciſio, vot. 57. num 48.

Vaxalli nequeunt prorogare iuriſdictionem ſuorum dominorum, vot. 84. num. 149.

Vaxallus Regis eſt homo Regis, vot. 93. numer. 14.

Vaxallus liberto æquiparatur, quia tenetur domino, ſicut libertus patrono, vot. 93. numer 15.

Vaxallus uicem domino reddere debet, quia inuicem obligantur, vot. 93. num. 16.

Vbi poſuit os Iudex ſuperior, inferior non ſe vot. 79. num. 46.

Vbi maius periculum cautius eſt agendum, vot. 100. num. 8.

Vectigal non ſoluitur à natis, ſi ui ventorum nauis applicuiſſet in aliquo loco incidenter, vot. 27. num 13.

Velleani renuntiatio, an in generali renuntiatione contineatur, vot. 97. num. 107.

Vendens herbam, & paſculum paſtoribus pro animalibus, aut fœnum habet tacitam hypothecam in eis, cum prælatione, & ea retinere poterit, vot. 13. num 15.

Vendens nomen debitoris tenetur illud verum facere non exigibile, ſecus ſi inſolutum datũ fuerit, vot. 91. num. 86.

Vendicatio iniuriæ facta Officiali ſpectat ad Regem, vot. 77. num. 59.

Venditio bonorum ſpetialiter obligatorum fit vigore ſententiæ, vot. 76. num. 51.

Venditio bonorum fit debitore exiſtente carcerato, vot. 84. num 431.

Venditio bonorum, cur impediri non debeat exiſtente carcerato debitore, vot. 84. numer. 434.

Vendicta fieri debet per eundem Officialem iniuriatum quando intuitu Officij fit, voto 77. num. 52.

Venditor feni pro alimentis animalium præfertur, vot. 13. num. 4.

Venditori non erit credendum in iure cõgrui ſi citra fraudem uicini vendidit, vot. 23. numer. 50.

Venditor uendendo uidetur acquiſiuiſſe poſſeſſionem prius, vot. 74. num. 102.

Venditor dando fideiuſſores de euictione, an cenſeatur liberatus à prima obligatione, vot. 83. num. 34.

Venia peccantibus, nedum ſepties, ſed ſeptuaties ſepties vot. 21. num. 44.

Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi, vot. 21. num. 89.

Verba illa inſtrumenti titius confeſſus eſt recepiſſe

Digitized by Google

piſſe centum probant confeſſionem non numerationem, vot.2. num.12.

Verba Conſtit. hoſtici ponderantur, qualiter procedant in allegatione exceptionis per principalem, uel per alium, ideſt abſentia, vel per Procuratorem, vot 20. num. 47.

Verba illa utilia facere & inutilia prætermittere debent in inſtrumento tutelæ apponi, vot.24. num. 57

Verba enuntiatiua, quoad tertium non probant, & pro non ſcripta habentur, etiam ſi iuramento ſint firmata, vot.46 n.21. & 22.

Verba enuntiatiue propter aliud emiſſi non inducunt diſpoſitionem, ſed tantum faciunt præſumptionem ad fauorem tertij abſentis, vot.46 num.23. & 24.

Verba enuntiatiua non inducunt probationem maximè inter alias partes. vot 46. nu.25.

Verba enuntiatiua, quando transferunt onus probandi in alium, vot. 46. num. 27.

Verba enuntiatiua, quando probauent inter eaſdem partes, & qualiter intelligatur, vot. 46. num.28.

Verba enuntiatiua probant contra enunciantes, vot.46. num.6.

Verba enuntiatiua, ſemiplenè probant, maximè quando eſſent iurata, & quando hoc admictatur, & quomodo, vot. 46. numer. 3. 4. & 5.

Verbum ſatisfacere in iure, qualiter accipiatur, vot.46. num.7.

Verba ſunt improbanda, ut ſeruetur uoluntas teſtatoris, vot.56. num.10.

Verbera reputantur atrox iniuria, voto 96. num.20.

Verba male concepta aduerſus uotum Iudicis importat iniuriam, vot.59. num. 12.

Verba illa conſignando pagando. quid importent, vot.84. num.270.

Verba illa, cum ſacco parata, quid denotet, vot. 84. num.391.

Verba illa paratam executionem habere, quid denotent, in Conſ. num. 58.

Verba tex. auth. Sacramentum, C. quæ. mul. tul. offic. fun. poteſt, ponderatur, vot. 14. num.38.

Verba ipſo iure, ipſoquè facto importat ſententiam latam, vot.14. num.9.

Verbum priuetur, intelligitur per ſententiam vot.14. num.39.

Verbum gaudere, quid ſignificet, vot.72. numer.9.

Verbum gaudere eſt, ſiuè ad gaudimentum eſt motus, quidam incertus reſpiciens fauorem legatarij, vot.72: num.10.

Verbum gaudere in contractibus appoſitum ipſius naturam intuetur, vot. 72. numero vndecimo.

Verum dicere ſufficit in omni iuramento ſecundum conſcientiam, vot. 17. num. 14.

Via executiua pro legato agi prohibetur, vot. 57. num. 17.

Via executiua contra tertium non procedit, vot.84. num.344.

Vicino intereſt locum, ſibi contiguum habere, vot.7. num.38.

Vicino, quam extraneo, cur potius res vendi poſſit, vot.7. num.39.

Vicino, quãdo poſſit fructus retrahere ut fraus euitetur, vot.7: num.42.

Vicinus, nedum conſanguineos obtinet ius cõgrui, & præfertur, quæ omnia debent concurrere, vot.7. num.5.

Victor, tunc petere poteſt expenſas litis quãdo illæ uenirent iure actionis, vot. 28. numer.32.

Victus uictori, ut in expenſis condemnetur, qualiter intelligatur, vot.28. num 17.

Vidua dicitur illa, quæ uirum non habet, uel inutilem, vot.14. num.16.

Vidua dicitur, quæ cum uiro diuortium fecit, vot.14. num.17.

Vidua dicitur eſſe in matrimonio, vot. 14. numer.25.

Vidua gaudet priuilegio uiro, immò eius dignitate, vot.14 num.26.

Vidua retinet priuilegia, dignitates, honores, & familiam uiri domicilium, & Ciuitatem. vot.14. num.28.

Vidua tutelam filiorum habet, vot.14. nu.29.

Vidua de libera fit ſubdita uiro ob ſecunda vota contracta, & quo iure, vot.14. nu.30.

Vidua, tandiu gaudet iuribus uiri, quandiu non nubit, vot.14. num.31.

Vidua legataria ſunt ueloces occupando bona viri, antequam hæres adeat, nec per hoc puniuntur, & ſic deciſum, vot. 57. num.6.

Vigilantibus, & non dormientibus iura ſubueniunt, vot. 6. num.62.

Vindicta remiſſa cenſetur per uirum, ſi poſt adulterium ſe coniunxerint, vot.57. num.8.

Violentia non dicitur, ſi non interuenit reſiſtentia, vot.52. num.5.

Violentia exigitur in ſtupro uiolento facta in perſonam, vot.52. num.12.

Violentia ceſſat, quando interceſſerit conſuetudo, cum ſtupratore, vot.53. num.9.

Violentia in Virgine ſtuprata, ſemper præſumitur interueniſſe, vot.53. num.21.

Violentia ex continuata habitatione in Virgine ſtuprata, non aliter purgata, ſed aucta cenſetur, vot.53. num.24.

Vis fieri dicitur mulieri ſtupratæ, dum ipſa magno clamore auxilium implorat, vot.52. num.4.

Vis temporis limitati eſt, ut eo elapſo contra- riam

riam contineat diſpoſitionem, vot. 25. numer.98.

Vir habet utilem actionem, necdū ſoluto matrimonio pro conſecutione dotis, vot. 48.n.62.

Vir plures uxores eodem tempore habens pœna mortis affici debet, & ſic decisum, voto 21. num.114.

Virgo præſumitur mulier tempore ſtupri, vot. 53. num.13.

Virgo ſtuprata ſufficit eſſe à principio honeſta, vot.53. num.20.

Viri inferunt, uim mulieribus non uerſatur, & in dubio uoluntas uiri præſumitur præcedere, vot.53. num.23.

Vir tacito nomine uxoris contrahens, an uideatur ius quæſitum uxori exiſtente ſtatuto, quod omnia bona communicari debeat inter eos vot.82. num.29.

Vir lucratur dotem ob adulterium uxoris, vot. 58. num.11.

Vita præterita lapſus erit in conſideratione habendus, vot.21. num 99.

Vitium ſubreptionis tollitur, quando per partem fuiſſet habita relatio ad inſtrumentum, & Epiſcopus in habilitatione pariter ad illud ſe referret. vot.89. num.96.

Vitiatur in contractu, id quod excedit, & ſic deciſum, vot.10.num.33.

Vitium pro natura inoleuit, vot.21. num.63.

Vitium rei poſſeſſorem concomitatur, voto 40. num.3.

Vno electo alteri renuntiari uidetur, voto 44. num.43.

Voces eorum, quorum non intereſt, non ſunt exaudiendæ, vot 22. num.30.

Vociferatio mulieris eſt maximum inditium ad probandum delictum ſtupri, vot.52.numer.9.

Volens aliquem uulnerare, & alterum uulnerauerit, ita vt mors ſequatur puniri debeat, vot.58. num.10.

Voluntas teſtatoris, aliquando non ſeruatur, vot.24. num.45.

Voluntas teſtatoris lex eſt, vot.56. num.1.

Voluntas teſtatoris pro lege ſeruatur, vot. 56. num.2.

Voluntas teſtatoris, tanquam Regina in ultimis uoluntatibus dominatur, vot.56.num.3.

Voluntas teſtatoris pedetentim, & tenaciter ſeruanda, quam uti uenator leporem exequi debemus, vot.56. num 4.

Voluntas teſtatoris ſequi debet, vot.56.nu.6.

Voluntas teſtatoris per ſubtilitates non erit ſubuertenda, vot.56. num.9.

Voluntas teſtatoris ubi eſſent dubia non attenditur, ut ab ea recedatur, vot.56. num.11.

Voluntas teſtatoris erit ſeruanda in forma ſpecifica, vot.56. num.12.

Voluntas teſtatoris ea præſumitur, quæ de iure eſſe debet. vot.56. num.15.

Voluntas teſtatoris eatenus debet adimpleri, quatenus poſſit, vot.56. num.18.

Voluntates ultimæ conſeruari natura monemur. vot.56. num.5.

Voluntati teſtatoris, tunc ſtatur, quando legi non reſiſtit. vot 56. num 25.

Voluntas teſtatoris in omnibus ſeruanda, ne inutilis reddatur, vot.56. num.7.

Votum Iudicis ſcriptum in proceſſu non tenet, niſi poſt illud ſententia firmetur, vot.1. num.48. & 49.

Votum Iudicis non ſubſcriptum in notitiam peruenire non poteſt, ab, quo ſubſcriptione, vot 59. num.8.

Votum Iudicis ſubſcriptum in proceſſu non extenſum per aduentum ſucceſſoris inualiditatur, vot.59. num.10.

Votum relictum ab Officiali de proximo diſceſſuro extra Regnum in deciſione cauſæ non erit aperiendum. ſed comburrendum, vot.59. num.11.

Vox Populi uox Dei, uot 21. num.86.

Vſura omni iure prohibita. uot 10. num 3.

Vſura in mutuo regulariter cadit, vot.10.n.4.

Vſura debetur omni iure pro intereſſe paſſo, vot.10. num.24.

Vſura exiſtimatur aliquid recipiendo ob dilatam ſolutionem, uot 44.num.55.

Vſura uſurarum non licet exigere, uot.44.numer.56.

Vſura eſt fructus pecuniæ mutuatæ uot.72.numer.26.

Vſura ex mora debentur, & ſic pluries deciſum, uot.10. num.12.

Vſura ex ſtipulatione debentur, uot.10. nu.13.

Vſura, ac uſusfructus ſemel mora commiſſæ perpetuò debentur, uot.10. num.15.

Vſura in legatis, & fideicommiſſis pure relictis non ueniunt, niſi à die, quo hæres fuit in mora, uel per litis conteſtationem, uel per interpellationes, uot.61. num.25.

Vſura à die moræ debentur ſtante interpellatione, uot.61. num.29.

Vſura non debentur ex actu ficto mutui, uot. 9. num.72.

Vſura in ſtipulatione deducta, ſi ſunt promiſſæ debentur, uot.9. num.73. & 78.

Vſura pacto nudo peti nequeunt, uot.9.nu.74.

Vſurarum curſus, quando incipiat, uot.10.numer.14.

Vſusfructuaria omnium bonorum, an poterit inſtare, ut uendantur bona ob æs alienum, dum integrum uſumfructum eorum prætenderet, uot 45. num.13.

Vſufructuaria non tenetur ſoluere æs alienum, uot.45. num.11.

Vſu-

Vſuſructuarius omnium bonorum, an teneatur ad ſolutendum æs alienum, vot.45. nu.2.
Vſufructuarius babet cuſtodiam, vot.51. numer. 5.
Vſufructuarius, an agit actione furti, & loco domini agit, & conuenitur, vot.51.nu.14.
Vſufructuarius bonorum cautionem præſtare tenetur, vot.57. num.51.
Vſufructuarius bonorum inuentarium tenetur facere, vot.57. num.52.
Vſufructuarius non poteſt propria auctoritate poſſeſſionem rei cuius ſibi vſusfructus debetur capere, ſi occupatus ab alio reperiatur, vot.57. num.85.
Vſufructuarius, ſi impendit, repetit expenſas, vot.72. num.5.
Vſufructuarius non eſt dominus, vot.72.nu.6.
Vſufructuarius nequit percipere fructus bonorum alieri obligatorum, vot.75. num.54.
Vſusfructus bonorum filij ex peculio aduentitio debitorum cedere debet in beneficium creditoris patris, vot.29. num.16.
Vſusfructus protocollorum in ſpetie relinqui poteſt, vot.45. num.4.
Vſusfructus protocollorum non competit, voto 45. num.8.
Vſusfructus librorum non datur, vot.45.nu.9.
Vſusfructus eſt proprietas penes Eccleſiam, vot.51. num.16.
Vſusfructus integer legatus plenus, & liber operatur licentiam fuiſſe datum appribendendi rem legatam, vot.57. num. 76.
Vtilitas publica priuatæ præfertur, voto 54. num.29.
Vulgatum venetorum dictum, vbi inſtrumentum non cantat, nec ego cantabo, vot.4 numer.37.
Vulgatum prouerbium non benè conueniunt, nec in vna ſede morātur Maieſtas, & amor. vot.25. num.29.
Vulnera non dantur ad menſuram, voto 96. num.27.
Vulnera plura eodem tempore, vel vnico inſtrumento babente plures punitus pro vnico reputantur, vot.96. num.34.
Vulnerans aliquem morſu, qua pœna puniri debeat, vot.86. num.13.
Vulnerans aliquem in Regno duplicem pœnam ſubſtinebit, vot.96. num. 48. & contraria opinio qualiter procedat, num.49.
Vulnerans non babet ſtateram in manu, voto 96. num.51
Vulnerans ſecundum qualitatem vulneris punitur, vot.96. num.56.
Vulnerare licitum erit pro defenſione ſuæ perſonæ, maximè ad euitandum iniuriam perſonalem, ſimiliter & vulnerare, & deciſio, refertur per Mag. Cur. Vic. vot.58. nu.11.
Vulnerare, licet ad defenſam, vot 96. nu. 48.
Vulnus expectare non debemus, vot.66.nu.59.
Vulneſculum laue non dicitur vulnus, voto 50. num.18.
Vulnuſculum non venit appellatiòne vulneris, vot.96. num.54.
Vxor filij defuncti, an patrem conuenire poſſit pro antefato eius vita durante, voto 4. num.11.
Vxor, ſibi ſatisfieri poteſt pro ſuis dotibus ſuper bonis uiri per eam poſſeſſis, vot.4.numer.12.
Vxor agens pro reſtitutione dotis poterit contra fundum experiri non ad alia bona, voto 4. num 55.
Vxor relicta vſufructuaria omnium bonorum an percipiat vſumfructum ex emolumentis protocollorum, vot.45. num.1.
Vxor legataria pro dote, & legato facto à viro habet retentionem, & immiſſionem, vot. 57 num.56.
Vxor acquirit actionem ex ſtipulatione Notarij pro confectione ſoluto matrimonio, vot. 98.num.63.
Vxor ſoluto matrimonio agit contra hæredes viri in dote, vel ad cedendum iura, vot. 48. num.64.
Vxor in ſubſidium agit ad rem æſtimatam in dotem datam, vot.74. num.49.
Vxor pretium rerum æſtimatarum conſequitur ab hæredibus viri, etiam ſi inſtrumento promiſſum ſit bona reſtitui, ſeu quantitas pecuniæ, vot.74. num.67. & 68.
Vxor accuſari poteſt ciuiliter de adulterio commiſſo in vita mariti ab eius hæredibus, voto 98. num.24.
Vxor excuſatur, ſi commiſerit adulterium ob cauſam uiri, vot.98. num 9.
Vxor aufugiens à uiro, ſi incontinenti reuertatur, non dicitur diuertiſſe, vot.10.nu.34.
Animaduerti debet in aſſidua delinquentes, vot.21. num.27.

FINIS.

ADMODVM ILLVSTRIS, ET REVERENDISSIMAE DOMINE.

Ex mandato dominationis ſuę Reuerendiſſimæ vidi hoc opus, cui nomen eſt, Vota centum forenſia, clariſſimi, & eruditiſſimi viri V. I. D. Domini Ioannis Baptiſtę de Thoro, & illud Typis mandari poſſe cenſeo, cum nil contra fidem, vel contra bonos mores contineat, &c. Neapoli die 2. Decembris M. DC. XXIX.

Dominationis ſuæ admodum Ill. & Reu.[me]

Seruus àdditiſſimus.
Io: Viucentius Iuuenis Cimilarcha, & Can. Dep.

Imprimatur,

Alexander Ruſſus Canon. Locumtenens.

VOTA

Digitized by Google

133.E.12.

VOTA FORENSIA DECISIVA
CIVILIA, CRIMINALIA, ET MIXTA
IOAN. BAPTISTAE DE THORO
I. C. NEAPOLITANI,

Olim in diuerſis Regni Tribunalibus Iudicis, ac Conſultoris munere functi,

Iuxta cauſarum emergentiam excerpta, recollecta, & deciſa.

SVMMARIVM.

1 *SEntentiæ, forma non ſeruata, vel redacta in formam ſcripturæ ſubſtantiæ manu Iudicum, ſeù maioris partis non valent.*

2 *Sententia in ſcriptis redigi debent etiã vbi ſine figura Iudicij procederetur, & nu. 3.*

4 *Iudicis perſona in ſententijs in plurali, vel ſingulari apponi debet.*

5 *Iudicis nomen proprium, & dignitatis debet in ſententijs poni.*

6 *Sententiæ an validæ ſint abſq; Iudicis nomine, ſi per Curiam promulgari contingiſset.*

7 *Iudex cum ſucceſſore vnus eſt magiſtratus.*

8 *Succeſſor cum prædeceſsore eſt eadem perſona ratione officij.*

9 *Lecta lata an ſit de perfectione ſententiæ.*

10 *Omiſſio lecta lata, an vitiet ſententiam.*

11 *Succeſſor ſupplet defectum prædeceſsoris in ſententijs.*

12 *Actuarius in ſententijs proferendis vt teſtis interuenit.*

13 *Actuarij fides ſufficit ad probationem promulgationis ſententiæ.*

14 *Sententia legi debet pro Tribunali.*

15 *Iudex ſedere debet, & non ſtare in promulgatione ſententiæ.*

16 *Sententiæ non lecta Iudice pro Tribunali ſedente ſunt nullæ, & ſubſcriptio Iudicis non habet vim ſententiæ, nam non eſt de forma, ſed conditio.*

17 *Sententiæ promulgatio ore proprio Iudicis facienda, & quid quando eſsent plures Iudices, nu. 18.*

19 *Iudex quando ore proprio ſententiam legere non tenetur.*

20 *Iudex poteſt mandare, vt ſententia per Actuarium legatur.*

21 *Sententias per Actuarios legi ex conſuetudine receptum eſt.*

22 *Iudex poſt recitationem ſententiæ ore proprio dicere debet, ita pronuntio.*

23 *Sententias per Actuarios legendas Flandriæ & Neap. obſeruari videmus.*

24 *Inſtrumentorum lectio per Fiſci patronũ olim fiebat.*

25 *Sententia comprobatur per Actuarios ex verbis illis, lecta lata, & publicata.*

26 *Sententiæ ſine lecta lata an valeant, deciſio affertur in ſententia ſubſcripta tantũ.*

27 *Lectio ſententiarum cur coram Iudice fieri debeat.*

28 *Succeſſor prædeceſſoris ſententiam interpetrari non poteſt.*

29 *Sententia lata per alium Iudicem, quam per Iudicem delegatum non valet.*

30 *Sententia lata ab eo, qui patiebatur aliquem defectum iuriſdictionis non valet.*

31 *Iuriſdictio ceſſat prolata ſententia ſimiliter, & per officij depoſitionem, nu.32.*

33 *Officialis per depoſitionem officij non dicitur amplius officialis.*

34 *Officialis finito officio non poteſt fidem facere de geſtis in officio.*

35 *Iudex finito officio, vti priuata perſona iudicat.*

36 *Iudex nulliter procedẽs, vt priuatus agit, vbi limitatur in modico.*

37 *Actus iuriſdictionis geritur quando Iudex pro Tribunali ſedet.*

38 *Iudex primus an ſecũdus faciat litem ſuã, ſi vnus male ſententiauit, & alius confirmauerit, nec fuerit appellatum.*

39 *Pœna tenet ſuos auctores.*

40 *Sententia exequi debet ab eo Iudice, qui eã tulit, non ab alio.*

41 *Sententiæ non ſunt proferendæ in fine officij, nam præcipitanter latę dicuntur.*

42 *Sententiæ præcipitanter latæ ſunt nullæ.*

43 *Sententia lata in fine officij ab Officiali, vt complaceret, vel cancellat proceſſus, nullius ſunt roboris.*

44 *Sententiæ non ſunt præcipitanter ferendæ.*

45 *Sententia nulla non eſt ſententia.*

46 *Sententia nulla non meretur exequutionẽ.*

47 *Sententiæ abſque die latæ non valent.*

48 *Votum Iudicis ſcriptum in proceſſu non tenet niſi poſt illud ſententia formetur, num.49.*

50 *Sententia lata ſi non apparet lecta, licet in Archiuio reperiatur, non habet vim ſententiæ.*

51 *Sollemnitates Iudiciorum in Regno ſunt ſublatæ, non tamen ſententiarum.*

52 *Succeſſor de iuſtitia ſententiæ prædeceſſoris an poſſit agnoſcere.*

53 *Succeſſor de nullitate ſententiæ prædeceſſoris cognoſcere poteſt.*

54 *Sententiæ prolatæ à Iudice incompetente, vel contra ius, vel pretio conualidari non poſſunt.*

55 *Sententiæ nullæ de quorum iuſtitia liquet, confirmari poſſunt.*

56 *Sententia antequam declaretur deſerta de odore erit prius agnoſcendum.*

57 *Exequutio ſentẽtiæ non eſt concedenda, niſi de odore, ac bono iure ipſius agnoſcatur.*

58 *Ordinarius Iudex poteſt ſententiam nullã reuocare.*

59 *Sententia nulla declarata, nil aliud agendum quam de nouo iudicare etiam ex eiſdem actis. nu.60.*

61 *Sententia nulla ex defectu omnium actorum confirmari non poteſt, ſed nulla declarari.*

62 *Sententia ex breuitate temporis prolata eſt nulla.*

63 *Iudex ſubrogatus alteri Iudici coram quo fuit cauſa inſtructa poterit ſtatim cauſam expedire abſque noua dilatione.*

64 *Iudex ordinarius poteſt confirmare, & reformare ſententiam ipſo iure nullam.*

65 *Iudex poteſt ferre ſententiam ſecundam etiam contrariam primæ, quando prima fuerit iniuſta vel nulla.*

66 *Iudex nulliter iudicans, non propterea eius iuriſdictio extinguitur.*

67 *Sententia nulla poſtmodum confirmata cenſetur vnica tantum ſententia.*

68 *Sentẽtia nulla ex defectu lectæ latæ poteſt confirmari.*

69 *Sententia ſine lecta lata potius inualida quam nulla dicitur.*

70 *Cautela pro Iudice volente prædeceſſoris acta confirmare traditur.*

ARGVMENTVM.

Sententia lata per Iudicem prædeceſſorem, non tamen lecta eo pro Tribunali ſedente, an poſſit per Actuarios legi coram ſucceſſore pro Tribunali ſedente, parte deuicta oppugnante, & de nullitate opponente.

Deo Trino, & Vno honor ſit, & gloria.

VOTVM I.

PRIMA die, qua ingreſſum feci ad Regium Tribunal Ciuitatis Monopolitanæ, vti illius Regius Iudex pro Tribunali conſedens, fuerunt propoſitæ inter cætera legi aliquæ ſententiæ latæ per meum prædeceſſorem in vltimo tempore ſui officij, non tamen lectæ, nec poblicatæ ab Actuario ordinario, & aduerſus illas ſe oppoſuerunt partes deuictę, inſtando illas non legi vti inualidas, & nullas, neque legi potuiſſe coram ſucceſſore, quamuis eſſent in ſcriptis redactæ, & eiuſdem prædeceſſoris manu firmatæ, nam tempora adhuc non largiebantur, ſed iterum potius de earum iuſtitia, & promulga-

mulgatione agendum coram ſucceſſore,
ex eo quia non erat neceſſe appellare à ſē-
tentia nulla, Bart.& alij in l.ſi expreſſim ff.
de appell. Gargiar.patroc.61.nu.12.par.1.
& dum de hoc valdè diſceptatum eſſet, du-
bitari contingit, quid de iure viſum fuerit
decerni; licet autem pro victoribus dicere-
1 tur, eatenus ſententias corruere, quatenus
non fuiſſet in eis forma ſeruata, vel reda-
ctæ in formam ſcripturæ ſubſtantiæ manu
omnium Iudicum, vel maioris partis, vt te-
ſtatur Præſ.de Franch.deciſ.185.nu.2 at cū
2 in talibus ſententijs cōſpiceretur, formam
fuiſſe ſeruatam, meritò corruere non vide-
retur, & forma ipſa de iure requiſita ea eſſe
cernitur, dum in ſcriptis redactæ erāt, iuxta
iuris diſpoſitionem, ad tex. in l.1. vbi om-
nes DD.C.de ſent.ex peric.recit.Canoniſtæ
in cap.Albericus de teſt. Bonaccur.in ſua
praxi rub.de imped.execut.& cauſ.null.nu.
16. vbi Alex. de Tremol. verſ.ſine ſcriptis,
Bauer.in ſing.verb.ſententia num.15, Alex.
Stiatic. in praxi iudic. cap.23.nu.21. Gon-
zal.Xuarez in praxi eccleſ.tom.1. in 11.tē-
pore nu.12. & 13. Afflict.in conſt.ab omni-
bus num.1.Marant.in ſpecul.par.6.num.57
Marcell.Calà de modo articul. §.1. gloſ.3.
3 nu.78. vbi id ampliat etiam vbi procedere-
tur ſine figura iudicij, & hæc eſt communis
opinio, de qua teſtatur Viuius in eius ſylua
opin. 720.

4 Secundo, ex quo in ſententijs perſona Iu-
dicis vel in plurali, vel in ſingulari apponi-
tur, Papienſ.in eius praxi in forma ſenten-
tiæ interloc.ſuper incomp.gloſ.2.ſub nu.1.
5 eo quod nomen Iudicis continere debent,
Marant. vbi ſupra nu.53.& 96. hoc eſt no-
men dignitatis, & poſtmodum nomen pro-
prium, tradit Vant.de nullit. rub.de nullit.
ex defect. proceſſ. num.86. licet hodie ſola
ſubſcriptio nominis, & cognominis, vel co-
gnominis tantum ſufficiat, dum ipſæ ſentē-
6 tiæ proferuntur nomine Curiæ alicuius, ſiue
Tribunalis, & abſq; Iudicis nomine adhuc
ſententiæ validæ eſſent, ſi ſolum per Curiā
promulgari contingiſſet, iuxta deciſa per
Guid.Pap.deciſ.451. quod ſanè in diffiniti-
uis hoc militare non videtur in praxi re-
ceptum, ſed cum tales ſententiæ ſint à Iu-
dice ſubſcribendæ, & ſubſignandæ, Monter.
deciſ.12.num.28.Polid.Ripa obſeruat.352.
nu. 1. & 2. quæ cum adhuc firmatæ cerne-
bantur manu Iudicis, vtique validę iudicari
debebant, & parum referret, ſi ab eo lectæ
7 non fuiſſent, cùm talis actus ſuppleri pote-
rat per ſucceſſorē, quia vnus eſt magiſtra-
tus, vt dixit Bald.in l.2. C.de ſent.ex peric.
8 recit. num.7.& ſucceſſor cum prædeceſſore
eſt eadem perſona reſpectu officij, Caran.
ritu 310. num.4 Milan. deciſ.Sicil.2.lib. 1.
num.27. cum ſeq. vbi plura ad propoſitum
tradit, nec proinde vis facienda erat in
clauſula non adiecta in illis per Actuarium
9 lecta lata, cum talia verba non ſint de per-
fectione ſententiæ, Alex.conſ.90.nu.4.vol.
4. Marta de clauſul. par.1. clauſ.217. nu.2.
nec de ſollemnitate legis, ita quod eorum
omiſſio non vitiaret ſententiā, vt poſt Vant.
vbi ſupra num.88. & alios relatos per Mu-
ſcatell.in praxi S.C.lib.1.gloſ.condemnan-
10 do nu.19. quæ omnia vt dixi ſuppleri po-
terant per ſucceſſorem, arg.tex.in l.4.C.de
11 accuſ. ibi apud eundem, vel ſucceſſorē eius
more iudiciorum tractabitur, ibi Gloſ.in
verb. more ſubdit, ideſt prout iura requi-
runt, quod eſt lectura ſententiarū pro Tri-
bunali ſedendo, d. l. 1. C.de ſent. ex peric.
12 recit. de quo fidem facit Actuarius, qui vt
teſtis interuenit, cuius ſubſcriptio teſtimo-
nium appellatur, Afflict.deciſ.146.num.14.
13 quod ſufficeret ad probationem promul-
gationis ſententiæ, ita probat Hugo Celſ.
in tract.clauſul. in clauſ.ſententiarum verſ.
ſententialiter promulgata, Viuius in d.ſyl-
ua d.opin.720.nu.10.

Sed ijs minimè refragantibus ex aduer
ſo pro victis dicebatur, non tantum ſuffice-
14 re ſententiam eſſe latam, & in ſcriptis re-
dactam, atque ſubſcriptam manu Iudicis,
vt dictum eſt, ſed neceſſe erat ipſarum le-
ctio eo pro Tribunali ſedente, vt diſpoſitū
eſt de iure in §. ſedebunt auth. de Iudicib.
Bonacc. vbi ſupra, & ibi Alex. de Tremol.
ver.& non ſedente, Caſſan.in conſuet. Bur-
gund.tit.des iuſtic.§.6.verſ meſſiers ſergēs
nu.72. Io. Baptiſta Aſin. in ſua praxi iudic.
§.3.cap.20.num.3.Iodoc.in praxi ciuil.cap.
219.nu.1.Marant.in d.ſpecul.& par.6.num.
55.optimè poſt Vant.in d.tract.& tit. num.
84.Pancirol.in praxi ciuil. iuſtic.§.3.verſ.in
in primis ſedere, vbi Aug.Fauſt.in addit.fol.
287.Afflict.in conſt.Ab omnibus num.3.vbi
15 rationem allegat, quare ſedere debet, & nō
ſtare Iudex, quem ſequitur Fuſc. in ſing.27.
lit.S. Conſil.Anna in conſ.61. nu.60.& ſeq.
& Scappa de iure non ſcripto lib.3.cap.82.
16 nu. 6. ac cum non fuerant lectæ Iudice pro
Tribunali ſedente, vtique nullę dicebantur,
ita Bal. in d.l.1. num.4. Vant. vbi ſupra nu.
84. nec vis facienda erat in ſubſcriptione,
quia dicta ſubſcriptio vim ſententiæ non
habet, quia non eſt forma ſententię, ſed cō-
ditio ſine qua non, Polid. Ripa vbi ſupra
num.3.& 4. hinc eſt, quod ſcriptura quam
habet Iudex ante formatam ſententiā, non
eſt ſententia, ſed prima quædam diſpoſitio

Google

ad ſententiã, l.2.C.de ſent.ex peric.recit.&
ſic aliquando iudicatum ex Carroc.firmat
Ripa in tract.de actis in mort.artic. cap.9.
num.35.vnde ſententia magis conſideratur
ratione formæ quam materiæ, Mantic.de
tacit.& ambig.lib.5.tit.5.num.9.

Imo benè à iure pariter requirebatur
17 promulgationem ſentẽtiæ ore proprio ip-
ſius Iudicis faciendam fore, d.l.1. vbi Ang.
Bal.Salic.Alb.& alij, Iodoc.vbi ſupra nu.1.
Vant.vbi ſupra nu.85. Amad.Iuſtin.de ſyn-
dic.ſub nu.158. verſ.item tenetur il primo,
Paris de ſynd. verb.aſſeſſor ſub nu.27. verſ.
an aſſeſſor, Carau.in ritu 288. nu.26.& 27.
vbi dixit eſſe diuerſum in Mag.Cur.& Reg.
Audientijs, Fuſc.ibidem, vbi ad rem noſtrã
dixit ſubiungendo, & maximè in alijs Ter-
ris, & Caſtris vbi Iudex eſt in capite debet
ferri ſententia ore ſuo, nec obſtat ſi al-
legaretur conſuetudo in contrarium,quia
eſſet difficillimæ probationis, quod adeo
verum eſt, nam ſi plures eſſent Iudices, li-
cet ab vno ſententia legatur,cęteri expreſ-
sè dicere debent conſentire tali prolationi,
Iaffred.deciſ.18.cent.1.Iodoc.ibidem nu.2.
18 & conſequenter talis lectio per alium, quã
19 per Iudicem fieri non poſſet, niſi lecta ſen-
tentia Iudex diceret, ſcribe Notarie, quod
ita Ego pronuntio, declaro, & condemno,
inquit Afflict. ibi ſub nu. 2. adhuc tamen,
quia in contrarium ſe habet cõmunis ob-
ſeruantia, vt non legantur per Iudices, ex
Marant. probat Auguſt.Fauſt. ad Pancirol.
in praxi ciuil.iud.par.3.fol.188.ſed per No-
tarios,ſiue Actuarios legantur nam Iudice
20 mandante ſententia per Actuarium pro-
nuntiari poteſt, Anton.Fab. in eius Codice
lib.3.tit.11.defin.1.num.2.Peregrin.dec.Pa-
21 tan.136.nu.17.ſic de conſuetudine ſeruari,
vt per Actuarios legantur, ex Claro probat
Bonacoſſ.inter commun.opin. lib.7.tit.de
22 re iudic. nu.64.adeo ꝙ recitante Notario
debet poſt recitationẽ ore proprio dicere
ita pronũtio,probat Grat.diſcept.forẽſ. c.
23 843.nu.21. prout Flandriæ obſeruari teſta-
tur Iodoc. loco cit. nu.4. ac etiã in noſtro
Regno,de quo teſtificantur Marant. ibi nu.
56. Afflict.vbi ſupra, Carau.ritu 288.nu.26.
& 27. nouiſſimè poſt Fuſcum Muſcatell. in
d.praxi S.C.lib.1.par.9.gloſ.condemnando
num.23.quemadmodum in ſimili idem pro-
bat Carau.vbi ſupra ſub num.3. verſ.hodie
vero de liquidationibus inſtrumentorum
24 faciendis, vt lectio, quæ fieri debuerat per
Fiſci Patronum Curia pro Tribunali ſedẽ-
te ex diſpoſitione dicti Ritus hodie fit per
Actuarios, qui eorum teſtimonio compro-
25 batur lectam eſſe ſententiam per illa ver-
ba, lecta lata &c. vt ſupra dixi, & ſimiliter
publicatam, Puteus deciſ.357. lib.2.& ideo
cum in talibus ſententijs clauſula illa non
reperiatur appoſita, certè nullæ, & inuali-
dæ redditantur, vt poſt Annam ſingul.473.
Muſcatell.vbi ſupra num.20.& ſic ſe habet
communis opinio, de qua idem Viuius te-
ſtificatur num. 7. & ſeq. loco prꝋallegato,
& iudicatum tradit Mediolani,Ripa vbi ſu-
26 pra,non fuiſſe validam ſententiam ſubſcri-
ptam manu Iudicis, non tamen lectam, vt
moris eſt.

Nec proinde iuuari poterat noua lectio
illarum coram ſucceſſore Iudice per eundẽ
Actuarium, etenim negari non poterat, di-
uerſam eſſe perſonam à prædeceſſore, qui
27 ideo eo ſedente legere tenebatur, vt accu-
ratiùs ſententiã intelligeret, nec eius ani-
mus alibi vagare potuiſſet, vt ſententiæ pa-
reret, ſi benè, vel malè pronuntiauerit, ad
hoc vt correctionis locus eſſet,quemadmo-
dum ipſimet DD. teſtificantur, quod ſanè
alienum eſſe videbatur à ſucceſſore, & hac
ratione perpenſa concludit Bal. in d.l.1.nu.
28 7. non poſſe ſucceſſorem ſententiam præ-
deceſſoris interpetrari, vltra qđ ſi ab alio
Iudice ſententia lecta fuiſſet,quam à ſentẽ-
tiam proferente, non erit à nullitatis vitio
29 aliena, eo quia ſententia lata per alium
Iudicem, quam per Iudicem maximè dele-
gatum non valet, Io. de Deo in ſuo opuſc.
Aduoc.Doct.lib.7.cap.1.num.4.præterea
hoc idem comprobari videtur, quod tradit
Vant. in d.tract.rub.de nullit. ex defect. iu-
riſd.num.133.quod ſententia lata contra
30 aliquem tempore quo Iudex naturaliter,
ſiue accidentaliter patiebatur aliquem de-
fectum iuriſdictionis impeditiuum,non va-
let, eo magis ſi iuriſdictio fuiſſet extincta,
31 vt in caſu noſtro, eo quia nedum ſenten-
tiando iuriſdictio ceſſat, quia tunc Iudex
functus eſt officio ſuo ſententiando,l.Iudex
32 ff.de re iud.Franch.dec.398.nu.2.ſed etiam
per officij depoſitionem, quo caſu non am-
33 plius Officialis dici poterat,Camp.in cap.
vt inter ſubiectos num.39. taliter quod ne-
quiret de geſtis tempore ſuæ adminiſtra-
34 tionis poſt officij depoſitionem fidem face-
re, vt poſt Mohed.deciſ.1.de arbit. in fine
teſtatur Præſ. de Franch. deciſ.185.vbi nu.
35 6.cenſuit,quod Iudex finito officio iudica-
ret vt priuata perſona, & ſimiliter ſi nulli-
36 ter proceſſerit, vti priuatus ageret,non vt
Iudex, ita Mareſcott.var.reſol.lib.2.cap.6.
num.5. & ſucceſſiuè ſpoliare diceretur,Ca-
ualer. deciſ.Rom.524.nu.5. niſi eſſet cauſa
modica, ita ſtaterur eius informationi,
Marant. d.ſpecul. par.4.d.9.num.190. adeò
quod

Digitized by Google

quod cum amplius per officij depoſitionẽ
37 pro Tribunali ſedere non poſſet, quoniam
tunc actus iuriſdictionis geritur, teſte Mar-
ta in tract. de Magiſt. Vrb. cap. 2. nu. 51. &
ſucceſſiue ſententias roborare per illarum
promulgationem, ita pariter nec eius ſuc-
ceſſor, ne videatur illas approbare, poſtquã
contingere poſſet per illas aliquem graua-
re, & pro illis in ſyndicatu teneri, at cum
per ſucceſſorem ita confirmarentur, ipſe
teneri videtur ex ijs, quæ notanter dixit
ad propoſitum Bal. in cap. 1. §. Iudices nu. 8.
38 de pac. iurament. firm. dum quęrit, ſi Iudex
primus, vel ſecundus faciat litem ſuam, ſi
vnus male ſententiauit, & alius confirma-
uit, nec fuit appellatum, & concludit, Iudi-
cem confirmantem teneri, vnde iuſtum erit
39 pœnas teneri ſuos auctores, l. ſancimus C.
de pœn. & iure etiam probatum eſt, ſentē-
40 tiam exequi ab illo Iudice, qui eam tulit, &
non ab alio, Cornaz. deciſ. 141. nu. 4.

Accedat prædictis alia euidens nullitas,
41 dum tales ſententię præcipitãter latæ fue-
rant in fine eius officij, audito aduentu ſuc-
ceſſoris in Ciuitate, ita in terminis loqui-
tur Gratian deciſ. March. 144. num. 18. nam
42 ipſo iure ſunt nullæ, Doct. in l. prolatam C.
de ſent. & interl. omn. iud. Franc. Perſonal.
q. 7. n. 1. vbi plures citat Anchar. q. 6. par. 2.
n. 14. Merlin. dec. 89. nu. 4. quo enim caſu vt
egregiè probat ex mente Parid. Camp. in
43 cap. item ſi quæ nu. 6. nullius roboris red-
duntur, pręſertim dum loquitur de Officia-
li, qui in fine officij vt parti gratificaret,
profert ſentētiam, vel cancellat proceſſus,
quod facere nõ poſſet in præiudicium Rei-
publicæ, partis, & ſucceſſoris, non ſeruando
44 debitum ordinem, ſicque dũm ita præcipi-
tanter latę fuerãt, nullæ iudicabuntur, And.
Gail. in tract. de arreſt. cap. 1. nu. 12. & ſeq.
Caualer. deciſ. 135. num. 2. Caſtill. deciſ. Si-
cil. 71. num. 4. non enim dici poſſunt ponde-
45 ratę, Amat. deciſ. 48. num. 14. ideo ſententĩa
nulla, non eſt ſententia, Viuius deciſ. 53. nu.
46 7. nec meretur exequutionem, idem deciſ.
47 304. num. 5. quia de iure non ſunt præcipi-
tandæ, idem deciſ. 32. num. 9. eoque magis,
quia neque dies in ſe habebant, quos con-
tinere debẽt, quando proferuntur, ita Alb.
Galeot. in ſua Margar. cap. 24. nu. 12.

Ex quibus omnibus apparebat, tales ſen-
tentias in ſe nullas eſſe, & potius votum Iu-
dicis demonſtrare, dum in forma ſententia-
rum cum omnibus requiſitis de iure reda-
ctæ non fuerant, & proinde de illis nullam
rationem habendam, quemadmodum ita
concludendo, & decidendo refert Præſ. de
48 Franch. d. deciſ. 185. de voto Iudicis reper-
to ſuper proceſſu ſcripto, non aliter in for-
49 ma redacto, hoc eſt, vt poſt illud ſententia
in ſcriptis formetur, & legatur, l. 1. C. de
ſent. ex peric. recit. Camill. de Medic. conſ.
51. num. 55. vbi num. 56. ſubdit, quod etiam
50 ſi lata eſſet ſententia, nec appareret fuiſſe
lectam ſententialiter, licet reperiretur in
Archiuio, vim ſententiæ non haberet, ita &
in iſtis ſentētijs poſtquam ſi bene ex diſpo-
51 ſitione cap. deteſtantes ſollemnitates iudi-
ciorum ſunt ſublatæ, non tamen ſollemni-
tates ſententiarum, ſingulariter Fuſc. vbi
ſupra in fine, quinimo in hac ambiguitate
ſic animo ſuggerẽte arbitrabar, & ſi de iu-
52 ſtitia ſententiæ ſucceſſori agnoſcere non
ſit permiſſum, ad tex. in l. ſi prætor ff. de iu-
53 dic. adhuc tamen de nullitate illius cogno-
ſcere non prohibetur, ita Bal. in l. ſi accuſa-
toribus num. 9. C. de accuſat. & præſuppo-
ſita tali nullitate non aliter procedente,
54 quia à non competenti Iudice prolatę fue-
rant, vel contra ius ſcriptum, vel pretio ve-
nali, quo caſu conualidari non poterant,
iuxta dictum Innoc. in cap. 1. de confirm.
vtil. vel inutil. quem ſequitur decidendo
Guid. Pap. deciſ. 293. ſed ex defectu ordinis
non ſeruati, quamuis de iuſtitia clarè appa-
rebant promulgatæ, quia erant ſententiæ aſ
55 ſiſtentiarum, & hoc caſu ſententię etiam
nullæ, dum de iuſtitia liquet cõfirmari poſ-
ſunt, Anna alleg. 93. num. 7. aut ſi de iuſtitia
non liqueret, ſemper ante promulgationem
nullitatis de illius odore agnoſcendũ erit,
56 quemadmodum antequam ſentẽtia decla-
retur deſerta, refert Muſcatell. in d. praxi
lib. 2. gloſ. proſequendum nu. 105. & Franc.
Hieron. de Leo deciſ. Valent. 107. imo nec
57 exequutio cõcedenda erat, niſi guſtato de
bono iure ſententiæ, & ita pluries deciſum
refert Seraph. deciſ. 988. num. 4. deciſ. 1098.
nu. 11. deciſ. 1255. nu. 3. deciſ. 1259. num. 1.
& deciſ. 620. num. 1. & præſuppoſito quod
58 etiam ordinarius Iudex poterit ſẽtentiam
nullam reuocare, ita Alex. Trentacinq. var.
reſol. tom. 2. tit. de iudic. reſol. 11. num. 12.
verſ. prima eſt, vel reformare, maximè ſi
proceſſus erit validus, Bertaz. conſ. ciuil. 66.
nu. 27. cum alijs adductis per Guttier. can.
59 qq. lib. 2. c. 2. nu. 2. propterea ſententia etiã
nulla declarata, nil aliud eſt faciendum,
quam de nouo iudicare, inquit poſt Amat.
dec. Ancon. 66. n. 11. Præſ. de Frãch. dec. 261.
nu. 10. quod probari videtur in l. cum quæ-
rebatur, vbi Gloſ. in verb. non poſſe, & ibi
Doct. ff. de re iudic. & melius in l. ſi expreſ-
ſim, vbi Gloſ. in verbo ab initio ff. de ap-
pell. quam ſequitur Alber. Galeot. vbi ſupra
60 nu. 23. & hoc potiſſimum ex eiſdem actis,

quod etſi ordinario Iudici vetitum non ſit,
prout teſtatur Galeot.ibi,& poſt eum Ma-
rant. d.ſpecul. par.4.d.5.nu.51. multo for-
tius ſucceſſori,ex allegatis, eo magis, quia
non agebatur de nullitate reſpiciente om-
61 nia acta, quo caſu nullo modo confirmari
poterat,ſed omnino nulla declarari, ita ex
Crau.& Ruginell. probat Amat. deciſ.Fer-
rar.19.nu.25.ſed ex lectura tantum non fa-
cta coram eodem Iudice ſucceſſore, ita
62 quod licet ſententia ipſa ex breuitate tem-
poris prolata ſit nulla,quia pręſumitur ſine
cauſæ cognitione lata, d.l. prolatam, nihi-
63 lominus Iudex ſubrogatus alteri Iudici,co-
ram quo fuerit cauſa inſtructa, poterit ſta-
tim cauſam expedire abſque noua dila-
tione,dummodo interceſſerit tantum tem-
pus, vt veriſimiliter inſtrui potuerit, licet
non plenè, & ſic deciſum teſtatur Mareſc.
64 variar.reſol. lib.2.cap.115. & ſic Iudex or-
dinatius poteſt confirmare, & reformare
ſententias ipſo iure nullas, Borgn. dec.25.
nu.29 p.1.Iacob.Concennat.lib.1.q.2.vnde
benè omnibus ruminatis ſuſpenſa lectura
ipſarum ſententiarum decreui ex integro
monitis partibus ex eiſdem actis procedi
ad promulgationem ſententiæ de nouo,die
23.menſis Decembris 1623. in cauſa Iaco-
bi Experti, cum Franciſco Antonio Paulo,
& Antonio de Mizzo filiorum quondam Ia-
cobi, & cum Nardo Antonio Conſtantino
eorum Tutore,penès Ayetam Actuarium
Cum igitur deinde monitis partibus, ac in
eorũ iuribus auditis viſum fuerit mihi ſen-
tentias de iuſtitia proceſſiſſe, quia de aſſi-
ſtentijs tractabatur, fuerunt alię latæ ſen-
tentiæ confirmatoriæ illarum, & ſic omni-
bus ſatisfactum.Ad corroborationem præ-
miſſorum, imo & fortius conſiderabam ex
mente Bal.in l.fin.nu.3. C.de ſent.quæ ſine
cert.quant.& Felyn.in cap. inter Monaſte-
rium limit.6.de re iud.probat Gratian. di-
65 ſcept.forenſ.cap.103. num.12. quod Iudex
poteſt ferre ſecundam ſententiam etiam
contrariam primæ, quando prima fuerit
nulla, aut notoriè iniuſta, ſequitur Amat.
vbi ſupra, Gratian.diſcept.forenſ.cap.531.
66 num.70.& 71. ex eo quod Iudex licet nul-
liter iudicet,non propterea eius iuriſdictio
dicitur expirata, Maſtrill.deciſ.241.nu.58.
nam illã retractare poteſt, Gonzal.Xuarez
d.loco nu.5. & 6. & conſequenter ſucceſſor
qui ſupplere poteſt ea,quę prędeceſſor ſuus
facere poſſit, ex Bal. in l. mortuo Iudice ff.
de iud.ſubdit ibi Milan.num.30.ſubdens ex
eodem Bal.in l.edictum ff.de iud.dummodo
præcedat noua citatio partis, eo maximè
quãdo ipſa de nullitate oppoſuiſſet,quoniã
tunc confirmari non poterat, Caualer.dec.
563. nu.3. ſed potius de nouo ſententiare,
ſecus ſi non fuiſſet oppoſitum,vt ibi per eũ,
67 adeo quod tunc ipſa ſententia nulla,& po-
ſtea confirmata cenſetur vna tantum ſen-
tentia, quæ eſt illa,quæ confirmat,& prima
in totum corruit,& confirmatio valebit ex
nunc,non ex tunc, Caſtill. deciſ.109.nu.14.
68 vbi alia plura cõgerit, quapropter ſenten-
tia nulla ob defectum lectæ latæ poteſt cõ-
firmari, ſi iuſtè lata ſit, vtputa ſi non fue-
rit lecta, ita punctualiter Hieron. de Lau-
69 rent. deciſ.Auen.68.num.4.& ſentẽtia ſine
lecta lata potius inualida cenſetur cum nõ
valeat, ex Socc.probat Anna ſing.473.ſicq;
70 traditur pro cautela, quãdo renouatur Iu-
dex in Tribunali,vt fiat productio quædam
omnium actorum celebratorum corã præ-
cedenti Iudice, ſecundum Bart. in l.2.nu.6.
C.de eden. Bonac. in tract. caut. lit.I.verſ.
cautela quando renouatur fol.45.ater.

SVMMARIVM.

1 *Nulla maior probatio,quam oris confeſſio.*
2 *Confeſſio verificatur etiam ex apoca.*
3 *Apoca trino teſte notata probat.*
4 *Contumax pro confeſſo habetur.*
5 *Contumax ſi comparet,non per hoc diceretur non confeſſus.*
6 *In confeſſum non ſunt partes Iudicis, niſi in condemnando.*
7 *Exceptio nõ numerata pecunia intra biennium opponi debet.*
8 *Exceptio non numerata pecunia cur debet opponi.*
9 *Iuramentum habet tacitam conditionem, ſi ſequatur numeratio.*
10 *Confeſſio de recepto habet tacitam conditionem, ſi ſequatur numeratio.*
11 *Confeſſio de receptione cenſus non operatur, niſi probetur vera numeratio.*
12 *Verba inſtrumenti, Titius confeſſus eſt recepiſſe centum, probãt confeſſionem, non numerationem.*
13 *Obligationes penès acta habent paratam exequutionem.*
14 *Exceptio non numerata pecunia aduerſus obligationes admictuntur, & ſic deciſum.*
15 *Inſtrumenta liquida habẽt paratam exequutionem.*
16 *Exequutio non numerata pecunia etiam contra inſtrumenta opponi poteſt, & ſic deciſum.*
17 *Exceptio non numerata pecunia aduerſus literas cambij,quæ paratam habent exequutionem opponi poteſt.*

18 *Apoca*

18 *Apoca banci exequutionem paratam habent in Regno.*

19 *Exceptio non numerata pecunia aduerſus apocas bancarias an opponi poſſit.*

20 *Statutum excludens omnes exceptiones, nõ excludit exceptionem non numerata pecunia.*

21 *Exceptioni non numerata pecunia an renunciari poſſit.*

22 *Renuncians cum iuramento, prauia abſolutione opponit de exceptione non numerata pecunia.*

22 *Exceptio non numerata pecunia, an contra priuatas ſcripturas opponi poſſit, & num. 32.*

23 *Probatio per teſtes aſſerentes non interueniſſe pecuniam, oppoſita exceptione non numerata pecunia erit ſufficiens.*

24 *Onus probandi numerationem, transfertur in creditorem.*

25 *Exceptio non numerata pecunia eo ipſo, quod fuerit oppoſita, dicitur probata.*

26 *Actus numerationis verus non probatur data rei negatione.*

27 *Numeratio probatur ex verbis receptionis, & ſimiliter probatio ſolutionis, qua fit per confeſſionem non minus eſt, quam ſi per teſtes, vel inſtrumenta fieret.*

28 *Debitor, & creditor ad paria indicantur vti correlatiui.*

29 *Confitens habere pecuniam an poſſit talem exceptionem non numerata pecunia opponere.*

30 *Exceptio non numerata pecunia ſufficit, vt obijciatur per confeſſum ſub ſpe futura numerationis.*

31 *Confeſſio facta in inſtrumento per verba receptiſſe à tali, & per teſtes probatum nõ interueniſſe pecuniam, non excludit exceptionẽ non numerata pecunia, & qualiter procedat, nu. 33.*

34 *Exceptio non numerata pecunia non competit, quando confeſſio non fuit facta in apoca, ſed per teſtes probatur.*

35 *Alia eſt confeſſio, alia numeratio, ideo non probatur numeratio per confeſſionem.*

36 *Probatio per confeſſionem numerationis in omnibus contractibus admictitur, excepto in mutuo.*

37 *Exceptio nõ numerata pecunia elapſo biennio non admictitur.*

38 *Numeratio ex ſimplici confeſſione de recepto an probetur contra exceptionem non numerata pecunia, & qua vtilitas ex hoc reſultet.*

39 *Confitens confeſſionem euadere poſſet probando contrarium.*

40 *Confeſſio facta in ſcriptura manu propria facta quid operetur.*

41 *Confeſſio facta in ſcriptura manu propria debitoris, quam probationem faciat.*

42 *Exceptio non numerata pecunia an opponi poſſit ex tacita confeſſione, dicendo ſcripturam eſſe ſua manus.*

43 *Numeratio probatur etiam ex cõiecturis.*

44 *Tex. in l. qui pecuniam ff. ſi cert. pet. expenditur.*

ARGVMENTVM.

Exceptio non numeratæ pecuniæ oppoſita infra biennium aduerſus apocam de recepto, non aliter probata numeratione, an ſuffragetur cõuento, vt liberationi locus ſit.

Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

VOTVM II.

CONVENTO Io. Thoma Cimino de Monopoli à Frãciſco Cirullo de Priano ſuper recognitione cuiuſdam apocæ de recepto certæ pecuniæ inde ad certũ tempus reſtituẽdæ ſuæ manus propriæ ſubſcriptæ, cum teſtibus, & authentica Notarij munitæ, factiſq; debitis præceptis ſuper recognitione, vt cõſuetum eſt, vt ad condemnationem deueniri potuiſſet, fuit per ipsũ conuentum oppoſita exceptio non numeratæ pecuniæ, quam probare nixus fuit per eoſdem teſtes in apoca deſcriptos, qui deponebant vidiſſe apocam ſcribi, & ſubſcribi per ipſum Io. Thomam, & coram eis authenticatam à Notario, & cõſignatam dicto Franciſco in quodam ſero, qui reſponderat dicto Io. Thomæ, craſtina die nos videbimus, nec aliter vidiſſe pecuniam illam numerari, ex quo ipſe conuentus ſatagebat abſolui; ex aduerſo producebatur apoca ipſius conuenti, in qua confitebatur recepiſſe pecuniam, cuius tenor erat, videlicet. *Io Gio. Tomaſo Cimino con la preſente dico hauer riceuuto da Franceſco di Priano Cirullo ducati cinquanta, quali io predetto Gio. Tomaſo mi obligo reſtituireli à detto Franceſco per tutto Settembre proſſimo venturo, e per eſſer la verità l'hò fatto la preſente di mia propria mano, e ſottoſcritta dell'infraſcritti teſtimonij, in Monopoli li 7. di Marzo 1623. Io Gio. Tomaſo Cimino*
1 *manu propria &c.* & ſic nulla maior probatio quam oris confeſſio, ad tex. in l. cum

te-

te C.de probat. cum alijs congeſtis per Simeon. Barboſ. in ſuo opuſc. Princ. & loc. commun. lit.C.num.40. fol.110. quæ ſiquidem
2 cōfeſſio ex dicta apoca verificari cernebatur, eo maximè ſi fuerit comprobata, prout ex Bart.in l.nuda C.de donat.& DD. in l.admonēdi ff.de iureiur. probat nouiſſimè Alexius in tract.de confeſſ.c.7.in princ.
3 ſed multo magis,ſi talis apoca fuerit ſollēnizata, iuxta legis determinationē, nempè trino teſte notata, ex l. ſcripturas, vbi oēs C. qui pot. in pign. cum alijs nouiſſimè recollectis per Nicol.Genuam in ſuo tract.de priuat.ſcript. lib.1.quæſt.4.num.205.vbi in ſeq.numero probat, eam eſſe recognoſcendam à teſtibus interuenientibus in illo actu ſcribendi, quo caſu pleniſſimè probaret, ſicuti in citato caſu noſtro obſeruatum fuerat,accedat etiam confeſſio tacita ob contumaciam contracta dum fuerat ter monitus pro recognitione apocæ, nec aliter cō-
4 parere auſus fuerat, & ſic pro confeſſo habitus, ita Troy.in ritu 120.num.1.quia pro recognita habetur.Boer.deciſ.295.num.19. Franch.deciſ.502. ſingulariter fertur deciſum Galliæ in arreſto 205.item in eodem fol.207.ater.in ſtilu parlam.vbi Additio, & facit Gloſ.in l.certum ff.de re iud.ver.con-
5 fiteatur,licet poſtmodum eo comparente, & opponente exceptionem allegatam,non per hoc dici poterat non confitiſſe debitum, ex traditis per Facchin. controu. iur. lib.11.cap.29.probat Genua in d.tract. lib. 2.in princ.ſub num.9.

6 Hinc ſuccedit regula vulgata in confeſſum non ſunt partes Iudicis,niſi in condemnando, ad tex. in l.proinde §.notandum ff. ad l.Aquil.& l.confeſſus ff. de cuſtod. reor. dubitatum proinde extitit,quid iuris in ambigua iſta iuris altercatione,& ſanè pro intelligentia, ac illius enucleatione, & deciſione, aduertendum erit prius eſſe de iure proditum remedium ei, qui ſub ſpe futuræ numerationis confitetur pecuniam accepiſſe mutuo, vt infra biennium opponere de-
7 beret exceptionem non numeratæ pecuniæ ne moleſtaretur, donec creditor probaret cum effectu pecuniam fuiſſe verè, & realiter numeratam,ad tex.in l.in contractibus C.de non num.pecun. §.1.inſt.de lit.oblig. & id pro regula poſuit Duen. regul.121. & 260. quem nouiter ſequitur Conſil. Paſcal. in tract.de virib.pat.poteſt. par.1.cap.8.nu. 62.vbi vltra Felyn. in cap. ſi cautio nu.45. de fide inſtrum.allegat Maſcard.de probat. concl.695. quibus addo Bellac. inter commun.opin.lib.4.tit.20.de non numer.pecun.
8 num.12.& ratio eſt illa,quia talis exceptio ineſt obligationi,& confeſſioni, ex eo quod lex præſupponit talem confeſſionem fuiſſe factam ſub ſpe futuræ numerationis,vt probat Graſſ.in tract.de except. in 43.excepc. nu.2.nō ab re,ſi talis exceptio nedū aduerſus obligationes nō iuratas,ſed pariter adiuratas admictitur l.fin.C.de nō num.pecu.
9 ex eo quod iuramentum appoſitum habet tacitam conditionem, ſi ſequatur numeratio, ſecundum Bald. ibi, quem ſequitur Paſcal.vbi ſupra num.63.citando Maſcard. vt
10 ſupra nu. 20. ſic pariter confeſſio de recepto tacitam conditionem habet, ſi numeratio ſequatur, ita Carau.in ritu 166.num.
11 46.adeo verum eſt,quod confeſſio alicuius de receptione centum non operatur, niſi probetur vera numeratio, Ioſeph.Ludouic. deciſ. Lucenſ. 2. num.24. imo etiam verba
12 illa, inſtrumenti Titius confeſſus eſt receptiſſe centum, probant confeſſionem non numerationem, Bart.deciſ.Bonon.126.nu. 31. quapropter etſi tales obligationes paratam habeant exequutionem, adhuc op-
13 poni non vetatur, prout ſunt obligationes ſtipulatæ penès acta, quæ paratam habent exequutionē, Carau.ritu 127.nu.5.Franch. deciſ.200.num.22.Galter.in praxi inſtrum.
14 ſecunda ſecundæ num.33.& aduerſus tales obligationes penès acta ſtipulatas opponi poſſe affirmat Afflict. in conſt. cauſas ſub
15 num.7.verſ. & dic nunc, pariter contra inſtrumenta liquida,quæ paratam habēt exequutionē, Carau.in ritu 127.nu.6. Franch. deciſ.341.nu.1. Galter.latè in d.praxi par.
16 1.primæ rub.1.per totam,talem exceptionem admicti poſſe arbitrantur Cauenſ. in ritu 166.nu.19. Paſcal. de vtriſque memor loco alleg.nu.85.& ſeq.Vrſill.dec.110.n.5. prout deciſū retuli in vtroq; caſu per S.C. in 3.p. noſtri cōpendij verb. exceptio quām primū imprimenda, & Trentacinq.var.reſo.
17 lib.2.tit.de ſolut. reſol.20.num.7. item aduerſus literas cambij, quæ in Regno paratam habent exequutionem, vt in pragm.1. §.5.de liter.camb. ſicut expreſsè firmat Afflict.vbi ſupra num.6.loquens expreſsè de ſtatuto dante illis exequutionem paratam quē ſequitur ibi Conſ.Paſcal.nu.65.vbi alia plura cumulat, & Amat.dec.Ferrar.45.n.7. & Alex.Trētacinq.vbi ſup.nu.10.Pheb.dec.
18 202.to.2. quāuis in apocis bancarijs nemo loquatur, quæ ſimiliter habent exequutionem paratā in Regno, ex diſpoſitione Reg. Pragm.62. §.6.de offic. procur.Cæſar. ac ſi eſſent inſtrumenta liquidata,ſeu obligationes penès acta ſtipulatæ, ita quod conuentus audiri non poſſit,niſi in vinculis,vel facto depoſito, adhuc tamen eodem ordine

ſerua-

19 ſeruato opponere non prohibetur talem
exceptionem aduerſus apocas, vt quotidiè
in praxi videmus obſeruari, & de hoc ex-
preſſe loquitur Ant.Fab.in eius Codice lib.
4.tit.22. defin.7.num.1.2.& 3. & nouiſſimè
Fontanell.de pact.nuptial. clauſ.4.gloſ.18.
par.2. num.31. & 32. & ſpecificè in apocis
banci, Amatus deciſ. Ferrariæ 54. & fuit
practicatum in M. C. in cauſa Ioſeph Bot-
tone, cum Mattheo Cimino, in Banca Vul-
20 turale, & in alijs, adeo quod exiſtente ſta-
tuto excludente omnes exceptiones, non
cenſeretur excluſa talis exceptio non nu-
meratæ pecuniæ, ſecundum Cyn. in d.l.in
contractibus,& alios relatos per Graſſ.vbi
21 ſupra nu.1.imo etiam ſi ei expreſsè renun-
ciatum fuerit,nõ euaneſceret, iuxta com-
munẽ opinionẽ DD. de qua teſtãtur Mich.
Craſſ.inter com.opin.eod.tit.de nõ numer.
pecun.nu.10.& ibidẽ Vezin. nu.28. in fine,
22 Alex.Trentacin.vbi ſup.n.16.accedẽte quo
que iuramẽto,ſed præuia illius abſolutione
audiretur opponẽs,latè Seraph. in tract.de
priu.iuram.priu.60.n.18.& Guttier.relatus
per Paſcal. vbi ſupra num.64. eo impenſius
aduerſus alias ſcripturas priuatas, vt ex
Maſcard.de probat.concluſ.695.num.8.fir-
mat Muta deciſ. Sicil. 71. ſub num. 25. ex
Duen.in reg.260. nu.2. confirmat Mancin.
in tract.de confeſſ.cap.2.num.154. non ha-
bentes ita exequutionem, niſi ea liquida-
ta, & ceſſante renunciatione, ac iuramen-
to, prout erat caſus de quo agebatur dum
fuerat talis exceptio infra biennium op-
23 poſita, imo per teſtes probatum non aliter
pecuniam interueniſſe, quod eſt potiſſimũ
requiſitum,& nõ per aliud probationis ge-
nus,ſicuti atteſtãtur Faber vbi ſupra, Poli-
dor.Ripa obſer 28. quo fit vt onus probãdi
24 numerationem trãsferatur in creditorem
per talem oppoſitionem, vt dixi, & optimè
fundat Faber in d.Codic.eod.lib.4.& tit.22
defin.3. num.4. & 5. nam eo ipſo, quod op-
25 ponatur infra biennium,dicitur probata,
ex tex.cum gloſ.in l.2. C.de non numer.pe-
cun.& l.1.cum.glo.C.de cond.ob turp.cauſ.
ex quibus hoc probat Carauit. in ritu 166.
num.47.vbi num.ſeq. ſubdit, in tantum eſſe
26 verum, quod data rei negatione, non pro-
batur verus actus numerationis ſecundum
Bald.in l.ſi ita ſtipulatus §.Chriſogonus ff.
de verb. oblig. quem ſequitur Affl.ct. vbi
ſupra num. 6. & de eo Maſcard. de probat.
concluſ.361.num.17.teſtatur.

Reliquum eſt, vt ponderari non omictã-
tur verba ipſius apocæ, quæ referebantur
ad tempus præteritũ, ibi *de hauer riceuuto*,
ex quibus colligi videtur, numerationem
fuiſſe factam, Hugo Celſus in tract. clauſ.
in clauſul. contractuum verſ. confeſſus ha-
buiſſe in princ.fol.707.taliter quod ex illis
intentio creditoris videbatur probata,nec
opus erat alia probatione.& videbatur pro-
culdubio ita aſſeuerandũ eſſe, vnde quem-
admodum confeſſio facta per creditorem
confitentem ſe pecuniam à debitore rece-
27 piſſe eſt vera probatio ſolutionis, quæ fit
per talem confeſſionem, & non minus pro-
bat quam ea confeſſio, quæ fit per teſtes,
vel inſtrumenta, l. publia in fine ff. depoſ.
& ex Cæpoll. conſ.12. probat Bellac. inter
commun. opin. d. tit. num. 33. ita pariter
28 in debitore concludendum erit, vt ad pa-
ria iudicẽtur cùm ſint correlatiui, ad quod
Maſcard.de probat.concluſ.361.num.49.ex
Herculan. probat de debitore confitente
29 recepiſſe pecuniam,vt probet,nec inde po-
terit opponi exceptio non numeratæ pecu-
niæ, ita ex Gabr. Saray. ad Rom. ſing.642.
& Coſta,atque Purpur.confirmat Gratian.
diſcept.forenſ. cap.737.num.9. quod confi-
tens penès ſe habere pecuniam, non poſſit
opponere talem exceptionẽ, & ſic in prin-
cipio concluſionis nu. 1. firmat ipſam quæ-
ſtionem, quamquam nu.4. & 5. ex pluribus
Doct. ita concludentibus contrariam ap-
probet ſententiam, nihilominus ſub nu. 6.
eam declarando cenſuit procedere quoad
tertios, cæterum inter ipſos contrahentes
talem confeſſionem operari, ex qua obli-
gari non ambigitur,ſed prædictis ceſſanti-
bus ſententiam in fauorem debitoris talẽ
exceptionem opponentis omnino veram
eſſe profuturam multis rationibus, argu-
mentis, & auctoritatibus comprobatur,
nam quemadmodum qui confeſſus eſt ſpe
futuræ numerationis, & reddere promiſit,
poterit intra biennium condicere obliga-
tionẽ, ſi contra eum non agatur, & ſi aga-
30 tur ſufficit, quod obijciatur exceptio non
numeratæ pecuniæ, ex l.ſi quaſi, vbi Caſtr.
C.de non num.pecun. ſicque ſub ſpe futuræ
cauſæ opponi non vetatur exceptio ipſa
contra confeſſionem huiuſmodi factam,
idem in d.l.in contractibus num.6. eod.tit.
31 adeo quod ſi talis confeſſio facta fuerit in
inſtrumento cum talibus verbis habuiſſe à
tali, & per teſtes probatum non interfuiſſe
pecuniam, adhuc exceptioni ipſi locus eſ-
ſet ita ex Bart.Caſt.Alex.Iaſ.& Imol.in d.§.
Criſogonus,probat Mancinus in eod.tract.
d.cap.2.num.199.vbi allegat Tholom. dec.
65. Trentacinq. ibi num.17. multo fortius
in apoca procedere non dubitatur, & ſic in
32 ſcriptura priuata, in qua ſimpliciter fuerit
dictum habuiſſe, & recepiſſe, ita ex multis
probat

probat Trentacinq. loco citato ſub nu. 17.
verſ. in ſecunda concluſione, ad quod idem
Caſtr. in d. l. in contractibus, in ſeq. num. 7.
dixit, quod in priuata ſcriptura manu de-
bitoris ſcripta, non refert, qualiter loqua-
tur, ſiue dicat confiteor me habuiſſe, & re-
cepiſſe, ſiue dicat notum ſit omnibus, qđ
habui ex mutuo à Titio: quia poteſt obijci
33 exceptio non numeratæ pecuniæ, quod ſe-
cus eſt in inſtrumento, ad quod refert Ma-
34 ril. deciſ. Ianuæ 30. num. 14. quod exceptio
non numeratæ pecuniæ non competit, quã-
do confeſſio nõ fuit facta in apoca, ſed pro-
35 batur per teſtes, & ratio eſt, quia numera-
tio pecuniæ non probatur per confeſſionẽ,
cum aliud ſit confeſſio, & aliud numeratio,
Ozaſch. deciſ. 79. nu. 30. etenim in omnibus
36 contractibus talis probatio per confeſſio-
nem numerationis admittitur excepto in
mutuo, & dote, probat Maſcard. d. concluſ.
1115. num. 14. & in eodem mutuo tunc ceſ-
ſaret nõ elapſo biennio, ſecus autem intra
biennium, iuxta communem opinionem
Doct. probatam ibidem à Maſcard. nu. 33.
34. & 35 eam plenius declarat, quando
procedat, de quo ſatis loquutus fuit nu. 6.
& 7. ex quibus omnibus recolligitur, nu-
merationem non aliter probatam fuiſſe ex
ſimplici confeſſione de recepto aduerſus
37 exceptionem non numeratæ pecuniæ infra
biennium oppoſita, prout in caſu prædicto
accidit, ad quod notanter, & punctualiter
confert doctrina eiuſdem Paul. Caſtr. in l.
ſi ex cautione num. 3. eod. tit. dum quærit,
38 an illa confeſſio probet numerationem
tempore confeſſionis, an vero factam ante,
& quæ vtilitas ſit; Reſpondet per formalia
verba, quia in primo caſu licet poteſt
probari contrarium per teſtes, qui fuerunt
præſentes tempore confeſſionis, & inſtru-
menti, quod nulla pecunia interuenit, quia
nõ potuiſſet interuenire, quin ipſi vidiſſent,
& ſicut etiam lapſo biennio poſſet confitẽs
39 euadere dictam confeſſionem, probando
contrarium, verba ſunt Angel. in hac l. bre-
uiter iſtum articulum tangit Angel. in d.
§. Chriſogonus, & in l. poſt dotem ſolut.
matrim. in 1. quæſt. & determinat pro pri-
ma parte non obſtantibus verbis præteri-
ti temporis .ſ. habuiſſe, vel recepiſſe, & c.
tene menti, & in antecedenti num. 2. in fine
retulit, in contractu mutui oriri actionem,
& obligationem, iuxta notata per eum in
princ. num. 2. ex gloſ. bi, licet id intelligen-
40 dum putat, quando confeſſio contineretur
in ſcriptura facta propria manu debitoris,
ſecus in ſcriptura publica, vel priuata, quia
tunc non producit obligationem, vel actio-
nem, ſed dumtaxat facit probationem, ex
qua concluſione antecedẽs quæſtio ibi de-
terminatur per eum, ſed magis explicitè in
ſequenti num. 4. in 3. oppoſit. diſtinguendo
41 cenſuit dicendo, nam aut iſta confeſſio cõ-
tinetur in ſcriptura priuata facta manu de-
bitoris, & confeſſata per debitorem, & ſic
facit plenam fidem, confitetur illam fe-
ciſſe, & etiam confeſſionem contentam in
ea tamen dicit, quod illa confeſſio non cõ-
tinet veritatem, quia numeratio non inter-
uenit, ſed facta fuit ſpe futuræ numeratio-
nis, & tunc aduertendum, quod tunc non
refert, qualiter dicat, an confiteor me ha-
buiſſe & recepiſſe, aut dicat habui, & rece-
pi, etiam ſi dicat non ſpe futuræ numera-
tionis: quia qua fragilitate confitetur ſe
habuiſſe quod non habuit, eadem præſume-
retur illa verba appoſuiſſe, l. ſi ex priori ff. ſi
cert. pet. hæc ille, ita etiam ſi ex hoc taci-
42 ta proceſſiſſet confeſſio, allegando exce-
ptionem, quaſi tacitè confitendo eſſe ſuæ
manus apocam ſcriptam, quoniã tunc nul-
la eſſet diſceptatio, quin exceptio ipſa ſibi
locum vendicaret, vt dicit Angel. in d. l. ſi
ex cautione num. 2. cæterum exiſtentibus
43 al quibus coniecturis in tali confeſſione
facta in aliqua ſcriptura manu debitoris
ſcripta, ex quibus colligi potuiſſet ipſa nu-
meratio, ſicuti per exempla demonſtrant
vltra Hug. Celſum vbi ſupra, Maſcard. d.
concluſ. 361. & 1115. & Doct. inter d. com-
mun. opin. in alleg. tit. vtique talis exceptio
oppoſita fineret opponi, ſed demũ pro co-
ronide huius altercationis ſatis cõfert tex.
in l. qui pecuniam ff. ſi cert. pet. vb hæc ver-
44 ba proferuntur à I. C. qui pecuniã creditã
accepturus ſpopondit creditori futuro in
poteſtate habet, ne accipiendo ſe ei aſtrin-
gat, vbi Gloſ. poſuit caſum formalẽ ad pro-
poſitum, & in verbo obſtringat, ſubnectit .ſ.
cũ effectu tenetur, ſed doli habet exceptio-
nem, vel non numeratę pecuniæ per iura ab
eo allegata, ad cuius intellectũ erit vidẽdus
Fortun. Garſ. in l. ſi vnus nu. 58. de pact. & in
sũma Coſta de re integ. diſt. 105. nu. 13. pro-
bat, quod chirographũ factũ alicui ſub ſpe
futuræ numerationis rectè oppugnari po-
terit exceptione nõ numeratę pecunię. Qui-
bus oĩbus benè perpenſis decreui abſoluẽ-
dũ eſſe conuentũ die 23. Decẽb. 1623. penès
Ayetã Act. & hoc ſtante exceptione infra
bienniũ oppoſita, & per teſtes ſcripturales
deponentes non aliter interueniſſe pecuniã
in actu prædicto, nec aliud ex aduerſo veri-
ficatũ circa talẽ numerationẽ. Deo gratias.

Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap. Iudex Monopolitanus.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 Onus ſepeliendi ad hæredem pertinet.
2 Hæredes compelluntur etiam non adita hæreditate ſepelire defunctum etiam officio Iudicis.
3 Impenſa funerum deducuntur ex hæreditate.
4 Donatarius quota bonorum à creditoribus non cõuenitur, ſicut nec donatarius Vniuerſitatis bonorum.
5 Repetitio impenſarum funeralium factarũ conſanguineo non competit.
6 Pietas præſumitur ex qualitate perſonarũ, & ſumptibus factis.
7 Expenſa funeralium factæ cauſa pietatis non repetuntur.
8 Sepelire defunctum ei ſpectat, cui à teſtatore mandatum fuit.
9 Aditio hæreditatis an inducatur ob impenſas factas in funeralibus, & nu.27.
10 Impenſa funerales præferuntur æri alieno etiam doti, nu.11.
13 Legata non aliter ſoluenda, niſi fuerit defunctus ſepulturæ traditus, ſi nihil eſſet in bonis.
14 Donatarius loco legatarij eſt.
15 Legatum eſt donatio.
16 Legatarius repetit impenſas funerales.
17 Donatarius dato hærede vniuerſali, non dicitur hæres, ſeeus eo ceſſante.
18 Donatarius tenetur ad debitum æris alieni, quando nullus alius erit hæres.
19 Donatarius conuenitur ad debita donãtis.
20 Donatarius tenetur donanti ad remunerandum.
21 Sepelire tenentur legitimi cognati defunctum, licet hæredem non ſcripſerit.
22 Intereſt Reipublicæ, ne corpora inſepulta remaneant.
23 Quod ore promictitur opere compleatur.
24 Repetitio nõ datur pro impenſis factis pietatis cauſa, quod limitatur ſi fuerit proteſtatio facta, num.25.
26 Proteſtatio bene admictitur ad tollendas difficultates pro repetitione impenſarum funeralium.
28 Actore non probante reus abſoluitur.
29 Succedens loco hæredis debita ſoluere tenetur etiam creditoribus donantis.
30 Onus ſepeliendi iuxta legẽ Hiſpaniæ quibus competit.
31 Donatio per mortem donantis ſubſecutam dicitur cauſa mortis.
32 Miſſarum celebratio venit etiam in impenſis funeralibus.
33 Sepeliri quis non debet abſque celebratione miſſarum.
34 Occidens tenetur ad faciendum celebrare miſſas pro defuncto.
35 Benefactoribus benefacere tenemur.
36 Fiſcus ſuccedens in bonis vacantibus tenetur dare eleemoſynas pro anima defuncti.

A R G V M E N T V M.

Donatarius an teneatur ad impenſas funeralium donantis pauperis, ſeù ad illorum reſtitutionem, ſi ab alio pietatis intuitu factæ fuiſſent, & quoties teneretur, an etiam pro eleemoſyna miſſarum cogi debeat.

V O T V M III.

IN Dei nomine Amen, ſuccedente obitu Nardi Antonij de Sibilia. Reuerendus D. Michael Angelus Peroſcia Monopol. pietatis nedum intuitu, quam etiam conſanguinitatis vinculo aſtrictus, certiorẽ prius faciẽdo Antonium Turchiarolum eius nepotem, ac donatariũ pro ſepeliri faciendi cauſa patruum, & periculo in mora comminante ob abſentiam illius ſe obligauit pro funeralibus in ducatis ſex, ne inſepultum corpus remaneret, cum non aliter ſibi defunctus relinquerat, cuius rei cauſa inde poſt aliquot dies præfatus D. Michael Angelus conueniri fecerat ipſum Antonium ad ſibi ſoluendum dictos ducatos ſex pro funeralibus impenſis, licet pro ipſius parte multæ obijcerentur exceptiones, ex quibus prætẽdebat abſolui ab impetitis, & primo,
1 quia tale onus de iure ſpectare videtur hæredi ſcripto, l. ſi quis ſepulchrum §. munus ff. de relig. & ſumpt. funer. ibidem Aſin. in princ. & ſequũtur Medic. in tract. de ſepult. par. 1. quæſt. 5. num. 6. Angul. de meliorat. l. 13. num. 9. Coſta de portione ratæ quæſt. 144. num. 13. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 78. num. 20. Spin. in ſpecul. teſtam. gloſ. 2.
2 num. 53. adeò verum eſt, quod tales hæredes cogi poſſunt ſepellire defunctum etiam non adita hæreditate, vt ibi Aſin. num. 4. affirmat, hoc eſt officio Iudicis, & confirmat ibidem num. 7. Medic. ſequitur Marant. in eius ſpecul. par. 6. verſ. inquiſitio num. 198. Rodriq. de concurſ. credit. p. 1. art. 3. nu. 6.
3 eoq; impenſius cũ tales impenſę ex hæreditate ſunt deducendæ, probãt Fuſc. in ſing. 158. lit. F. Nunt. Pellic. in conſuet. Auerſæ cap. 3. num. 508. Medic. vbi ſupra num. 72.
Gomez.

Gomez.l.30.Tauri in princ. Coſta de port.
ratæ quæſt.73. num.1. & cum ipſe erat do-
natarius certæ actionis defuncto competē-
tis ſuper certo iure,pro quo certam quan-
titatem pecuniæ dederat defuncto in eius
vita, & licet ſeruatis ſeruandis illud con-
ſequutum fuiſſe affirmaret, hoc potius in
recompenſationem ſolutæ pecuniæ aſcri-
bendum erat, quam liberalitati, & propte-
rea ad tales impenſas teneri nō videbatur,
4 quia donatarius quotæ bonorum à credito-
ribus non conuenitur, Angul. d. tract. l. 5.
gloſ.5. num.2. ſicut nec donatarius vniuer
ſitatis bonorum, l.hæreditatis, & l. cum à
res ff.de hæred.vel act.vend.

Secundo dicebatur, tales impenſas ab
5 Actore ſimiliter coniuncto factas non po-
tuiſſe repeti, eo quod nedum reſpectu con-
ſanguinitatis factæ fuerant, pro quibus
repetitio non concedebatur, arg. l. Neſen-
nius ff. de neg. geſt. & ob pietatem potius
Angul.de meliorat.l.13.gloſ.3.num.36.Io-
ſeph Ludouic. vbi ſupra num.8. ſed pariter
6 vti Clericus, & Sacerdos præſumebātur fa-
ctæ cauſa pietatis, nam ex perſonarū qua-
litate, & ſumptibus factis præſumitur pie-
tas, Gloſ. in l.ex duobus verſ.habere ff.de
neg. geſt. vnde comperitur hoc ideo feciſſe
potius animo donandi, quam repetendi, eo
quod repetitio in ijs nullatenus cōceditur,
d. l. ex duobus §.1. ad quod facit tex. in l.
1.ff.de relig.& ſumpt.funer.ibique diſponi-
7 tur,quod qui propter funus aliquod impen
dit cum defuncto contrahere creditur, non
cum hærede,& cum in caſu allegato nullus
extabat hæres, ſed ſimplex donatarius,tan
to fortiùs repetitioni locus non erat.

8 Tertio attenta diſpoſitione iuris qua cō-
probatum eſt ad eum ſpectare defunctum
ſepelire, cui id à teſtatore fuerit commiſ-
ſum, d.l. ſi quis ſepulchrū §.funus in princ.
ſed cum ipſi hoc mandatum non fuerat,
tanto magis repetitio ceſſabat.

9 Vltimo aſſerebatur, quod cū ipſe ſit do-
natarius, ſi ipſas impenſas ſoluiſſet adire
hæreditatem cēſeretur, ad tex.in l.pro hæ-
rede ff.de acquir.hæred.quo fit,vt ad alia
onera hæreditaria aſtringeretur vt hæres,
Gallus conſ.41.nu.2.Fab.de Anna in conſ.
108.nu.27.Raynoſ.obſeru.42.quibus tum
non opitulantibus ex aduerſo replicabatur
tàm de iure,quàm de facto eſſe ſatisfacien-
dum,& primo ex antedicta concluſione fir-
mata cōſpicitur,impenſas tales eſſe de hæ-
reditate deducēdas,& cæteris præferēdas,
10 cum talis impenſa cōparetur æri alieno,af
firmat Medic.in d.tract. p.2. q.5.nu.42. Io-
ſeph Ludou. ibid. nu.22. Rodriq.in tract.de
cōcur.credit. p.1.art.3.& p.2.art.2.nu.4. &
Grat.diſcep.forēſ.c.94.Hieron.de Leo dec.
Valent.191. to.2. & omne creditū cum hæ-
11 reditas ſoluendo non eſt præcedit, vt doti
etiam præferatur, l.impenſa.vbi Aſin.nu.1.
ff.de relig. & ſumpt. funer. latè Medic. in
d.tract. d.par.2. quæſt.1. Garſia de expenſ.
cap.7.num.23.Angul.d.l.13.gloſ.3. per to-
tam,Gomez.vbi ſupra num.2. non mirum
ſi in primis erint deducendæ, vt refert nu.
12 3.taliter quod cum defunctus de ſuo fune-
rari deceat, ſi fortè legata extarent, non
aliter erint adimplenda,niſi ipſo de ſuo fu-
nerato, l.at ſi quis in princ. ff.eod.tit. ibi,
ſed etſi res legatæ ſint à teſtatore,de cuius
13 funere agitur,nec ſit vnde funeretur,ad eas
quoque manus mictere oportet, ſanctius
enim eſt de ſuo teſtatorem funerari, quam
aliquos legata conſequi, Spino. in ſpecul.
teſtament. gloſ.2. num.51. ſic dicendum
14 erat in iſto donatario, qui loco legatarij
habetur, cum legatum ſit donatio etiam
l. legatum ff.de leg.2. cui permiſſum eſt, &
15 legata nedum, ſed impenſas in infirmita-
te,& funere teſtatoris repetere, l.3. C. de
relig.& ſumpt. funer. & quamuis ipſe nō ſit
16 hęres,cui tale onus ſpectaret,adhuc tamen
17 non ſolum quia donatarius, qui licet loco
hæredis non habeatur dato hærede vniuer-
ſali, Franch.deciſ.686.num.4.ceſſante vero
tali hærede vniuerſali dicēt vtiq; hæres, vt
poſt Guid.Pap.deciſ.105. firmat Fuſc. ſing.
114 lit.D. Franc. Stephan. deciſ.6.Aquenſi
num. 1. quod hoc eſt particularis ſucceſſor
Anna conſ.127. num.41. qui in d.conſ.108.
18 nu.27.refert,quod tenetur ad debitum ęris
alieni, quando nullus alius hæres appa-
ret, Franc.Hieron.de Leo deciſ.Valent.107.
19 num.29.taliter quod conueniri poterat ad
ſoluenda debita, l.hęreditatem ff.de donat.
Caſſan.in conſuet. Burgund. tit. des enfans
de pluſieurs §.4.verſ.parm.ce qu'alle nu. 2.
Camill. de Medic. conſ. 66. num.15. & 16.
20 Boer.dec.204.nu.43.& vti donatarius pro-
priè tenetur naturaliter donatori ad remu-
nerandum, l. ſed ſi lege §. conſuluit ff. de
pet.hæred. & obligatur,ita Menoc. de præ-
ſumpt.lib.1.quæſt.80.num.20.Fontanell.de
pact.nuptial.tom.1.clauſ.4.gloſ.7.par.1.nu.
5. nonne vitio ingratitudinis notaretur, ſi
inſepultum corpus donantis relinqueret, &
reuocationi locus eſſet, legitur enim apud
Romanos,vſum receptum eſſe etiam hoſti-
bus ſepulturam conceſſiſſe, vt refert Spino.
in ſpecul.teſtam. gloſ.2.num.5. ſed pariter
vti nepos, & ſic defuncto proximus, adeò
quod nullo hærede inſtituto, prout in caſu
21 propoſito apparebat, iura noſtra remedia

contu-

contulerunt nè inſepulta corpora iacerent
ſimiliter, & ſi nulli teſtator hoc commen-
dauerit. ſic dicente I.C. in d. l. ſi quis ſepul-
crum §. funus ſi nemo ſcriptus eſt legiti-
mos, vel cognatos quoſque ſuo ordine quo
22 ſuccedunt, latè Angul. de Melior. d. l. 13. gl.
4. per totam; intereſt enim Reipublicæ ne
corpora defunctorum inſepulta remaneant
Ioſeph Ludou. ibi num. 27. & rationem aſſi-
gnat Ripa in tract. de actis in mort. artic.
cap. 39. num. 17.

Nec obſtat, quod pariter ipſe D. Michael
Angelus erat ſimiliter coniunctus, quia
plura vincula concurrebant in ipſo dona-
tario, & coniunctio, donatio, & promiſſio
de illum ſepeliendo honorificè, vt ex teſti-
bus perceptum erat, & quod ore promitti-
tur opere compleatur dicit tex. in c. 1. de
23 pactis, & ſic ceſſat primum ſundamentum
contrarium.

Similiter, & ſecundum, cum licet ſit ve-
24 rum, quod repetitio non detur pro impen-
ſis funerum factis intuitu pietatis ad tex.
in l. at ſi quis §. poteſt tamen ff. eo. & ſequi-
tur ibidem Aſin. & in §. idem labeo nu. 10.
25 Med. d. q. 5. nu. 25. hoc tamen procederet ſi
non animo repetendi hoc fecerit ſubdit ibi
I. C. qui cognoſcitur ex proteſtatione præ-
miſſa repetendi iuxta cautelam Io. Dilecti
traditam ab eodem Medic. in d. tract. p. 2. q.
2. nu. 5. Ioſeph Ludou. dec. Peruſ. 78. nu. 2. Ro
driq. d. tract. d. p. 1. art. 3. num. 13. & in facto
producebatur fides Abb. Andreæ Formicæ
Parrochi aſſerentis cum iuramento, quod
cum non poterat haberi copia ipſius Anto-
nij donatarij, coactus fuit ipſe D. Michael
Angelus ſe obligare pro ipſis funeralibus
26 animo repetendi, ſicq; proteſtatio bene eſt,
quod fiat ab eo, qui expendit pro funere
ad tollendas difficultates, Ioſeph Ludo. vbi
ſupra nu. 10. & ſic ſecundum ſundamentum
reijciebatur, nam impenſa funerum repe-
titur etiam cõtradicente hærede Surd. dec.
255. nu. 14. Pariter, & tertium minimè obſta
bat, quia in facto non apparebat id à teſta-
tore mandatum, cum certũ erat ex conuen-
tione habita de ſepultura, Neque vltimum
in alio quo afficiebat cum per talem actũ
27 ſepeliendi nequaquam hæreditas aditur
ſicut Caſtr. in d. l. notat nu. 2. Aſin. d. §. funus
nu. 154. Med. d. q. 5. nu. 27. Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 4. præſump. 101. nu. 70.

Accedebat quoque prædictis, quod cum
talis donatio facta fuerat inter viuos, & de-
prætenſis per donatarium nil probatum, vt
rectius dici potuerat regulam illam à con-
trario ſenſu ſũptã militare, quod actore nõ
28 non probante reus abſolui debet l. qui ac-
cuſare C. de edendo, ſic reus ſuam intentio-
nẽ non probando Actor ſuum conſequi de-
bebat creditum, quia ad paria iudicari de-
bent actor, & reus l. fin. C. de fruct. & lit. ex-
29 pen. Franc. deciſ. 136. num. 3. & tanto
fortius hæres dicendus erat donator Fuſc.
ſing. 114. lit. d. & porro hæredis loco ſucce-
dens debita ſoluere tenetur ſic iudicatum
inquit Boer. dec. 204. nu. 41. & conſequen-
ter debita ſoluere etiam creditoribus do-
nantis ad donatarium pertinet ſatisfacere,
ſiuè tacite, ſiuè expreſſe id actum ſit Iacob.
Gall. conſ. 41. nu. 2. Medic. conſ. 66 num.
17. Fontanell. d. tract. & clauſ. 4. gl. 9. par. 5.
nu. 14. & in fortioribus terminis probat An
gul. de Melior. l. 13. gl. 3. num. 35. & 36. quod
30 iuxta legem Hiſpaniæ hoc onus ad legata-
rios, & donatarios quinti pertinet, ita quod
ſi hæredes coacti fuiſſent illas facere repe-
tere poſſint ſtante proteſtatione eorũ, Cũq;
31 igitur in tali hæreditate nihil remãſiſſet, quod
notũ erat, & talis donatio ſuos effectus ha-
buit per ſubſequutã mortẽ donantis, conſe
quitur ipſam eſſe cauſa mortis factam, vt
pulchrè refert Gram. conſil. ciuil. 125. nu. 7.
vnde ex ijs omnibus hinc inde diſcuſſis, fuit
condemnatus conuentus ad petitam ſum-
mam pro funeralibus impenſam die 5. Iulij
1624. Monop. pœnes Michaelem Angelum
Torre pro Actuario.

Sed alia ex hac quæſtione appendix diffi
cultas reſultauit; propoſita per conuentum
nã dato, quod teneretur ad tales impenſas
funeris, nõ tamẽ aſtringi videbatur ad elee-
moſinas impenſas pro celebratione miſſa-
rum, vt conſuetum eſt ibi obſeruari quando
ſepeliuntur mortui, ſed hoc nil ſibi profuit,
& fuit allegata notabilis doctrina relata
per Proſp. Petram ad Capy. dec. 84. vbi re-
32 fert, quænam veniunt in impenſa funeris, &
in ſpecie dixit, quod in recomendatione Cleri-
corum in miſſa factæ ſunt ex gloſ. in l. ſi ex
re §. fin. ff. de ſtipul. ſeru. Vbal. de quart. Par-
roch. q. vlt. cui addo Syluam in tract. de be-
nefic. p. 1. q. 5. nu. 96. dicentem, quod ſepeli-
33 ri quis non debet abſq; celebratione miſſa-
rum, quæ veniunt in ſumptus funerum latè
Angul. de Melior. l. 13. gl. 1. nu 3. Molign. in
tract. de appel. verb. verbo funeris ſumptus.
Item ſi pro inimicis quibus mors infertur
34 inter cœtera occidens tenetur ad intereſſe
præſertim pro celebratione miſſarum pro
eius anima Iul. Clar. in §. homicidium verſ.
tenetur etiam, Scappa tract. de iure nõ ſcri-
pto lib. 5. c. 141. nu. 10. citat ẽt Plot. de in li-
35 tem iur. §. 4. nu. 8. multo fortius pro benefa-
ctoribus, quibus ex iuris debito aſtringimur
benefacere l. ſed ſi lege §. cõſuluit ff. de pet.

36 hæredit. Imo & Fiſcus, qui ſuccedit in hæreditatibus vacantibus tenetur erogare eleemoſinas pauperibus pro anima defuncti, Affl. &. in conſt. dohanæ nu. 5. & ſic fuit poſtmodum confirmata primeua ſententia integraliter. Io: Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum dicitur authenticum ob ſignum, & tunc dicitur perfectum.*

2 *Inſtrumenta confeſſionata etiam iurata nō probant, nec habent executionem paratam nu. 3.*

4 *Inſtrumentum mutui cur fiat pro dote.*

5 *Capitula matrimonialia quando dicantur authentica, & fidem faciant.*

6 *Inſtrumentum Capitulorum adhibita fide matrimonij liquidatur, & ſic deciſum.*

7 *Inſtrumentum an liquidari poſſit per Nurum contra Socerum.*

8 *Inſtrumentum contra Socerum non liquidatur, nam fuit condemnatus ad faciendum depoſitum.*

9 *Deciſ. Minad. 2. qualiter procedat.*

10 *Inſtrumentum pro antefato promiſſo an liquidari poſſit ſtante fide mortui viri.*

11 *Vxor filij defuncti an patrem conuenire poſſit pro antefato eius vita durante.*

12 *Vxor ſibi ſatisfieri poteſt pro ſuis dotibus ſuper bonis viri per eam poſſeſſis.*

13 *Antefatum promiſſum per filium inſimul cum patre, mortuo filio ſtatim debetur, ſecus ſi fuerit promiſſum conſtitui.*

14 *Reſciſſo principali cenſetur quoque acceſſorium reſciſſum.*

15 *Antefatum an poſſit ante tempus præfixū peti.*

16 *Plus petere videtur, qui ante tempus petit*

17 *Inſtrumentū vnum per aliud liquidatur.*

18 *Inſtrumentum dotale non habet executionem paratam. quia habet implicitam cōditionem ſi matrimonium ſequatur.*

19 *Inſtrumentum dotale conſtito de matrimonio habet executionem paratam, & liquidari poteſt nu. 20.*

21 *Fides Parrochi probat matrimonium.*

22 *Inſtrumentum confeſſionis debet eſſe reaſſumptum in forma probante.*

23 *Inſtrumentum liquidum cum alio liquido coadiuuatur.*

24 *Inſtrumenta dotalia debent redigi in forma probante.*

25 *Inſtrumentum publicum quando dicatur.*

26 *Ritus M.C. 167. qualiter procedat.*

27 *Inſtrumentum liquidum redditur per omnes probationes in promptu productas.*

28 *Capitula matrimonialia promiſſionis dotium producta inſimul cum probatione facta per teſtes, ſeu partita banci habetur ac ſi eſſet productū inſtrumentū dotale.*

29 *Citatio ſuper tenore inſtrumenti continere debet mētionem amborū inſtrumētorū.*

30 *Dos ad patrem peruenta præſumitur pro rata, & pro rata ad filium de iure cōi.*

31 *Excuſſio prius erit facienda cum hæredibus viri, quam cum fideiuſſore.*

32 *Dos ſi ad vnum peruenit alter pro fideiuſſore habetur, & maxime ſi pateretur nomen ſuum deſcribi.*

33 *Renunciatio beneficij de duobus reis ſufficit, nec opus erit renunciatione Auth. præſenti C. de fideiuſſ.*

34 *Pater quomodolibet ſe obliget pro filio non gaudebit beneficio auth. præſenti.*

35 *Fideiuſſor ſtatim mortuo principale conueniri poteſt non interpellato hærede.*

36 *Reſtitutio dotis in caſu ſoluti matrimonij ſolet adiici in inſtrumento capitulorum.*

37 *Vulgatum Venetorum dictum, vbi inſtrumentum non cantat, nec ego cantabo.*

38 *Reſtitutio ex natura contractus venit in omnibus contractibus.*

39 *Reſtitutio dotis venit in contractu ex natura eius.*

40 *Mulier viro dotem numerans præſumitur per ſtipulationem de reſtituendo eam promiſiſſe.*

41 *Promiſſio de dote reſtituenda expreſſe dicitur quādo maritus confitetur eā recepiſſe*

42 *Inſtrumentum dotale ſoluto matrimonio an poſſit præſentari via ritus, & quare.*

43 *Statutum tribuens executionem paratam inſtrumento qualiter procedat.*

44 *Ritus M.C. dat executionem inſtrumentis dotalibus, quod non dabatur de Iure cōi.*

45 *Terminus in cauſa ſemper dari debet in proceſſibus in quibus apparent petita dotes, & ſic ſeruatum pluries.*

46 *Exemplo oſtenditur in petitione dotis facta per Nurum contra Socerum, vt præuia ſententia dotem conſequuta fuit.*

47 *Inſtrumentum dotis de per ſe non eſt liquidum, vt præſentari poſſit.*

48 *Inſtrumentum mutui conſuetum eſt fieri per inſtrumentum dotale.*

49 *Inſtrumentum ſecundum quando ſit poſt inſtrumentū dotale mutatur titulus dotis, et dicitur ex cauſa mutui, vel alterius vnde cenſetur nomen debitoris ſumptum & liquidari poteſt.*

50 *Freccia opinio qualiter procedat, dū loquitur, quod inſtrumentum dotale poſſit præſentari.*

51 *Mulier vti tutrix poteſt ſibi ſatisfieri de bonis viri.*

52 Cre-

52 *Creditor adminiſtrans bona debitoris poteſt ſibi ſatisfieri.*
53 *Dotis exactio de iure cōmuni qualiter fit.*
54 *Mulier dans pecuniam in dotem, an poſſit bona viri inſolutum accipere.*
55 *Vxor agens pro reſtitutione dotis poterit contra fundū experiri non ad alia bona.*
56 *Mulier an poſſit pecuniam petere ſi fundum in dotem dediſſet.*
57 *Mulier ſi pecuniam pro dote habere non poſſit, eligere pōt prædium de bonis viri, tam in caſu aſſecurationis, quàm reſtitutionis ſoluto matrimonio. nu. 58.*
59 *Tex. in l. ſi mulier ff. de pact. ponderatur.*
60 *Clauſula, vt poſſit liquidari via ritus, ſi non fuerit appoſita, cenſetur appoſita de ſtilo Notariorum, & ſic deciſum.*

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum Capitulorum matrimonialium in publicam formam redaptum iunctim cum alia inſtrumenti fide de recepto, an poſſit liquidari via Ritus per Nurum contra Socerum.

Spiritus Sancti gratia illuminet ſenſus, & corda noſtra.

VOTVM IV.

CVm ageretur de liquidatione inſtrumenti Capitulorum matrimonialium in publicam formam redacti, & præſentati, inſimul cum alia fide inſtrumenti receptionis certæ ſummæ dotis non aliter in candē formam redapti, facienda in vltimo peremptorio per Abb. Petrum de Cardolis, & Antoniam de Cardolis relictā quon. Andreæ Falgheri, pro ſumma duc. 515. in partem dotis de contantis receptorum per dictū eius virum inſimul cum eius patre inſolidū, ac etiam pro alia ſumma duc.   pro anteſato, ſeu quarta debita, & ſuperlucrata ob mortem d. eius viri, contra Bartolomeum Falgheri patrem Andreæ, & eiuſdem Antoniæ Socerum, produxerunt inſtrumentum Capitulorum, vt dixi in pergameno reaſſūptum cum ſubſcriptionibus teſtium, ac Notarij, in cuius parte in certo capitulo adiecto fuiſſe dictam quantitatem pecuniarum 515. per dotātes promiſſam ſolui illico eiſdem patri, & filio inſolidum, tempore contracti matrimonij, & ſimiliter per eos pro anteſato conſtituiſſe d. ſummam duc. ſuperlucrādam per obitum d. eius viri, nec non ipſam mulierē pro dicta ſumma dotis ſoluendæ cautam reddere ſuper quodā Oliueto nuncupato, à Mōt'Albano, & per aliud inſtrumenti documentum non aliter in publicam formam redactum, ſed bene authenticum, hoc eſt per ſignum, inquit Gargiar.
1 patroc. 22. nu. 31. eo quia inſtrumentum nō dicitur perfectum, niſi Notarius apponat ſignum Grat. cap. 551. n. 5. ex quo apparebat fuiſſe factam ſolutionem d. partis dotis, & recipientes confitiſſe receptionem illius ſūmæ, inde aduerſus talem prætenſionē liquidationis cōparendo perſonaliter ipſe Bartholomeus, nūnullas exceptiones in ſcriptis allegādo, aliaſuè ſcripturas pſentando, inſtabat audiri, ob qꝫ iuſſū fuit decreto in forma viſis ſcripturis extra bācā, pūidebitur, qua pendente, ante omnia difficultatum fuit, ſi tale inſtrumentum capitulorum liquidari potuerat, nam & ſi talia inſtrumenta dota-
2 lia confeſſionata nihil probent etiam quod ſint iuramento firmata probat Machel. patroc. 57. nu. 3. Et conſequenter executionē
3 paratam non habent, Cotta in verb. pacta quem ſequitur Vrſil. dec. 326. n. 4. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gl. 5. nu. 55. vbi deciſū teſtatur, Theſaur. dec. 26. nu. 3. & propterea tale inſtrumētum dotale non liquidabitur,
4 Ideo inſtrumento mutui cautela inſurrexit vt refert Amend. ad Franc. dec. 366. nu. 1. & inferius per alios Doct. confirmatur, nihilo
5 minus quādo ipſa capitula matrimonialia habetent pacta executiua ſolita, & eſſent reaſſumpta in forma publica per Notariū ſuo ſigno munita, & Iudicem ad cōtractus, & teſtes ſufficientes ſubſcripta, præcedente illorum ſtipulatione inter partes habita per Notarium cenſerentur publicum, & authenticum documentum, vt oſtendit Molf.
6 ad Conſue. Neap. p. 10. q. 13. nu. 25. & ſuper addita fide matrimonij contracti bene procederetur ad illius liquidationem, iuxta deciſa per Franc. deciſ. 366. vt in meo Compend. verb. inſtrumentum part. 1. vbi alios citaui, qui licet loquatur de ca-
7 pitulis liqnidandis per generum contra Socerum de quo puntualiter loquutus eſt Minad. dec. 2. quem ſequitur Theſaut. dec. 153. nu. 13. exiſtente etiam tale inſtrumento in forma probante, vt moris eſt, adhuc replicabatur per ipſum Bartholomeum contrariū pidē S. C. determinatū fuiſſe, vt cōtra Soce
8 rum non potuiſſet liquidari Inſtrumentum Capitulorum, ſed bene iuſſum, vt faceret depoſitum, quemadmodum eo referente tradidit Præſes Battagl. ad Cyn. in l. qui in pote-
9 ſtate C. de in ius voc. nec curandum erat de deciſione Minad. qui loquitur in Ciuitate

 Neap.

Neap.vbi viget cnnſuetudo, vt ſocer inſoli
dum teneatur ad reſtitutionem dotis, &
9 antefati,& nihilominus per S.C.fuit deter-
minatum,hoc non obſtante,vt bona oblata
inſolutum darentur,ad euitandum carcera
tionem Soceri, ſicut in eodem Compendio
verbo Socer memini, quibus accedebat, ꝙ
præſupponebatur per reum reſpectu ante-
fati promiſſi in eiſdem capitulis ſtãte mor
te ſubſecuta viri per fidem productam po-
10 tuiſſe liquidari, vt oſtendit Galter. in eius
praxi inſtr.2.p.primæ rub.vnica nu.13.nihi
lominus, quia vir mortuus erat in poteſta-
te,licet tempore contracti matrimonij emã
cipatus expreſſe,eo enim mortuo ipſius v-
xor nequaquam conuenire poterat Socerũ
11 eius vita durante pro lucro iam dicto qua
tenus ſpectaret ad eius portionem,per ea
quæ concludit Camp.in cap.mulier quæ do
tarium n.65.& 66.eoq; fortius cum allega-
ta concluſio procederet quando in hæredi-
tate filij nil remanſiſſet, ſed in facto appa-
rebat, oliuetum promiſſum extare, ſuper
quo ſibi ſatisfieri potuiſſet mulier, merito
inanis erat actio,& ſuperuacanea liquida-
tio, & ſic in terminis concludit Pellic. in
12 conſue.Auerſę c.4.nu.130.per gloſ.in l.nec
fratres C.de dona.cauſ.mor.Io:Lup.Ottau.
Cacher.& Viu.relatos ab eodem c.5.n.178
ſed hoc limitat ibidem Pellic.d.c.4. nõ pro
cedere, quando filius inſimul cum patre cõ
ſtituiſſent dotarium,& illud promiſiſſent,&
ſe obligaſſent,nam ſtatim ſequuta morte fi
13 lij deberetur vxori etiam ſuper bonis viri,
prout in eiſdem capitulis apparebat conſti
tutum,atq;promiſſum ſolui in caſu mortis,
& hoc caſu ſufficiebant capitula matrimo
nialia.Conſil.Theod.alleg.13.nu.9.ſublata
illa diſputatione promiſſionis illius conſti-
tui ſi cõſtitutum intelligeretur, de qua per
eundẽ Nunt.d.c.5.nu.122.cũ ſeq. ſed dubiũ
remanebat,qua via petendũ,vel ordinaria,
vel executiua,eo ꝙ dum non poterat liqui-
dari pro dote per ea quæ inferius dicẽtur,
nec pariter pro antefato illius acceſſorio.
Sicuti è contra reſciſſo principali cenſetur
14 reſciſſum acceſſorium,Cagnol.in l. cũ prin
cipalis n.9.ff.de reg.iur. ſecundo obijcieba
15 tur non potuiſſe pro tali antefato ante tẽ-
pus præfixum de iure peti niſi elapſo anno
per tex. in l. vnica §. exactio C.de iur.dot.
Coraſ.Miſcell.iur.lib.5.c.6.tunc enim plus
16 petere videretur §.plus autẽ inſt.de actio.
& annus nõdum erat elapſus,merito agi nõ
poterat,vndè Nunt. Pellic. d.c.5.num.111.
in ſpecie tam de dotis q̃ de dotarij reſtitu-
tione loquens maxime ſi in pecunia debere
tur,vt actores inſtabant,nec proinde obſta
bat legatum dotis,& antefati viri pro cõn-
ſequutione illorum ſequuta morte, nam il-
lud referebatur ad eius hęredes,non autem
ad conuentum,& ſic non poterat agi.

Secundo principaliter reſpectu partis do
tis ſolutæ duc. 515. in dictis capitulis ſolui
promiſſæ, & iam ſolutę, & receptæ per pa-
trem,& filium,de quo extabat aliud inſtru-
mentũ receptionis, cuius fidem actores pro
duxerant, vt cum ea liquidari potuiſſet in-
17 ſtrumentum capitulorum,ita vt vnũ inſtru
mentum per aliud liquidari potuiſſet,ex di
ſpoſitione Ritus M.C.de quo per Carau.in
ritu 167.nu.15. Franc.d.dec.366.nu.3.& 9.
Giurb.dec.114.nu.7. inſtrumentum vnũ li-
quidat, vel illiquidat aliud,Anna ſing.257.
18 & Franch.dec.420. n.4.ex eo,quod licet in
ſtrumẽtũ dotale no habet executionẽ para
tã ex quo habet donationẽ implicitã ſi ma-
trimonium ſequatur Aſcia deter.79. nu.3.
vbi alios citat, & Fontanell. de pact. nupt.
clauſ.5.gl.5.p.1.nu.113.quo fit,vt inſtrumẽ
19 tum dotis promiſſę pro matrimonio cõtra
hendo mandetur tñ executioni ſi ex alio in
ſtrumento probetur matrimonium,ita pro
bat Grar.diſcep.forenſ.c.438.nu.16. & con
20 ſequenter illud liquidari poſſe affirmat Vi
ſcon.in ſuis concl.verb.inſtrum.1.in medio
21 hoc eſt per fidem Parochi, vt dixit Caua-
ler.dec.Rom.444.nu.1.ſicut cõiter practica
tur,& idem Grat.c.653.nu.60. Sed replica-
22 batur,tale inſtrumentum confeſſionis non
fuiſſe reaſſumptũ in forma probante prout
exigebatur Maran.in ſpecul.p.6. de inſt.ꝓ
23 duct.nu.32.nam tunc inſtrumẽtum liquidũ
cum alio etiam liquido adiuuaretur Vrſill.
dec.12.nu.1.adeoq; inſtrumenta quæ non
ſunt in forma probante faciunt fumum in-
24 quit Reg.Valenz.conſ.100.n.84.propterea
talia inſtrumenta dotalia debent redigi in
d.formam Gallup.in prax.S.C.p.2.c.21.nu.
25 13. Sed huic replicabatur neceſſarium eſſe
ſolum inſtrumentum capitulorum in publi
cam formam redigi ob promiſſionem ante-
fati ſoluendi ſoluto matrimonio, & reden-
do cautã mulierẽ pro d.parte dotis ſolutę,ſi
cuti poſtmodũ ꝑ aliud inſtrumẽtũ fuit ꝑ ip
ſos patrẽ,& filiũ cõfeſſio facta recepiſſe ta-
lẽ sũmã, & rediddiſſe cautã mulierẽ ꝓ dicta
sũmã,& iſtud eſt inſtrumẽtũ publicũ habẽs
publicã formã,cõtinẽs ſigillũ, & ſubſcriptio
nẽ Notarij,vt dicit Carau.in ritu 181.nu.2.
& 3.nõ tñ in eãdẽ publicã formã redactũ,iu
xta Cõſt.Reg.hoc eſt in ꝑgameno,qm̃ opus
nõ erat,dũ in cõſeq̃ntiã ad liq̃dãdũ inſtru-
mẽtũ capitulorũ ꝓductũ fuerat etenim rit'
26 allegat' 167.loq̃tur,qñ facieñda erit liquida
tio vnius inſtrumenti per aliud ſimpliciter
loquendo

Digitized by Google

loquendo exemplificatiuè, quæ non reſtrin-
guunt regulam, vt notat ibi Carau. nu. 17.
quem ſequitur Franch. d.deciſ. 366.num. 9.
& Galt. d. par. 2. primæ partis num. 15. &
non reſtrictiuè, nam per omnes alias pro-
bationes in promptu productas inſtrumen-
tum principale redditur liquidum, probat
Gratian.diſcept.forenſ.cap.749.num.17.&
18.ad quod ſingulariter Muſcatell.in praxi
S.C.lib.2.par.3.gloſ.adiudicantur num.79.
ex Ant.de Alex.& Scip.Buccin. dixit, quod
28 productio capitulorum matrimonialium,
promiſſionis dotium iuncta probatione fa-
cta per teſtes, ſeù p partitã banci habetur,
ac ſi eſſet productum inſtrumentum dotale
in ampla forma, quanquam opus erit de
29 ambobus inſtrumentis in citatione men-
tionẽ fieri, idem Præſ.de Franch.deciſ.623.
nu.5. Viſcont. in ſuis concluſ. verbo inſtru-
menta in princ.& contraria non loquuntur
in materia liquidationis inſtrumenti.

Tertio, principaliter obijciebatur, quod
ſi reſpectu partis dotis ſolutę eiſdem patri,
& filio ageretur, nullatenus procedi pote-
rat ad liquidationem. Primo, quia verè non
apparebat, cui ex eis ſolutum fuerat, licet
30 inſolidum facta fuiſſet ſolutio; nam ſecundũ
ius cõmune pro rata ad patrem, & pro alia
ad filium perueniſſe præſumitur dos rece-
pta per ambos, vt dixit ex multis Molfeſ.
tom.2.p.7.q.2.nu.5.& ſi per filium in teſta-
mento declaratum fuiſſet in poſſe patris
perueniſſe dictam ſummam ſolutã, adhuc tñ
non fuerat renunciatum beneficio authent.
præſenti C.de fideiuſſ.adeo quod cum fuiſ-
ſet ipſe Bartholomeus fideiuſſor, prius con-
31 ueniendi erant hæredes filij, & cum eis ex-
cuſſio facienda, deinde cum ipſo, vt iu-
ris eſt Soccin. regul. 134. latè Alph. coll.
194. ad quod tradit Pellic. in d.conſuetud.
32 Auerſ.cap.7.num.142. quod pater, & filij ſi
pro dote inſolidum ſe obligent, & dos ad
vnum peruenit, alter habetur pro fideiuſſo-
re, etiam ſi pateretur nomen ſuum deſcribi,
ſequitur num.158.

33 Replicabatur tamen, quod ſi benè
non fuerat renunciatum beneficio d. auth.
ambo renunciauerant beneficio altero de
duobus reis conueniendis, nec proinde alia
renunciatione opus fuerat, cum eſſent prin
cipales ambo debitores, Iacob. Butrigar.
in ſumma renunc.in 3.renunc.de ben.auth.
hoc ita de duobus reis, Pet. Vnzul. in tract.
de arte Notar. rub. de illis benef. quib. re-
nunc.poſſ.per totam, Ronchegal. in l.3.§.vbi
duo nu.164. de duob.reis, taliter quod pa-
34 ter quomodolibet promittens pro filio non
gaudebit beneficio ipſius authenticæ, pro-
bat Viuius in ſylua commun. opin. lib. 2.
opin. 606. pater interueniens, quem ſequi-
35 tur Alph. vbi ſupra, adeo quod non tantum
vti inſolidum obligatus, ſed quantum fide-
iuſſor in caſu quo principalis non ſoluat,
eo mortuo ſtatim poſſit conueniri, non in-
terpellato, nec excuſſo hærede probat ex
multis Carrocc. in tract. de excuſſ. bonor.
par.2.quæſt.71. per totam.

36 Præterea dicebatur per reum licet appa-
rere videatur receptionem ſummæ dotis
ſolutæ ex confeſſione per eum factam inſi-
mul cum eius filio in alio inſtrumento non
aliter redacto in forma probante, nihilo-
minus ibi nõ legi promiſſionem reſtitutio-
nis in caſu diſſoluti matrimonij factam, vt
moris eſt obſeruari in ſimilibus, teſte Pręſ.
de Franch.deciſ.367.ſub nu.4. in fine, & vl-
tra eum Roland.in ſumma Notariatus p.1.
cap.2. rub.4. in formula 2.incip. Antonius,
dum igitur non fuerat expreſsè promiſſa
reſtitutio vt debuerat, non propterea ad il-
lam facienda cogendus, iuxta illud vulgatũ
37 Venetorum dicentium, quod cum nõ can-
tet inſtrumentum, nec ego cantabo, Afflict.
deciſ.403.num.5. eo quia contrahentium
verba ſtrictè ſunt intelligenda, ſeù interpe-
tranda, idem deciſ.83.num.13.& quod non
dicit ſcriptura, nec nos dicere debemus, ex
Bald.in cap.Rodulphus de reſcript.num.21.
Lanar. conſ.63.nu.55. quanquam replicari
potuiſſet, hoc eſſe dubium reſolutum ex ſub
audito iuris intellectu, cum nõ fuerat pro-
38 miſſa reſtitutio, ſtante confeſſione receptæ
dotis, vt ſubintelligatur reſtitutio, nam hęc
venit ex natura contractus, quemadmodũ
in contractibus mutui, comodati, depoſiti,
præcarij, & aliorum ſimilium, de quibus ſa-
tis per eundem Petr. Vnzulã in d.ſua praxi
Notar. rub.de obligat. quæ ex contrah. ſic
39 enim in reſtitutione dotis aſſeuerandum
erit, ad quod ſingulariter tradit Menoch.
de præſumpt.lib.1.quæſt.45.nu.2.quod mu-
40 lier viro dotem numerans, præſumitur per
ſtipulationem de reſtituenda eam promi-
ſiſſe, eſtque ea præſumptio iuris, & de iure,
& paulo poſt n.13.probat ex Crau.reſpectu
viri magis apertè, quod promiſſio de dote
41 reſtituenda ſatis expreſſa dicitur, ex quo
maritus confeſſus eſt ſe eam recepiſſe, hinc
in terminis Frecc.de præſent.inſtrum.p.12.
42 quæſt.2. per totam quæſiuit, ſi inſtrumen-
tum dotale ſoluto matrimonio potuiſſet
præſentari, de qua Auctor fuit Bal.per eum
citatus in l.ad probationem C.de prob.quẽ
ſequuti ſunt Corn. conſil.320. nor. aliquid
Marſil.de probat.nu.62.& 63. Iaſ. in §.fue-
rat, vbi Gomeſ.de act.Neguſant.de pignor.

5. par. memb. 1. & per illam rationem nu.
3. notatam, quod licet non ſit expreſſa pro-
miſſio reſtitutionis, tamen tacita, quæ re-
ſultat, dicitur tenor ipſius inſtrumenti, &
per alia reſidere videtur num. 6. vt præſen-
tari potuiſſet, adhuc tamen dicebatur, non
potuiſſe tali modo procedi ob incertitudi-
nem promiſſionis non contentam in tali in-
ſtrumento, quo caſu reddebatur illiquidū,
ſicuti per multa exempla hoc oſtendit Ca-
rau. d. ritu 167. ſub nu. 18. & 19. adeo quod
probatione indigebat ad probandum pro-
miſſionem reſtitutionis, & tunc etiam pro-
pter talem probationem illiquidum redde-
batur, idem Carau. d. ritu 166. num. 49. tali-
ter quod ſtatutum tribuens exequutionem
43 paratam expreſſis in inſtrumento, non di-
citur dediſſe ijs, quæ ex coniecturis ex men-
te elicitis colliguntur, ſubdit ibi Menoch.
num. 29. eo maximè procedere dixit in eo
ſtatuto, quod eſſet correctorium iuris com-
44 munis, prout eſt Ritus noſter dans exequu-
tionem paratam inſtrumentis, quibus de
iure communi non dabatur, idem Carau. in
ritu 166. num. 31. & maximè ſi erant inſtru-
menta dotalia, Vrſil. d. dec. 326. n. 4. quæ ad-
huc talem exequutionem habere non vidē-
tur ob adiectionē pactorum hinc inde inter
poſitorum per partes contrahentes, adeo ꝙ
Præſ. de Franch. in d. deciſ. 367. ſub num. 5.
45 dixerat, quod innumeris proceſſibus in qui-
bus apparebant petitæ dotes, ſemper fuit
datus terminus, & admiſſæ, & receptæ pro-
bationes per teſtes, & de eis habita ratio in
46 cauſarum deciſionibus, de quo patet exē-
plum expreſſum de nuru aduerſus ſocerum
petente dotes, & obtinuiſſe ſententiam per
Sac. Conſ. apud eundem Franch. deciſ. 164.
quem etiam citat Prǽſ. Amat. conſ. 41. nu. 8.
47 & ſic cōſpicitur nō aliter via Ritus, quoniā
inſtrumentum dotis non eſt liquidum, vnde
præſentari nō poteſt via Ritus, probat Anna
48 ſingul. 248. vbi in fine de ijs rationem red-
dens dixit, & propterea vtimur inſtrumen-
to mutui, ad hoc vt liquidum reddatur, de
quo ſanè loquuntur expreſſim Capyc. deciſ.
183. Vrſill. deciſ. 323. nu. 1. Amend. ad Frāch.
49 d. deciſ. 366. num. 1. ita quod ſi in ſecundo
inſtrumento facto poſt confeſſionem dotis
mutatur titulus dotis, & diceretur ex cau-
ſa mutui, vel ex alia cauſa, tunc cenſetur
ſumptum illud nomen debitoris, & valeret
conſtitutio dotarij, Pandus in tract. de do-
tario p. 2. quæſt. 5. & ita contra eum liquida-
50 ri, ideo non curandū de opinione Frecciæ,
qui loquitur, quando expreſsè promiſſa fuiſ-
ſet reſtitutio dotis, & ſic non per ſubintel-
lectum iuris, vt erat caſus noſter.

Vltimò, ad idem deducebatur ſatisfa-
ctionis propoſitio, eo quod cum ipſa mu-
lier cauta reddita fuerat tàm pro parte do-
tis ſolutæ, quàm pro lucro nuptiali ab ipſis
patre, & filio ſuper iam dicto olíueto iam
donato contemplatione matrimonij dicto
eius filio, quod in poſſe ipſius Actricis ma-
tris, & Tutricis ſuorum filiorum reperieba-
tur, non opus erat liquidatione pro conſe-
quutione ſui crediti, nam quod petebat in-
tus habebat, iuxta vulgatam regulam, eo
51 impenſius, quia vti Tutrix ſibi ſatisfacere
non vetebatur de bonis ſui viri debitoris,
tex. in l. fiſtulas §. 1. ff. de contrah. empt. ex
Iaſ. Dec. & Corn. communem opinionem
probat Don. à Fina inter commun. opin. tit.
52 de auth. præſt. num. 23. ſicut & creditor ad-
miniſtrans bona debitoris, Intrigl. deciſ. Si-
cil. 5. nu. 38. licet autem replicari non deſijt
mulier, poſtquam non erat obnoxia ad re-
cipiendum rem, pro pecunia dotali ſoluta,
53 etenim exactio dotis attenta iuris commu-
nis diſpoſitione; ſi in pecunia ea dos ſolu-
ta fuerat, in pecunia reſtituenda erat, ſic in
ſtabilibus, ſeù immobilibus, d. l. 1. §. exa-
ctio, vltra Coraſ. ſupra relatum, Præſ. de
Franch. deciſ. 562. num. 1. ad quod facit ſol-
lemne conſ. Decij 12. quod ſequitur Vrſill.
54 deciſ. 397. nu. 2. quod ſi quis promiſerit re-
ſtituere mille mulieri ex cauſa dotis infra
annum, & ſi non ſoluerit ex nunc dare bona
inſolutum, imo plus ſi dicta bona euince-
rentur, quod poſſit haberi recurſus ad di-
ctam quantitatem, quod elapſo anno ſit in
electione ipſius mulieris creditricis petere
quantitatem, nec poſſe aſtringi bona inſo-
lutum accipere, etiam non ſequuta euictio-
ne, quod probat ſeptem argumentis, imò
55 conſultum eſt vxori pro reſtitutione dotis
agenti agere contra fundum dotalem, non
ad alia bona, probat Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap. 489. num. 1. & 7. quoties talis fun-
56 dus in dotem datus eſſet, & pecuniam ex
eo vellet pro reſtitutione dotis, Doct. in
hoc variauerunt, vt per Bart. in l. cum quæ-
reretur ff. de leg. 3. Bald. in l. 2. C. de reuoc.
donat. But. de ſponſal. lib. 4. decret. quos, &
probat Iul. Cæſar Gluſian. in tract. de bonis
inſolut. dand. lib. 1. cap. 25. & 28. num. 341.
quod noſtrum non erit, cæterum ſi in pecu-
nia dos data eſſet, ſi bene eodem modo re-
57 ſtituenda veniret, attamen vbi pecunia ha-
beri non poſſit, eidem permiſſum erit tàm
in caſu aſſecuramenti dotis eligere prædiū
aliquod de multis bonis viri, quemadmodū
58 ibidem Gratian. nu. 17. & 19. teſtatur, quam
etiam in caſu ſoluti matrimonij, Vrſill. de-
59 ciſ. 9. n. 4. ad ꝙ facit tex. in l. ſi mulier ff. de
pact.

Digitized by Google

pact. dotal. ibi nam conſtat poſſe, &c. vbi gloſ. allegat tex. in l. ita conſtante ff. de iur. dot. taliter quod facta per eam electione non amplius audiretur, vt per Capyc. deci. 46. & Addentes ibi.

60 Nec poſtremo vis facienda erat de clauſula particulari non inſerta in dictis capitulis, vt potuiſſent liquidari via ritus ſicuti conſuetum eſt apponi communiter, etenim fac lis reſponſio adducebatur ex alleg. deciſ. Præſ. 366. num. 6. & 15. vt ea non obſtante procedi poſſit ad talem liquidationem, prout deciſum in conſimili tradit in caſu ibi relato. Quibus omnibus benè digeſtis, deciſum fuit, procedendum eſſe ordinarie in cauſa die 21. Octobris 1624. & inſtituta inde lite ordinaria conuentus condemnatus fuit ad ſoluendum ſummas prædictas, & pro illis aſſiſtentia præſtita in forma de menſe Auguſti 1625. penes Ayetam Actuarium.

SVMMARIVM.

1 *Fauori ſuo quilibet renunciare poteſt.*
2 *Inductis in fauorem renunciare non prohibetur.*
3 *Renunciare liti quilibet poteſt.*
4 *Renunciatio litis quem parit effectum.*
5 *Renunciatio litis in partis præiudicium fieri an poſſit.*
6 *Renunciatio litis poſt ius quæſitum fieri an poſſit.*
7 *Ius in cauſa dicitur habere pars non Iudex.*
8 *Ius acquiritur per libelli oblationem, & intimationem.*
9 *Ius quæritur per litis conteſtationem.*
10 *Renunciatio litis fieri poteſt antequam pars ſciuerit, vel ratum habuerit.*
11 *Renunciare liti poteſt ante partis acceptationem, ſecus data ſcientia per citationem num. 12.*
13 *Conditio non ponit in eſſe.*
14 *Renuncians liti non habet regreſſum amplius.*
15 *Renunciato liti, ſimiliter cauſa, & inſtantia cenſetur renunciatum.*
17 *Decreta conformia ſunt exequenda.*
18 *Sententia non debet eſſe eluſoria.*
19 *Renunciatio litis parte inuita cui fuit ius quæſitum non valet.*
20 *Destructa primitiua etiam deriuatiua deſtructa videtur.*
21 *Principali extincto dependentia pereunt.*
22 *Factum dici poteſt, quod non habet formã.*
23 *Forma dat eſſe rei.*
24 *Præuentio formiter non facta, non valet.*
25 *Fideiuſſio in præuentione eſt de ſubſtantia.*
26. *Liquidatio inſtrumenti fieri poteſt non obſtante preuentione, in qua cautio non non fuit præſtita.*
27 *Cauſa præuentionis finita iuditium obligationis, ſeu inſtrumenti reaſſumit ſuam naturam executiuam, & num. 53.*
28 *Præuentio impedit liquidationem inſtrumenti.*
29 *Iudex poterit ex officio cogere partem ad cautionem præuentionis præſtandam.*
30 *Tempus præſens an contineat præteritum.*
31 *Fideiuſſione ſuperuacanea nemo debet onerari.*
32 *Repugnantia contraria in iudicijs reprobatur.*
33 *Iudicium vnum tollit alterum.*
34 *Fideiuſſiones ſunt ſtricti iuris.*
35 *Fideiuſſionis verba tantum ligant quantum ſonant.*
36 *Fideiuſſio non extenditur ad cauſas extraneas.*
37 *Fideiuſſio non extenditur de re ad rem, nec de loco ad locum, nec de caſu ad caſum.*
38 *Fideiuſſio non extenditur de tempore ad tempus, nec de perſona ad perſonam nec de facto ad factum, aut certo genere negotiationis.*
39 *Fideiuſſio præſtita in vno Tribunali, non valet in alio, & quando procedit.*
40 *Obligatio ſtipulata in vna Curia non poteſt in alia incuſari.*
41 *Cautiones iudiciariæ extinguũtur mutata perſona, vel ratione loci.*
42 *Fideiuſſio extinguitur perempta inſtantia.*
43 *Fideiuſſor de ſoluendo abſoluto principali ſi in cauſa appellationis fuerit condemnatus, & ſententia confirmata, an teneatur.*
44 *Cauſa omnis eſt ordinaria.*
45 *Cauſæ omnes ſunt in Regno ſummariæ, & qualiter procedat. nu. 16.*
46 *Cauſæ sũmariæ & executiuæ quæ dicãtur*
47 *Cauſa ſummaria dicitur præſentato inſtrumento liquidando.*
48 *Iudicia criminalia dicuntur extraordinaria.*
49 *Iudicium liquidationis inſtrumenti dicitur criminale.*
50 *Iudicia ordinaria quæ nam dicantur.*
51 *Præuentionis iudicium qualiter inſtituatur.*
52 *Illatio non fit ex diuerſis.*
53 *Praxis præſtandæ fideiuſſionis in liquidationibus inſtrumentorum refertur.*

54 *Tex.*

54 *Tex. in l. ſi quis quemquam ff. ſi quis caut. ponderatur. & l. qui autem eo. tit.*

55 *Fideiuſſor officialis in principio officij an ſi ipſe reſirmabitur teneatur.*

56 *Fideiuſſio facta propter vnam perſonam vel cauſam ad aliam non extenditur.*

57 *Cauſa incepta ſummariè an proſequi poſſit extraordinariè.*

58 *Ordinis peruerſio nullitatem operatur.*

59 *Cauſa ſummaria facilè ad ſuam naturam reuertitur.*

60 *Cautiones quæ præſtantur in iudicijs ordinarijs ſunt diuerſę ab illis, quę in iudicijs extraordinarijs præſtantur.*

ARGVMENTVM.

Præuentionis Iudicio an renunciari poſsit ſubſequuto iudicio liquidationis Inſtrumenti intentato ad euitandam cautionem, & quid ſi per mutationem iudicij extraordinarij ad ordinarium caueri debeat, ſic parte inſtante ex cauſa iudicij præuentionis intentati.

Deus in adiutorium meum intende.

VOTVM V.

IN eadem cauſa Antoniæ de Cardolis cum Bartholomeo Falgheri contingit de duobus hæſitari, alterum eſt, quod ipſe Bartholomeus intellexiſſet, ipſam Antoniam velle inſtrumenra dotalia liquidare, præuenit in Curia multa in facto proponendo, nempè partem dotis receptæ perueniſſe in poſſe eius filij, & eam impendiſſe pro ornamentis ſponſę, & conſequenter dum ipſa erat Tutrix ſuorum filiorum facile ſibi ſatiſfieri potuerat ex bonis per eum donatis contemplatione matrimonij, ac aliorum prætenſorum coaceruationes deducendo, ex quibus prætendebat abſolui, & intimata eius comparitione parti, replicatum fuit, vt adimpleret iuxta Reg. Pragm. præſtando cautionem, & ſic iuſſum infra biduum, quo termino elapſo expedita citatione ſuper tenore inſtrumenti per eandem Antoniam, in vltimo peremptorio comparente eodem reo in promptu nedum acta præuenrionis, ſed alias producendo ſctipturas, libuit decerni, vt extra bancam prouideretur, vt moris eſt ſeruari, & inde viſis ſcripturis, & inſtrumentis præſentatis, quæ nullatenus liquidari potuerant ex rationibus in præcedenti voto deductis, Decretum fuit, vt ordinariè procederetur; hinc Actrix præuentionis factę intuitu inſtabat cautionem præſtari iuxta formam alterius Decreti, quæ non aliter fuerat præſtita, ſed ad euitandum cautionem ipſam reus præuentioni renunciauit, allegando etiam non ad illam teneri per mutationem Iudicij ſummarij ad ordinarium, quod eſt alterum obiectum de quibus ſigillatim erat diſcutiendum, poſtquam reſpectu primi dubij ſi poterat renunciari præuentioni factæ ab ipſo Bartholomeo, vt non teneretur ad cautionem præſtandam, certum erat de iure comprobatum, quod quilibet fauori ſuo renun-
1 ciare poterat ad tex. in l. cum pater §. libertis ff. de leg. 2. cum alijs citatis, & recollectis per Barboſ. in ſuo opuſc. Princip. vtriuſ-
2 què iuris lit. F. num. 38. ita quod cuilibet renunciare non eſt denegatum inductis in eius fauorem Machel. patroc. 34. num. 8. &
3 præſertim liti intentatæ facillimè renunciari poſſe de iure cautum eſt in l. poſtquã liti C. de pact. vbi omnes Doct. inde per talem renunciationem operatur effectus, vt
4 impediatur proceſſus ad vlteriora proſequi ita ex mente Curt. probat Vrſill. deciſ. 220. ſub num. 21. & conſequenter ad non præſtandum cautionem petitam, ſed benè replicabatur ex duobus non ſubſiſtere talem
5 renunciationem. Primò, quia fieri non poterat in præiudicium partis, vt communiter Doct. in d. l. poſtquam liti affirmant Minſyng. ſing. obſeru. cent. 5. obſerua. 63. nu. 10. Rota deciſ. 32. num. 3. de appellat. in nouis.
6 Secundò, quia poſt ius quæſitum parti non poterat renunciari arg. l. ſciendum §. fin. qui ſatiſd. cog. ideo renunciatio facta per alteram partem tantum non nocet alteri Lanfranc. in cap. quoniam contra verbo teſtium num. 70. de prob. ius enim in
7 cauſa dicitur habere pars, non autem Iudex, vel teſtis Bal. in rubr. C. de ſucceſſ. edict. in fine, & tunc ius acquiritur per li-
8 belli oblationẽ, & intimationem, vt per Afflict. deciſ. 173. ſub num. 5. & potiſſimum
9 lite conteſtata, vt probat ex Auth. qui ſemel C. quando, & quomod. cum alijs per eum relatis, vel per acceptationem partis,
10 quo caſu ſi bene antequam pars ſciuerit, vel ratum habuerit, pœnitere poterat ex mente Salyc. probat Capyc. deciſ. 133. nu. 4. ſicque licitum erit ante acceptationem
11 partis liti renunciare Anna alleg 53. num. 6. ſecus tamen erit data ſcientia partis, quę

per ci-

per citationem comprobatur, vt probat
12 Minſing.ſing.obſeru.cent.6. obſeru.46.nu.
1. vel eiuſdem partis ratihabitionem, ſeu
acceptationem, vt in caſu præmiſſo elicie-
batur per binas renunciationes, primo,
quia tacitè.& conditionaliter ipſe Bartho-
lomeus renunciauerat liti præuentionis,
dicendo pro nunc non intendere vti dicta
præuentione,ſtante citatione ſuper tenore
inſtrumenti expedita ex aduerſo abſque
ordine Curiæ, vt conſuetum eſt ibi ſeruari
contra diſpoſitionem Reg. Prag. 1. de præ-
uent. mod.

Sed illam reſeruari eſt conditionalis, quę
13 ſiquidem conditio non poſſit eſſe l. ſi quis
ſub conditione ff. ſi quis ommiſſ. cauſ. teſt.
cum alijs citatis per Barboſ.in opuſc.prin-
cip.iuris lit.C. num. 31. taliter quod dato,
quod renuncians expreſsè renunciaſſet liti,
de iure non daretur amplius regreſſus, vt
poſt Afflict.deciſ.220.ſub num.19.compro-
14 bat Theſaur.Iun.lib.1.q.forenſ. q.34.num.
40.Imò in præced.nu.18. Affli.probat quod
renunciando liti,ſimiliter cauſæ,& inſtãtiæ
renunciare videatur, quem ſequuntur Do-
15 nat.à Fina int.commun.opin.tit. de pactis
num. 83. Maſcard.de proba. concluſ. 347.
16 per totam, ſecundo per expreſſam renun-
ciationem poſtea factam poſt tamen ius
parti quæſitum,ſicuti ex facto colligebatur
dum in citatione facta per Bartholomeum
replicauerat ipſum teneri ad cautionem
præſtandam ſeruata forma d. Reg. Pragm.
17 Imo per interpoſitionem duorum decreto-
rum conſimilium interpoſitorum pro cau-
tionis præſtatione inſtabat procedi ad il-
lorum executionem, iuxta deciſa per Af-
flict.deciſ.28. ne eluſoria redderentur illa,
18 ſicuti de ſententia loquitur Franc. deciſ.
209.num.4. quocirca inſpecta tali accepta
tione nequaquam renunciatio erat facien-
da,neque admictenda, ea ſiquidem parte
19 inuita cui ius acquiſitum erat,ita ex mul-
tis concludit Cæual.pract.quæſt. commun.
contra comm.cap.696. num.2.

Sed prædictis valdè vrgebat Bartholo-
mei Reſponſio, ex eo quia talis præuentio
per eum facta erat nulla, & conſequenter
dum erat nulla non cogi poterat ad præſta
tionem cautionis, imo decreta lata contra
eum pro adimplemento cautionis pariter
nulla reddebantur,ex regula illa, quod de-
20 ſtructa primitiua etiam deriuatiua cenſe-
tur deſtructa,Afflict.deciſ.96.num.3.& prin
21 cipali extincto dependentia pereunt Afflic.
deciſ.26. ſub num. 2. nullitas autem ipſius
præuentionis apparebat euidenter, poſt-
quam talis actus præueniendi voluntarius
erat, qui de forma debebat habere ante-
quam ineſſe deduceretur illam formam
22 quod non habet non dici factum ad tex.in
l.ſi is qui §.quædam ff. ad l. falcid. forma
23 eſt quę dat eſſe rei l.Iulia §.ſi quis ff.ad ex-
hib. cum alijs congeſtis per Barboſ. in d.
Opuſc.lit.F.num.49. Forma igitur præuen-
tionis erat, vt pars citaretur, & pariter
cautio præſtaretur in forma,at in caſu prę-
miſſo nulla apparebat cautio præſtita ante
citationem, idcirco talis præuentio vti in-
24 formiter facta nulla reputatur ex Pragm.
malitijs de præuen. Afflict. deciſ. 137. Ca-
rau.ritu 168.189.& 190.præcipuè ritu 189.
num. 4. vbi diſputat articulum,quando ſi
non fuerit præſtita cautio, comparitio ſit
admictenda, ita vt poſſit ſuperſederi in
liquidatione Inſtrumenti, & ſi à parte non
25 fuerit petita,& concludit talem fideiuſſio-
nem eſſe de ſubſtantia, & forma, & illi re-
26 nunciari non poteſt,quo caſu nulla erit prę
uentio, quinimo ea non obſtante procedi
poterit ad liquidationem inſtrumenti ſe-
quuntur idem Cauenſ. in d. pragm. Franc.
Anto. de Indice Rober. conſider. 10. num.
48.& 49.in ſuo Tract. de liquid. inſtrumen.
Frecc.de præſen.inſtrumen.par.9. quæſt.3.
ſequitur nouiſſimè Galt. in praxi inſtrum.
3.par.3.partis Rub. 2. num.13. & 14. Mol-
feſ. conſ. 4. num.32. Tartagl.in praxi ciuil.
Mag.Cur. cap.1. num.36. qui loquitur de
tali præuentione facienda ad impediendum
liquidationem, & ſtante eius nullitate præ-
ueniens ea amplius vſus non fuerat aduer-
ſus citationem inſtrumenti, nec Curia pro
Tribunali ſedente de ipſa præuentione op-
poſuit,& ſtante illius informatione proceſ-
ſum fuerat ad vlteriora in cauſa inſtrumen
taria,ſicuti de iure comprobatum eſt poſſe
procedi obſtante tali defectu ad liquida-
tionem,vt poſt Frecc.ſupra relatum num.2.
ſequitur Carau.in ritu 189. num.4. & præ-
27 uentionis cauſa finita iudicium obligatio-
nis, ſeu inſtrumenti liquidi reaſſumit ſuam
naturam executiuam Muſca. in praxi fide-
iuſſ.par.2.modo 8. num. 30. nec proinde ab
auerſaria parte acceptata omnino quam-
uis inſtetiſſet pro cautione præſtanda an-
te expeditionem citationis ſuper tenore
inſtrumenti, & per lapſum termini præfixi
ad illius præſtationem proceſſum ad talem
citationem, ſubſequitur, quod dum præue-
niens illa vti noluerit,nec à parte accepta-
ta, quo pacto cogi poterat ipſe ad cauen-
dum, imo fortius quia tota vis cauſæ præ-
28 uentionis eſt impedire liquidationem in-
ſtrumenti,nam per eam ſuperſedebitur in
liquidatione, iuxta diſpoſitionem Ritus
186.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Google

186. 189. 190. vbi Doct. & in d. Prag. 1. Mu-
28 ſca. in praxi fideiuſſ. par. 2. quæſt. 8. num. 9.
ſed quia in allegaro caſu nõ aliter fuerat im
peditus curſus proſequendi ad liquidatio-
nem, ſed ea non obſtante, facta fuiſſet liqui-
datio, ſi inſtrumenta liquida erant, ſed com
pertum non eſſe liquida, merito de ea ra-
tio aliqua habita non fuerat procedendo
Curia ad vlteriora, cenſebatur reiecta ad
tex. in l. 2 procedente C. de dila.

Rurſus eiuſdem replicatio coadiuuaba-
tur alia ratione promptuali, eo quod de-
cretum interpoſitum pro cautione præſtan-
da ſuum ſortitum erat effectum, poſtquam
non aliter interpoſita cautione in termino
ſtatuto proceſſum fuerat ad actum liquida-
29 tionis, etenim Iudex ex officio poterat ad
præſtandam cautionem ipſam prouidere
Muſca. in praxi S.C. lib. 1. par. 3. gloſ. expen
ſas num. 37. & licet ſuperſeſſum per com-
paritionem citati, & iuſſum extra bancam
prouideri, & interim, quod adimpleret be-
nè proceſſerat, ſed poſtmodum interpoſito
decreto, quod ordinariè ageretur, vlterius
opus non erat cautione, quæ præſtari de-
buerat ante liquidationem in Iudicio præ-
uentionis iam extincto, nedum per inter-
poſitionem decreti, quod ordinariè proce-
deretur, ſed extinctum per nõ vſum, imo per
contrarium vſum, dum non fuerat præſtita,
quocirca ſi dum ordinariè agendum erat
in cauſa, quo pacto poterat retrogredi ad
talem cautionem, quæ eſt contraria cauſæ
30 ordinariæ, nõ enim tempus præſens ex pro-
pria ſignificatione continet præteritum
bart. in l. ſi quis id quod §. ſerui colum.
1. in fine ff. de iuriſd. omn. iud. verſ. venio ad
verſus ꝙ ſi vtique ſuperuacanea illa cautio
eſſet, & ideo cũ nemo debeat onerari ſupua
31 canea fideiuſſione Franc. dec. 311. n. 5. dec.
418. nu. 3. ad illam præſtandam nequaquã
admicti debere ſuadebar, cum ex hoc repu-
guantia ſubſequeretur inter iudicia con-
32 traria argu. l. vbi repugnantia ff. de reg. iur.

Alterum vero ſecundarium obiectum
erat quatenus ad præſtationem talis fide-
iuſſionis teneretur non tamen admicti de-
beret cautio ipſa præſtari per mutationem
33 Iudicij, Iudicium enim vnum tollit alterum
Reuſner. deci. German. 20. num. 22. p. 4. fide-
34 iuſſiones enim ſunt ſtricti Iuris Barz. deciſ.
Bonon 110. num. 14. Muta. deciſ. Sicil. 45.
num. 6. Larata conſ. 42. num. 1. Iacob. Gall.
35 conſ. 90. num. 6. Gratian. diſcep. forenſ. cap.
3. num. 27. & non mirum ſi tantum ligant
in quantum ſonant verba l. fideiuſſor, & l. fin.
ff. de fideiuſſ. cum alijs citatis per eundem
Muſcatel. in d. praxi par. 1. modo 7. num.
3. proptrerea non eſt extendibilis ad cau-
36 ſas extraneas ſubdit ibi Muta, imo in
deciſion. 100. numer. 10. 11. & 12.
refert ſtante eius ſtricta qualitate, quod
37 non extenditur de re ad rem, nec de loco
ad locum, nec de caſu ad caſum, & ſequitur
num. 13. & 14. nec de tempore ad tempus,
nec de perſona ad perſonam, neque de fa-
38 cto ad factum, & demum num. 15. & 20.
nec de cauſa ad cauſam, aut de certo ge-
nere negotiationis, exempla de ijs ſunt
clara in iure ſimilia de cautione nempè
præſtita in vno Tribunali, quod non valet
39 in alio Tribunali ad tex: in l. cum apud Sem
pronium ff. Iud. ſol. Franc. deciſ. 601. num. 7.
Conſil. Paſcal. de vir. patr. poteſt. par. 1. cap.
8. num. 20. Molfeſ. tom. 1. par. 4. quæſt. 63.
num. 24. niſi fuerit Tribunal ſubordinatum
alteri, vt in caſu eiuſdem Franc. deciſ. 320.
208. & 330. & exemplo oſtendit Maran. in
ſpecul. par. 6. membr. 8. num. 12. ſicuti in obli
40 gatione ſtipulata in vna Curia nequiret in
alia incuſari Vrſill. deciſ. 3. num. 6. & Muſca
tel. in d. praxi fideiuſſ. par. 1. modo 1. 2. & 3.
num. 17. ſic ratione loci, item ratione per-
41 ſonę, nam mutata perſona ex parte rei cau
tiones iudiciariæ extinguntur l. 1. §. defen-
ſor ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu. ſimiliter
per mutationem Iudicis de quo per Vrſill.
deciſ. 182. num. 2. idem pariter dicendum
erat per mutationem Iudicij, prout in ca-
ſu noſtro, & hoc ex pluribus comprobatur
rationibus, primo ex inſtantijs cauſarum,
42 nam ſi periret inſtantia, vtique fideiuſſio
extingueretur Afflict. deciſ. 182. & ibi Vr-
ſill. num. 8. Paſcal. vbi ſupra num. 202. The-
ſaur. deciſ. 202. nu. 12.

Secũdò, ſi in prima inſtãtia qs fideiuſſiſſet
de ſoluendo, & principalis eſſet abſolutus ſi
in cauſa appellationis fuerit condemnatus,
& poſtea confirmata ſententia, non tenere-
43 tur Franc. d. deciſ. 320. num. 2. & 3. Muſca.
in d. praxi S.C. lib. 2. par. 3. gloſ. inſtantia
num. 14.

Ita demum aſſeuerandum eſſet in muta-
tione Iudicij de qua loquimur, propterea
conſiderandum duxi ante omnia de Iure
44 eſſe diſpoſitum, quod omnis cauſa regula-
riter eſt ordinaria Lanfranc. in repet. Cle-
men. ſæpè in verbo ſimpliciter num. 19. de
verb. ſign.

45 Quamquam de Iure Regni noſtri omnes
cauſæ ſint ſummariæ per diſpoſitionem
cap. deteſtantes Carau. in ritu 72. num. 8.
Muſc. in praxi S.C. lib. 1. p. 1. gl. libellus n. 4.
Nihilominus non omnes cauſæ ſint ita
ſummariæ, quod ordinariè in illis procedi-
tur reſecatis aliquibus iuris ſubtilitatibus,
hoc eſt

hoc eſt quoad procedendi modum non circa
probationes fundat Palma in diuerſ. iuris
gloſ.5.num.11. & ſeq. nec è contra tam or-
dinariè quin ſummariè procedi poſſit, agno
ſcitur enim diſtantia inter eas, etenim quan
do tractatur ſine ordine iudiciario, vt quia
non interuenit libellus, nec litis conteſta-
tio, vel quia incipit à principio de ſoluen-
do ſicut ſunt cauſæ exequutiuæ vtique ſum
46 mariæ cenſerentur, ita Maran. in ſpecul.
par.4.diſtin.9.num.41.& inter cætera exem
47 pla poſuit num. 176. cauſam dici ſumma-
riam quando præſentatur inſtrumentum
ſecundum formam Ritus Mag. Cur. in Re-
gno. Imo illud nedum Iudicium ſumma-
rium, ſed extraordinarium nuncupari; eo
quia omnia iudicia extraordinaria ſunt
48 Iudicia criminalia, idem Maran. d. ſpe-
49 cul.diſt.10. num.8.& cum tale iudicium li-
quidationis inſtrumentorum criminale e-
tiam dijudicetur de quo latè per Galter.
in praxi inſtrumen.3.par. rub.4. num. 1. &
ſeq.Paſcal.de vir. patr. poteſt. par.2. cap.9.
num. 4. merito concludendum videbatur
tale Iudicium nedum ſummarium, ſed ex-
traordinarium eſſe; Iudicia autem ordina-
50 ria ea eſſe affirmat Maran. in eadem par.
4.diſt.9.num.9. quæ per libellorum præſen-
tationes, & alios Iudiciarios actus legiti-
mè perficiuntur, qui ſub ordine iudicio-
rum complectuntur, de quibus ſigillatim
loquitur Scaglion.poſt Ritus Mag.Cur. in
eius commentario, & ſub iſto iudiciorum
nomine cauſa præuentionis continetur,
cum ipſa præuia abſolutione à iuramento
per libelli porrectionem inchoatur ad im-
pediendam incuſationem obligationis, vel
liquidationis inſtrumenti, præſtita prius
51 cautione de ſe præſentando tempore pu-
blicationis pro debito, & pœna, quemadmo
dum diſpoſitum eſt in d. pragm. 1. de præ-
uen. de quo ſatis loquitur Muſca. in eadem
praxi lib. 2.par. 1.gloſ.in forma num.79. ex
quibus colligitur diuerſitatem ineſſe inter
dictas cauſas, imo contrarietatem inter eas
in modo procedendi, ac etiam in requiſitis
in vna, & non in alio, & propterea illatio à
52 diuerſis non fit l.vlt.ff.de calum. cum alijs
relatis per Barboſ.d.opuſc.num.6.lit.I. quo
fit vt cum in cauſa præuentionis ordinariè
intentata, erat neceſſe cautio præſtari ab a-
ctore adhoc, vt ſuam conſequeretur iuſtitiã
præueniendo, & impediretur accuſatio, ſeu
liquidatio, quo adimpleto, viſiſque proba-
tionibus per Iudicem decerneretur ſi accuſa-
ri debuerat fideiuſſio, ſiue nõ, & ſic termina
bitur iudicium, qua finita iudicium obliga-
tionis, ſeu inſtrumenti liquidi reaſſumit
ſuam naturam executiuam, ſicut etiam
refert d.Muſca. in praxi fideiuſſ.par. 2. q.8.
n. 30. in quo ſiquidem iudicio executiuo nõ
præſtantur tales cautiones, eiuſdem formæ,
ſed alterius formæ, quoties appellaretur à
citatione ipſarum liquidationum ob eo-
rum illiquiditatem, ſeu pactiones, & ſimilia;
nam vt audiri poſſit reus præſtare compel-
53 litur fideiuſſionẽ de parendo mandatis co-
ram Iudice declarando, hoc eſt extra Ci-
uitatem Neapol. In Ciuitate vero de paren
do mandatis S. C. vt conſuetum eſt in pra-
xi ſeruari, de quibus particulariter idem
Muſcatell. in eadem praxi loquitur modo
13. taliter tum ob difformitatem fide-
iuſſionum non debet fieri extenſio de caſu
ad caſum, tum etiam ob difformitatem iu-
diciorum, de ordinario ad ſummarium, vt
infra ſubijciam non cogendus erat ipſe
Bartholomeus ad aliam cautionem præ-
ſtandam, eoque impenſius, cum per omiſ-
ſionem proſequutionis iudicij præuentio-
nis cœpit vires citatio inſtrumentalis, &
ſortita eſt eius effectum, dum igitur cautio
in illo iudicio non fuerat præſtita, nec pari-
ter præſtanda erat in iudicio executiuo ob
difformitatem illarum, ad quod proban-
54 dum pro coronide facit tex. in. l. ſi quis
quemquàm ff.ſi quis caut. vbi legitur, quod
promittens ſiſtere aliquem in eadem cau-
ſa, non extenditur, præter quàm in illa
cauſa, & ſubdit tex. ſeq. in l. qui autem,
quod qui nouo priuilegio vtitur non vide-
tur in eadem cauſa ſiſti, vbi gloſ. ponit exẽ
plum, quia mutatur qualitas cauſæ, & benè
55 facit tex. ibi in §.1. cum gloſ. ſic fideiuſſor
præſtitus ab officiali in principio officij, ſi
ipſe reformabitur non tenetur de geſtis an-
no ſequenti Carau. in Ritu 295. num. 20.
& in terminis noſtris Præſ. de Franc. deciſ.
601. num.3. dixit, quod fideiuſſio facta co-
56 ram vna perſona, propter vnam cauſam,
non extenditur ad aliam, & num.20. ſubdit,
quod fideiuſſio data in cauſa poſſeſſorij non
procedit in cauſa petitorij, & ibi caſus ad
propoſitum refertur vltra alia conſimilia
exempla prodita per Carroc. dec.74.

Nec dicatur, quod cum vna eademque
57 cauſa diuerſo tamen modo agendi ſuppo-
ſita, & incepta ordinariè per præuentionẽ,
licet omiſſam poſtea eius proſequutionem,
ac cautionis implementum eſſe appareat,
& inde per Reum in præuentione conuen-
tum incepta ſummariè, & extraordinariè,
quod ſi bene per partes fieri non poſſit Ma
58 ran. in ſpec.d.par.4. diſt.9. num. 213. nam
ob ordinis peruerſionem nullitatis vitio
non carebit, Carau. in Ritu 288. num. 33.

adhuc

Digitized by Google

adhuc tamen per Principis beneplacitum,
aut ſtatuti determinationem permiſſum
cenſeri cernitur in caſu allegato tum re-
ſpectu prçuentionis ex diſpoſitione d. Prag.
quam reſpectu liquidationis iuxta Ritus
determinationem, vt vno modo proceda-
tur in præuentione, & alio modo extraor-
dinario in liquidatione, diuerſa cautio præ
ſtatur in vno, & diuerſa in alio: ſed quia
principia vtriuſque iudicij ſunt pariter dif-
formia, cum reus in iudicio p̄uentionis eſt
actor, & in iudicio liqdationis reus, è cōtra
reus in p̄uentione eſt actor, in liquidatione
eſt reus, ideò non benè conueniunt ſatiſda-
tiones inuicem præſtandæ, propterea illa-
tiones non erint admictendæ; Imo per in-
terpoſitionem decreti, vt ordinariè proce-
deretur in allegata cauſa liquidationis vi-
59 debatur ad priſtinam naturam reuerti, &
tunc fieri poſſe affirmat Marant. in citato
loco num. 211. verſic. non obſtat dictum
Bald. loquens de cauſa ſummaria, ſi inde
ordinariè proſequutum fuiſſet nullitati lo-
cus non eſſet, quia redire videtur ad ſuam
naturam primæuam, & proceſſus ſic com-
pilatus teneret, tradit Minſing. ſing. obſeru.
cent. 6. obſeru. 17. num. 1. adhuc tamen,
60 quia difformes cautiones præſtantur in iu-
dicijs ordinarijs, vt ſunt illę, vel de ſtando
iuri, vel iudicio ſiſti, de quibus per eundem
Muſcat. d. praxi fideiuſ. modo 12. aut de
reficiendis expenſis, prout idem in modo
11. proſequitur, non propterea ipſa cautio
præſtanda erat iuxta formam præuentio-
nis, ſed alterius formæ iuxta iudicium cœ-
ptum, vel reintegratum, ſecundum qualita-
tem iudiciorum ordinariorum, vel ſumma-
riorum, aut extraordinariorum, nam etiam
ſi fuiſſet præſtita militaret in alio iudicio,
ob difformitatem iudiciorum, actionum,
& perſonarum, quando eſſet de ſoluendo,
vel iudicio ſiſti ex Caſtr. notat Muſcat. in
praxi S. C. lib. 1. par. 3. gloſ. expenſis ſub
num. 35. quod ſecus eſſet, ſi aliter non fuiſ-
ſet data prout erat caſus in controuerſiam
deductus, ex quibus omnibus negotio be-
nè trutinato die 23. Octobris 1624. decreui,
quod detur terminus in cauſa, interim ſu-
ſpenſa conſignatione literarum executo-
rialium, donec aliter fuerit prouiſum ſu-
per forma fideiuſſionis præſtandæ, ob mu-
tationem iudicij præuentionis inſtrumenti,
ad iudicium ordinarium, ſic declaratum
parte inſtante, pœnes Ayetam Actor. Ma-
giſtrum.

S V M M A R I V M.

1 *Sequeſtrum fieri debet, & mandata expediri vrgentibus creditoribus, vt potiora iura ipſorum diſſerantur.*
2 *Ceſſionarius eſt eadem perſona cum cedente, & ſuccedit in omne ius, & locum cedentis.*
3 *Ceſſionarius eſt procurator in rem propriā cedentis.*
4 *Ceſſionarius eſt creditor propriè.*
5 *Ceſſionarius contra debitorem ceſſum habet exercitium directè ex perſona cedentis.*
6 *Ceſſionarius præfertur cedenti agendo ordinariè, & executiuè.*
7 *Ius ceſſionis magis attenditur, quam cedentis.*
8 *Bona viri ſunt tacitè hypothecata pro adminiſtratione bonorum parafrenalium.*
9 *Bona curatorum, atque tutorum ſunt tacitè hypothecata pro adminiſtratione curæ atque tutelæ mala.*
10 *Bona adminiſtrantium vniuerſitates, ſunt tacitè obligata pro d. adminiſtratione mala.*
11 *Bona conductorum vectigalium, ac etiam prælatorum ſunt tacitè obligata pro mala adminiſtratione.*
12 *Bona clericorum pro mala adminiſtratione ſunt hypothecata.*
13 *Bona œconomorum ſunt tacitè hypothecata pro mala adminiſtratione.*
14 *Sententia dat ius in re.*
15 *Sententia non transfert dominium, neque poſſeſſionem, ſed quaſi dominium, ſeu poſſeſſionem. nu. 16.*
17 *Sententia quando transferat dominium, & poſſeſſionem.*
18 *Sententia hypothecaria an trasferat dominium in creditorem.*
19 *Sententia diffinitiua nouam producit actionem.*
20 *Sententia, an nouationem pariat.*
21 *Nouatio ſicuti per ſententiam non inducitur, an per inſtrumentum.*
22 *Nouatio ex ſententia orta non eſt extinctiua, ſed continuatiua actionis primaue.*
23 *Pecunia dicitur extare, quando ſtat ſub ſequeſtro.*
24 *Creditor anterior non prohibetur auocare pecuniam à poſteriore creditore exactam.*
25 *Hypotheca in pecunia etiam conſtat.*
26 *Pecuniam alteri hypothecatā ſoluens, alienam ſoluit, & in ſubſidium ſuccurritur dominus pecuniæ, ſiue ex cauſa onoroſa, ſiue lu-*

Digitized by Google

ſiue lucratiua eſset.

27 *Debitor delegatus an, & quando non tenetur ſoluere ei cui fuit delegatus eo maxime exiſtente Iudæis mandato probibitiuo.*

28 *Creditor primus præfertur non obſtante ceſſione, ſeu inſolutum datione facta alteri per debitorem, & deciſio refertur, num. 29.*

30 *Cauſæ mercatorum de bono, & æquo dirimuntur.*

31 *Solemnitates, ac iuris apices in cauſis mercatorum omni eiciuntur.*

32 *Scriptura mercatoris in fortiori caſu probat in qua alius creditor, & alius debitor ſcriptus eſt loco prioris debitoris, & habet vim ſolutionis.*

33 *Mercatorum conſuetudo eſt, vt ſtatim debitor liberetur, quando creditor non acceptat.*

34 *Debitor adhoc, vt liberetur per delegationem tria exiguntur.*

35 *Obligatio, ac illius acceptatio requiruntur etiam pro delegatione.*

36 *Delegatio proprie fieri quando dicatur.*

37 *Nouatio ex delegatione reſultat.*

38 *Actio per delegationem extinguitur.*

39 *Delegatio mutat debitorem.*

40 *Pecuniam dare intelligitur, qui delegat.*

41 *Soluendo, quis delegat.*

42 *Solutionis verbum pertinet ad omnem liberationem quouis modo factam.*

43 *Delegatio debitoris cedit loco ſolutionis.*

44 *Delegatio ſimilis eſt ſolutioni.*

45 *Delegans amplius moleſtari non debet.*

46 *Debitor delegatus à delegante liberationem conſequitur, ita vt amplius conueniri non poteſt maxime inter mercatores.*

47 *Obligatio perimur facta delegatione, & qualis refertur.*

48 *Debitor delegatus inſolidum tenetur delegato.*

49 *Debitor ſi campſori dixerit, vt ſoluat alicui certũ, quid dicitur liberatus ſi illa ſuſcipiat debitum in ſe, vel ſoluere promittat, & quando hoc procedat differitur.*

50 *Debitor principalis cuius nomen fuit per creditorem alteri obligatum, an poſſit ſoluere primo in præiudicium ſecundi creditoris, & quando intelligatur diſtinguitur.*

51 *Solutio cedenti, aut creditori anteriori, an fieri poſſit.*

52 *Creditor primus, an auocat pecuniam à ſecundo creditore ceſſo.*

53 *Delegatio tres in ſe continet perſonas.*

54 *Debitor delegatus ſubſequuta delegatione obligatur delegato, loco delegantis.*

55 *Nouatio inducitur interuentu nouæ perſonæ.*

56 *Delegatio qualibet nouationem includat.*

57 *Præſentia pro conſenſu habetur.*

58 *Delegatio per ſtipulationem robur accipit.*

59 *Delegatio ſtipulationem requirit.*

60 *Creditori anteriori, an iure licito competat debitoris vendicatio.*

61 *Delegatio alijs creditoribus præiudicat, quod ſecus eſt in ceſſione.*

62 *Vigilantibus & non dormientibus iura ſubueniunt.*

63 *Creditores poſteriores in habendo apocam & exigendo pecuniam non ſunt moleſtandi hypothecaria.*

64 *Solui poteſt creditori anteriori, ſeu diligentiori in petẽdo creditũ in iudicio, vel extra alijs negligentibus, nec ſolutum repetitur.*

65 *Creditor potior dicitur cui primo numeratum eſt.*

66 *Creditor exigens pecuniam à nomine debitoris, an ab anteriore poſſit moleſtari.*

67 *Delegatio vim ſolutionis habet.*

68 *Delegatio vera ſolutio dicitur.*

69 *Tex. in l. cum vetus ff. quæ in fraud. cred. qualiter procedat.*

70 *Contumax non dicitur ſi comparet coram ſuperiore, & excuſatur in minori Curia.*

71 *Creditor debitoris decocti, an moleſtandus erit pro pecunia exacta refertur deciſio.*

72 *Auocatio pecuniæ prætenſa per creditorem anteriorem nititur contra naturalem æquitatem, imo etiam de rigore iuris. num. 74.*

73 *Aequitas ſuggerit ne auocationes pecuniæ fiant à poſterioribus.*

75 *Deciſiones contrariæ aduerſus creditores poſteriores pecuniam exigentes à debitore fallito qualiter procedant.*

76 *Creditor anterior de rigore iuris auocat pecuniam à creditore poſteriore in caſibus permiſſis.*

77 *Conſuetudo mercatorum ſuadet, vt facto inſtrumento delegationis dicitur inducta nouatio.*

78 *Delegatio, vt ſubſiſtet exigitur, quod debitor ſit debitoris.*

79 *Qui ſentit commodum debet ſentire incommodum.*

80 *Res in bonis eſſe qualiter intelligatur.*

81 *Actiones perſonales & nomina debitorum in bonis noſtris eſſe debent.*

82 *Idem iudicandum de feudo, quod de actione ad feudum.*

83 *Nomina debitorum obligari poſſunt.*

84 *Nomina debitorum, & ſi non ſint expreſſa veniunt in generali hypotheca.*

Digitized by Google

85 *Nomen debitoris alteri ceſſum, eſt ceſſionarij non amplius cedentis.*

86 *Nomina debitorum primo creditori obligata nequeunt poſtea obligari ſecundo creditori, ſed bene cedi num. 87. & inſolutum dari num.88. ac alteri creditori delegari num. 89.*

90 *Contractus vetuſtior corruit per delegationem.*

91 *Actio omnis per delegationem redundat ei cui nomen eſt quaſitum prauia ſtipulatione.*

92 *Conſenſus debitoris delegati, quod operatur in delegatione non tamen in ceſſione ſeu datione inſolutum.*

93 *Doctrina Caualli q. 754. num. 2. qualiter procedat.*

94 *Debitor delegatus, qui ſe obligat ſoluere, licet veri non ſit debitor nequit euitare ſolutionem, & ſi ſoluendo non eſſet cuius erit periculum.*

ARGVMENTVM.

Creditor anterior, an poſſit auocare pecuniam licet ad eius inſtantiam ſequeſtratam.in poſſe debitoris ſui creditoris, delegati creditori poſteriori, & ſolutam ordine alterius Iudicis per ipſum debitorem, & ſimiliter aliam non ſolutam vendicare, non obſtante tali delegatione facta per ſuum debitorem poſteriori creditori.

Dominus illuminatio mea, & ſalus mea quem timebo.

VOTVM VI.

IO: Baptiſta Zambella Bergomenſis cum fuiſſet per plures annos adminiſtrator Montis erecti per quond. Hyppolitum Quires minum in Ciuitate Monopolis, & onera teſtatoris non impleuiſſet, fuit tandem per Tribunal Reuer. Fabricæ Sancti Petri de Vrbe condemnatus ad ſoluendum quandam notabilem ſummam pecuniarum, cuius rei cauſa deſtinatus fuit Reuer. D. Lelius de Antonijs Commiſſarius per idem Tribunal ad exequendum eius bona,& effectus de anno 1623.de Menſe Maij, tandem inita tranſactione inter d. Commiſſarium & Antoniam Venetianam ſororem, & heredem Franciſci Venetiani vnius fideiuſſoris eiuſdem Zambellæ pro ducatis mille conſequendis ab Vniuerſitate Altamuræ, pro alio vero complemento ducatorum 557.præfatus Io:Baptiſta inſimul cum Franciſco Pino, & Pyrro Morando eius Nepotibus ſe obligauerunt illos ſoluere, hoc eſt medietatem illorum de Menſe Decembris 1624. reliquam vero in eodem menſe anni ſequentis pro quibus ipſe Commiſſarius ceſſit eius iura in forma adijciendo verba illa nunc pro tunc,& è contra facta integra ſolutione ceſſit, vt ſupra tranſlatinè, vt ſupra prædictis ſoluentibus, vt ſupra omnia iura, & anterioritates d. officio ſpectantia, & ſpectantes vigore ſuorum priuilegiorũ, & ſcripturarum aduerſus d Io: Baptiſtam, & eius bona,& effectus, & paulo poſt dicebatur conſtituens prædictos reſpectiuè ad recuperand ũab hodie in antea, & exigendum prædictos duc. 557. cum omni intereſſe à prædicto Io:Baptiſta, & ex illius effectibus bonis,rebus & quibuſcunque conſiſtentibus, & contra quemcunquè nomina debitorum ipſius Io: Baptiſtæ, cumque in eodem anno 1623. præfatus Ioan: Baptiſta vendidiſſet apotecam cum omnibus mercibus pro certa ſumma eidem Petro Morandi ſuo Nepoti, ſoluenda infra quatuor annos, delegando ſummam ducatorum 500. debitam Accurſio Carrara Bergomenſi eius creditori ſoluendorum infra biennium, hoc eſt medietatem illius per totum Menſem Aprilis 1624. & alteram in Menſe eodem anni 1625. Interea inſurrexit Frãciſcus Pinus vnus ex obligatis cum d.Zambella dicto Commiſſario vti illius ceſſionarius, ac procurator per eum conſtitutus in rem propriam vigore d. ceſſionis prætendens ſibi ſatisfieri ſuper effectibus, ac nominibus debitorum eiuſdem Zambellæ, & propterea inſteterat ſequeſtrari omnes effectus, nec non mandari debitoribus illius,ne alijs ſoluerent pecunias per eos debitas inter quos erat ipſe Morandus debitor eidem Commiſſario Fabricæ, ac delegatus à d. Zambella eidem Accurſio pro ducatis 500.& ſic executũ per Curiam Monopolitanã, ꝙ ſi quidem iuridice proceſſiſſe non ambigebatur quoties plures creditores concurrent videndum erit quis eorum potiora iura habent,& interim ſequeſtrum fieri, & expediuntur mandata, ita Muta deciſ. Sicil.24.nu.1.cum ſeq.notandũ dixit.

Et propterea accedendo ad enucleationem iurium vtriuſque creditoris, vt rectè perpendi poſſit quis eorum potiora iura foueat; ſi enim iura ipſius Franciſci Pini intuan-

ſatuanrur, comperitur ipſum ceſſionarium
Commiſſarij Reuerendæ Fabricæ eſſe, ac il-
lius procuratorem conſtitutum in rem
propriam, vnde colligitur ceſſionarium eſſe
eadem perſonā cum cedente, & ſucceden-
2 tem, in omne ius, & locum cedentis iuxta
probata per Mutam deciſ. Sicil. 14. num 8.
& ſeq. Peregrin. deciſ. 115. num. 13. Monter.
deciſ. 25. num. 2. Intrigl. deciſ. Sicil. 8. num.
10. Maſtrill. deciſ. Sicil. 24. num. 2. Monac.
deciſ. Lucenſ. 37. num. 27. & deciſ. Bono. 19
3 num. 1. 2. 3. Similiter vti procurator in rem
propriam agere non vetebatur, eo quod
ceſſionarius procurator eſt in rem propriā
cedentis Milan deciſ. Sicil. 1. num. 20. lib. 2.
Intrigl. vbi ſupra num. 11. Graſſ. de excep.
4 in prel. num. 122. Ex quibus concluditur an-
te omnia ipſum ceſſionarium eſſe credito-
rem propriè Rota Genuæ deciſ. 104. num.
11. Cornaz. deciſ. Lucenſ. 10. num. 5. & ſic ſe
habet communis opinio, vt per Viuium
in eius Silu. comm. opin. in opin. 92. ceſſio-
narius Carrar. deciſ. Genuæ 63. Graſſ. vbi ſu-
pra num. 118. Carau. in ritu 286. num. 5. Ca-
uenſ. ritu 166. num. 6. Bertach. in ſuo re-
per. verbo ceſſionarius dicitur creditor, vbi
alios citat, & tam vti creditor, quam vti
procurator in rem propriam. & pariter
ceſſionarius agere non prohibebatur con-
tra debitorem ceſſum cū ipſe habeat exer-
5 citium directè ex perſona cedentis, & vti-
lis ex perſona ſua, ita Bart. Bald. in l. em-
ptor col. 2. verſ. quærit gloſ. C. de hæred. vel
act. vendit. & ipſe ceſſionarius præfertur
6 cedenti agendo, idem Bart. in l. nomen in
fine C. quæ res pign. Salyc. in l. 1. C. de act.
& obligat. hoc eſt nedum ordinariè d. l.
emptor, vbi Doct. & l. ſi duo ff. de ſolution.
ſed etiam via executiua inſtrumentali, vt
poſt Bertach. in d. repet. verbo ceſſionarius
petit, vbi antiquos allegat, Doct. Cauen.
vbi ſup. num. 8. & ritu 286. num. 5. Scagl.
ritu 163. num. 21. Cartar. vbi ſup. in princ.
nam magis attenditur ius ceſſionarij, quā
cedentis, Theſaur. iunior quæſt. forenſ. lib.
7 3. quæſt. 66. num. 5. Sed poſtquam ceſſiona-
rius cedentis iuribus agendo vtitur, non ab
re erit prætermictenda excogitatio ante-
rioritatis iurium, ac eorum pariter potio-
ritatis adhoc vt præferri poſſit pro ſuo cre-
dito, & certè quidem omne ius ceſſum per
Commiſſarium ipſius Fabricæ Reuerendæ,
procedere dignoſcitur ex adminiſtratione
geſta, per ipſum Zambellam d. Montis non
ſatisfaciendo relictis per teſtatorem, & ob
eam cauſam remanſiſſe debitorem, quo
caſu bona eius tacitè obligata videntur
quemadmodum in conſimilibus admini-
ſtratoribus de iure determinatum eſt, pro-
ut in adminiſtratione bonorum parafrena-
nal um tacta per virum concludit, Afflict.
8 deciſ. 44. num. 6. vbi Viſill. & alij.
9 Similiter, & de curatorum, atque tuto-
rum ad litem bonis, poſt Neguſ. de pignor.
4. memb. 2. par. num. 8. Præſ. de Fran. deciſ.
321. num. 3. Tiraq. in l. ſi vnamque verbo
ſuſceperit liberos ſub num. 146. verſ. ſi ad
hæc, C. de reuoc. donat. latius Caualc. de
tutor. & curat. num. 187. 225. & 322.
10 Ita pariter bona adminiſtrantium res
vniuerſitatis, Nicoſanr. in eodem tractat.
2. par. membr. 4. num. 119. quem ſequitur
alios citando, Fuſc. ſing. lit. A. Montan. in
pragmat. 5. §. 8. num. 8. & 9. de admin. vni-
uerſ. par. 3. cap. 6. num. 21. conſil. Rouit. in
d. prag. 5. §. 11. num. 13. & de hoc habemus
ſpecialem pragm. 10. de admin. vniuerſ. no-
uiſſimè Auguſt. Caput. de regim. Reipubl.
cap. 6. num. 13. & in ſumma nedum bona
tutorum, ſed conductorum vectigalium.
11 Immò prælatorum ſunt tacitè tacitè hy-
potecata pro mala ipſorum adminiſtratio-
ne, ſcilicet minoribus fiſco, & eccleſiæ, in-
quit Abb. in cap. ex literis num. 11. de pi-
12 gnor. quemadmodum etiam bona cleri-
corum pro malè adminiſtratis, & non ac-
quiſitis ſunt obligata, Caualc. deciſ. Flutz.
8. num. 35. par. 3. ita demum bona ipſorum
13 oeconomorum latiſſimè Eſcobar. in tract.
de ratiocin. adminiſt. cap. 39. num. 14.
Hac itaque pereſiſtente hypoteca taci-
tè contracta per eundem Zabellam adm-
niſtratorem dicti Montis, ob quam cauſam
debitor remanſerat, & inde præuia ſenten-
tia condemnatus de anno 1620. die 30. De-
cēbris, ſubſequitur videre, quodnam aliud
ius competere cernebatur actori, & certè
inſpecto tenore ipſius ſententiæ perſonalē
actionem, atque tacitam hyporhecariam
continentis, nullo alio iure ſuffragari poſſe
prædicto Pino de nouo quæſito ex ſenten-
14 tia, niſi qui cum ſententia ipſa det ius in
re, Affl. ct. deciſ. 373. num. 2. poſt Neguſ. in
15 d. tract. 2. mēb. p 5. nu. 36. non quod tranſ-
ferat dominium, neque poſſeſſionem tàm
in corporalibus, quàm in incorporalibus,
Gram. conſ. ciuil. 81. num. 5.
16 Sed duntaxat quaſi dominium, & quaſi
poſſeſſionem in victorem hoc eſt in corpo-
ralibus, ſicut iuramentum, Capyc. deciſ.
20. num. 27. in fine, & num. 16.
Quamquam aliqui tenuerint per ſenten-
tiam acquiri dominium directum, ex Iaſ.
in l. ex hoc iure, ff. de inſt. & iur. num. 45.
fundat communem opinionem Donar. à
Fina inter comm. opin. lib. 7. tit. de re iudic.

 num. 26.

Digitized by Google

num. 26. nihilominus Facchin. lib. 1. con-
trou. iur. cap. 62. per totum poſt relatas
aliquas opiniones primam aſſequendo opi
nionem cum ea reſidere videatur quoties
in eum finem ſententia fuerit prælata ex
qua dominium nanciſcatur, iuxta Bart. di-
17 ſtinctionem, & exẽplum refertur in actio-
ne rei vendicationis, quo caſu dominium
per ſententiam acquiratur, iuxta commu-
nem opinionem probatam, per Viuium in
ſua Sylua opinion. 701. ſententia in reliquis
vero caſibus nullatenus dominium tranſ-
ferri probat ex multis Gratian. diſcept. fo-
18 renſ. cap. 545. num. 38. & 42. ita quod nec
ſententia hypothecaria dominium in cre-
ditorem traſferri poſſe affirmat, Neguſant.
eod. tract. par. 8. membro 1. num. 45. & de
omnibus, Nicell. in concord. gloſ. concord.
19 103. & licet ſententia ipſa diffinitiua no-
uam producat actionem Marant. in Specul.
20 p. 6. verbo ſententia num. 22. non tamen
per eam nouatio inducitur alioquin tolle-
retur hypotheca, gloſ. in l. grege §. etiam
veri. tenet, ff. de pignor. vbi Bart. intelligit
non fieri nouationem nouæ actionis non
autem dicit, quod prima tollatur, ad quod
dixit Præſ. de Franch. deciſ. 155. num. 10.
21 quod ſicuti nouatio non inducitur per ſen-
tentiam, ita nec per inſtrumentum, niſi ex-
præſsè dicatur, vltra Afflict. deciſ. 93. nu. 3.
licet alij contrarium aſſeuerare videantur
relati, per Viſcont. in ſuis concluſ. verbo
nouatio verſus finem, vbi allegat pro coa-
cordia opinionum, Surd. deciſ. 60. num. 4.
Cartar. deciſ. 118. num. 3. & vltra eos d. An-
ton. Nicell. in concord. gloſ. concord. 143.
plenè diſcuſſit articulum hoc eſt, vt non ſit
22 extinctiua primeuæ actionis, ſed benè cõ-
tinuatiua, ex quibus omnibus concluditur
actionem competentem Reuer. Fabrice ſu-
per bonis Zabellæ, eſſe tacitæ hypothecæ
ob eius adminiſtrationẽ, & ſic per ſentẽtiã
confirmatam, licet latam d. anno 1620. co-
demque anno fuiſſe initum contractum de-
inde per ipsũ Zambellam ſub die 20. Apri-
lis per quem apparebat ipſum vendidiſſe
apotecam cum omnibus mercibus Petro
Morandi ſuo nepoti pro certa ſumma in-
ter eos conuenta ſoluenda intra quatuor
annos, inter cetera delegando, d. ſummam
duc. 500. Accurſio Carrara eius creditori,
pro cambijs contractis ex cauſa mercaturę
ſoluenda infra biennium, ex qua ſi quidem
delegatione apparebat ipſum Accurſium
habere expræſſam hypotecam, vt infra di-
cetur, & proinde præferri dicto Pino ceſſio-
natio, ex cauſa tacitè hypothecæ contra-
ctæ, ac ſententię roboratæ licet anterioris,
ſed quia pendente tali diſcuſſione ipſe Ac-
curſus pro ſumma ducatorum 250. matu-
rata inſtrumentum liquidare fecerat in Ci-
uitate Bari, coram ſuo Iudice delegato
contra ipſum Pyrrum cuius vigore expedi-
tis literis exequutorialibus deſtinauerat
commiſſarium exequẽdi contra eundẽ pro-
pterea remanſerat inſopita reſpectu ipſius
Pini, ſed inſurrexerat alia non modica ve-
xatio Antonij Indelli ſimiliter creditoris
ipſius Zambellæ in ſimul cum dicto Pino
prætendentis ſatisfieri ſuper effectibus pa-
trimonij d. Zambellæ, & compilato proceſ-
ſu ſententias in eorum fauorem reportaue-
runt ſaluis tamen iuribus competentibus
eidem Accurſio pro reſtanti ſumma conſe-
quẽda ab ipſo Pyrro in de vigore dictæ ſen-
tentiæ præfatus Indellus, nedum intende-
bat ſibi ſatisfieri ſuper dicta ſumma debita
eidem Carrara, ſed ipſum cogi ad reſtituẽ-
dam aliam ſibi ſolutam ſtante ſequeſtro
facto per Curiam Regiã nam eo caſu dice-
23 retur pecuniam extare dum ſub ſequeſtro
manet, Fontanel. de pact. nupt. tom. 2. clauſ.
5. gloſ. 8. par. 6. num. 40. & ad oſtenſionem
ſuorum iurium nullatenus dubitari poterat
de eius anterioritate inſpecto tenore inſtru
menti idemnitatis ſtipulati in anno 1616.
cum attenta ipſius anterioritate inferreba-
tur ad illam quotidianam iuris concluſio-
nem, quod quando pecunia extat non pro-
hibetur creditor anterior illam à poſterio-
24 riore creditore auocare, ex Afflict. deciſ.
190. cap. 77. Gram. quæſt. 1. poſt deciſ. Anna
ſing. 538. Gail. pract. obſeruat. lib. 2. q. 25.
Marta voto 42. num. 4. & latè Fontanell.
d. gloſ. 8. par. 6. & 7. num. 58. Coſta de re-
med. ſubſid. remed. 37. num. 2. & hoc præ-
ſertim quoties creditor anterior haberet
hypothecam in bonis communis debitoris
cum etiam in pecunia hypoteca conſtare
25 videatur ad tex. in l. idemque §. fin. ff. qui
por. in pign. l. ſi fundus §. in vendicatione
ff. de pignor. Raynoſ. obſeruat. 61. num. 33.
26 vbi num. 35. ſubdit pecuniam, qui vni cre-
ditori hypothecatam alteri ſoluit alienam
pecuniam ſoluit, inde ſi non eſt ſoluendum
in ſubſidium ſuccurritur dominũ pecuniæ
aduerſus illum, qui pecuniam alienam con-
ſumpſit, & ſubdit num. 39. quod pecunia
hypothecata, quam ſecundus habuit non
ſolum ex cauſa lucratiua, ſed etiã ex cauſa
onerosa reuocatur, & hoc reſpectu ſummæ
pecuniarum exactę per ipsũ Accurſium di-
cebatur, quia cõtra formã ſequeſtri ſoluta
fuerat, vnde extare pręſumebatur ad huc
ipſa pecunia, præterea reſpectu reſtantis
ſummæ ſoluendæ dicebat ipſi ſoluendam

eſſe

Digitized by Google

eſſe ſtante anterioritate prædicta non obſtā-
te aſſerta delegatione prætenſa ab ipſo de
Carrara eo fortius obſtante ſequeſtro facto
per Curiam ex hijs, quæ dixit Cæuall. pract.
quæſt. commun. contra comm. tom.2.quæſt.
754. num.22. formalia verba annettendo, ſi
verò poſt factam acceptationem reperiatur
27 alius creditor potior in iure in cuius præiu-
dicio facta fuit talis delegatio, vel iuſtum Iu-
dicis mandatum contra dictum nouum debi-
torem, ut debitum non ſoluat ob aliquam
cauſam, tunc d. Delegatus ſi non ſe obligauit
tamquam principalis debitor, ſed ſolū acce-
ptauit mandatum, vel delegationem illud in-
telligitur rebus ſic ſtantibus, arg. tex. in cap.
quemadmodum de iureiur. & ſic non tene-
bitur ſoluere debitum cui ſe obligauit, ſed
mandato Iudicis habenti iura potiora, vt
tradit Marc. Ant. Eugen. conſ 73. hæc ille,
vnde inferebat, ſibi potius ſoluendum quam
delegato obſtante Iudicis mandato ad eius
inſtantiam facto non opitulante tali delega-
tione facta in ſui præiudicium, quæ fieri non
poterat, quibus accedit ſolēnę conſil. Soceyn.
ſen. 34. volum. 4. & aliud conſil. Pariſ. 69. vol.
4. cum alijs congeſtis, & relatis per Cartar.
28 deciſ. Ianuæ 19. num. 3. & 4. vbi concludit
creditorem primum eſſe præferendum, ma-
ximè ſi hypotecam habuerit non obſtante
nomine debitoris alteri poſteriori creditori
ceſſo, per ea quæ tradit Fontanell. vbi ſupra
num. 47. p. 6. quod creditor primus auocat
pecuniam ceſſam, & ita deciſum per illum
29 Senatum Cataloniæ reuocando contrariam
ſententiam latam, & eo magis ſtante debito-
ris decoctione, vt ex Theſaur. Mareſc. Lara-
ta, & Statil. Pacif. relatis per eundem Fontan.
d. gloſ. 8. par. 7. num. 31. & 38. ſeu inſolutum
datum, nam creditor anterior poteſt reuoca-
re dationem inſolutum factam poſteriori de
nomine debitoris, Monac. deciſ. luccen. 37.
num. 37. licet autem ex parte ipſius Accurſij
diceretur ante omnia eius creditum proce-
dere ex cauſa mercaturæ, & verſari inter
mercatores quemadmodum in eodem inſtru-
mento enunciabatur, quod ſatis in conſide-
ratione erat habendum, etenim cauſę merca-
30 torum debent de bono, & ęquo dirimi, Rota
Genuæ deciſ. 96. num. 5. ſicque apices iuris,
31 atque ſollemnitates in ijs omictuntur eadem
Rot. deciſ. 171. num. 7. & in fortiori caſu pro-
bat, Chriſtoph. Martius deciſ. Senenſ. 66. num.
32 25. quod ſcriptura mercatoris, in qua alius
creditor, & alius debitor ſcriptus eſt loco
prioris debitoris habet vim ſolutionis multo
magis, vbi inſtrumentum interceſſerit, vt in
facto enarrato apparebat, & ſubdit num. 50.
33 eſſe de conſuetudine inter mercatores, quod
liberatur debitor ſtatim, atque creditor ac-
ceptat alium, qui pro illo ſe ſaluturum pro-
mittat.

Quinimò ad euitandum inuolucra rerum
inutiles circuitus impenſarum, & laborum
detrimenta, ac temporis iacturam, quibus eis
vagare non videbatur permiſſū, aliqua con-
cedi videntur, eis profutura, quæ inferius re-
cenſentur. Sed omictendum non eſſe aſſere-
batur ad faciliorem eius crediti conſequutio-
ne earum deducere iuris probatas conclu-
ſiones ſatis conferentes huic facti themati, ex
quibus ſe releuari non dubitabat, illa quidem
ſuppoſita principali determinatione, quæ in
vera delegatione vrgere nō ceſſabat: poſtquā
talis delegatio debiti per debitorem facta
eius debitori ſoluendi per eius debitorem
adhoc, vt principalis ipſe debitor liberetur
34 tria principaliter in ſe continere comperi-
tur. Primò, vt ipſe ſit debitor. Secundò,
qui delegatus per ſtipulationem promictat,
Tertiò, quod tamquam debitor promictat.
ita ex Dec. Alex. & Caſt. probāt Rota Genuæ
deciſ. 2. num. 24. deciſ. 19. num. 7. Criſtof. Mar-
tius d. deciſ. 66. num. 13. Cancer. var. reſolut.
tom. 2. cap. 6. nu. 65. ad quod confirmandum
nouiter, Caualer. deciſ. Rom. 338. num. 5. di-
xit adhoc, vt quis liberetur delegatione cui
mandatur debet eſſe verè debitor, & pro-
mictere ſoluere ei cui mandatur, idem deciſ.
38. num. 6. & de mandato delegantis, idem
deciſ. 137. num. 1. & vltra hæc ſuperaddit,
Ludouiſius deciſ Roman. a 17. nu. 3. quod ſe-
35 quatur talis obligatio, & acceptatio d. obli-
gationis, & tunc diceretur delegatio fieri
Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 26. nu. 3.

36 Eo quia talis delegatio propriè fit cum de-
bitor de voluntate creditoris alteri ſoluere
promittit, & tunc debitor liberatur a credi-
tore, & obligatur alteri, cui ſoluere promit-
tit, vt poſt Ioſeph. Ludou. in ſuis commun.
concluſ. tit. de ceſſion. concluſ. vnica verſ. de-
clara ſexto, Cartar. deciſ. Ianuæ 126. num. 4.

37 Vnde reſultare cernitur ex hac delega-
tione primo nouatio per quam ipſe princi-
palis debitor liberatur ipſo iure, Ioſeph. Lu-
dou. deciſ. Peruſ. 23. num. 8. & actio contra
38 eum extinguitur, Reg. de Ponte conſ. 87 nu.
6. volum. 2. nam ipſa delegatio mutat debi-
39 torem, Ant. Fab. in eius codic. lib. 4. tit. 41.
definit. 2. num. 4. in allegat.

40 Etenim qui debitorem ſuum delegat pe-
cuniam dare intelligitur, l. qui debitorem C.
de fideiuſſ. facit, text. in l. ſi rem aliquam
§. fin. ff. de nouat. & ſic ſoluit, Rota Ge-
nuæ deciſ. 60. num. 11. deciſ. 153. num. 7. Mar-
41 tius deciſ. Senenſ. 66. num. 21. nam etiam
ſoluit, qui delegat, Mantic. de tac. & ambig.

lib.17.tit.8. nu.25. poſtquam ſolutionis ver-
42 bum pertinet ad omnem liberationem quo-
quo modo factam magis, quam ad ſubſtan-
tiam obligationis refertur, & ad numorum
numerationem ad text.in l.ſolutionis ff. de
ſolut.

43 Non mirum ſi delegatio debitoris cedat
loco ſolutionis, idem Ludou.deciſ.23.num.1.

44 Quia ſimilis eſt ſolutioni, & eius vicem
obtinet, idem deciſ.74.num.41.

45 Adeò, quod delegans amplius moleſtari
non poterit ſi delegatus efficiatur non ſol-
uendo, Ludou.d.deciſ.23.num.4.& 7.

46 Similiter reſpectu delegati, qui aliter à de-
bitore delegante liberatur, vt ab eo amplius
conueniri non poſſit, idem Ludou. d.deciſ.23.
num. 7. & maximè inter mercatores, vt ſub-
dit, Criſtoph. Mart.d.deciſ.66.num.53.

47 Et ſic delegatione facta, prout ipſe fatetur
ibi nu.3.duplex peremitur obligatio illa, ſci-
licet qua tenetur mihi debitor meus quem
delego, & ea qua teneor creditori meo, Ron-
chegal. l. 3. de duob. reis ſub num. 52. qua
peremptione, ita ſe habente ſubſequitur,
quod ſi poſt delegationem factam, vel ceſsio-
nem, aut dationem inſolutum anterior cre-
ditor vendicare prætendet nomen ceſſum,
ſeu delegatum maximum detrimentum ori-
retur in præiudicium creditoris poſterioris,
vt nullo modo ſiuè potuiſſet creditum con-
ſequi, nec à principali debitore iam libera-
to, neque à debitore delegato, & ita totali-
ter remaneret excluſus contra omne ius
poſtquam debitor ipſe delegatus, qui promi-
48 ſerat ſoluere delegato, vtique ei inſolidum
tenetur ad ſoluendum ad tex.in l.qui id quod
ff.de donat. vbi Bart. & reliq. in magis aſtri-
ctus erat vigore ſuæ obligationis delegato,
quam creditori anteriori, ad quod facit au-
rea doctrina Bart. in l. delegare, ff.de nouat.
& in l.ſingularia num.19. ff.ſi cert. pet.quam
ſequuntur Specul.in tit.de oblig.& ſol. Aret.
conſ.5. Curt. ſen.conſ.7. Ruyn. conſ.209.lib.
5. Dec.conſ.107. Bald. Ang. Soccyn.Gabriel.
& Mantica quos nouiſsimæ ſequitur, Cri-
ſtoph. Martius deciſ.Senenſ.663. num.11.&
49 12.quod ſi dico campſori, ſeu mercatori, vt
tibi ſoluat, quod tibi debeo, ego ſum libera-
tus ſi ille ſuſcipiat in ſe debitum, vel tibi ſol-
uere promittat, quia promiſsio illa deſeruit
pro ſolutione, & ſubdit etiam ſi campſor fo-
ro cedat in caſu relato non datur amplius
recurſus contra debitorem cedentem dum-
modo delegatus ſit debitor delegantis, & alia
requiſita delegationis interceſſerint alias ſe-
cus eſſet, prout loquitur Facchin. contr.iur.
50 lib.11.cap.53.in eo, qui iuſſerat debitori ſuo,
vt ſolueret eius creditori non tamen, vt ſe
obligaret illi ſe ſoluturum, hinc infert quæ-
51 rendo, Neguſant. in tract. de pignor.3.mem-
bro 2.par. num.26. & ſeq. dicens, an princi-
palis debitor cuius nomen fuit obligatum
per creditorem alteri creditori poſsit ſolue-
re primo creditori in præiudicium ſecundi
creditoris, & quamuis concludere videatur
affirmatiuè ſub iungendo, niſi fuiſſet ei per
ſecundum creditorem denunciatum ne pri-
mo ſolueret, & dubitando ſubſequitur, quod
ſi debitor haberet notitiam de hoc, & non
eſſet factum alterum de tribus in d.l.3. C.de
nouat. ſi hoc ſufficiat, vt debitor non poſsit
ſoluere primo, & ſecundum gloſ. concludit,
quod non ſufficiat ſola ſcientia, ſed exquiri-
tur alterum de tribus, vnde pro concordan-
tia, gloſ. ſub dixtinctione cenſuit, quod aut
ceſsio fit ad commodum cedentis, & eius pe-
riculo, & quod exigitur conuertitur in eius
vtilitatem, & tunc non ſufficit ſimplex ſcien-
tia, ſed requiritur alterum de tribus d.l.3. &
ſic procedit, tex. in l.nomen, ff.de hæred. vel
act.vend. Nam ibi hypothecatio fuit facta ad
commodum hypotecantis, & pro eius libe-
ratione, aut verò fit ad commodum ceſsiona-
rij, & eius periculo, tunc ſufficit ſola ſcientia
per iura ab eo relata, & remanet firma con-
cluſio, quod in terminis d. l. nomen non ſuf-
ficit ſola ſcientia, ſed requiritur alterum de
tribus, de quibus in d. l. 3. & prædictis vltra
Afflict. adhæret alios citando, Vrſill. deciſ.
335. num. 16. cum ſeq. vbi expræſsè iuxta
51 talem dixtinctionem concludit nō poſſe fie-
ri ſolutionem cedenti eo fortius, nec credi-
tori anteriori ſecundū caſum relatum à præ-
dicto Neguſ. eoque impenſius cum in caſu
allegato interuenerat vnum de tribus d. l. 3.
népè receptio medietatis debiti, vltra quod
ipſi Doctor. loqui videntur in ceſsione, &
52 adhuc creditor primus non auocat, quod eſt
ſecundo ceſſum, licet non exactū, quia habet
vicem ſolutionis, Fontanel. vbi ſupra num.
45.p.6. nec nomen extinguitur Mareſc.lib.2.
variarum reſolutionem capit. 126. numer.3.
quamque in caſu præmiſſo in vera delegatio-
ne verſabatur, quæ in ſui eſſentia exigit inter-
53 uentus trium perſonarum, ſcilicet perſonæ
debitoris delegantis, perſonæ debitoris de-
legati, ac perſonæ creditoris, cui fit delega-
tio l. 1. 2. 3. ff. de nouat. Rota Genuæ deciſ.
99. num. 2. idem Ludou. d. deciſ.23. num.6.
Sebaſt.Medic.in tract.de nouat.lib.1.quæſt.7.
Criſtof. Martius d.deciſ.66.num.8. & ſequen.
Per quam delegationem iura omnia extin-
guntur, ex peremptione obligationum, vt
dixi, & remanet duntaxat principaliter de-
54 legatus debitor obligatus delegato loco ip-
ſius delegantis, vt voluit Roncheg. vbi ſu-
pra num. 51. Reg. de Ponte ibi num.2. & ſic
55 inducta nouatio per interuentum nouæ per-
ſonæ

ſonæ, iuxta communem opinionem Doctor.
de qua per Afflict.decif.353.num.3. & 4. Mu-
56 ta decif.Sicil.33.num.34. Mantic. de tacit. &
ambig. lib.17. tit.6. delegatio quælibet noua-
tionem includit, Ant.Fab.in eius codic.lib.4.
tit.7. defin. 1. num. 14. Sicque expræſsim in
tenore inſtrumenti producti apparebat de
delegatione perhabita cum interuentu ipſius
Zambellæ principalis debitoris iubentis ſol-
ui pecuniam d. Accurſio, ſimiliter accedente
conſenſu ipſius Pyrri debitoris in ſe aſſumē-
tis onus ſoluendi d. ſummam eidem Accur-
57 ſio præſenti, &c. quæ ſiquidem præſentia
pro conſenſu habetur, gloſ.in l.ſi ſeruus §.ſi
furnum verſ. furnum ff.ad l.aquil. vbi alia
iura allegat, & in l. quidam ex parte ff. de
euict. & in ſumma omnia perfecta ſtipulatio-
ne mediante comprobata delegatio ipſa ro-
58 bur aſſumpſit, l.delegare ff. de nouat. cum
ad eius perfectionem ipſam ſtipulationem
exigat, ita Ronchegal. vbi ſupra num. 53.
And. Gail. lib.2. obſeru.30. num.8. Martius
vbi ſupra num.8. & 9. Cancer. vbi ſupra, ac
59 etiam per ſtipulationem aductam, Mantic.
de tacit. & ambig. lib.14.tit.6.num.15. & lib.
17.tit.1.num.1. & tit.2. num.1. inducta vide-
tur nouatio ipſa, & conſequenter facta vide-
tur ſolutio, nam etiam ſoluit, qui delegat de-
bitorem, idem d.lib.17.tit.8.num.25.

Et propterea non obſtat, id quod ante-
rior creditor ſe tueri poterat non potuiſſe
fieri in eius præiudicium talē delegationem,
ita quod ei iure licito promittebatur debi-
60 toris delegati vendicatio, ex tex. in l. cum
vetus, ff. quæ in fraud. cred. nam aliud eſt in
61 delegatione debitoris, & aliud in ceſſione no-
minis debitoris, & proinde ad rem noſtram
inſpecta delegatione iam facta alijs concre-
ditoribus præiudicare affirmat, Ronchagell.
loco citato num.58. per tex. in l.ſi rem, §. ſi
duo ff. de nouat. ibique Docto. & per multas
alias rationes, ibi adductas opinionem ipſam
defēdere nititur, quod ſecus in ceſſione pro-
bat num. 61. cui, pariter hijs accedit vulgata
62 regula illa, quod vigilantibus ius ciuile ſcri-
ptum eſt ad text. in l. pupillus in fine ff. quæ
in fraud. cred. cum gloſ. quo circa credito-
res poſteriores diligentes in habendo apo-
63 cam, & exigendo pecuniam non ſunt mole-
ſtandi hypothecaria, ita Ludou. decif. Peruſ.
45. num. 4. & creditori diligentiori in pe-
tendis ſuis creditis in iudicio, vel extra alijs
64 negligentibus ſolui poteſt, & debet prius
quam alijs à quibus non reuocatur, quod illi
ſolutum fuerit, ita Guttierez pract. quæſt.
lib.5.q.100.ſub n.78. verſ.nec huic primę, vbi
65 alios citat, quo fit vt cum primo numeratum
eſt potior creditor diceretur, Affl.decif.190.
num.1. Idemque erit quoties creditor exigiſ-
ſet pecuniam à debitoris nomine quo caſu
creditor anterior auocare non poterit, prout
66 ibidem Vrſillnum.5.probat, vbi optimè fun-
dat eatenus procedere talem concluſionem
quatenus ex cauſa onerosa creditum proce-
deret, prout in caſu iſto demoſtrabatur, eo
67 quod talis delegatio pariter vim ſolutionis
obtinet, gloſ.in l.eo tempore §.fin.verſ.præ-
ſtatione ff. de pecul. facit text in l. ſi rem ff.
de nouat. & melius in l.inuito C.eo.vbi Doct.
68 vt ſupra etiam dictum fuit, imò vera ſolutio
dicitur delegatio Manent. decif. Mantuæ 51.
69 num.3. & tex.in d.l.cum vetus procedere vi-
detur quando in fraudem aliorum credito-
rum debitor alteri delegaſſet nomen debito-
ris, quæ non præſumitur, niſi probetur Ma-
ſcard.de probat.concluſ.814.num.2.vbi num.
9. ſubdit incumbere onus probandi allegan-
ti, quæ prorſus abeſſe videbatur in caſu nar-
rato.

Ideo non obſtare cernitur creditorum
prætenſio reſpectu exactæ ſummæ ab ipſo
Accurſio quamuis per Curiam Monop. ſe-
queſtratæ, dum in facto euidentius apparebat
ſua diligentia, exigiſſe præuia liquidatione
facta Bari coram ſuo delegato, viribus præ-
ture compulſus, & ita coram Iudice maiore
per delegationē S.C. coram quo reſpondere
70 debitor, & comparere tenebatur quo caſu
excuſabatur in curia minori ſi ei non obtem-
perauerat, Marant. in ſpecul. part. 6. verbo
contumacia nu.4. Nec propterea ipſe Ac-
ſius, ob id moleſtandus veniret, eoque fortius
citra delegationem, exiſtente decoctione de-
bitoris decif. m, refert Afflict. d. decif. 190.
num.7. & Gram.d.quæſt.1. poſt decif.num. 1.
71 & 2, quos ſequitur alias citando, Cartar.vbi
ſub num. 6. Coſta ibidem num. 1. quod ſi eſ-
ſent plures creditores vnius debitoris falliti,
ille debitor ſoluiſſet ſecundis creditoribus
tempore quo creditum habebat, quod ille
primus creditor non poſſet agere contra ſe-
cundum creditorem, qui habuit ſuum credi-
tum, & totus mundus eſſet in litibus, & mer-
catores nō poſſent cōtrahere ad quod Fon-
tanell.d.gloſ.8.par.7. num.20. dixit, qui auo-
catio pecuniæ, quæ prætenditur per primos
72 creditores fieri nititur cōtra naturalem ęqui-
tatem, & tendit in deſtructionem publicæ ne-
gotiationis, & ſubdit num. 61. quod æquitas
73 ſuggerit ne auocationes pecunię fiat à poſte-
rioribus creditoribus, imo in ſeq. num. 62.
probat, quod auocatio pecuniæ, nō ſolum de
74 æquitate, ſed de rigore iuris prohibetur in
pecunia bona fide recepta, & conſumpta, &
reprehenduntur num.6.qui contrariam opi-
75 nionem tenent, & contrariæ deciſiones con-
tra fallitorum creditores procedunt, quādo
creditores omnes eo tempore inſtantes vnus
ſua

ſua diligentia creditum conſecutus fuerit, vt
videndũ erit apud Doct. relatos per Fontan.
ibi nu. 31. qui non erat in caſu noſtro, & tẽ-
pore ſolutionis, ſeu delegationis non vrge-
bãt alij creditores, & licet creditor anterior
de rigore iuris poſſit pecunias exactas auo-
care à poſteriore creditore hoc ſanè erit in-
telligendum in caſibus permiſſis relatis per
eundem Coſtam vbi ſupra num.2. & idem
77 Affl.deciſ. 353. aſſerit de conſuetudine mer-
catorum inductum eſſe facto inſtrumento de-
legationis creditori, & per creditorem in-
ſtrumentum liberationis eſſe inductam dele-
gationem per nouationem nouæ perſonæ, &
ſubſequutam liberationem, ita vt ſit periculo
creditoris nomen delegati ſi contingerit fe-
felli, & ſi nomen delegati non ſit verè debi-
tor, & ibi Vrſill. num 6. omnia amplectendo
78 cenſuit eſſe pariter neceſſarium, vt ſit debi-
tor debitoris adhoc, vt delegatio ſubſiſtet de
quo hic non dubitabatur nimirum, quod dũ
periculum nominis delegati ad delagatarium
pertinere videatur, l.3.C.de nouat. Medic. in
tract.de nouat.par.1.q.6.num.12. ita pariter
79 illius commodum ſpectare nõ veretur, arg.
cap. qui ſentit de reg. iur. & hæc omnia re-
ſpectu ex actæ pecuniæ replicari contingit,
quo verò ad aliam ſummæ medietatem no-
dum ſolutam præſupponebatur illam extra-
re, & conſequenter a prædictis anterioribus
vendicari, & quamuis allegata ſuperius huic
quæſito conueniri videatur nihilominus vl-
tra prædicta ſumma cum ratione aſſerebatur
illam eidem, Accurſio ſpectare obſtante iam
dicta delegatione, ſed verius intuendo talem
exiſtentiam pecuniæ in poſſe debitoris, tunc
propriè contingere quoties in ipſius dominio
ineſſet, vel aliqua ei competeret actio ad
exactionem pecuniæ per ea, quæ dicuntur in
80 l. rem in bonis ff. de acquir. rer.dom. vt ſci-
licet eatenus rem in bonis noſtris intelligi-
mus habere quoties poſſidẽtes exceptionem,
aut amittentes ad recuperandam eam actio-
nem habemus, l. qui actionem ff. de reg. iur.
l.bonorum §.in bonis ff de verb.ſignif. vnde
81 Dec.d.l.qui actionem notat nu.5.quod actio-
nes perſonales, & nomina debitorum in bo-
nis noſtris computantur, Monac. deciſ bo-
non.4.num.10. nam paria ſunt hæc omnia
habere, vel pro eis actionem, ſicuti idem iu-
82 dicandum erit de feudo, & de actione, ad feu-
dom, Franch.deciſ.153.num.25. Verum quia
nomina ipſa debitorum, dum in dominio
83 principalis debitoris exiſtunt, vel pro eis
actio competat obligari tamen poſſunt, l.
nomen, C. quæ res pign. l. poſtquam C. de
hæred. vend. ibique Doct. Specul in tit. de
execut. ſent.§.3. verſ.ſi autem Fanc.Balduin.
in tract. de pignor. & hypot. cap. 12. Hugo
Donell.in eod.tract.cap.incip. Rem in bonis,
vbi ſpecificè loquitur de nominibus debito-
bitorum, ac alijs bonis in dominio alicuius
exiſtentibus, vt benè obligari poſſint, quæ
84 etſi non expræſſa ſint adhuc veniunt in ge-
nerali hypotheca bonorum, Neguſ. d. tract.
p.2. memb 2. num.8 quo fit vt tale nomen
debitoris non dicatur amplius ipſius debito-
85 ris, ſed eſt creditoris, idem d.par.2.memb.3.
num. 23. & propria ipſa debitorum nomina
86 obligata primo creditori nequeunt obligari,
poſtea ſecundo creditori, l. non quocumque
§. qui Caio, vbi Bart. ff.de leg.1. Bald. in l.3.
87 C.de hæred. act. Sed benè illa poſſunt cedi,
l.2. C. de donat. & l.nomina eorum ff.de hæ-
red. vel act.vend. Tiraq. de retract.conſang.
88 §.26.gloſ.3. num.2. inſolutum dari ex Bart.
in l.1.C.de bon.mat. perpendit Iul. Cæſ. Glu-
ſan. in tract.de bonis inſolut. dand. lib.1.cap.
3.num.72. Alexan.conſ.94.num.4.vol.3.gloſ.
in l.nominis ff.de verb.ſign.
89. Et in ſumma alteri creditori delegari, l.1.
C.de nouat. gloſ.in l.nominis C.de hæred. vel
act. vendit. quibus nam caſibus non amplius
in bonis debitoris, ac dominio iudicarentur,
& potiſſimum per delegationem per quam
contractus antiquus reſoluetur, l.2.C.de no-
90 uat. ibi ſi delegatione perſonæ iure nouatio-
nis vetuſtior contractus euanuit, & per ip-
ſam delegationem debitor remanet liberatus
l.3. C.eod. in fine, ſimiliter, & delegatus debi-
tor ab obligatione delegantis ſicque vtraque
obligatio euaneſcit, vt dictum eſt, & omnis
91 actio ad eum cui fit delegatio redundat, cui
nomen quæſitum eſt actio competebit, l.qui
ſoluere C.eod. cum alijs, ibi a gloſ.relat. hoc
eſt ex ſtipulatione de nouo facta, idem Reg.
de Ponte ibidem num.4. & rationem aſſignat
Ioſeph. Ludou. d.concluſ. vnic.tit.de ceſſion.
& ceſſ. d. verſ. declara ſexto hoc contingere
92 ex conſenſu debitoris delegati, l. 1. C.de no-
uat. Medic. d.tract. de nouat. p.1. q.7.num.2.
Reg. de Ponte vbi ſup. num. 2. quod non eſt
in ceſsione, aut datione inſolutum, eo qui-
dem non conſentiente, & non mirum ſicut
prædictum eſt delegationem fieri poſſe etiam
in præiudicium creditoris anterioris, vnde
ex his refertur non amplius eſſe in bonis
principalis debitoris, nec proinde aliud ius
eiſdem anterioribns compettere contra
eos.

Nec proinde obſtabat doctrina Cæual. al-
93 legata, quæ ſimpliciter procedit quando fue-
rit tantum mandatum debitori delegato ne
alteri ſolueret, & quoties alteri non ſe obli-
gauerit, & in facto propoſito, ſi benè fuerat
iniunctum mandatum per curiam ad inſtan-
tiam anterioris creditoris, adhuc tamen ipſe
ſe obligauerat præuia delegatione facta eidem
Accur-

Accurſio , vt prædictum eſt . Vnde ex allegatis iudicatum fuit , quod ipſe Petrus Morandi correſponderet, & ſolueret eidem Accurſio ſeruata forma ſuæ obligationis non obſtante mandato ei iniuncto per ipsã Curiã ſaluis tamen iuribus competentibus prædictis Indello, & Pino contra alios effectus ipſius Zambellæ die 7. Maij 1625. & huic opinioni in fortiori caſu concludit d. meus conſil.Rouit.conſ.75.num.8.tom.1. dicens, quod
94 debitor delegatus,qui ſe obligauit ſoluere , licet verè non ſit debitor non poteſt euitare ſolutionem , & ſequitur num.9. tunc cedere domino creditoris,cui eſſet facta delegatio ſi non fuerit ſoluendo per iura , ibi adducta multò magis quando verè eſſet debitor .

SVMMARIVM.

1 *Ciuis concurrens cum ruſtico ad ius congrui, quis præferendus .*
2 *Nobilis an præferatur ignobili in iure cõgrui .*
3 *Duo vincula magis ligat .*
4 *Dominus feudi emphiteota, & conſanguineus præferuntur in venditione fructum.*
5 *Vicinus nedum, conſanguineus obtinet ius cõgrui , & præfertur , quæ omnia debent concurrere .*
6 *Primo nominatus debet præcedere .*
7 *Rei nomen eſt generale .*
8 *Rei nomen licet ad actiones perſonales tamen ad actionem in rem verificatur .*
9 *Arbores ſolo continentur,qui rei cedunt .*
10 *Arbores pars fundi dicantur .*
11 *Arbores ſolo coherentes imobiles .*
12 *Fructus rei appellatione continentur .*
13 *Fructus quamdiu ſolo coherenti fundi pars dicantur .*
14 *Herbæ dicuntur, quæ terra continentur,& ſeparata à terra non dum propriæ herbæ .*
15 *Fructus pendentes pars fundi dicuntur .*
16 *Fructus pendentes beneficiorum non ſunt profani .*
17 *Actio diuerſa competit pro deceptione fructuum imaturorum quæ maturorum.*
18 *Actio furti potius proprietario, quam vſuvſu fructuario competit.*
19 *Interdictum vnde vi pro rebus ſtabilibus competit , ita & pro mobilibus exiſtentibus in reſtabili .*
20 *Pars in eſt in toto .*
21 *Fructus pendentes dicuntur pars ſoli , & viſcera terræ*
22 *Fructus pendentes inter mobilia connumerantur .*
23 *Ius protomiſeos in fructibus fundi, an competat licet aliqui affirment cæteri tamen negant, & deciſum tradunt num.24.*
25 *Conſt. Sancimus in rebus imobilibus tantum loquitur .*
26 *Incongrui potius ad rem imobilem quam mobilem procedit .*
27 *Conſt. Sancimus eſt odioſa, & contra ius commune .*
28 *Extenſio non eſt facienda , vbi agitur de correctione iuris .*
29 *Ius congrui,ſeu protomiſeos quando locum habet in fructibus fundi.*
30 *Fructus pendentes imobiles dicuntur quando ſunt acceſſorij ad fundum venirent quoties de venditione fundi ageretur , ſecus ſi principaliter de venditione fructuum ageretur, tunc mobiles iudicarentur.*
31 *Fructus an veniãt in reſtitutione rerum male ablatorum.*
32 *Fructus de proximo colligendi,aut tempore maturi mobiles iudicantur .*
33 *Fructus beneficiorum vendi poſſunt.*
34 *Fructus feudorum , & emphiteoſis vendi poſſunt .*
35 *Fructus dicuntur profani licet ſint beneficij.*
36 *Fructuum venditio operatur,vt ſit actum recollectio ipſorum propria auctoritate impenſis eius.*
37 *Locatio in fructu eſſe dicitur.*
38 *Vicino intereſt locum ſibi contiguum habere.*
39 *Vicino potius quam extraneo cur potius res vendi poſſit .*
40 *Intereſt malo vicino carere .*
41 *Damnum eſt habere malum vicinum .*
42 *Vicinus quando poſſit fructus retrahere , vt fraus euitetur .*
43 *Ius congrui in quibus fructibus non admictitur .*
44 *Alienationis feudi facultas conceſſa , an ad fructuum feudi venditionem extendatur.*

ARGVMENTVM.

Ius protomiſeos, ſeu congrui,vel retractus, an locum habeat in vẽditione fructuum fundi .

Principium verborum tuorum veritas in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ .

VOTVM VII.

CVM pluries contingiſſet de hoc hæſitari in Regali Curia Monopolitana,& potiſsimum meo tempore in controuerſia habita ſuper venditione glandium facta per Leonardum de Chiochia alias Scarauano , Cæſari Triciullo de Faſciano,& petita inde prælatio fuiſſet per Iacobum Spinam,vti vicinum, & conciuem,

conciuem venditoris, & in eo vltra vicinita-
tis vinculum concurrebat ciuilitas ratione
patriç cum venditor, & retrahens eſſent am-
bo Ciues, & per ea, quæ dicunt Doct. concur-
rente ruſtico ademptionem certæ rei, & pa-
riter ciue hac qualitate interueniente Ciuis
ſemper præfertur, prout in materia noſtra
probat Iacob. Nouell. in tractat. de iure pro
tom. § 7. num 6. & 38. & de hoc ſatis loqui-
1 tur noſtra Conſuet. Neap. Vbi domus de iu-
re cong. vbi Neapod. num. 69. & 71. Affl. in
conſt. proſequentes col. 3. in princ.

2 Et tanto magis ſi eſſet nobilis ipſe Ciuis,
ſicuti ipſe ſpina erat, & dictus Cæſar exterus
& ignobilis eo fortius pręferendus veniebat,
vt ibidem Iacob. Nouel. num. 39. benè probat
3 quia duo vincula magis ligant ad text. in §.
ſed hodie inſt. de adoption.

Sed quia per comparitionem dominorum
territorij Io Antonij cum Franciſco Palme-
rij, qui in affictum dederant territorium ei-
dem Leonardo pretendo, nedum prælationē
in tali venditione fructuum, præfatus Iaco-
bus liti ceſſerat, & remanſit diſcuſſio ſuper
prælatione prædicta de qua non erat dubitā-
dum quemadmodū in domino feudi, emphi-
teota, & conſanguineo, diſpoſitum eſt de iure
4 in venditione fructuum de quibus ſigillatim
loquitur Capiblanc. in pragm. 1. num. 143.
cum ſeq. de baron. & poſt eum, Gratian. di-
ſcept forenſ. cap. 149. num. 1. licet partes ipſe
interſe acquieuiſſent de bono, & equo, ſed
inde conſimili controuerſia inſurgente, inter
Iulium Cæſarem Borraſa, vicinum cum Io.
Antonio Romanazo emptore fructuum oli-
uarum ſibi venditarum à D. Bartolomeo Ca-
ſciotta ſuper prælatione ratione vicinitatis,
replicauerat ipſe emptor quatenus Conſtit.
5 Regni Sancimus etiam in fructibus procede-
ret, potius ipſi ſibi prodeſſe quam vicino, vl-
tra vicinitatem ex cauſa conſanguinitatis,
quæ omnia concurrere debere, dixit Maxil.
in conſuet. dudum de iur. protom. num. 15.
nam in allegata Conſt. ante omnes vocantur
conſanguinei, & poſt modum coniuncti ex
aliqua parte, vnde ſuccedit regula, quod pri-
mo nominatus debet procedere, Franc. deciſ.
6 138. num. 1. & nominatus primo gaudebit in-
dulgentia, idem deciſ. 433. num. 3. Sed audita
difficultate per vicinum contentus remanſit
liti cedere, & ſic admiſſus ad prælationem
conſanguineus de eius aſſenſu die 29. No-
uembris 1621. Cumque in dięs in dicta Ci-
uitate, & locis conuicinis ſuper dicto retra-
ctu venditionis, fructum altercationes orian-
tur duxi propterea, quid de iure determinā-
dum fore diſſerendum exiſtente ambiguitate
opinionum poſtquam pluries vidi Iudica-
tum per prædeceſſores meos, iuxta affirma-
tiuam ſententiam, & ibi quaſi ex ſtylo ſic iu-
dicandi introductam eſſe conſuetudinem
auocandi fructus venditos à conuicinis, quam
6 ſiquidem opinionem probari cerneo ex ver-
bis eiuſdem Conſt. ibi, vel rem imobilem di-
uiſam, vel indiuiſam, &c. & intuendo rei no-
men conſpicitur eſſe generale, l. in fine ff. ſi
7 cert. pet. quod licet intelligatur, quia cum
perſonales, actiones ſecundum gloſ. ibi in
verbo generale, adhuc tamen porrigitur ad
actionē in rem ad quod allegat, tex in l. ſi in
rem ſuper ff. de rei vend. ex quo rei appel-
latione, & cauſæ, & iura continentur, l. rei
8 appellatione ff. de verb. ſignif. Sed magis ad
ad rem facere videtur, tex. in l. 1. ff. de rei
vend. ibi, quæ ſpecialis in rem actio locum
habet in omnibus rebus mobilibus tàm ani-
malibus, quàm in hijs, quæ anima carent, &
in hijs, quæ ſolo continentur, &c. quæ nam
igitur ſolo continentur non ne ſunt arbores,
ad tex. in l. ſi gemina ff. arb. furt. ceſ. ibi toti-
9 dem arbores ſunt quot ſpeties earum ſuper
terram ſunt arbores enim ſunt in territorio,
in quo ſunt, §. apium inſt. de rer. diuiſ. Ideo
ſolo cedunt in quo egit radices, l. idem Pom-
ponius §. de arbore, vbi Bart. ff. de rei vend.
10 non mirum ſi pars fundi dicantur antequam
ſint à ſolo ſeparati, l. quintus ff. de act. emp.
Bald. in rub. C. de contrah. empt. in vlt. quęſt.
& ſolo coherent, gloſ. in l. obligationum fe-
rè verſ. ſic & in tradendo, ff. de verb. obligat.
facit tex in l. fundi §. fin. ff. de act. empt. &
quid imobile iudicandum de arbore ſolo co-
herente, l. arbor ff. com. diuid. l. ſi alius §.
11 notauimus, ff. quod vi, aut clā, ibi in ſolo fieri
accipimus, & ſi quid circa arbores fiat, facit
etiam tex. in l. poſt inſpectum ff. de peric. &
com. rei vend.

Idemque iudicium conſtituendum erit in
fructibus ex arboribus prouenientibus, nam
etiā rei appellatione continentur notat gloſ.
12 d. l. rei appellatione, verſ. & cauſæ, & fundo
pariter coherent, l. ſi ſeruus §. ſed & ſi ff. de
13 furt. ibi etenim fructus quamdiu ſolo cohe-
rent fundi eſſe, & tex. in l. fin. §. fructus autem
ff. quæ in fraud. credit. ibi nam cum fundus
alienaretur quid ad eum fructuſque eius at-
tineret vnam quandam rem fuiſſe, ideſt fun-
dum cuius omnis generis alienationem fru-
14 ctus ſequi, &c. ſicut herba dicitur, quæ ter-
ra continentur, & ſeparata à terra non dici-
tur propriæ herba, Bart. in tract. de Alueo
verſ. quod ſi nu. 10. Menoc. de recup. poſſeſſ.
remed. 6. Ancar. q. 57. p. 2. num. 7. non mirum
15 ſi pariter fructus pendentes pars fundi eſſe
dicantur, ad text. in l. fructus ff. de rei vend.
gloſ. in l. fin. verſ. rem ff. de verb. ſignif. Affl.
deciſ. 26. num. 2. nu. 46. Franc. qui alios citat
16 deciſ. 390. num. 2. & conſequenter fructus
penden-

pendentes beneficiorum non iudicantur res
profanæ, Maſcar.de prob.concl.1228.n.14.
inde ſubdit gloſ. d.l. fructus verſ. pars fundi
quod eadem venditione veniũt propter vni-
tatem per iura ibi allegata,& ſic per eandem
dem actionem rei vendicantur fundus, &
fructus,ibi exiſtẽtes immobiles cenſerentur,
tamquam fundi partem ſecus ſi ſeparatim,
& de per ſe tunc mobiles iudicarentur, ita
ex Tiraq. d.tract. §.1. gloſ.7. num.37. & 44.
Parlad. rer. quotid. cap. fin.p.5.§.3.num.13.
Collant. de re frument. lib. 1. cap. 5. num.7.
hinc eſt,quod diuerſa actio cõpetit pro decer
ptione fructuum immaturorum,quę eſt legis
aquiliæ, quam maturorum, quæ eſt furti, &
maxime ſi eſſent à ſolo ſeparati, l. ſi ſeruus
§. qui oliuã ff.ad l.aquil. Inde infertur,quod
ſi fructus fuerint à fure percepti ſiue maturi,
ſiue immaturi, actio furti potius proprieta-
18 rio quam vſufructuario competeret, l.ſi fur
ff. de vſufr. Franc. deciſ. 96. num.2. & deciſ.
160. num. 17. & 18. & ad hoc ſingulariter,
Afflict. in rubr. Conſt.Regni lib.3.de probat.
pro inſt. pub. ſuper quæſt. homic. in medio
dixit, quod ſicut competit interdictum, vn-
19 de vi pro rebus ſtabilibus, ita & pro rebus
mobilibus exiſtentibus in re ipſa ſtabili pro
qua agitur interdicto de qua eſt ſpoliatus,
l.1. §. illud verſ. planè, & §. ſi fundus ff. de
vi, & vi arm. vbi alia conferentia adducũtur
præſertim, quia pars ineſt toto, l. ſi quis ff.
20 de except. rei iud. l. ſemper in generalibus.
ff. de reg. iur. l.ſi chorus in princ. ff.de leg.3.
21 ſicque concludendo fructus pendentes di-
cuntur pars ſoli, & viſcera terræ, Vrſil. de-
ciſ.32. num. 4. quod probatur apertè in l. ſi
vſufructuarius, ff.quib. mod. vſusfr.ammict.
& ibi gloſ. & Doct. ibi ſpicam, aut quæ ter-
ra teneantur dicantur fundi eſſe. Quinimo
22 per iſtam rationem potiſſimum, quia fructus
pendentes inter immobilia connumerantur,
ex l. fructus ff. de rei vend. probat Tho-
ming. deciſ. lipſiæ 3. numer. 8. & ſunt pars
fundi concluditur, igitur in prædictis lo-
23 cum habere ius protomiſeos, vt abſolutè
tenent, Iacob. Nouell. in eod. tract. §.2.num.
107. Benedell. in eo. tract. ad princ. conſtit.
ſub num. 127. in princ. & verſus finem cen-
ſuit, quod prior tamen videtur magis com-
muniter recepta, & in hanc ſententiam incli-
nauit, Rondell. in eodem tract. verbo rem
imobilem num.22. adhibites tamen aliquibus
limitationibus, vt ibi num.24. & ſeq. relatis,
vltra Caſſan. & Ferron. relatos ibidem, per
Benedell. & Beſlian. in conſuet. Aluerniæ,
tit.de retract. cap.23.art.25.in princ.
24 Contrariam verò ſententiam ex multis
probauit, poſt Tiraq. de retract.munic.§.1.
gloſ.7.nu.4. Io.Saiſſon.in conſuet.Turon.tit.
15. §. 31. in fin. nouiſſimè Anneus Robert.
lib. 3. rerum iudic. cap. 9. verſ. qui tamen
falsũ, vbi refert deciſum, neque in arboribus
habere locum retractum, ſimiliter Hièron.
de Lauret.deciſ.Auen.16. refert, idem deci-
ſum fuiſſe per illum Senatum, quem ibidem
Benedell. citat ex conſil. Caſt. 132. lib.1. &
nouiſſimè cum hac opinione ſequendo Ti-
raq. reſidet Horat. Viſcont. in ſuis concluſ.
verbo ius congrui col.3. verſ. an ius congrui
habet locum, vbi ita iudicaſſe refert, & ite-
rum in verbo fructus dicantur, & videtur ſa-
tis hæc opinio congrua verbis conſtit. quæ
25 de imobilibus tãtum loqui videtur ibi, quod
ſi quis ex parentela habeat communem agrũ,
vel domum, vel vineam, vel rem imobilem
diuiſam, aut indiuiſam, &c. & ſic ad rem imo-
bilem potius, quæ ad mobilem tale ius com-
pere cenſuit, Bardus in eod. tract. de iure
protom. in princ. Bullæ ſub num. 2. fol. 17.
quem ſequitur Bened. in rub. ſui tract. ſub
num. 10. & contrarijs rationibus, vltra Be-
26 nedell. reſpondet Rendell. vbi ſup. eo magis
cum talis conſt. ſit odioſa, & contra ius cõ-
mune probat Giurba deciſ. Sicil. 38. num. 3.
27 vnde extenſio non erit facienda, vbi agitur
de correctione iuris, Franc. deciſ.378.num.3.
28 eandemque opinionem aſſequuntur nouiſſi-
mè Seraph.Guttier. quos probat ibi Viſcont.
Sicque cernitur talem opinionem ſatis pro-
batam, nedum grauiſſimorum Doct. opinio-
ne, ſed iudicaturum rerum auctoritate, &
29 proinde cenſerem tunc iuri protomiſeos lo-
cum eſſe in fructibus pendentibus quoties
cum eis ſimul ſundus venderetur, quod pro-
bari videtur in d. l. fin. §. fructus ff. quæ in
fraud. cred. verſ. nam cum ſundus; & ratio
eſt illa, quod quando principaliter de fundo
ageretur, tunc enim fructus pendentes acceſ-
ſoriè venirent cum fundo, & pars illius eſſe
cenſerentur: Sed quando ageretur princi-
paliter de fructibus, & non acceſſoriè ad fun-
dum, tunc etiam ſi pendentes eſſent imobi-
30 les iudicarentur, gloſ. in cap. vnico §. ſcien-
dum de feud. cognit. Tiraq.d. tract.eod. loco
num.37. Fuſcus ſing.149.lit.F. Gaball.millel.
31.nu.518. non ſequerẽtur fundum, ſed pro
mobilibus re haberentur, ita ex Tiraq. &
Surd. perpendit Io. Griuell. deciſ. Dolan.51.
num.5. & per alia iura probat, Villagut. in
tract. de reb. eccleſ. mal. alien.num.38.num.
132. fructus venire in reſtitutione rerum
male alienatarum quantum ipſi rem ſequun-
tur; Sed cum in ipſa conſt. allegata de agro,
domo, vinea, & alia imobil principaliter lo-
catur, & tunc ad fructus, vti illorum acceſſo-
rios porrigitur quoties de eorum alienatio-
nibus ageretur, & includerentur prout alias
in affictu territorium pro quo fructus per-
cipiun-

cipiuntur, vel eſſet vnius, vel biennij, aut
triennij tale ius competere firmauit, ibidem
Rendell. ſub num. 22. & ſic ex Tiraq. eod.
tract. lib. 1. §. 1. gloſ. 7. num. 42. & 43. Mat-
tienſ. & Montalu. confirmat Collant. d. tract.
eod. cap. 5. ſub num. 5. vt retractui loco ſit eo
caſu, & iudicauit eadem Curia in cauſa Nar-
di Antonij della Scalcra cũ Leonardo Gua-
rino affictatore vinearum Paulæ Piſanæ per
triennium, & ſimiliter in cauſa Marci Anto-
nij Indelli V. I. D. cum Octauiano Piſtoija
ſuper affictu Oliueti, & nouiſsimæ idẽ Ren-
dell. poſt tract. de paſcuis nunc viſum Rub.
de oleo, & oleo, monop. cap. 15. de hoc iure
protomiſeos in oliuis agit, & cũ hac ſenten-
tia concurrit dũmodo non ſit iudicium intẽ-
tatum tempore proximę recollectionis poſt
periculum oliuarum. Sed quoties fructus de
perſe venderentur, tunc non iudicabuntur
acceſſorij ad ſundum, ſed principaliter quo
caſu iudicabuntur mobiles, nec inter imobi-
32 lia conumerarentur cum de proximo, aut
tempore maturo recolligerentur, vt ibi con-
cludit, Tiraq. num. 53. Fuſcus vbi ſupra,
alioquin ſi ſecus eſſet fructus feudorum, aut
beneficiorum alienari non poſſent, quod ſe-
cus de iure diſpoſitum eſt, qui non tantum
33 fructus beneficiorum vendi poſſunt. Io. de
Selua in tractat. de beneſ. p. 1. q. 7. num. 24.
34 ſed etiam feudorum, ac emphiteoticarum, vt
poſt Tiraq. ibi num. 47. Grat. cap. 342. nu. 14.
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 238. num. 28. &
35 29. eo qui fructus dicuntur profani, licet ſint
beneficij, Maſcard. de probat. concluſ. 146.
num. 13. Sicque data venditione ipſorum
fructuum principaliter in conſequentia ve-
36 nit facultas, ſeu commoditas illos percipien-
di, vnde ſi pendentes fructus mihi vendis vi-
detur actum, vt poſſim ipſos colligere pro-
pria auctoritate, & meis impenſis, Caſt. in l.
qui pendentem num. 2. ff. de act. empt. &
potius locatio, quam venditio dicenda erit,
vt probat Gratian. cap. 755. num. 27. & talis
37 facultas locandi pariter in fructu eſſe dice-
retur, l. cum antiquitas C. de vſuf. Alex. l.
ſi filio, §. fin. ff. ſolut. matr. & non mirum ſi
ex omni parte ius protomiſeos ceſſare anne-
ctitur, & præſertim inſpecta ratione conceſ-
ſionis talis iuris protomiſeos, quæ eſt affe-
ctionis, & intereſſe ad rem imobilem, hoc eſt
ob amorem quem vicinus contiguus habet,
38 & ſua inde intereſt locum ſibi contiguum
habere inquit, Bard. vbi ſup. quem ſequitur
39 Bened. in d. rub. num. 10. Ideo potius vici-
no quam extraneo, id competere probat in
ſeq. num. 18. ad quod addo fortius eis com-
petere ad euitandum malos vicinos contin-
40 guos, malo enim carere vicino intereſt ex
pluribus fundat, idem Benedell. in ſuis Ani-
maduerſ. poſt tract. Rendell. in princ. nu. 19.
41 vbi multa adhoc deduxit, & communiter di-
ci ſolet, qui malum habet vicinum habet
malum matutinum damnum eſt habere ma-
los vicinos ex Cagn. & Menoc. Nepit in con-
ſuet. Catan. tit. 68. num. 90. quæ non poterunt
conuenire venditionibus fructuum, eoque
magis ob inconuenientia ex hoc reſultatia,
venditori, ſi fructus imaturos vendiderit, &
emptor illos ſub periculo comparaſſet, &
tempore recollectionis certo, vicinus vellet
retrahere, & ſic donec periculo emptoris ma-
turuerint, aut eſſent de proximo recolligen-
di, vt conſiderat Rendell. vbi ſupra num. 24.
42 nam eſſet ſatis iniquum, & domini viderẽ-
tur omnino eorum libertate priuari venden-
di ſcilicet fructus, cui vellent, & multoties
potius ad emulationem id contingere potuiſ-
ſet, vltra quod rarò de hoc caſus inſurgere
videtur, ex aſsidua illorum venditione pro-
43 bata, in quibus realiter ius prædictum ex al-
legatis non militare comperitur, eoque im-
penſuis cum tales fructus conſiſtere videan-
tur in certis ſpeciebus natis in fundo, vt vi-
num, oleum, frumentum, & quid ſimile,
Borgn. deciſ. 27. num. 1. p. 3. ſicuti etiam cer-
44 nimus vigore Conſt. Regni Conſtitutionem
diuæ memoriæ eſſe conceſſam reuocationem
alienationis feudi, non tamen extendi ad ven-
ditionem fructuum feudi, vt probat Anna
in repet. eiuſdem Conſt. num. 245.

SVMMARIVM.

1 *Debitores Ciuitatis ad honores inuitari non poſſunt.*

2 *Debitores vniuerſitatis illius Officiales eſſe non debent de iure regni, neque cum ea litem habentes.*

3 *Futurum ſpectandum eſt.*

4 *Futurus euentus inſpicitur.*

5 *Diffamantes agere ad agendum compellendi.*

6 *Aſſerenti aliquem eſſe debitorem præcipitur, vt id demonſtret.*

7 *Non entis nullæ ſunt partes.*

8 *Paria ſunt non eſſe, & non apparere.*

9 *Generi per ſpeciem derogatur.*

10 *Diſpoſitio qualibet intelligitur rebus, ſic ſtantibus.*

11 *Ius futurum per verbum futuri temporis ante adiectum qualiter exponatur.*

12 *Creditor vniuerſitatis non poteſt eſſe officialis illius, & quando admittitur nu. 14.*

13 *Electio creditoris vniuerſitatis eſt nulla.*

15 *Significatoria habent vim ſententiæ, & pariunt exceptionem rei iudicatæ.*

16 *Paria ſunt non debere, vel nondum conueniri poſſe.*

A R-

ARGVMENTVM.

Creditor vniuerſitatis, an debeat eligi ad illius regimen, ob præſuptũ metũ litis inſtituendæ per ſucceſſores, in regimine ex qua ſperabatur ex creditore eſſe debitorem.

Confitebor domine ſecundum iuſtitiam eius

VOTVM VIII.

IO. Iacobus Borraſſa Baro loci Rotundi ne impediretur promoueri ad decurionatus munus Ciuitatis Monopolitanæ comparuit in S.C. coram D.Franciſco Salgado Commiſſario generali cauſarum ipſius vniuerſitatis aſſerendo per aliquos ciues prætendi non poſſe eligi prætextu, quod dum fuerat Syndicus, eo tempore dediſſet in affictum Gabellam macinaturæ farinæ Alexandro Tauaro,& ſuis ſocijs. qui remanſerant debitores d. Ciuitati à quibus nil conſequi poterat, ob quod ipſe Syndicus teneri videbatur, & pro tali prætenſione lis minabatur inſtitui, nec proinde interim promoueri poterat, vnde mihi iniunctum fuit à prædicto Commiſſario, quod de iuſtitia prouiderem præcipiendo expreſsè, quod in electione facienda per dictam vniuerſitatem obſeruati. Facerem leges Regni,& admictere ad officia illos, qui non habuerunt
1 legitimum impedimentum. Sieque conſiderando cauſam allegatam, iuxta iuris determinationem qua cautum eſt, vt debitores rerum publicarum ad honores inuitari non poſſint, ad text. in l. reſcripto §. debitores, ff. de mun. & honor. vbi Bart. dixit de facto ſeruari Piſis, & in l. 1. C. de debit. vniuerſ. lib. 11. Loſeus in tract. de iure vniuerſ. 3.p. cap.6. num.18. Montan. Poll. & Rouit. quos probat Auguſt. Caput. in tract. de Regim. Reipubl. cap.3. num.95. Auend. de exequend. mand. par.1. cap.19. num.25. Gabriel Barat. in Specul. viſitat. cap. 21. num.7. Hieron. de Leo deciſ. Valent. 113. num.2. 4. 6. & ſeq. & de hoc habemus in Regno Pragmaticam particularem de admin. vniuerſ. §. 17. & 18. vbi Doct. Mich. Zapul. d.prag. 5. §.16. num. 1. Capibl. in Pragm. 1, num. 115. de Baron. ex qua videbatur excludi à conſequutione honorum,
2 & maximè inſpectis verbis illius ibi: *Item vogliamo, & ordinamo, & commandamo che quelli Cittadini, che tengono, ò teneranno lite con l'vniuerſità doue eſſi ſono cittadini non poſſano, ne debbiano eſſer deputati, ne eletti al gouerno, e regimento*, & ita verba illa, *ò teneranno lite con l'vniuerſità*,
3 deſignant tempus futurum, etenim per ſucceſſores illa intentari potuiſſet,& futurum eſt ſpectandum notatur in clem. 1. vbi Card. in princ. de reb. eccl. non alien. & cap. 1. de feu. non ord. & nimium pro ſpiciendum, Specul. in procem. vet. ſ. nouiſſime, clem. 1. §. nos, vbi Card. de iureiur. inſuper futurus euentus inſpicitur, l. diuortio, vbi
4 Bart. ff. de neg. geſt. Imò per remedium à iure introductum contra intendentes controuerſiam mouere aduerſus alicuius ſtatum debet præfigi terminus ad agendum,
5 quo elapſo imponitur perpetuum ſilentiũ, ad tex. in l. diffamari C. de ingen. manum. & ſic in alijs conſimilibus caſibus, vt per Afflict. deciſ. 264. cum alijs congeſtis, per Alph. collect. 228. Marta voto 95. & in ſpetie quando quis dixerit me eſſe debitorem ſuum poſſum impetrare à Iudice, vt
6 citetur ad demonſtrandum me eſſe debitorem, vel quod imponatur ei ſilentium, ita ex mente Luc. in l. ſi comparitor, vbi multa col. 6. C. de cohortal. lib. 12. confirmat Piſanel. ad Affl. in d. deciſ. ſicque in caſu præmiſſo prius agendum erat, & interim ſuperſederi in electione facienda.

Ex aduerſo autem pro parte ipſius Io. Iacobi, hæc omnia inficiabantur, & ipſi nõ ea ob eſſe tam in facto, quàm in iure oſtendebãtur,& potius eſſe admictendum ad honorem, quod reſpondendum. Primò, quia cum ad præſens lis aliqua non fuerat inſtituta, non erat futurum tempus litis fortè inſtituendæ in conſideratione habendum, ſed præſens tempus actendendum in quo nulla
9 lis erat cepta, reſpectu primi aſſumpti corroborati videtur ex reg. illa, non entis nullæ ſunt qualitates, l. eius qui ff. ſi cert. pet. cum alijs adductis, per Barboſ. in ſuo opuſc. princ. veriuſque iur. lit. N. num. 24. & ſimiliter non entis,& non apparentis, idem eſt iudicium,& paria ſunt, non eſſe, & non apparere, l. duo ſunt, ff. de teſt. tut. Barb.
9 vbi ſuper num.25. eoque impenſius, quia verba ipſius Pragmaticæ ſe reſtringere videbantur ad tempus præſens, & ſic ad litem ceptam ibi, *con la quale litigano durante la lite, &c.* Sicque verba illa generalia reſtringuntur ad ſpecificata, & eo caſu ſuccedit regula illa generi per ſpeciem derogari, cap. generi de reg. iur. in 6. non
9 mirum ſi eiuſdem Pragmaticæ diſpoſitio erit inſpicienda habito reſpectu ad præſens tempus quo nodum lis inſtituta fuerat, & non ad aliud ex quo omnis diſpoſitio, in-
10 telligitur rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, l. quod ſeruus, ff. de

D cond.

Digitized by Google

cond. ob cauſ. cum alijs adductis, per eundem Barboſ. d. Opuſc. lit. D. num. 28. adeò,
11 quod tempus futurum per verbum præſentis temporis antea adiectum exponi debet pro præſenti notabiliter exemplificando oſtendit, Affl. deciſ. 3. num. 4. Secundò, quia nec in futurum lis aliqua eſſe poterat, quoniã Syndicus d. Ciuitatis, liceat habeat liberam adminiſtrationem rerum vniuerſitatis, ſed accedente conſenſu decurionum vel ante, vel poſtea, eo quod in Concilio ipſe tantum Syndicus proponit negotia, & Decuriones determinant, quid ſit exequendum, & iuxta eorum concluſionem Syndicus exequitur, & ſic in Gabellarum venditione ſeruatur, in tantũ quod cum vniuerſitas intẽdebat vltimo, licitatori Gabellam concedere, Syndicus de ordine Decurionum fidem præſtat ei, vt ſecurus ſit de Gabella, vnde comperitur eſſe nudũ miniſtrũ in exequendo, & propterea periculum ſibi ſpectare non videbatur, præterea vltra prędicta apparebat ex ſui parte omnem adhibuiſſe diligentiam pro exactione d. debiti ab Affictatoribus, eos ſcilicet conueniri, faciendo, & pariter carcerari, & bona ipſorum ſequeſtrari. Imò vltra prædicta viſo computu ſuarum rationum per electum rationalem, ne dum fuit abſolutus ab adminiſtratione ſui Syndicatus, ſed creditor declaratus in ducatis 652. & ex hoc inferebatur ad aliud dubium propter creditum ſibi debitum ab vniuerſitate, etenim nedum ſi eſſet quiſquam debitor, ſed etiam creditor vniuerſitatis nequaquam admicti
12 potuerat ad honores ex auth. minoris debitor, C. qui dar. tut. poſſ. actingit, Montan. in d. Pragm. 5. ſ. 17. & 18. quem ſequitur Caput. loco citato vbi nu. 9. & idem Montan. concludit, quod ſi creditor vniuerſitatis, qui cum ea litigabat, & onus aſſumpſerat adminiſtrationis, licet non debeat creditum amictere, quia hoc iure cautum non
13 eſt, electio tamen erit nulla, & ſucceſſiuè remouendus nihilominus, idem Montan. eodem loco ſub num. 6. putat benè omnia procedere lite exiſtente pro debito ſiue pro credito quotiẽs lis ineſſet cuius euentus dubius eſt, l. quod debetur ff. de pecul. & poterat abeſſe, vel adeſſe, cæterum ſubiunxit
14 ipſe Montanar. quod ſi aliquis vigore publicorum inſtrumentorum eſſet creditor liquidus, & pro conſequutione eius crediti citare feciſſet vniuerſitatem, vel eius debitores, vt correſponderent ipſi creditori aliter dicendum erit, at cum ipſe Io. Iacobus reperiretur creditor vigore literarum
15 ſignificatorialium, quæ habent vim ſententiæ, & pariunt exceptionem rei iudicatæ, Franc. deciſ. 347. quem ſequitur idem Montan. d. Pragm. 5. ſ. 3. & 4. num. 10. ſicuti ipſa inſtrumenta, idem Franc. deciſ. 341. nu. 1. merito pro hac cauſa moleſtari non poterat, quin ad honores admicti potuiſſet, nec pariter pro eadem cauſa conueniri, nam paria ſunt non debere, vel nodum conueniri poſſe, l. Fulcinius ſ. ſi in diem ff.
16 quibus ex cauſ. in poſſ. eat. Vnde ex hijs iudicaui eſſe admictendum ad honores, vniuerſitatis die 22. Aprilis 1625. & cum effectu admiſſus, & à ſuperioribus confirmatus & offic o prædicto per annum vacauit.

Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio eſt nomen generale.*
2 *Conuentio tranſit in nomen aliorum contractuum.*
3 *Conuentionis appellatione omnes co ntractus continentur.*
4 *Debitum ex vna cauſa conuerti poſt in aliam.*
5 *Debitum ex cauſa mutui transfundi poſt in cenſum.*
6 *Contractus omnes ſunt voluntarij ab initio.*
7 *Contractus omnes ſicuti conſenſu celebrãtur, ita diſſenſu diſſoluuntur.*
8 *Omnis res, quæ per quaſcunque cauſas naſcitur pro eaſdem diſſoluitur qualiter procedat ſub num. 29.*
9 *Contractus diſſoluitur contrariæ voluntatis adminiculo.*
10 *Contrahẽtes præſumuntur contrahere ſecundum naturam contractus.*
11 *Nouatio inducitur per tranſactionem.*
12 *Nouatio perimit priorem actionem.*
13 *Nouatione peracta prioris obligationis conditio non inſpicitur amplius.*
14 *Nouatio fit in omnibus contractibus in quibus diuerſitas ſubſtantiæ continetur.*
15 *Nouatio expreſsè inducta videtur, quando ſecundus contractus eſſet incompatibilis cum primo.*
16 *Nouatio inducitur ex eo, quod ſi vnum debetur aliud promictitur.*
17 *Probatio per teſtes, & per ſcripturas æquiparantur.*
18 *Inſtrumenta, & teſtes æquiparantur.*
19 *Apoca à parte, & teſtibus ſubſcripta plenè probat, & habet vim publici inſtrumenti num. 20.*
21 *Nouatio oritur ex trãsfuſione de vno contractu in alium de conſenſu partium.*
22 *Inſtrumento publico ſtandum erit.*
23 *Inſtrumento publico, abſque alio adminiculo erit ſi non ſit cancellatum, vel vitupe-*

Google

ſuperatum.

24 *Inſtrumentum cancellatum, ſeu vituperatum executionem paratam non habuit.*

25 *Liberatio præſumitur per caſſationem inſtrumenti.*

26 *Cancellatio inſtrumenti arguit ſolutionem.*

27 *Cancellatum pro ſoluto habetur.*

28 *Cancellatio probat debitum præceſſiſſe, & ſolutum eſſe.*

29 *Contractus non eſt reſolutio alterius.*

30 *Cuius eſt natura contractus eſt diſtractus.*

31 *Inſtrumenta ſunt publica ob eius requiſita.*

32 *Inſtrumentis pacta priuatorum non poſſunt derogari.*

33 *Inſtrumentum poſterius præfertur priuatæ ſcripturæ.*

34 *Mutuum deſcendens ex contractu aliquo ſapit eius naturam.*

35 *Debitum transfuſum in aliam cauſam ſemper dicitur deberi ex veteri non noua, nec prima dicitur extincta.*

36 *Mutuum dantes nihil indeſperantes qualiter intelligatur.*

37 *Contractus, qui incidit alium dicitur acceſſorius.*

38 *Contractus præcedens non tollitur per ſequentem in præiudicium eius, cui ex primo eſt ius quæſitum.*

39 *Contractus ſecundus non aſſequitur naturam primi ob eorum diuerſitatem.*

40 *Contractus primus quando ſequitur naturam ſecundi.*

41 *Mutui natura eſt, vt idem genus non autem ſpeties, redatur alias non eſſet mutuum.*

42 *Repugnantia ſi reperiatur in teſtamento eodem neutrum valet.*

43 *Inſtrumentum, ſeu ſcriptura eadem contineret repugnantiam manifeſtam nullum, ſeu nulla erit.*

44 *Inſtrumentum vitiaretur ſi contineret repugnantiam.*

45 *Contractus primus non cenſetur ſublatus quatenus poſſit interpratatio ſumi, vt ſecundus primo non repugnet.*

46 *Contractus vltimus cenſetur factus in executionem primi, & interpratari, deeſſe ne primo repugnet.*

47 *Repugnantia tollit fidem ſcripturæ.*

48 *Contractus iuratus non obligant ſucceſſores, & quando.*

50 *Iuramentum derogat actui in futurum faciendo.*

51 *Iuramentum ſecundum tollit primum.*

52 *Contractus initus, & abſolutus non poteſt niſi per actum ſimilem renouari.*

53 *Contractus vnus poteſt ex alio declarari.*

54 *Contractus cenſuales, ſeu redditity in ſcriptis redigi debent.*

55 *Contractus cenſuales quare in ſcriptis redigi debeant.*

56 *Tex. in l. contrahitur ff. de pign. limitatur.*

57 *Felician. de cenſ. dum loquitur de ſcriptura, vt non ſit neceſſaria in contractu contrahi qualiter intelligatur.*

58 *Contractus bullares dicuntur emptionis & venditionis vltro citroque obligatorij.*

59 *Stipulationes ſunt potentiores omni alio contractu.*

60. *Stipulationes ſcripturam deſiderant.*

61 *Contractus quilibet in alium transfunditur per ſtipulationem.*

62 *Nouatio per ſtipulationem inducitur.*

63 *Nouatio facilius per ſtipulationem facta intelligitur quam per alios contractus.*

64 *Nouatio non fit hodie, niſi expreſſe.*

65 *Nouatio per ſolum chirografum ſine ſtipulatione induci non poteſt.*

66 *Obligatio prima ſtipulatione vallata non tollitur per ſecundam ſine ſtipulatione.*

67 *Iuramentum exigitur in contractibus, ſeu reddititijs.*

Iuramentum vim nouationis habet.

68 *Contractus renouatus quando dicatur.*

69 *Nouatio quando inducatur in contractu renouato.*

70 *Obligatio prima quãdo cenſeri debeat renouata, vt ex ſecunda agi poſſit.*

71 *Tex. in l ſi ex pretio C. ſi cert. pet. ponderatur.*

72 *Vſura non debetur ex actu ficto mutui.*

73 *Vſura in ſtipulatione deducta ſi ſunt promiſſa debentur num. 78.*

74 *Vſura pacto nudo peti nequeunt.*

75 *Contractus per ſtipulationem perficitur animo nouandi.*

76 *Actio nulla oritur per pactum nudum.*

77 *Pactum nudum conſiſtit in ſimplicibus, & puris finibus cõuentionis, & veſtitur coherentia contractus.*

78 *Stipulatio quando concipiatur.*

79 *Pactum infirmum non iuris, ſed facti virtus adnitatur, & præcedens ipſo iure non tollitur.*

80 *Actiones oriuntur ex contractu, & ex ſtipulatu.*

Pactum nudum vſurarium non veſtitur coherentia contractus ſtricti iuris ſit tamen ſimilis contractui bonæ fidei.

82 *Scriptura priuata non probat in præiudicium inſtrumenti.*

83 *Scriptura priuata ſubſcripta à teſtibus, vt fidem faciat quid agendum.*

ARGVMENTVM

Liquidatio inſtrumenti mutui, an impediri poſſit ad inſtantiam debitoris vigore apocæ trino teſte notatæ continentis traſfuſioné contractus ex mutuo ad venditionem annuorum introituum, & promiſſum intereſſurium ſummæ mutuatæ ſolui.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.

VOTVM IX.

CVM ageretur de monacatione Portiæ Cazanæ, Reuerendus D. Io. Ant. Cazanus eius patruus accedente conſenſu Alexandri patris d. Portiæ ad conuentionem deuenit cum Monaſterio S. Leonardi Monopol. & mediante inſtrumento promiſſit ſoluere ducatos 600. vltra eleemoſinas debitas die 9. Iulij 1622. pro reliquis ducatis biſcentum ad complementum ducatorum 800. cum illos præmanibus non haberet ipſe Alexander promiſit illos ſoluere D. Io. Antonio eidem Monaſterio, & breui mann dicti Alexander pater, & Iulius Cæſar Cazanns filius ſe obligauerũt illos ſoluere per totum menſem Iunij 1623. abſque intereſſurio cum gratis mutuati fuiſſent præuio, pacto adiecto, vt potuiſſet agi via ritus M. C. quo tempore elapſo ipſe D. Io. citari fecerat prędictũ Iulium Cæſarem ad ſoluendum dictos duc. 200. mutuatos, qui in vltimo peremptorio allegauit nouam conuentionem inter eos habitam producendo apocam trino teſte notatam de ordine ipſius creditoris factam, hoc eſt inter alia de ſoluendo cenſus annis ſingulis pro dictis ducatis biſcentum in futurum d. cto Monaſterio ad eãdem rationẽ ducatorum ſeptem pro centenario, quos ipſe creditor ſoluebat d. Monaſterio, ob quod fuit per me prouiſum viſis ſcripturis extra banca m prouidebitur, vt moris eſt, quibus inde viſis fuit prouiſum, quod ſtante depoſito ducatorum 200. audiretur infra quatuor dies ſuper dicta conuentione ſumariè, & inde ſic per binos teſtes probata ipſa cõuẽtione antequam ad confectionem apocæ procederetur, verum quia in apoca aſſerebatur ipſum ſe obligaſſe ſoluere cenſus pro d. ducatis biſcentum in futurum, & ſoluiſſe pro præterito certam ſummam in compotum cenſuum, merito ſtante nouatione, & conuentione, vt ſupra habita per quam receſſum videbatur à primo contractu non potuiſſe procedi ad liquidationem inſtrumenti, ſed potius ſibi liberari depoſitum factum viribus præture compulſo: vnde ad probationem ſuæ replicationis poterat de iure multis rationibus comprobari, ex quibus ſe totaliter releuari non dubitabatur.

1 Præſuppoſito prius verbo illo conuentionis, quod eſt generale ad omnia pertinẽte, de quibus negotijs contrahendi, trãſigendique cauſa conſentiunt, qui inter ſe agunt dixit I. C. in l. 1. §. conuentionis ff. de pact. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 41. nu. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 1. num. 1. vbi num. 2. dixit, quod contractus ſine conuentione nõ reperitur, adeò verum eſt, quod tales conuentiones in aliud nomen transeunt veluti in emptionem locationem, in pignum, in ſtipulationem ſubdit, ibi I. C. in §. ſed conuentionẽ, etenim conuentionis appellatione omnis contractus continetur, Mantica ibi num. 3. nec propterea improbatum eſſe de iure comperitur contractus vno modo celebratos in alios tranſundi, & ſic debitum ex

4 vna cauſa, vt poſſit conuerti in aliam, vt notat Bart. in l. ſi ex pretio C. ſi cert. pet. num. 3. Angel. & alij in l. cum ea C. de tranſact. latiſſimè Milan. deciſ. Sicil. 2. num. 38. 48. & 49. lib. 2.

5 Sicque debitum ex cauſa mutui conuerti poterat in cauſam bullæ de cenſibus, ex Pariſ. conſ. 75. volum. 4. probat Raym. Ramondet. ſuper ead. bulla cenſ. nu. 3. prout etiam in terminis concludere videatur, Felician. de cenſib. lib. 2. cap. 8. à num. 7. ad 11. ex Surd. & Milan. & Nauar. debitum ex vna cauſa poſſe conuerti in aliam cauſam ex conuentione partium, & potiſſimũ in cenſualem contractum, vt erat caſus propoſitus,

Quæ ſi quidem omnia procedere videntur ex conſenſu ipſarum partium eo, quod dum omnes contractus ab initio ſint voluntatis l. 4. C. de act. & obligat. & conſenſu ambarum perficiuntur §. 1. inſt. de obligat. ex conſ. l. conſenſu ff. de act. & obligat. Mantica vbi ſupra num. 8.

Eodemque conſenſu diſſoluuntur l. 1. C. quando lic. ab empt. diſced. Thoming. deciſ. lipſiæ 8. num. 22.

Ex regula iuris illa omnis res, quæ per quaſcunq; cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluitur c. 1. de regul. iur. & eius eſt naturæ cuius eſt productio, etenim quod conſenſu contractum eſt contrariæ voluntatis adminiculo

nicuło diſſoluitur inquit tex.in d.l.1.C.quan-
do liceat ab empt. diſced. vnde infertur ex
hoc receſſum fuiſſe à cauſa mutui per inſtru-
mentum debiti,& adhæſum cauſæ emptionis
annuorũ introituum, dum pro illa ſumma
mutuata promiſſum fuerat correſpondi pro
intereſſe,& ſic de amborum conſenſu confe-
10 cta apoca trino teſte notata, adeò quod ſe-
cundum naturam contractus, ipſi contrahe-
re præſumũtur, idem Menoch. eod.tract.lib.
3. præſumpt.104. num.6. & contractus vlti-
mus, idem iudicatur, quod primus, vbi vlti-
mus eſt relatiuus ad primum notabiliter in
terminis, Cauagn.deciſ.84.tom.2.num.11.

Inſuper exiſtente hac tranſactione inita
inter partes proculdubio videbatur noua-
tionem eſſe introductam, cum per tranſa-
11 ctionem nouatio introducatur, eo quia per
eam receditur à prima obligatione, ſecun-
dum Bald. in rub. C.de tranſ. quem ſequitur
Gozad.relatum per Ronchegal. de duob.reis
l.3. num.19. & Dec. conſ.400. Ant. Gabriel.
lib.3.com.opin.tit.de nouat. concl.1. num.61.
Menoc.eod. tract. lib.3. præſumpt.134. num.
42.Grat.diſcept.foreni.cap.290.nu.11.ad 16.

12 Eiuſque nouationis effectus eſt, quia peri-
mit priorem actionem eamque inſequentem
transfundit, Ant. Fab. in eius cod. tit. de
diuerſ. reſc. defin. 16. num. 3. ita quod per
acta nouatione non amplius inſpiciuntur,
13 prioris obligationis conditio,& qualitas,ſed
poſterioris tantum, idem in tit. de prec. im.
offer. de fin. 4. num. 4. Vlterius fortificatur
fuiſſe nouationem peractam ex diuerſitate
ſubſtantiæ contractus, poſtquam primus cō-
tractus erat mutui, nec recipiebat intereſſe,
& per ſecundum fuerant promiſſi intereſſe,
quemadmodum d.Actor correſpondebat ſub
cenſu d. Monaſterio pro d. ſumma mutuata
debita à Reo, quaſi quod videbatur contra-
ctus trasfuſus in annuo cenſu, ſicque noua-
14 tio ipſa fit in omnibus contractibus, in qui-
bus diuerſitas ſubſtantiæ continetur, Cæual.
com.contra commun.q.755. num. 14. & ſic
15 videtbaur expræſsè inducta,maxime quan-
do ſecundus contractus eſſet incompatibilis
cum primo,vtibi Cæual. num.8. Muta deciſ.
Sicil.33.nu.2.& 3. Borgn.deciſ.18.num.8 p.4.
Grat. diſcept. forenſ. c.523. nu.23. & ſeq. &
cap.509. num.10.16.& 23. qui in d. cap.290.
num. 17. & 19. retulit non aliter induci ſi
vltimus actus compatratur cum primo, &
proinde dixit Bart. in l. reſponſum num. 3.
16 C. de tranſ. quod ſi vnum debetur, & aliud
promictitur inducitur nouatio maximè quā-
do expræſsè id fuerit actum, quod nedum
per teſtes deponentes circa confectionem
apocæ,ſed per ipſam apocam trino teſte no-
17 tatā probari annectebatur;probatio inſuper
per teſtes,& per ſcripturas equiparatur,Ca-
rau. in ritu 275. num. 57. Cauenſ. ritu 235.
18 num. 20. Imo inſtrumenta, & teſtes à pari
procedunt, Menoch. lib. 2. præſumpt. 51.
19 num. 34. vltra quod talis apoca à partibus,
& teſtibus ſubſcripta plenè probat, Bart. in
l. admonendi ff. de iureiur. num. 22. & in l.
nuda ratio ff. de donat.latè Maſeard.de pro-
bat. concl.109. per totam maximè num. 11.
20 & habet vim publici inſtrumenti, Mantic.
de tacit.& ambig. lib. 10. tit. 10. Ex quibus
omnibus iuridicè num. 3. concluditur non
poſſe via Ritus virtute primeui inſtrumēti,
21 agi eo amplius inter cedente allegata no-
uatione contractus transfuſi in alium ex-
præſsè de voluntate partium, Muta d. deciſ.
33.num.1.

Nihilominus ex aduerſo producebatur in-
ſtrumentum non aliter cancellatum, nec ei
per aliud documentum derogatum,ſiue ino-
uatum,vt eo creditor vti non potuiſſet: vn-
de ſemper publico inſtrumento ſtandum
22 erit, donec contrarium appareat, Specul.
tit.de appell.§.2. num 3. eique credendum
erit, donec contra probetur, idem in tit. de
Synd. nu. 16. & in ſumma inſtrumento pu-
23 blico ſine alio adminiculo credendum eſt,
dummodo non ſit cancellatum, aut alias vi-
tuperatum, idem in tit. de inſt. de edit. §. 8.
24. num.1. quo caſu non haberet executionem
paratam vigore ſtatuti de inſtrumentis exe-
quendis, prout eſt in Regno, ita Bal. in l. 1.
C. vt in poſſ. legat. Caſt. vbi Alex. in l. fin.
C. de edict. Diui Adrian. toll. ſequitur Ber-
tach.in ſuo repet.verbo inſtrumentum Can-
cellatum §.15.

25 Et ratio eſt cum per illius caſſationem
præſumi facit liberationem, idem Specul.
tit. de præſumpt. ver. violentias, Bart. &
omnes in l.2. ff.de pact. Alexan. conſ.69. ſe-
quitur ibi Bertach. §. pen. latius Menoch.in
eod.tract.lib.3.præſumpt.141.num.17.& 18.
26 ex eo, quia cancellatio arguit ſolutionem,
l. in ductum, vbi Bal. C. de ſolut. & ſic can-
27 cellatum pro ſoluto habetur, Ang.conſ.131.
nam ipſa cancellatio probat debitum præ-
28 ceſſiſſe,& ſolutum eſſe, Bal. in rub. C. de fi-
de inſt. verſ. iuxta hoc quæro, non mirum
ſi ex ea liberatio debitoris oriatur, ſed cum
iſte non appareat caſſatum, eius vigore agi
non prohibetur. Similiter nec ei derogatum
in aliquo,vt potuiſſet argui nouatio aliqua
ex infra dicendis,non aliter opitulante apoca
deinde facta reſpectu conuentionis deſoluen-
do tertias, ſiue intereſſe pro eadem ſumma
29 contenta in d. inſtrumento poſtquam, vltra
quod contractus non eſt reſolutio alterius
contractus, Mierez. in conſt. Catal. tom. 2.
collat.6. cap.28. num.19. tale inſtrumentum

Digitized by Google

ſolemniter celebratum caſſatione indigebat, vt moris eſt, ſolutione debiti intercedēte: cęterum vbi partes nouationem facere vellent, opus erat, vt in alio inſtrumento conuentio enunciaretur expreſſim à primo contractu recedendo, vt infra dicetur, vel ſaltem eidem ſuper addendo, vt regula ſuperius adducta rectius procedere potuiſſet omnis res, quæ per quaſcunque cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluitur, & ſic contractus ita ſolenniter celebratus eodem modo diſtrahi debuerat,
30 nam cuius eſt natura contractus eſt diſtractus, Paul. Caſt. in l. ſi maior num. 2. C. de dolo, & in l. de tutela num. 5. C. de in integ. Nam par ratio eſt contractus, & diſtractus l. ad reſoluendum C. de præd. min. cum alijs allegatis, per Iallong. racemat. 122. num. . taliter quod ſi fuerit per apocam priuatam aliter conuentum, quam in inſtrumento continetur non propterea videbatur ſatisfactum inſtrumento cum ipſa inſtrumenta pu-
31 blica ſint ob eius requiſita, Specul. in tit. de inſt. edit. §. 1. Frecc. de præſent. inſt. p. 1. in princ. & ſic publici iuris.
32 Quibus derogari non poterat pactis priuatorum, l. ius publicum ff. de pactis, adeò quod cum inſtrumentum poſterius præfera-
33 tur anteriori priuatæ ſcripturæ, Mantic. d. tract. lib. 11. tit. 24. nu. 1. multo magis, quando fuerit antea celebratum, eo amplius ex diuerſitate conuentionum inuicem repugnātium potiſſimum, ob naturam mutui ſimplicis in emptionem annuorum introijtuum translati ſub illa ſimplici promiſſione ſol-
34 uendi intereſſe, ex eo quia ſicuti mutuum deſcendens ex contractu emptionis, aut ſimilis quouis contractus ſapit naturam eius contractus, & non mutui Capy. deciſ. 183. num. 3. Et debitum vnum licet transfunda-
35 tur in aliam cauſam fictione legis ſingularia, tamen ſemper dicitur deberi ex veteri, cauſa & ex prima non ex ſecunda, nec prima dicitur extincta, Caſtill. deciſ. Sicil. 5. num. 37. Milaneſ. deciſ. 13. num. 22. lib. 1. ſic contractus ſoluendi vſuras, tunc pro contractu primeuo mutui, ita celebrato cum repugnet naturæ mutui non aliter vſuras recipientis ex
36 dominico præcepto dictante mutuum dantes nihil inde ſperantes, quod ita intelligit, Ambroſ. deciſ. Peruſ. 4 num. 16. & aſſequere-
37 tur naturam alterius contractus ex eo, quod contractus, qui incidit in alium diceretur acceſſorius, probat Mant. d. tract. lib. 2. tit. 3. num. 6. & lib. 4. tit. 25. num. 7. primæuus autem contractus principalis ex quo ius quęritur quo fit, vt contractus pręcedens non tol-
38 latur per ſequentem in pręiudicium eius, cui ex primo contractu ius eſt quæſitum, l. ſi vnus §. ante omnia, & l. fideiuſſoris ff. de pact. Mareſc. var. reſol. lib. 3. cap. 126. num. 1.
39 neque per ſecundum propterea eius diuerſam qualitatē, & eo caſu non ſequeretur naturam primi, Bertazol. conſ. Ciuil. 47. nu. 67. ex Bart. Gomeſ. Cagn. & Menoch. ibi relatis
40 & tunc primus ſequitur naturam, ſecundi quando fieret ſecundus ad perfectionem
41 primi Manet. deciſ. 8. num. 26. poſtquam mutuum ea forma contrahitur, vt idem genus non eadem ſpeties redatur, alias non erit mutuum, ſed alius contractus, l. 2. vbi Alex. & alij, ff. ſi cert. pet. quinimò actenta iſta repugnantia contractuum, ſic diuerſimode celebratorum ſi benè ſubſequeretur nouatio vt dixi, & ex regula vbi repugnantia inter
42 ſe in eodem teſtamento inueniuntur neutrū ratum eſt, ff. de reg. iur. in hoc potius actenderetur magis potens, vt ibi num. 12. Cagnol. notat, & hoc eſſet inſtrumentum ipſum, & non apoca producta, in tantum quod ſi in-
43 ſtrumentum, vel eadem ſcriptura contineret repugnantiam manifeſtam eſſet nulla, Natta conſ. 673. num. 5. ſicque etiam inſtrumentum
44 vitiaretur ſi repugnantiam contineret, idem conſ. 245. num. 5. fortius quando eſſent diuerſæ ſcripturæ, & ſucceſſiuæ contractus
45 primus non intelligeretur ſublatus quatenus poſſit interpetratio capi, vt ſecundus primo non repugnet, Hieron. Gabriel. conſ. 79. num. 5. vol. 1. & conſ. 56. nu. 1. vol. 2. pari-
46 ter ſubdit, quod contractus vltimus cēſetur factus in executionem primi, & interpetrari debet, ne primo repugnet, repugnantia igi-
47 tur tollit fidē ſcripturæ, Gargiar. patroc. 87. n. 8. p. 2. ad eius improbationē notanter erit aduertendum ante omnia, quod quamuis cō-
48 uentio ſic habita de cōſenſu partium valeat, vt probat Butrius conſ. 59. num. 2. ad huc quia tractatur de reuocando contractum mutui in inſtrumento contento, & ei addendo per ſolutionem intereſſe nequaquam prodeſſe poterit ſic ſubiciendo notat, ibidem But. tamen quando conueniunt contra iuramenta facta per prædeceſſores, quæ quam-
49 quam ſucceſſores non obligēt ad periurium ex conuentione, læditur decus publicum Ciuitatis, vt pacta iurata non ſeruentur, & iuramenta talia fortificant contractus contra ſucceſſores de iureiur. cap. cum contingat tamen quia etiam conueniunt pactis pęnalibus hæc ille multo fortius id conſiderandum arbitror non poſſe derogari inſtrumento iurato per eaſdemmet, partes per alia documen-
50 ta non iurata etenim iuramentum derogat actui in futurum faciendo ex multis comprobat, Seraſin. in tract. de priuileg. iuram. priuil. 75. num. 6. niſi forte ſequens actus fuerit iuramentū vallatus, & ſic cum eadem ſolemnitate quo caſu reuocationi locus eſſet,

eo quia

Digitized by Google

51 eo, quia ſecundũ iuramentum tollit primũ l.
duobus ſ. ff. de iureiur. c. tua nos eo. tit. cũ alijs
prodictis, p Medic. in tract. de nouat. p. 2. n. 58.
& ita reuocaretur primus cõtractus iuramẽ-
to roboratus, quemadmodũ contractus fini-
51 tus, & abſolutus non poteſt, niſi per actum
ſimilem renouari Cæſar Manent. in tract. de
53 iure cont. liuell. q. 5. num. 48. & 84 & contra-
ctus vnus poteſt ex alio declarari, idẽ Mant.
eod. tract. lib. 2. tit. 1. num. 8. Sed hoc defi-
cit in caſu noſtro ex apoca priuata trino te-
54 ſte notata citra tamen iuramentum merito
afficere non comperitur primeuo inſtrumen-
to, vltra quod ſimiles contractus cenſuales,
ſeu reddititij, nedum in ſcriptis redigi debent
ſeruata forma Bullæ Apoſtolicæ, vt probant
Pet. de Gregor. de cenſ. q. 5. num. 46. cum ſeq.
vbi additio Maſtrill. num. 305. & q. 8. num. 11.
Fider. Camp. ſuper Bulla de cenſ. nu. 3. Blaſ.
Laue. num. 8. Ferdin. Boniorn. nu. 12. Boceat.
de cenſib. p. 2. num. 189. notabiliter, Mila-
nenſ. deciſ. Sicil. 8. num. 11. cum ſeq. lib. 2.
55 vbi rationes reddit plures quare in ſcriptis
reddi debeant tales cõtractus, & vltra ratio-
nes, per eos allegatas ad finẽ refertur, vt ipſa
liquidari poſſint inſtrumenta contractus exi-
gitur pariter, vt in ſcriptis redigantur ex no-
ſtratibus probat, Maurit. de Alex. in tract.
de confeſſ. par. 1. c. 2. num. 20. vbi citat Caſt.
in l. contractus num. 9. C. de fide inſt. The-
ſaur. deciſ. 197. & ſic limitatur, tex. in l. con-
56 trahitur ff. de pignor. qui loquitur in ſim-
plici contractu non autem in illis, in quibus
interuenit ſtipulatio ob pęnas cautiones, &
fideiuſſiones prout eſt contractus cenſualis,
vt probat, Gregor. in eodem tract. q. 10. in
57 princ. quidquid dixerit Felician. de cenſ. lib.
1. c. 9. nu. 9. quia loquitur in foro poli, vt abſq;
ſcriptura confecta teneatur cẽſuarius ſolue-
re cenſus ſecus in foro fori, vt eſt noſtrum.
58 Nam ſi benè tales contractus bullares di-
cantur emptionis, & venditionis vltro citro-
que obligatorij, vt probat Maſtrill. in addit.
ad eundem tract. de cenſ. ipſius, Gregor. q. 5.
num. 291. adhuc tamen exigunt ſtipulatio-
59 nes, vt dictum eſt, quæ ſunt potentiores omni
alio contractu, Coſta in praxi conuent. p. 1.
60 nu. m 225. & pariter ſcripturam deſiderant
per quas rectæ probatur, ſicuti in pręcedenti
nu. 45. eiuſdem partis demonſtrat, idẽ Coſta,
& propterea contractus quilibet in alium
61 trasfunditur ſtipulatione, ex Bart. in l. ſin-
gularia nu. 21. ff. ſi cert. pet. Cuman. & Caſt.
probat Hieron. Gabriel. conſ. 81. nu. 4. vol. 1.
62 Vnde ſubſequitur per talem ſtipulationẽ
indici nouationem contractus quemadmo-
dum, vltra ipſum Coſtam in princ. d. par. 1.
oſtendit, & communiter Doct. ita affirmant,
apud Menoc. d. tract. de præſump. lib. 3. præſ.
63 134. num. 55. nouatio facilius per ſtipulatio-
nem factam intelligitur, quam per alios con-
tractus, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14.
tit. 6. nu. 15. & lib. 18. tit. 21. nu. 1. & ratio-
nes ipſi reddunt cum per talem ſtipulatio-
nem videatur expræſsè nouatio inducta, quæ
64 ſi quidem non fit hodie, licet præcedenti
obligatione addatur, ſeu detrahatur niſi ex-
præſsè agatur, ita Machell. patroc. 55. nu 3.
eum ſequitur Viuius in ſylua com. opin. in
opin. 550. nouatio vbi alios citat, prout in
caſu noſtro cernitur exiſtente chirographo
quamuis teſtibus roborato, ſed citra ſtipula-
tionẽ obquod nullatenus nouatio introducta
videbatur, ita punctualiter Mareſcoct. var.
reſolur. lib. 2. cap. 56. nu. 15. expræſsè voluit
65 dicendo, quod nouatio per ſolum Chirogra-
phum ſine ſtipulatione induci non poteſt etiã
ſi quis ſe obliget in plus, & ante eum con-
cordando gloſſas contrarias, Nicell. in con-
cordan. gloſ. iuris concord. 24. cenſuit quod
66 ſi prima obligatio fuerit ſtipulatione valla-
ta, & ſecunda non, tunc ſecunda non tollit
primam ex allegata reg. nihil tam naturale
ff. de reg. iur. Sed etiam (vt omiſſis redeam)
67 iuramentum exigitur in conſimilibus con-
tractibus cenſuarijs, ſeu bullarijs, aut reddi-
titijs quemadmodum, idem Petr. Gregor. d.
tract. in d. q. 3. num. 3. confirmat ex pluri-
bus, & de hoc rationem aſſignat, & quem
effectum pariat, vltra quod tale iuramentum
vim nouationis obtinet, l. qui iuraſſe ſ. fin.
ff. de iureiur. Fulc. ſing. 76. lit. l. Seraph. in
eodem tract. priuil. 80. num. 1.
Et omiſſis alijs requiſitis in contractu bul-
larij relatis, per eundem Gregor. loco alle-
gato concluditur non aliter potuiſſe deroga-
ri primeuo inſtrumento per apocam intro-
ductam, nec aliter nouationem inductam ex
allegatis nil refragantibus in contrarium ad-
68 ductis, quadere, tunc contractus bullaris di-
ceretur renouatus quando heret ſecundus
cõtractus cum omnibus requiſitis, & pactis,
ita Io. Franc. Caſtill. deciſ. Sicil. 69. nu. 8. &
69 tunc rectius nouatio induceretur, Borgn. d.
deciſ. 20. num. 3. & 6. par. 1. Rota Genuæ de-
ciſ. 2. num. 20. Aret. conſ. 21. Hieron. de
Monte q. 20. num. 1. Ioſeph. Ludou. in ſuis
concluſ. tit. de ceſſion. quo caſu ſi primus
contractus eſſet renouatus prima obligatio
70 cenſeretur renouata, & tum ex ſecunda age-
retur, vt dixit Mura deciſ. Sicil. 11. num. 5.
cum ſeq. Sed cum hæc deficiant in caſu de
quo agebatur iuſtiſſimæ ad liquidationem
ipſam procedi poterat, non obſtante conuẽ-
tione in apoca producta contenta, in qua
promiſſæ fuerant ſolui vſuræ, quæ realiter
peti non poſſunt ſi non ſint deductæ in in-
ſtrumento, ita gloſ. in l. tutor verſ. non poſſe
ff. de

Digitized by Google

ff. de vſur. ad cuius igitur comprobationem
pro Cororide deciſionis adducitur, tex. in d.
71 l. ſi ex pretio C. ſi cert. pet. vbi in ſumma
refertur ſecundum Bald. quod debitum ex
cauſa vna in aliam cauſam mutui per ſtipu-
lationem transferri, non ſimplici confeſſio-
ne, nec nudo pacto, & licet confeſſio fiat per
inſtrumentum tamen non operatur, idem
quod ſtipulatio, quia ſtipulatio eſt efficacior
contractus, qui fit in iure, & ibi tex. expreſ-
sè exemplũ poſuit in mutuante obquod fue-
rant promiſſæ vſuræ citra ſtipulationem, ita
ibidem legitur, ſi vero citra vinculum ſtipu-
lationis tantum mutuam pecuniam datam
conſcriptum eſt, & eius præſtari fœnus con-
uenit ſimulatis pro infectis habitis huiuſmo-
di placidum nihil de pręcedenti mutauit obli-
gatione, ex quo tex. elicitur, quod ſi benè ibi
non apparebat mutuatam pecuniam fuiſſe ex
quo ſola pactione, vel ſcriptura conſtitui nõ
poteſt mutuum, vt ibi gloſ. probat in verbo
de præcedenti, & in caſu noſtro apparebat
de hoc inſtrumentum confectum taliter, ꝙ ſi
72 ex ficto actu mutui, non aliter vſuræ deberi
videbantur, ita è contra vero mutuo per exi-
ſtente vſuras deberi in caſu quo de iure de-
bentur, vt dixit Pet. Gregor. d. tract. q. 3. nu. 9.
& 12. Io. Griuel. deciſ. 92. nu. 2. Adhuc debent
73 in ſtipulationem deduci quo caſu ſunt per-
miſſę, Muta dec. Sicil. 98. nu. 22. Reg. Rou. cõſ.
21. n. 17. p. 1. & tunc iure actionis deberentur,
Camill. de Medic. conſ. 72. nu. 20. nec nudo
74 pacto peti, vt ſubdit ibi gloſ. in verbo con-
uenit, per tex. in l. quamuis C. de vſur. ete-
nim per talem ſtipulationem animo nouandi,
75 contractus perficitur ſicuti eadem gloſ. ibi in
verbo per ſtipulationem probat, & ratio eſt
cum per tale pactum nudum nulla oriatur
76 actio Doctor. d. l. quamuis, & in l. iuriſgen-
tium §. quinimo ff. de pactis, Viuius opin.
568. pactum cum ipſe conſiſtere videatur in
77 ſimplicibus, & puris finibus conuentionis ſi-
cut is, qui de vtero matris egreditur inquit,
Bart. d. l. iuriſgentium §. igitur ſub num. 2.
Coraſ. Miſcell. iur. lib. 1. cap. 1. veſtitur ta-
men per coherentiam contractus, vt ipſimet
Doct. locis relatis tradunt Donat. à Fine in-
ter com. opin. tit. de pactis num. 52. de cuius
veſtimentis ſatis loquitur, Ang. d. §. quini-
mo num. 8. Sed cum vſuræ ipſe nudo pacto
promiſſe in ſtipulationem deducantur iure
optime dicantur promiſſe, l. 1. C. de vſur. vbi
78 Doct. hoc eſt ex præcedenti interrogatione,
& ſubſequenti reſponſione, l. 1. ff. de verb. ſi-
gnif. vbi Doct. de quo late, Io. Domin. Mar-
tucc. var. explanat. lib. 1. cap. 39. vbi ratio-
nes de hoc reddit, cuius ſtipulationis effectus
eſt, quod cum ipſa ſit facti, & cõtractus iuris
licet pariter ipſa pacta facti cenſeatur ex cõ-
79 ſenſu, & in ea multum iuris ad mixtum ſit
præcedens tollitur ſtipulatio, ſed quia pactũ
infirmum cum ſit, neque iuris, ſed facti tan-
tum viribus adnitatur præcedens ipſo iure
non tollitur per bellè, idem Coraſ. d. Miſcell.
80 lib. 2. cap. 16. nu. 6. non mirum ſi ex ea actio-
nes oriatur, tum ex contractu, tum etiam ex
ſtipulatu, probat Coſta vbi ſupra num. 46.
verum, quia pactum nudum vſurarium non
81 veſtitur coherẽtia contractus ſtricti iuris fit
ſimilis contractui bonæ fidei, gloſ. in l. titius
verbo debiti ff. de præſc. verb. Roman. ſing.
547. incip. Tu habes merito opus erat ſti-
pulatione, & niſi fuerit facta de hoc ſtipula-
tio formiter non aliter deberentur vſuræ
prædictæ etiam vigore apocæ productæ, cum
82 ipſa ſcriptura priuata nullatenus probet in
præiudicium publici inſtrumenti, ex Corn. &
Felyn. probat Verall. deciſ. 217. num. 6. p. 1.
etenim ſcriptura priuata ſubſcripta à duo-
83 bus, vel tribus teſtibus, vt fidem faciat in iu-
dicio in hijs caſibus, in quibus quis in ea fun-
datur oporret, quod recognita prius ſit à
contrahentibus, & quod teſtes in ea contenti
ſubſcriptiones recognoſcant, Doct. in l. ſcri-
pturas C. qui pot. in pign. hab. Rodriq. in
tract. de concur. cred. par. 2. art. 1. num. 13.
quod deficiebat in facto enarraro. Vnde ex
omnibus allegatis, & per me plenius conſi-
deratis iudicatum fuit die 18 Martij 1625.
quod liberaretur depoſitum. d. Abb. Io. Ant.
deductis tamen quantitatibus ſolutis per ip-
ſum Iulium Cæſarem ſuper quibus ſumma-
riè ambæ partes audiantur in eorum iuribus
pœnes Aijeta Actuarium.

SVMMARIVM.

1 *Solutum in cauſam mutui pro intereſſe repetitur num. 5. & 8.*
2 *Locupletari cum aliena iactura nemo debet.*
3 *Vſura omni iure prohibita.*
4 *Vſura in mutuo regulariter cadit.*
6 *Soluens indebitè vſuras feueratori poteſt illa repetere quamuis eas donauerit, & quare.*
7 *Principio ſublato omnia principiata tolluntur.*
9 *Intereſſe ex mutuo dupliciter petitur, vel ex conuentione, vel legis prouiſione.*
10 *Dies interpellat pro homine.*
11 *Mora contrahitur ob lapſum diei.*
12 *Vſura ex mora debentur, & ſic pluries deciſum.*
13 *Vſura ex ſtipulatione debentur.*
14 *Vſurarum curſus quando incipiat.*
15 *Vſura, ac vſusfructus ſemel mora comiſſa perpetuò debentur.*
16 *Intereſſe ex mora in contractu mutui debetur omni iure.*

17 *Inte-*

17 *Intereſſe pœna legalis dicitur.*
18 *Intereſſe damnum paſſi omni iure debetur, quia nemo tenetur cum aliena iactura alteri ſubuenire.*
19 *Intereſſe lucri ceſſantis in mutuo debetur tur potiſſimum inter mercatores nu. 20.*
21 *Intereſſe ex danno occurſo debetur in mutuo.*
22 *Intereſſe in damno non lucratorium, ſed recompenſatorium appellatur.*
23 *Intereſſe damni emergentis debetur nulla ratione habita ſi eſſet ſolutus lucrari, vel negotiari.*
24 *Vſura debetur omni iure pro intereſſe paſſo.*
25 *Intereſſe debetur cum quis pro alio ſoluit vſuras, vel intereſſe, illud quod petit à debitore vero, & quod non.*
26 *Intereſſe debetur quando alienum factum ſeu negotium importaret ſecus ſi proprium.*
27 *Intereſſe damni emergentis legitimè probatum omni iure debetur.*
28 *Probatione indiget intereſſe damni emergentis, nec ſufficit dicere ita eſſe.*
29 *Probatio intereſſe damni emergentis non eſt neceſſaria, quod ſit ſolutus fenerari ſed tantum data ſolutione debiti ſtatim illud debetur.*
30 *Lucrum ex pecunia mutuata tunc debetur quoties damnum inſſet.*
31 *Conuentio ante moram data dilatione ad ſoluēdum in intereſſe damni valida erit.*
32 *In contractibus illicitis, & vſurarijs vtile remanet, & inutile vitiatur.*
33 *Vitiatur in contractu id, quod excedit, & ſic deciſum.*

ARGVMENTVM.

Repetitio vſurarum ſolutarum per debitorem promictentem ſoluere intereſſe pro ſumma mutuata infra certum tempus elapſum ſi ſic de conſenſu partium fuerit conuentum præuia apoca trino teſte notata, an concedatur aduerſus creditorē, qui ommiſſa conuentione prædicta in d. apoca contenta viam liquidationis inſtrumenti mutui eligendo eſpertus eſſet.

Non auertas faciem tuam à me.

VOTVM X.

IVxta præcedentis facti narrationem eliciebatur poſt inſtrumēti inſtitutionem in quo expreſsè ſe obligauerat Alexander Cazanus in ſimul cum eius filio Iulio Cæſare ad ſoluendum ducatos biſcentum Abb. Io. Antonio Cazano pro complemento dotiū ſororis Raphaelis Cazanæ filiæ eiuſdem Alexandri per totum menſem Iunij 1623. pro quibus ipſe Abb. ſe obligauerat Monaſterio ſingulis annis correſpondere ſoluendo cenſus, inde tempore præfixo iam elapſo poſt obitum ipſius Alexandri, conuentione habita inter eos præuia apoca eorum ordine cōfecta trinoq; teſte. cōprobata die 24. Ianuarij 1625. percipiebatur ipſum Iulium cenſus ſoluere debuiſſe pro dicta ſumma ducator. 200. pro quibus ipſe Abbas correſpōdebat d. Monaſterio. Et ſic continuare in futurum, quaſi quod per nouationem contractus videbatur receſſum à contractu mutui transfuſi in contractū cenſualem, cuius occaſione ipſe Iulius certam ſummam intereſſurij ſoluerat d. Abb. qui deinde liquidare intendens tale inſtrumentum mutui citari fecerat d. Iulium per quem facto integrali depoſito, vt dictum eſt ſupra in præcedenti voto, inſtabat pro repetitione indebitè ſolutionis vſurarum, iam quod receſſum erat à poſtremo contractu in d. apoca contento eoque magis cum Curiæ, non benè viſum fuerat conuentionem ipſam potuiſſe ſubſiſtere aduerſus inſtrumentum prædictum mutui, inde inferebatur, quod ſolutum in eo caſu reſtitui debuerat, & reſtitutioni locus erat ad tex.
1 in l. ex hijs cauſis ff. de cond. indeb. eo quod videbatur cum aliena iactura locupletari contra l. nam hoc ff. de cond. indeb.

Vſuram enim omni iure prohibitam eſſe oſtendunt, Doct. tàm Canoniſtæ, quàm Ciuiliſtæ, & Theologi Iul. Clar. in praxi crim. §. vſura num. 3. latè Menoc. de arb. iudic. lib. 2. cent. 4. caſ. 398. latius Afflict. in conſtit. vſuratiorum, nouiſſimæ Peguera deciſ. Catal. 30. & Io. Gruel. deciſ. Dolan. 149. latiſſimæ Molfei. in ſumma Moral. Theol. par. 2. tract. 12. cap. 23. num. 18. & 26. Theſaur. deciſ. 57. Gama deciſ. 110. num. 1. & 2. Borgn. deciſ. 21. num. 25. p. 1. quæ in mutuo regulariter cadere oſtenditur ſecundum Canoniſtas in rub. extra de vſur. ſimiliter, & Ciuiliſtę eadem Rub. ſummiſtæ omnes ſuper verbo vſura, Hoſtien in ſumma eod. verbo, Laurent. Ridolf. in tractat. de vſur. in princip. Iul. Clar. vbi ſuper num. 1.

num, 1. cum alijs congeſtis, per Viuium in
Sylua com. opin, in opin. 1051. Vſura Gri-
uel, vbi ſupra num. 6. Io. And. in cap. pactũ
de reg. iur. in 6. num. 35. Maſtrill. dec. 106.
Ambroſ. deciſ. Peruſ. 32, num. 12. & deciſ.
4. num. 7. And. Gail. lib. 2. obſeru. 5. nu. 1.
Mareſc. var, reſol, lib. 2. cap. 133. num, 1,
& 8.

5 Quo enim caſu reſtitutioni locus erit,
prout ex multis iuribus, & auctoritatibus
nouiſſimæ probat; Molteſ. loco citato à
num. 96. ad 131. Amat. deciſ. Ferrar. 45,
num. 89.

6 Et ſucceſſiuè repetitioni adeò, quod vſu-
ras indebitas ſoluens fœneratori poteſt il-
las repetere etiam ſi titulo donationis re-
miſerit, quia præſumitur ideo remiſiſſe, vt
in exigendo gratioſiorem, haberet credi-
torem, refert Surd. deciſ. Mantuæ 328. nu. 4.
ſicque in propoſito caſu noſtro data reſciſ-
ſione principalis contractus, prout erat in-
mentum mutui, cenſeri quoque videbatur
reſciſſa conuentio in d. apoca cõtenta, iux-
ta regulam proditam à Bald. in l. 1. num. 3.
7 C. de lat. libert. toll: quod principio ſubla-
to omnia principiata tolluntur, & conſe-
quenter omnia etiam acceſſoria, vt notat
Cagnol. in l. cum principalis num. 9. ff. de
reg. iur. adeò, quod dum fuerat inſtrumen-
tum mutui liquidatum pro capitale ducat.
200. pro quo vſuræ non debebantur, dũ po-
ſtea vſuræ pro eo promiſſæ è ſolutę eſſent,
vtique repetendæ veniret per ipſum debi-
torem, vti indebitæ ſolutę, vt ſingulariter
notat, Dec. in l. cuius per errorem num. 3.
8 ff. de reg. iur. quod vſuras repetere poteſt,
qui ſcienter ſoluit indebitas.

Nihilominus ex aduerſo per creditorem
replicabatur nullo iure teneri ad reſtitu-
tionem vſurarum receptarum, nam ſi benè
mutuum in contractu expræſſum erat,
9 cuius cauſa intereſſe dupliciter peti poſſe,
vel ex conuentione, vel ex legis prouiſione
affirmat conſil. Theod. alleg. 40. num. 10.
Ronit. conſ. 84. num. 1. tom. 2. ex conuen-
tione quia tale intereſſe promiſſum iã erat
ſolui in apoca producta eſſet ita, etiam cõ-
uentum reſtitui ducatos biſcentum ab ipſo
debitore infra biennium ſolui promiſſos d.
Monaſterio à creditore, pro quibus ſe obli-
gauerat ſingulis annis correſpondere ad
rationem tot ducatorum pro centenario
ex legis, prouiſione, nam ex hoc reſulta-
uebant duo potiſſimum principaliter con-
ſideranda, alterum erat, quod iam tempus
biennale tranſactum erat, vnde mora re-
10 ſultauerat etenim dies interpellat pro ho-
mine, l. traiectitiæ §. de illo ff. de act. &
oblig. l. magnam C. de contrah. empt. l. ſi
fundus ff. de verb. oblig. Socc. reg. 90. &
conſequenter mora contrahitur, quæ per
11 appoſitionem diei, & pœnæ in contractu
probari, dixit Maſcar. de probat. concluſ.
1071. num. 192.

Quo nam caſu vſuræ rectè inſtituuntur
12 ſecundum ius ciuile, vt probat Cancer.
var. reſol. tom. 3. cap. 16. num. 69. & ita
deciſum in Catalonia teſtatur num. 83. &
84. Caualer. deciſ. Roman. 331. num. 6.
& deciſ. 345. num. 4. & 5. conſil. Theod. al-
legat. 69. num. 9. 11. 12. alleg. 89. num. 9.
Amar, deciſ. Ancon. 24. num. 5. deciſ. 6.
Ferrar. num, 36. Reg. Tapia deciſ. S. C. 8.
num. 6. Merlin. deciſ. Lucenſ. 96. num. 79.
13 quæ nedum mora, ſed etiam ſtipulatione
debentur, Franc. dec. 49. num. 4. ex tex. in
in l. mora ff. de vſur. & deciſ. 642. num. 12.
Ant. Fab. in eius Cod. lib. 8. tit. 28. de fin.
19. num. 3. And. Gail. vbi ſupra num. 15.
Gama deciſ. Luſit. 218. nu. 7. Grat. diſcept.
forenſ. cap. 240. num. 1. & proueniunt ex
mora non ſoluentis, idem Franc. deciſ. 613.
14 num. 15. quarum curſus mox poſt lapſum
diei ſolutioni deſtinatæ incipit, Minſing.
ſingul. obſeru. cent. 3. obſeru. 95. num. 3.

15 Non mirum ſi mora, ſemel commiſſa
fuerit vſurę, & vſusfructus perpetuò debeã-
tur, idem Franc. deciſ. 16. num. 10. & præ-
ſertim in mutuo, vt in caſu noſtro intereſſe
propter moram debitoris inſoluendo lici-
tè exigitur in mutuo, iuxta Theol. & Ca-
16 noniſt. opinionem quos probat, Molin. de
vſur. num. 26. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 4.
num. 4. Pet. de Biriſfel. de vſur. cap. con-
quæſtus q. 1. & 2. quos ſequitur Io. Griuell.
deciſ. Dolan. 92. num. 2. latè Alphon. Al-
uarez. in Specul. Roman. Pontif. cap. 67.
§. de Monte Pietatis verſ. dixi, quod ali-
quando per tex. in c. dilecti de foro comp.
& cap. peruenit de fideiuſſ. & notabiliter
Gail. ibidem num. 14. Viſcont. in ſuis con
17 cluſ. verbo intereſſe. Vnde intereſſe pœna
legalis nuncupatur, Marant. in Specul. in
6. diſput. num. 12. Gargiar. patroc. 94. num.
12. p. 2.

Secundò principaliter conſiderandum
erat damnum emergens ipſius creditoris,
qui pro eadem ſumma ſoluerat intereſſe
eidem Monaſterio, intereſſe .n. damnũ paſſi
18 omni iure debetur, quia nemo tenetur cũ
aliena iactura alteri ſubuenire, Merlin. de-
19 ciſ. Lucc. 48. num. 1. & propterea ſi benè in
mutuo ceſſant vſuræ non procedit ratione
lucri ceſſantis, Capyc. deciſ. 19. num. 7. &
maximè inſolito negotiari ex deciſis, per
Afflict. deciſ. 20. vbi Vrſill. Margon. deciſ.
Florent. 103. num. 8. & deciſ. Luccenſ. 25.
num. 88. Mura deciſ. Sicil. 42. num. 35. Maſ-

card.

Digitized by Google

cand. de probat. concluſ. 934.
20 Quemadmodum inter mercatores ver-
ſatur, Rota Genuæ deciſ. 185. num. 3. latè
Ant. Gabriel. in ſuis concluſ. lib. 3. con-
cluſ. 10. tit. de ſolut. Magon. deciſ. Florent.
32. num. 5. Gama deciſ. Luſit. 110. num. 3.
Maſtrill. deciſ. 245. Muta vbi ſupra nu. 42.
latè Pereira deciſ. Luſit. 84. in princ.

Multo fortius vbi imineret damnum
emergens, vt in caſu noſtro dum ipſe Ab-
21 bas correſpondebat Monaſterio de cenſu
pro dicta ſumma ſibi mutuo debita ex quo
eliciebatur damnum, per ea quæ probanda
dixit ibi, Maſcard. num. 8. ſequitur Moroti
conſ. 65. in princ. Gratian. ibidem num. 5.
& cap. 67. num. 16. quo ſiquidem exiſten-
te, intereſſe deberi, dixit ex Bart. Caballi.
milleloq. 191. quia tale intereſſe damni
22 non lucratorium, ſed recompenſatorium
vocatur. Caſtil. deciſ. Sicil. 243. nu. 37. p. 3.
& petitioni intereſſe locus erit, Matteſill.
ſing. 90. num. 3. etenim iſto caſu intereſſe
damni emergentis debetur ſi petatur nul-
23 la habita conſideratione, ſi agens ſolitus
eſſet negotiari, & lucrari, necnon idem
Maſcard. loco relato num. 16. Immò ſta-
tim debetur ſi debitor fuerit in mora, Ca-
ſtill. deciſ. Sicil. 112. num. 27. & ne deficiat
auctoritas ponctualis in caſu noſtro, vltra
probationes adductas per ſupradictos Do-
ctor. Cum certum ſit, vt vſura pro concur-
24 renti qoantitate ipſius intereſſe ſit omni
iure permiſſa ei, qui intereſſe paſſus ſit,
Alexan. conſ. 221. num. 1. lib. 1. & propte-
rea intereſſe vſurarum, ſiuè alterius inte-
25 reſſe debetur, cum quis pro alio ſoluit vſu-
ras, vel intereſſe, illudque repetit à verò
debitore, qood ſecus eſſet cum quis magis
ſuum quam alienum negotium gerit nouiſ-
ſimè probat, Camill. de Medic. conſ. 86.
num. 12. & 13. per tex. in l. ſi prior §. 1. ff.
qui pot. in pign. iuxta deciſ. de Franc. 254.
in fine, in eodem facti themate noſtro alie-
num potius, quam proprium negotium ce-
26 lebratum apparebat, & ſimiliter intereſſe
promiſſum per Abb. Monaſterio, immò ſo-
lutum, vnde damnum euidenter emergens
derioabatur taliter, quod recõpenſari iure
licito probatum extat, eoque impẽſius, cui
illud idem ſolui promiſſum fuerat ab eodẽ
debitore eidem Abbati in recompenſatio-
nem intereſſe ſoluti, & ſic continuare, quẽ-
admodum ex apoca de amborum conſenſu
confecta percipiebatur, & proprerea tale
intereſſe damni emergentis legitimæ pro-
27 batum tàm de iure ciuili, quàm canonico
peti poſſe affirmat, Alex. Trentacinq. var.
reſol. lib. 1. tit. de intereſſ. reſol. 1. nu. 8. nec
28 ſufficeret dicere ita eſſe, ſed opus eſſe vllius
probatione, vt in antecedenti nu. 7. probat
Cancer. var. reſol. tom. 3. c. 7. nu. 44. & talis
probatio reſpectu ipſius non erit neceſſa-
ria, quod ſit ſolitus fenerari, vt ibi Trent ac.
num. 5. refert, ſed tantum data euidenti ſo-
29 lutione debiti. hinc eſt quod damnum paſ-
ſum, liquidè exigitur, quia ſtatim con-
ſtat, quod ego ſoluerim inquit, cõſ. Theod.
d. alleg. 40. ſub num. 26. Quo circa à iure
non eſt improbatum paciſci poſſe pro illo
danno, prout eſt in perdendo non indefe-
ctum lucri, vſque ad illam ſummam ſolu-
30 tam, vel ſoluendam, & ſic tali caſu lucrum
ex pecunia mutuata iure licitum erit, vt
pulchrè conſiderauit, Ant. de But. conſ. 17.
num. 3. nec inſuper vetitum eſt conuentio-
nem ante moram data dilatione ad ſoluen-
dum in intereſſe damni fieri poſſe ſicuti, ex
Sot. Lup. & alijs probat Claud. ad Bertaz.
conſ. crim. 264. quos ſequitur Gratian. d.
cap. 60. num. 24. quod & ſi per Bullã Pij V.
videatur diſpoſitum non licere ab initio
aliquid taxare, iuxta etiam intelligentiam
verborum Euangelij. Mutuum dantes ni-
hil inde ſperantes, vt tradit Ambroſ. deciſ.
Peruſ. 4. nu. 16. Nihilominus reſpectu ſum-
mæ ſolutæ à creditore pro debitore valida
vtique redderetur ex damni paſſi emergen-
32 tia, etenim in contractibus illicitis, & vſu-
ratijs vtile remanet, & inutile vitiatur, ita
ex Borgn. deciſ. 24. num. 21. par. 2. probat
Cæſar Manent. in tract. de iure contract.
linell. q. 5. num. 91. ſicque vitiaretur con-
33 tractus in eo tantum, quod excedit, vt pro-
bat Pet. Gregor. in tract. de cenſ. q. 3. nu. 4.
ibique Maſtrill. in addit. num. 21. & 22. ita
deciſum referendo, quo circa hijs omnibus
maturè digeſtis iudicaui depoſitum fore li-
berandum creditori in compotum intereſ-
ſe ſoluti liquidandi præuio calculo die 26.
Aprilis 1625. pœnes Aijetam Actuarium.

S V M M A R I V M.

1 *Alimẽta à matre filijs præſtita potius ani-
mo donandi, quam repetendi cenſentur.*
2 *Diſpoſitio teſtatoris lex eſt.*
3 *Iudex paternam voluntatem ſequi tene-
tur in educatione.*
4 *Mater priuatur tutela ad ſecunda vota
conuolans.*
5 *Filij non ſunt pœnes matrem tranſeun-
tem ad ſecunda vota alimentandi.*
6 *Decreto Iudicis parendum erit.*
7 *Pro ſententia in dubio præſumitur.*
8 *Filia in dubio educanda erit, vbi pater
iuſſerit.*
9 *Lex non confidit de matre tranſeunte ad
ſecunda vota.*

10 *Ma-*

10 *Mater non excluditur ob ſubſtitutionem paternam dum non ſit pupillaris.*

11 *Deciſionis S.C. in materia educationis filiorum apud matrem recenſentur, & num. 31.*

12 *Teſtatori ſi mandat filios educari pœnes ſubſtitutum parendum erit.*

14 *Mater tranſeundo ad ſecunda vota ſicuti tutela priuatur, ita filiorum educatione.*

14 *Teſtator mandare poteſt uxori, vt tutelam gerat, & ſi tranſierit ad ſecunda vota.*

15 *Timor excludens tutelã attenditur quoad extraneos non ſuos.*

16 *Bonus quilibet præſumitur.*

37 *Bonitas à natura homini ineſt.*

38 *Bonitas in clerico præſumitur.*

19 *Mater filios alere non tenetur, ideo repetere poteſt alimenta.*

20 *Tutor tenetur pupillos alere.*

21 *Mater repetit alimenta magna non autem parua.*

22 *Mater quando præſumitur alimenta filijs donare.*

23 *Educatio filiorum Iudicis arbitro remiſſa eſt.*

24 *Iudex arbitrari debet, vbi melius pupillus educari debet inſpectis qualitatibus perſonarum.*

25 *Iudex poterit recedere à voluntate teſtatoris ex cauſa quo ad educationem filiorum.*

26 *Deciſiones referuntur ex quibus patet à voluntate teſtatorum diſceſſum ex cauſa circa educationem filiorum.*

27 *Lex magis confidit de matre, quã de alijs.*

28 *Mater in retinendo filios erit potior in educatione eorum.*

29 *Mater in educatione filiorũ dicitur omnibus dignior, maximè ſi ſunt fœminæ.*

30 *Fœminæ apud alias fœminas decentius aluntur.*

32 *Educatio potius matri quã auunculo decernenda, & ſic deciſum pluries.*

33 *Suſpitio magis vrget in ſubſtituto in tota hæreditate, vbi de educatione pupillorum agitur.*

34 *Pupilli potius apud patruos non ſucceſſuros educandi quam ſucceſſuros.*

35 *Iudex recedit à voluntate teſtatoris, circa educationem filiorum in caſu malignæ ſuſpictionis.*

36 *Filiæ fœminæ ante nubilem ætatem non niſi alimenta percipiunt.*

37 *Legitima matre debita de iure eſt portio bonorum non hæreditatis.*

38 *Mater habet legitimam in bonis filij præſertim binuba, licet excludatur vigore ſubſtitutionis fideicommiſſariæ num. 39.*

40 *Compromiſſum impendit curſum fatalium.*

41 *Compromiſſum ſuſpendit appellationem qualiter procedat.*

42 *Nemo præſumitur viuere ex vento.*

43 *Alimenta filijs à patre debentur de iure naturæ.*

44 *Hæreditas repræſentat perſonam defuncti.*

45 *Alimenta pupillis à tutore debentur ex neceſſitate ſui officij.*

46 *Proteſtatio ius conſeruare dicitur.*

47 *Alimenta debentur etiam ſi eſſet ſententiatum ſuper querela teſtamenti, & penderet appellatio.*

48 *Mater repetit alimenta filiorum tàm à patre, quàm ab eius hæredibus, ac ab illis, qui alere tenebantur.*

49 *Alimenta debentur pupillo, prout creſcit.*

50 *Puella quantum plus creſcit plus erit impendendum, & ſic deciſum per S.C.*

51 *Tutrix inuentarium non faciens in dolo præſumitur, adeòque remoueri debet.*

52 *Inuentarium ſtabilium bonorum cum magna impenſa non conficitur, & pro inde.*
Pœna dupli Impoſita hæredibus ſurripientibus, & occultantibus bona in inuentario non cadit reſpectu bonorum ſtabilium.

53 *Mater non petens tutorem infra annum à ſucceſſione repellitur.*
Mater ſi tutrix eſſe voluerit tenetur adimplere quæ de iure ſunt ſtatuta alias in pœnas legis incidit.

55 *Mater tutrix inuentarium facere tenetur.*

56 *Inuentarium factum non adhibitis ſolemnitatibus de iure non admittitur.*

57 *Tutela vitiatur ſi mater non renunciauerit Velleiano, & ſecundis nuptijs.*

58 *Mater non admittitur ad purgationem moræ ſi non impleuerint ſollemnia iuris in tutela filiorum.*

59 *Mater tutrix eadem die qua tutelam ſuſcipit renunciare tenetur.*

60 *Hæreditas non adita in vita à filio non eſt traſmiſſibilis.*

61 *Infans non poteſt adire, nec ſe immiſcere, nec verè, nec fictè.*

62 *Hæreditas infuit, an ſit traſmiſſibilis, & quod ſi in matrem tenderet num. 63.*

64 *Tex. in l. ſi infãti C. de iure delib. põderatur*

65 *Hæreditas non adita an & quando ſit traſmiſſibilis ad hæredes.*

66 *Geſta per tutricem valent, & tenent donec non fuerit oppoſitum.*

67 *Mater renuncians ſtatim quando fuerit obiectum videtur re integra geſtum.*

67 *Tutrix ſi non renunciat præſumitur ex errore notarij.*

68 *Mater tutrix ob ignorantiam excuſatur ſi non adimpleat.*

69 *Mater tutrix iuris ignara excuſatur.*

70 *In*

70 *In dubio pronunciandum eſt pro matre tutrice iuris ignara ne à luctuoſa filij hæreditate excludatur.*

71 *Annus ſi non fuerit integrè lapſus ad renunciandum nil officit.*

72 *Annus incipit à die ſcientiæ, & probari debet matris dolus non renunciando.*

73 *Conſuetudo attenditur in materia renunciaciationum faciendarum per tutrices ſi fieri, debent, prout ex obſeruãtia ſuo c. percipitur.*

74 *Hæreditas ſolo animo adiri poteſt, & ſi non eſſet animus facto declaratus fortius ſtante declaratione.*

75 *Tutrix hæreditatem pupillo delatam adire poteſt.*

75 *Mater quatuor hæreditatem nomine filij adire cum ſit certum filium eſſe hæredem., nec admictitur probatio incontrarium.*

77 *Hæreditas filio delata tranſmictitur, & ſi non ſit adita per filium.*

78 *Deciſio M. C. in materia delationis hæreditatis filio traſmiſſa ad matrem ſi ipſa ſuccedere poſſit.*

ARGVMENTVM.

Alimenta nedum preterita, ſed futura, an debeantur per tutorem teſtamentarium matri tranſenti ad ſecunda vota pro educatione pupilli, & alterius filij naturalis teſtatoris exiſtente Decreto Curiæ, vt ipſi pupilli pœnes tutorem educerentur, iuxta paternam diſpoſitionem non obſtante ſubſtitutione facta ab Auo in beneficium ipſius tutoris patrui à quò cum fuiſſet appellatum, & interpoſita appellatione ad ſuperiorem Iudicẽ ambæ partes compromiſerant in arbitros per quos non aliter arbitratum curſus anni interpoſitus ipſa appellatio deſerta videbatur firmo remanẽte decreto lato in beneficiũ tutoris, quod pro alimentis correſpondere non audebat fretus auctoritate prouiſionum M.C. pro traſmiſſione actorum inhibentium in forma.

In mandatis tuis exercebor, & conſiderabor vias tuas.

VOTVM XI.

DEcedente Nardo della Bruna eius filijs Britio legitimo, & naturali, ac Cæſari naturali tutores reliquerat Franciſchinã Rotam eius vxorem, ac Reuer. Abb. Britium eius fratrem inde conuolante ad ſecunda vota ipſa Franciſchina, & matrimoniũ contrahente cum Ioanne Iordano Valente ſecum pupillos ducendo eiſdem debita alimenta ſubmininiſtrando, contingit ſuper altercatione educationis pœnes quem morari deberent hæſitari, & deinde interpoſito decreto per meum prædeceſſorem die 17. Iulij 1623. mandante eiſdem coniugibus, vt illos pupillos dimictere deberent dicto tutori, ſeruata forma teſtamenti paterni, à quo decreto cum fuiſſet appellatum per d. Franceſchinam ad Reg. Aud. Barenſem fuit inhibitũ in forma, & præſentate fuerunt prouiſiones die 7. Iulij d. anni, Interea ambæ partes contentæ remanſerunt cauſam ipſam cõpromictere laudanda in poſſe Franciſei Palmerij, & Orlandi Cazani V.I.D. ſub die 6. Auguſti 1623. qui non aliter laudum promulgauerunt nõ obſtantibus tot terminorũ prorogationibus, & demũ per lapſũ vltimi termini præfixi in menſe Iulij 1624. compromiſſum expirauit, licet poſtmodum præſentatæ fuiſſent prouiſiones M. C. per dictum tutorem inhibitoriales in forma eligendo ipſam in forum ſe grauãdo à prouiſionibus ipſius R. A. ſub die 17. Octobris eiuſdem anni cum igitur per anni circulum compromiſſum prorogatum durauerit, nec aliter ob tale impedimentum ipſa Franceſchina appellationem interpoſitam, proſequi potuerat interea ſubminiſtrauerat, & ſubminiſtrabat alimenta pupillis in ſua domo.

Quamquam in dubium reuocabatur ſi alimenta deberentur, & dum mihi per eandem Mag. Cur. fuiſſet iniunctum, vt de iuſtitia prouiderem reſpectu alimentorum, pro parte ipſius tutoris dicebatur ad prædicta non teneri obſtãte decreto lato in eius fauorem, & ſucceſſiuè ipſam Franceſchinam in malam fidem conſtitutã eſſe, ita vt illa conſequi non potuerat cum ſcienter ipſa alimenta contra decretum prӕſtiterat quo caſu potius donaſſe videbatur, quam animo illa repetendi ad tex. in l. cuius per errorem ff. de reg. iur. vbi
1 vbi Doct. eoque impenſius cum filio ſuo illa præſtiterat, & ſimiliter alteri filio naturali teſtatoris cõiuncto propter quod pariter donata cenſebantur, ad tex. in l. Neſennius, vbi

E Doct.

Doct. ff. de neg. geſt. quinimò ad probandum ſua iura principaliter adducebatur paterna diſpoſitio qua mandabatur pupillos ipſos in
1 caſu ſecundarum nuptiarum educari pœnes
2 ipſum Abb. Britium tutorem, & ſic obſeruandum erat: quia diſpoſitio teſtatoris lex eſt §. diſponat Auth. de nupt. quæ propter à
3 Iudice ſequenda erat voluntas patris in educatione liberorum ad tex. in l. 1. §. quod natum erit ff. de vent. inſp. cum alijs allegatis nouiſſimè per Ioſeph. Ramon. conſ. 4. nu. 21. eo magis per tranſitum ipſius Franceſchinæ
4 ad ſecunda vota quo nā caſu ſtatim priuatur tutela, ex tex. in auth. ſacramentum C. quando mul. tut. offic. fung. poteſt & non erit iuſtum pœnes eam pupillos educari, vt ex multis probant Maſtrill. deciſ. Sicil. 230. Fontan. de pact. dotal. clauſ. c. 1. gloſ. 3. par. 7. nu. 14. & ſubſequitur, ꝙ mater per tranſitum ad ſe-
5 cunda vota amictit etiam educationem filiorū. Accedebat et prædictis decretū Iudicis, ita mandans, vt ipſi pupilli dimicterentur in poſſe d. tutoris, cui parendum erat, iuxta
6 obedientiæ præceptum Iudicibus præſtandum ab Imperatore, Sancitum in §. hęc conſiderantes, aut omnes obed. Iudic. quēadmo-
7 dū pro ſententia in dubio pręſumitur, Franc. dec. 148. nu. 9. multo magis quando in claris eſſemus ſicuti in caſu propoſito, ita quod nō poterat appellatione impediri eius executio, exiſtente prohibitione tam teſtantis,
8 quàm Iudicis, nam in dubio filia educanda erit, vbi pater iuſſerit ex Neap. probat Franc. deciſ. 350. verſus finem, Surd. de aliment. tit. 4. q. 13. num. 3. eo maximè, quia
9 lex non condidit de matre tranſeunte ad ſecunda vota Ill. Reg. Carol. Tapia deciſ. S.C. 51. num. 8.

Sed verius perſcrutando iuſtitiam ambarum partium educationem ipſam prætendētium eliciebatur ipſam matrem eſſe repellendā à ſua petitione, vltra rationes allegatas, ex alia eius prætenſione propoſita, nempe reſpectu legitimæ, ſibi debitæ ob mortem alterius filiæ fœminæ quam petijt exprǽſsè, detrahendam de bonis fideicommiſſis ſpectātibus Thomaſio Auo in beneficium ipſius Franceſchinę mediante perſona Roſæ Antoniæ eius filiæ, iuxta diſpoſitionem tex. in l. quamquam C. ad l. falcid. ita quod ei nil officere poterat ſubſtitutio facta per ipſū Nardum patrem, ex quo non erat pupillaris ad-
10 hoc vt potuiſſet excludi, cap. ſi pater de teſt. in 6. l. cum precibus C. de impub. & alijs ſubſt. l. Papinianus §. ſed nec impuberis ff. de inoff. teſtam. Afflict. deciſ. 310. vbi Vrſill. Sed potius educationem ipſi tutori decernendam, prout fuerat determinatum, nil ſibi afficiente caſu, deciſ. Præſ. de Franc. d. deciſ. 350.
11 vbi apparet in fauorem matris deciſum, nec alio caſu relato, per Maſtrill. vbi ſupra, qui loquuntur in caſibus, in quibus non concurrebat voluntas teſtatoris mandantis educari pupillos pęnes ſubſtitutum, quo caſu ita parendum erat, vt demoſtratur in l. 1. §. 1. verſ. denique ff. vbi pupill. educ. deb. & l. fin. C. eod. ſequitur Maſtrill. ibidem num. 20.
12 quemadmodum enim in matre tranſeunte ad ſecunda vota, quæ caret tutela, vt dictum eſt ſimiliter tali educatione, probat Maſtrill.
13 loco citato in principio, vltra Menoc. de arbitr. iud. caſ. 168. & Surd. memor. loco, nihilominus quando teſtator, ita mandauerit
14 eo caſu tutela poſſe à matre exerceri, vtique admicteretur, ſicuti ex Bald. in cap. ex parte num. 2. de appell. Franc. Gozad. Neuiz. & Sanch. probat Marcell. conuerſ. in tract. de tutel. & curis tit. qui teſt. tut. dar. poſſ. §. 1. num. 38. Et proinde ſubſtitutio facta in beneficium ipſius tutoris dicto pupillo non afficiebat eius iuribus, vt excludi potuiſſet cū nō eramus in caſu ſubſtitutionis extra-
15 nei, vbi timor ineſſe potuiſſet, ſed inter coniuntos, quod ceſſare videbatur, ita ex multis ſequitur Menoc. d. caſu 168. num. 16. quem ſequuntur ibidem Surd. nu. 30. & Maſtrill. num. 300. & potiſſimum in auunculo ſubſtituto, prout erat caſus noſter, reſpondit Socc. conſ. 193. colum. vlt. lib. 2. citatus per eundem Menoc. ibi num. 17. ſubdentem vitæ bonitatem hanc ſuſpictionem diluere, & quæ magis bonitas vitæ conſiderari poterat in perſonam ipſius tutoris patrui, qui erat clericus, & Canonicus Monop. bonæ vitæ, &
16 conditionis, nam & ſi quilibet bonus præſumatur, l. merito ff. pro ſocio cum alijs allegatis, per Barboſ. in opuſc. Princ. & loc. iuris lit. B. num. 10. quia bonitas à natura homini ineſt Menoc. de præſumpt. lib. 6. præſumpt.
17 29. num. 1. multo magis in clerico erit præſumenda, ex traditis per Carol. de Graſſ. in
18 tract. de effect. cler. in primo effect. in princ. adeò quod quando ſubſtitutus eſſet, adeò legalis, educatio pupilli pœnes eum decernenda erit nouiſſimæ, Hieron. de Leo deciſ. Valent. 201. num. 14. vol. 2. Ex quibus omnibus reſoluebatur malam fouerę cauſam matrem ipsā, & propterea non ſibi alimenta pupillorum concedenda per iniuſtam litem motam, contra decretum, & paternum præceptum, vt dictum eſt ſuperius.

Ex parte verò ipſius Franceſchinæ plura deducebantur iura, ex quibus ſibi alimenta, præſtita pupilla concedenda eſſe videbantur
19 eo, quia ipſa non tenebatur filios alere quo nam caſu repetere potuiſſet alimenta, vt tradit

tradit Surd.de alim̄ent. tit.6.q.8.num.23. nec
ei prodeſſet proteſtatio, vt ſubdit nu.34. ſed
20 tutor relictus tenebatur ex pinguo patri-
monio relicto, vltraquod verſebatur de ma-
21 gna impenſa non autem parua pro qua non
competit repetitio ſicut ibidē, Surd.notat nu.
27.& ſeq.ad quod notabiliter. Ioſeph.Ludou.
deciſ. Peruſ. 78. num. 11. & ſeq. dixit quod
22 mater impendens pro filio alimentando ſi
cenſeatur id feciſſe animo donandi reccur-
ritur ad coniecturas, an mater ſit diues, vel
pauper, & impenſæ ſint magnæ, vel paruæ,
& ſatis liquidò in facto apparebat ipſam
pauperem, & magnam impenſant erogaſſe
Ripa obſeru.32. nu.3. & præſuppoſita prius
23 materia educationis, quę arbitrio Iudicis re-
miſſa eſt, & cōſequenter ipsā eſſe arbitrariā,
d.l.1. ff. vbi pupill.educ.deb.Menoch.in cita-
to loco Franc. d.deciſ.350. in princ. Fontan.
vbi ſupra nu 17.Reg. Tapia deciſ.S.C.51. nu.
2. Et propterea, nec curandū erat ſi teſtator
educationē ſubſtituto relinquerat, ita quod
eius voluntati parere oporteret, cum ad huc
24 hoc relictum ſit arbitrio Iudicis examinato
negotio inter conſanguineos arbitrari poſſit
vbi melius morari debeat pupillus d.l.1. in
princ. vbi Doct.& hoc inſpectis qualitatibus
perſonarum conditionibus, & te pore ſicuti
probat, Surd.ibi num.38.& ſequitur Maſtril.
d. deciſ. num.11. ſubdens nu.12. non mirum
ſi diuerſimodè iudicatum appareat, adeoque
25 Iudex ex iuſta cauſa recedere poterit à te-
ſtatoris voluntate, circa perſonam apud quā
pupillus ſit educandus, idem Maſtrill.in prę-
cedenti num.6.15.16.24.& 28.eiuſdem deciſ.
benè fundat, ſicut apparet deciſum in conſi-
26 milibus pœnes, Gram. deciſ.55. Vrſil.deciſ.
281. num.3. prout iudicatum etiam in Cata-
lonia teſtatur, Fontan.eod. loco Reg.Tapia
d. deciſ.51. num.4. Vlterius concurrentibus
pluribus circa educationem pupillorum, ſi
fortè inter eos mater ipſorum concurreret,
vtique ſemper erit audienda ſi pupillis expe-
diret apud eam educari, cum lex magis de
27 matre confidat quam de alijs, ad tex.in l. 1.
§.1. ff. de lib.exhib. ibi ſi verò mater ſit, quæ
retinet apud quā interdū magis quā apud pa
trē morari filiū debere ex iuſtiſſima cauſa Di
28 uus Pius decreuit, imò mater in retinēdo eo
potior erit l.3.in fi.ff.eo.ſic magis in educatio-
ne, nām ater in educādis filijs dicitur omnib⁹
29 alijs fide dignior, maximè ſi ſint fęminæ, vt
30 dixit ibi, Maſtrill.nu.13.etenim fęminę, apud
alias fœminas decentius aluntur, Ramon.vbi
ſupra num.45.non mirum ſi multoties in eo-
rum fauorem pronunciatum patet pœnes,
Franc. & Maſtrill. in alleg. deciſionibus lo-
31 quentibus de mulieribus matribus ad ſecun-
da vota conuolantibus, de quibus etiam te-
ſtatur, Reg. Tapia in citata deciſ.51.num....
32 & in ſpetie in cauſa educationis decernendæ
matri, vel auunculo prout erat caſus noſter
loquitur, Maſtrill. referens in beneficium
matris pronunciatum, ſimiliter in conſimili
caſu, idem deciſum refert Ann. Rober. rer.
iudic. lib.1. cap. 8. quem ſequitur Reg. Ta-
pia ibi, vbi etam ita refert deciſum fuiſſe per
S.C. idem Hieron. de Leo deciſ.201.num.15.
to. 2. & propterea magis ſuſpictio imminere
33 poterat reſpectu patrui tutoris qui ſpera-
bat ſuccedere pupillo in tota hæreditate,
quod ſatis in conſideratione habendum eſſe
oſtendit Iaſ.conſ.53.nu 33.vol.3. relatus per
eundem Maſtril. ibidē nu.23. & ſic intrepi-
de conſuluit, Berous conſ. 180. vol.2. quem
Surd. ibi num.31. ſequitur nulla ratione ha-
bita ſi eſſet extraneus, vel conſanguineus;
34 pupillos enim potius educandos apud auun-
culos non ſucceſſuros, quam apud patruos
ſucceſſuros tradit, ibidem Ramon. num. 36.
qui in antecedenti num. 25. cenſuit quod à
voluntate teſtatoris expræſſa quòad educa-
35 tionem liberorum non receditur, niſi vnico
caſu.ſ.malignæ ſuſpictionis, quæ eſt ipſa ſpes
ſuccedendi, & propterea ſucceſſurus pupillo
ab educatione excluditur ſubdit num.26. ſe-
quitur Boer. in cōſuet.Burdegal.tit.de teſtat.
des perſones §. 12. gloſ in fine nouiſſimæ
Criloſt. Mart.deciſ. Senenſ.62.nu.26. & ante
eos Fontan. d.clauſ.5.gloſ.8.p.11.nu.16. non
tamen reſpectu ipſius matris ob prætenſio-
nem legitimæ filiæ prędefunctę, nam cer-
tum erat, diuerſam prętenſionem eſſe illam
à ſpe ſuccedendi requiſita in excluſione ab
educatione, etenim quoad ipſam matrem
penitus excluſa reddebatur à ſucceſſione fi-
liorum cum Nardus paterfiliam hæredem
inſtituiſſet in dote aſſignanda tempore nubi-
lis ætatis, quæ infans deceſſerat, & vbi men-
tio dotis ſit, legitimum nuptiarum tempus
erit attendendum l. ſancimus C.de nupt. &
proinde quatenus ex teſtamento ageretur
paterno, futuræ dotis teſtamentarius ſucceſ-
ſor erat pupillus, nec alia facultas diſponen-
di aderat, niſi de duc.50. adeò quod ſi atten-
deretur diſpoſitio Conſtit. Regni Comitibus
36 ante nubilem ætatem filiæ fœminæ, nil vltra
alimenta capiunt in bonis parentum, vltra
iuris diſpoſitionem, Petr. Gregor. de dote, &
paragio q.25. num.1. ſimiliter quoad bona
fideicommiſſo relicta ante tempus dotatio-
nis, nil filiæ debebatur, & ſic nec matri cui
37 tantum legitima de iure competebat, quæ eſt
portio bonorum, & non hæreditatis, Afflict.
deciſ.382. num. 2. quamuis autem mater ha-
beat legitimam in bonis filij, ſicut idem Affl.

Digitized by Google

d. deciſ.310. num.2. refert, & præſertim bi-
nuba, Merlin. de legit.lib.1.tit.4.q.7.num.25.
39 & lib.4. titul.29. quæſt.1. & quoties exclu-
deretur vigore ſubſtitutionis fideicommiſſa-
riæ, idem Affl. deciſ.38. nu.3. Merlin. in de-
ciſ. 63. de legitima poſt eius tractatu num. 4.
At hoc procederet in bonis in hæreditate filiæ
exiſtẽtibus,& ſic rebus in eodẽ ſtatu,perma-
nentibus, nam reſpectu futurorum adhuc nõ
erant in hęreditate,porrò iſta prætenſio non
concernebat ſucceſsionem filij educandi, ſed
erat prætenſio ſuper eius bonis , quæ adhuc
certa non erat , ſed dubio poſita , Vnde ex
hijs decretum interpoſitum dubium redde-
batur , & ſperabatur in cauſa appellationis
reformari, ex deducendis in probationibus ,
ſi tempora largiebantur ,ſed cum per inter-
poſitionem compromiſsi, inter eaſdem partes
facti pendente appellatione non aliter vlte-
rius proſequuta , non per hoc ſibi in aliquo
præiudicatum fuiſſe cernebatur poſtquam
40 vota Iudicum ſi tranſmictantur ad Princi-
nõ currit inſtantia,& pariter vbi cauſa Prin
cipi erat referẽda, ita Reg.de Ponte col.147.
num.6.p.2.multo etiam fortius per compro-
miſſum,quod impedit curſum fatalium clem.
quamdiu de appell. latè Anna ſing.117.com-
promiſſum , vbi optima Add. eius filij alle-
gantis , Sforz. Odd. in tract. de reſt. in integ.
p.2. q.70. num.24. cum alijs, ibi relatis præ-
41 ſertim, Marant. in Specul. p.6. in 2. actu de
appell. num.242. vbi expræſsè loquitur in
appellatione ſicut erat noſter caſus , vt im-
pediatur,nempè per compromiſſum factum
in arbitros,non autem in arbitratore, Lan-
cell.de attentat.cap.12. in præfat.num.31. &
ſeq. Borrell.de compromiſſ. §.2.gloſ.3.num.
31. Balb. deciſ. 469. Gratian. diſcept. forenſ.
cap.516.num.28. Greueus ad Gail. in 1.tom.
concluſ.140.conſid.1.num.5.& 6. & poſtmo-
dum impedita per aliam appellationem fa-
ctam à tutore à dictis prouiſionibus eiuſdem
R.A. eligendo in forum ipſam M. C. Sicque
iuſtum impedimentum conſpiciebatur , ob
quod non potuit mater appellationem ſuam
proſequi , & inter has moras alimenta filijs
præſtando , certum erat igitur , quod nemo
præſumitur ex vento viuere, gloſ. in l.fin.C.
42 vbi pup. educ. deb. & talia alimenta de iure
naturæ filijs debentur a patre §. 1. inſt. de
43 iure nat. gent.& ciuil. vbi gloſ. verſ. educa-
tio, Corduba in l. ſi quis à liberis §.non tan-
tum num.1.& §.parens in 1. ff.de lib.agnoſc.
ſucceſſiuè ſubſequitur , per eius obitum ab
44 hæreditate,quæ repræſentat perſonam illius
l.cum hæreditas C. de poſ. & conſequenter
45 per tutorem relictum, ex gloſ. notabili in l.
2. §. ſed pro raro ff.de re iud.verſic. conſti-
tuantur , vbi dicit quo caſu ſtatim tutor co-
getur alere, ex neceſſitate ſui officij , Surd.
eod. tract. de aliment.tit.6.q.14.num.1.& tit.
3.q.7.num.2.tit.8. priuil.83. vltra Ant. Piag-
gium in tract.de tut. & curat. q.vlt. num.18.
Nec demum ſuffragantur , rationes in con-
trarium adductæ per tutorem voluntariè ,
ſcilicet dediſſe alimenta dictis pupillis, vnde
donaſſe cẽſebatur mater, nam hoc ſatis alie-
num videtur, exiſtente proteſtatione ab ea
facta repetendi , ſcilicet alimenta per eam
præſtita , latè Fontanell. eod. tract. claul.6.
gloſ.2. par.5. num.10. vbi ita deciſum refert
46 per illum Senatum, quæ ius conſeruare di-
xit Tiraq. de retract.conſang.§.1.gloſ.7. ſub
num.72. & §.6. gloſ.1.num.2.

Nec decretum latum in aliquo offende-
bat quò ad alimenta cuius appellatio iam
erat inſtituta , licet per compromiſſum ſu-
ſpenſa,nam ſicuti alimenta debentur etiamſi
47 eſſet ſententiatum ſuper querela teſtamenti,
licet penderet appellatio , iuxta deciſionem
Affl. 11. num. 2. ita fortius in caſu allegato
poſtquam certum erat alimenta ipſa præſti-
ta fuiſſe per matrem pupillis , qui ſi fuiſſent
in poſſe tutoris remiſſi adhuc illos alimenta-
48 re aſtringebatur , vt dictum eſt ſupra non
mirum ſi matri conceſſa ſit de iure alimen-
torũ repetitio filijs præſtitorũ nedum à pa-
tre,ſed ab eius hæredibus,ac ab illis, qui ale-
re tenebantur , latè Surd. eod. tract. d. tit.6.
quæſt. 8. artic. 1. ad 10. Natta conſil. 108.
num.7.volum.1. & demum omnibus relatis
circumſcriptis fuit condemnatus ipſe tutor
ad præſtationem alimentorum per præte-
rito , liquidandorum die Nouembris 1624.
verum in partem ipſorum pendente liquida-
tione ad ſoluendum ducatos quinquaginta ,
hęreditas non erat tanti redditus propterea
ſequenda erat cautela in hoc prodita à I. C.
in l.3. §.modum ff. vbi pupill.educ.deb. nam
49 maiora alimenta debentur,prout creſcit pu-
pillus , gloſ. in l. alimenta §. baſilicæ verſ.
ampliaret ff. de alim. & cib. leg. quantum
enim plus creſcit puella tanto plus in ea
50 impendendum eſt eadem gloſ. in l. cum vnus
§.fin.verſ.ætatis ff. eod.tit. & hoc ordine Iu-
dices,vti debent in decernendo alimenta pu-
pillis, prout alias practicari , vidi in conſti-
tutione alimentorum tutori , ſeu educatori
Liuiæ Longhæ per S.C. pœnes Chiaijeſem
Act. mag. & ſic de iure oſtendit , Boer. in
in Conſuetud. Burdegal. tit.1.§.12. in princ.
vt alimenta pupillis præſtanda ſint ſufficiẽ-
tia non vltra redditus, & quanta conſuetudo
51 permictit , Neq; demũ obſtabat alia tutoris
obiecto eo,quod ipſa olim tutrix inuentariũ
non fecerat quo caſu in dolo præſumebatur ,
& tan-

Digitized by Google

& tanto magis remoueri debuerat, ex Curt.
Sen. Rom. & alijs probat, Rolan. de inuent.
p.3. in q.38. num.5. cum alijs relatis per Mar-
cell. conuerſ. in tract. de tutel. tit. de curat. §.
2. num.14. nam reſpondebatur non eſſe opus
52 conficiendi inuẽtarium, dum nota erant cer-
ta ſtabilia relicta, & fruſtra conficiebatur in-
uentarium cum maxima impenſa ex hijſque
decidit, cõſ. Gizzarel. deciſ. 58. alias 56. in no-
ua recompilatione ibiq; optima additio Bal-
daxaris de Angelis iuuenis maximè expe-
ctationis prædicta exornãtis auctoritatibus,
ac Doctorum citationibus quod eſt adeò ve-
52 rum, ita vt pœna dupli appoſita hæredibus
ſurripuentibus, amouentibus, & occultanti-
bus in inuentario non cadat reſpectu bono-
rum immobilium, latè Rota Gænuæ dec.35.

Et infortioribus terminis in cauſa Lauræ
de Petro Iuſto cum Berardino, & Ceſare pa-
ne, & caſo vertente in M. C. V. ſuccedente
obitu Dominici de pane, & caſo ab inteſtato
relicta ipſa Laura prægnante ex qua nata
fuit poſthuma Domenica, quæ non aliter hę-
rede declarata, nec adita hæreditate paterna
poſt annum deceſſerat, & ipſa Laura præ-
tendebat ſuccedere in bonis viri per inter-
mediam perſonam dictæ filiæ excluſis ipſis
Berardino, & Cæſare omnibus vtrinq; con-
iunctis d. Dominico, ac ceſſionarijs Antoniæ
de Martino Auiæ paternæ, & contra ipſam
duo obiciebant impedimenta, ex quibus ipsã
excludere intendebant; primo quia infra
annum à die mortis patris non petierat tu-
53 torem quo caſu excludi videbatur à ſucceſ-
ſione ad tex. in l. ſciant omnes C. de leg. hæ-
red. & licet eiuſdem ſe feciſſet declarari tu-
tricem, quod poterat agere, l. permictente
Auth. matri, & auiæ C. quanda mul. tut. offic.
54 fung. poteſt, tamen quia prætermiſerat de-
terminata in d. auth. adimplere in eandem
55 pœnam priuationis inciderat, & primò, quia
inuentarium non fecerat ad quod tenebatur,
l. tutor qui repertorium, vbi Bart. ff. de ad-
min. tut. l. legitimas verſ. vltimo ſuas, ff. de
leg. hær. Doct. in l. nemo poteſt ff. de leg. 1. &
ſi dicatur inuentariũ feciſſe, illud apparebat
minus legitimę factum cum debebat fieri per
56 publicum inſtrumẽtum coram Iudice, & cũ
decreto cum alijs ſollemnitatibus poſitis, per
Doct. alias nullum, & in fraudem pupillæ
diceretur, Corn. conſil. 216. num. 6. vol. 1.
Afflict. deciſ. 360. 44. & 13. Rol. conſil. 49.
num. 18. vol. 1.

Nec proinde adminiſtratio tutelæ, ſibi
perficere videbatur, quia non adimpleuerat
ſollemnitatibus d. auth. renunciando ſecun-
57 dis nuptijs, atque Velleano S. C. quo caſu
vitiaretur d. tutela, & ſine illis nulla redde-
batur, Bart. in l. ſi quis ſub conditione ff. de
teſt. tut. Capyc. deciſ. 50. Rolan. conſ. 26. nu. 6.
58 & 7. ita quod elapſo anno mater non admi-
cteretur ad purgationem moræ, Bald. conſ.
334. in fine volum. 4. Salyc. in tract. de mora
in pr. q. princ. nu. 16. in tantum, quod Doct.
dicunt quod mater eadem die qua ſuſcepit
tutelam tenetur facere dictam renunciationẽ
alias non valebit, ſecundum gloſ. in cap. vt
59 circa in verbo præſtito de elect. in 6. Luc. in
l. 1. colum. 6. C. de princ. agent. in rebus lib.
12. Paul. Caſt. in l. alienum C. de procurat.
60 Alterum erat, quod ſucceſſio ei denegari
debuerat, dum hæreditas paterna nunquam
fuerit addita per Domenicam filiam in eius
vita, nec fuit traſmiſſibilis ad Laurã matrẽ,
iuxta notata in l. ventre ff. de acq. hæred. &
ſpecificè Bart. in l. 1. §. in nouiſsimo ff. de ca-
61 duc. toll. eo quia infans non poteſt adire,
nec ſe imiſcere, nec verè, nec fictè, & ideo
non diceretur hæres probat, Criſtoph. Mar-
tius in examinat. 50. num. 14. & 15. inter ſuas
deciſiones Senenſes.
62 Et ſi adduceretur limitatio non procede-
re in ſuis, in quibus etiam ſi non fuerit addi-
ta illa traſmicteretur, vt per Doct. in d. l.
ventre, Iaſ. in l. emancipata C. qui admicti,
Fab. Bellon. in tract. de iure ſui num. 54. vbi
multa allegat, tamen erit intelligẽda quò ad
63 ſuos eſſe traſmiſsibilem, non ad matrem, &
ſic procedit l. 1. C. de hijs, qui ante aper. tab.
& in terminis videtur facere, tex. in l. d. ſi in-
64 fanti C. de iure delib. verſ. ſi verò, quare illa
verba omnes hæreditates, & ſi intelligantur
de hæreditatibus ab extraneis prouenienti-
65 bus, & non à patre, & vltra, gloſ. ibi in ver-
bo omnes tamen, Bald. Caſtr. & alij conclu-
dunt genericæ de omnibus hæreditatibus etiã
paternis intelligendũ eſſe, imò contra matrẽ
pro auo, ita deciſum teſtatur, Surd. deciſ. 88.
in fine, nã quoad extraneos non traſmictitur,
Grat. deciſ. 235. nu. 15. ex parte tamen ipſius
Lauræ dicebatur, quod donec non fuerat
obiectum de tali renunciatione omnia per
66 eam geſta valebant, arg. l. 1. ff. quod falſ.
tut. Guttier. de tutel. p. 1. cap. 8. num. 38. &
contrarium procederet quando in fraudem
factum eſſe, l. 2. §. non ſolum ff. ad trebel.
Bald. in l. precibus num. 22. C. de impub. &
67 alijs ſubſt. at cum fuerat oppoſitum ſtatim
renunciauit, quia res integra erat, & in tẽpo-
re renunciandi adimpleuerat, Caſtill. dec. 80.
num. 49. & 50. & Viuius deciſ. 462. nu. 3. & 4.

Præterea hoc cõtingerat ex errore Notarii
qui ignorauerat extẽdere, vt tenebatur, Ant.
Theſaur. in ſuo compend. de errore Notar.
cap. 13. de quo erat mater ignara, quæ excu-
ſabatur ab ipſa iuris ignorãtia l. 1. C. de eden.

69 Similiter quod non petierat tutorem non .n. conſtabat id ſua culpa prouenisse quo circa cauſa quælibet eam excuſabat, Buſat. coſ. 58.num.4. volum. 1. & in dubio ſemper pro
70 ea pronunciandum erat, ne à luctuoſa ſibi hæreditate excluderetur, l. fin. C. de inſt.& ſubſt. cum alijs per Gratian.cap.72. num.24. & 25. adductis eo magis, quia annus non
71 erat integrè lapſus, Ant.Gab.de tutel.cōcl.1.
72 nu.36.qui incipit à die ſcientiæ, quæ debebat probari, Put.dec.114.vol.1. Mareſ.vas.reſol. lib.1.c.71.nu.6. Apparebant .n. copiæ ſimiliū renunciationum productæ in actis factæ per M.C. in quibus non erāt d. renunciationes, &
73 in hijs attenditur conſuetudo, Boer.dec.124. num.13.Caſtil.ibi num.37.neque reſpuenda erat mater ab hæreditate, quia ſolo animo hę
74 reditas poteſt adiri, l. pro hærede ff. de acquir. hæred. etiam ſi non eſſet animus facto declaratus, Corn. conſ.312. num.5. lib.4. eo fortius ſtante illius declaratione, Doct. d. l. pro hærede, Corn. in l. potuit num. 7. C.de iur.delib. Io. Dilet.de arte teſt.tit.11.caut.2.
75 adeò, quod non tantum vti tutrix hæreditatem infanti delatam adire poterat, Doct.in l. ſi infanti C. de iure delib. Dec l.poſthumo C. de bon. poſſ. contra tab. Craſſ.in §. traſmiſſio q.12. num.3. ex tex. in l. pupillus ff. de acquir.iur.vbi Alex.Villal.in commun.opin. 2. hæreditas Burſat. conſ.8. num.8. lib.1. & conſ.19. num.29. ſed vti mater nomine filij
76 cum certum ſit filium eſſe hæredem, & non admictur in contrarium probatio, gloſ. in §. ſancimus in auth. vt hij, qui oblig. Bal.l. apud hoſtes col.2. C. de ſuis, & legit. hæred.
77 Carau.ſitu 282.num.2. & ſucceſſiuè ei traſmictitur, & ſi non adita fuiſſet per filium d.l. apud hoſtes, Theſ.deciſ.88.num.2.Carocc.ad Dec.conſ.87. ſub num.9. & facit pro matre
78 conſil.Morotij 82.& ſic iudicatum per M.C. in eius fauorem referente Didaco Matta, & Haro in Banca de Zitellis anno 1624.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſententiæ aſſiſtentiæ non retardatur prætextu appellationis ſecus ſi de nullitate fuerit dictum.*
2 *Appellatio nedum in ſcriptis, ſed etiam viua voce perficitur.*
3 *Replica pars libelli eſt.*
4 *Reclamatio interpoſita in aliqua replica, an admicti debeat.*
5 *Appellatio ab alio, quam à parte, & perſona legitima facta fuerit in ſcriptis, an valeat.*
6 *Appellatione prohibita, an cenſeatur etiam cauſa nullitatis prohibita.*
7 *Nullitas, & appellatio poſſunt in eodem libello cumulari, & in eadem replica num.8.*
9 *Nullitas, & appellatio ſeorſum proponi poſſunt.*
10 *Appellatio ab aliquo interpoſita debet infra decem dies ratificari.*
11 *Actus iudiciarij debent fieri per legitimam perſonam habentem ſpeciale mandatum.*
12 *Procurator reuocatus ſi poſtea gerat actum in iudicio, niſi fuerit ratificatus non valeret.*
13 *Nullitas à quo debet allegari.*
14 *Appellare non poteſt, qui non habet intereſſe in cauſa.*
15 *Nullitas conformitatem habet cum appellatione.*
16 *Procurator adhuc pars dicatur.*
17 *Procurator à perſona conſtituentis conſideratur.*
18 *Mater contractis ſponſalibus deſinit eſſe tutrix.*
19 *Tutela ipſo facto finitur contractis ſponſalibus & rationes afferuntur num.20.*
21 *Mater per tranſitum ad ſecunda vota eſt multum ſuſpecta filijs primi matrimonij.*
22 *Mutatio ſtatus inducit aliam perſonam.*
23 *Mandatum reuocatur permutationem perſonæ in deterius.*
24 *Procurator ab Epiſcopo conſtitutus, nedum eius morte reuocatur, ſed traslatione.*
25 *Mortuus cenſetur remotus ab adminiſtratione.*
26 *Mandatum morte tutoris reuocatur.*
27 *Mater non confeſtim tutorem filijs petens amictit tutelam.*
28 *Procurator à tutore conſtitui debet à pupillis auctoritate tutoris.*
29 *Procurator tutoris non eſt procurator pupilli.*
30 *Procurator à pupillo debet conſtitui cum tutoris auctoritate maximè quando de hæreditaria actione ageretur.*
31 *Principio ſublato principiata tolluntur.*
32 *Procurator primus cenſetur ſublatus per conſtitutionem ſecundi.*
33 *Mandatum primum per ſecundum reuocatur.*
32 *Curator litis à Iudice dari debet in lite cepta ceſſante tutore.*
35 *Iudex repræſentat perſonam partis.*
36 *Tutor reuocatur eodem modo, ſicut procurator, & è contra.*
37 *Procurator non legitimus nihil agit.*
38 *Iudicium expirat ſi pendente iudicio ius agentis expiraret.*
39 *Mutatione cauſa mutatur effectus.*

ARGVMENTVM.

Appellatio vna cum nullitatibus propoſitis appoſita in replica ſententiæ

tię aſſiſtentię per Procuratorem à
tutrice conſtitutum, licet reuoca-
tum tacitè per eam per tranſitum
ad ſecunda vota,& expreſsè per con-
ſtitutionem curatoris ad litem factá
per Curiam, an ſit admictenda, vel
reſpuenda.

Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.

VOTVM XII.

CVM fuiſſet citata Ieſulina Scalona ma-
ter,& tutrix filiorum,& hæredum quon.
Guidoti Monfridi per Io. Franciſcum Ac-
conclaiocum, & Lauram eius coniugem
ſuper aſſiſtentię iure ſibi debito,& per eam
conſtitutus Procurator in actis Nicolaus
Maria Sandalarius, lite pendente ipſa tu-
trix ad ſecundas conuolauerat nuptias cũ
Doct. Io. Franciſco Indello, vnde fuit per
Curiam inſtante Actore de curatore litis
prouiſum in perſonam Tiberij Tarſiæ, qui
formiter ſe obligauerat pro defenſione
pupillorum lite eadem pendente ſuum vlri-
mum clauſit diem,& inde de alio curatore
prouiſum in perſonam Io. Donati Monfri-
di, qui licet non adimpleuiſſet adhuc cauſa
in limine expeditionis exiſtente, fuit pro
lata ſententia per ipſam Curiam in forma,
in cuius dorſo reperta fuit replicatio ipſius
Nicolai Mariæ olim Procuratoris, appel-
lando à ſententia prædicta,& de nullitate
dicendo præponendo tres nullitates ex eiſ-
dem actis,nec aliter ſuo nomine præſentata
coram Actuario,vt moris eſt, & difficulta-
ri contingit ſi tali appellationi deferendum
erat,& per talem replicam ſic ab eo factam
ſententia executioni demandari debuerat
nec ne: Nam ſi benè actenta diſpoſitione
1 Regiæ Pragmaticæ 2. de appellat. non
retardatur executio ſententię aſſiſtentię,
tamen quando de nullitate dictum fuerit
ſecus eſſet latè Muſcat. in praxi S.C. lib.2.
p.1. gloſ.ſententia num.165. quo circa de
tribus erat prius cogitandum. Primò ſi ta-
lis appellatio eo modo facta ſubſiſteret.Se-
cundò reſpectu nullitatum huiuſmodi pro-
poſitarum ratio habenda erat. Vltimò,dum
talis replica facta à tali procuratore tali-
ter reuocato inſpecta eius perſona valeret.
2 Quoad primum dicendũ videbatur,quod
poſt quam appellatio maximè indiffinitiua
nedum in ſcriptis,ſed etiam viua voce fieri
poteſt incontinenti,vt per Marant. in Spe-
cul. par.6. verbo, & quandoque appellatur
num.138. Minſing. ſingul.obſeruat.cent.2.
obſeru.15.num.1. Iodoc. in praxi ciuil.cap.
236. Muſcat.in praxi S.C. lib.2.par.1. gloſ.
demandatur num.42.
Vnde ſubſequebatur,quod & ſi non fuerit
facta formiter in ſcriptis,vt debuerat poſt.
quã viua voce fieri poterat adhuc ſubſtine-
retur ſi in replica appellatio inſtituta ſit,e-
3 tenim replica ipſa pars libelli vulgò nũcu-
pari dixit, Pereyr. deciſ.Luſit.15. ſub nu.1.
vnde iudicatum fuit per S.C. reclamationẽ
factam in replica ſententiæ eſto,quod non
4 fuerit datus illico libellus currere, vt per
lapſum biennij cenſeatur extincta hoc eſt à
die replicationis,vt dixi in 2.p.mei Comp.
dec.Regni verbo reclamatio,ſed hoc pro-
cederet quando pars, vel legitima perſona
huiuſmodi appellauerit, vel voce, aut in
5 ſcriptis, cæterum ſi per alium fuerit etiam
inſcriptis facta appellatio, & non eſſet le-
gitima perſona corrueret hinc, Nacta
conſ.420.n.48. vol.2.cenſuit quod appella-
tio non diceretur interpoſita in ſcriptis ſi
appellans appellationem ſuam ſcribi non
faciat per Notarium, Muſcat. vbi ſupra.
Sed quantum actinet ad nullitates op-
poſitas in eadem replica,quę executionem
ſententiæ impediebant non ita appellatio,
vnde videbatur eſſe maioris importantię,
6 ita quod appellatione prohibita non cen-
ſetur cauſa nullitatis prohibita, Vrſil.deciſ.
354.num.7. ſubſequitur non aliter viua vo-
ce eas proponi,ſed in ſcriptis,& propterea
7 nullitas,& appellatio poſſunt eodem libel-
lo intentari, Vant. de nullit. Rub. quot, &
quibus mod.null. & cap.num.9.Minſinger.
Sing.obſeru.cent.4.obſeru.66.num.1. & ſi-
8 militer in eadem replica,vt fuerãt deductę,
ita punctualiter, Curt.in l.interpoſitas nu.
12.C.de tranſact.quem citat Pereyr.vbi ſu-
9 pra,ſimiliter ſeorſum proponi non ambigi-
tur ab appellatione,Magon.deciſ.Florent.
55.num.25.
Sed dubium reſultabat ex eo,quod licet
hoc partibus permiſſum de iure videatur,
ſicuti ipſimet Doct. allegati teſtantur, ſeu
eorum procuratoribus: Immò etiam ex-
10 traneis,& ſic appellatio nomine alieno,ſi-
ne mãdato facta ratificari tamen debet per
dominum infra decem dies à die ſcientiæ
alias non valebit,idem Marant. vbi ſupra
11 num.218.vbi rationem aſſignat,nam actus
iudiciarij debent fieri per legitimam per-
ſonam habentem ſpeciale mandatum, l.li-
cet C.de procur. & ante eum Io.de Deo in
ſua praxi Aduoc.lib.7.cap.2.num.11. Spe-
cul.tit.

cul. tit. de appell.§.1.num.7. hinc ad rem,
dixit Ang.in l.poſt litem ff.de procur.nu.2.
quod ſi procutator reuocatus poſtea gerat
aliquid in iudicio, niſi fuerit actus geſtus
12 approbatus non valeret, ſubdens actum
talem approbari aliquid, vti geſtum à ſimplici
geſtore, vel defenſore. Verum quia in
facto nulla apparebat ratificatio facta, ab
ipſa tutrice merito nulla ratio haberi debeberat,
de tali appellatione, neque etiam
de dictis nullitatibus, poſtquã nullitas ab
eo ſolo allegari poteſt in cuius fauorem
13 actus eſt nullus, Surd. deciſ. Mantuæ 179.
nu.17. ſicuti etiam eſt appellatio, eo quod
14 appellare non poteſt non habens in cauſa
intereſſe, Barz. deciſ. Bon.52. num.9. cum
15 nullitas ipſa conformitatem habeat cum
appellatione, Alex. conſ.225.num.4.vol.6.
quas ſi benè procurator proponere non ve-
16 tatur, quia procurator adhuc pars dicitur
Veral. deciſ.36.num.5.p.1. non tamen alijs
conceſſum eſſe videtur, & quatenus permi-
cteretur, ratificatione principalis opus
erat, at ea deficiente corrueret talis replicatio,
ſicque reſolutis iam dictis dubijs.
ad tertium accedendo in quo totauis
cõſiſtere comperiebatur, num inſpecta perſona
replicantis legitima dici potuiſset,
nam, & ſi ab initio cõſtitutionis apparebat
fuiſſe legitimè conſtitutum procuratorem
à matre, & tutrice filiorum ex eo, quia pro-
17 curatoris perſona à perſona conſtituentis
conſideratur, Magon.dec.Lucenſ.71.nu.4.

Qua propter contemplata perſona ipſius
tutricis conſtituentis apparebat ipsũ procuratorem
ab ea conſtitutum tempore habili
quo tutelam gerebat, cumque deinde
contingiſſet ipſam ad ſecunda vota con-
18 uolare, certum erat tutelæ officiũ ammiſiſſe,
eo quod de iure mater deſinit eſſe tutrix
contractis ſponſalibus, auth. ſacramẽtum,
vbi Bart. num.28. C.quando mul.tut.
19 offic.fung.poſſ.eo quod ipſo iure priuatur
tutela, Ang. in auth. vt ſine prohib. Bal.in
l.omnem C. ad tertul. c. ex parte vbi Doct.
de appell. vbi Abb. retulit ipſo facto tutelam
finiri quos probat, Bertac. verbo mater,
Gomez.l.14.Tauri num.10.latè Borgn.
de tutor.num.194.& 307.Marcell.conuerſ.
in eodem tract. tit. de curat. §. 2. num. 9.
Galter.in praxi tutelar.p.2.tub.5.num.15.
20 vbi aſſignat tres rationes, ex Montano in
tract.de tutel.cap.36.num.39.Primò ex ratione
morum in honeſtorum. Secundò ob
rationem immutatæ affectionis. Tertiò, ex
præſumpta dilapidatione bonorum quibus
addenda erit legis præſumptio cum præſumatur
excoriare filios, & eos fraudare,
21 Gram.conſ.ciuil.134.nu.3. vnde per tranſitum
ad ſecunda vota cenſetur multum
inſpecta filijs primi matrimonij, Barr. in l.
lex, quæ num.4. C. de admin.tut. & ſucceſ-
ſiuè mandatum procuratorium reuocatur,
nedum permutationem ſtatus cum muta-
22 tio ipſa ſtatus inducat, aliam perſonam,
idem Bart. in l.iuriſgentium §.ſi ante aditam
num.1. ff.de pact. ſed etiam quia talis
mutatio fit in deterius, & ſic mulier mutata
conditione perſonæ in deterius reuocatur
23 mandatum, l. libera, ff. de ſolut. cum alijs
iuribus ab eodem, Bertac. relatis in verbo
mandatum reuocatur, Marta voto 84. nu.
2. & per alia conſimilia exempla prodita,
per Mantic.de tacit. & ambig. lib.7.tit.20.
quibus etiam confert doctrina, relata ex
mente, gloſ.per Annam alleg.92.num.4. &
10. quod procurator conſtitutus per Epiſ-
24 copum morte Epiſcopi ceſſat, & non ſolum
morte, ſed etiam translatione, & allegat
And. dicentem, quod qui eſt remotus ab
aliqua adminiſtratione cenſetur, mortuus,
25 quod ſatis ad propoſitum adaptatur, nam
morte tutoris reuocatur mãdatum factum
ab eo, l. ſi per epiſtolam ff.de acqu. hæred.
26 eoq; fortius tutela ammiſerat quantũ ipſa
mater non confeſtim tutorem filijs petie-
27 rat, vt debuerat, Bart. in l.2. §. confeſtim
ff. ad S.C. Tertull.& in quæſt.18. num.10.

Accedebat etiam prædictis, quia talis
procurator non fuerat legitimè conſtitutus
à tutrice, ſicuti de iure diſpoſitum eſt,
28 vt ſcilicet ab ipſis minoribus cum auctoritate
tutricis conſtitui debeant, Montan.
in tract. de tutel. cap.31. effect.1. num.25.
29 vbi num.26. notat quod aliter procurator
tutoris diceretur non procurator pupilli,
l.neque vbi Bald. in primo not.2. col. verſ.
venio ad ſecundum, C.de procur.eo maxi-
30 mè cum de actione hereditaria tractaretur
ſicut Bertach. in verbo procurator à qui-
31 bus §.20.meminit, ſicque principio ſublato
omnia principiata tolluntur, Bald. in l.1.
in princ. C. de lat. libert.toll.

32 Inſuper non eſt dubium, ſed certiſſimum,
& abſolutum de iure eſt, quod per conſtitutionem
ſecundi procuratoris videtur reuocari
primus, l. ſi quis cum procuratorio
§.cum Iulianus ff.de procur.Anton.de Virgil.
in tract.de legit.perſon.in iudic.cõpat.
33 cap. 14. num. 11. etenim primum mandatum
cenſetur reuocari per ſecũdum, Surd.
deciſ.29. in 1. Mantica de tacit. & ambig.
lib. 7. tit. 22. num. 36. & 40. Et ideo cum
per tranſitum ad ſecunda vota tutricis mãdatum
reuocatum cenſeatur, vt prædictum
eſt, quo caſu nulla exiſtente legitima per-
ſona

Google

ſona in iudicio pro pupillis,neceſſe erat ne
indefenſi remanerent de curatore eis proui-
dere, quod Iudici non eſt inhibitum in lite
cępta curatorem litis adhibere, ita Bart.in l.
fin.ſ.1.nu.1. C.de admin. tut. & l.fin.ſ.ſi quis
34 num.3. C.eod. eo quia pupillo tutorem non
habenti datur curator, idē in l.curator nu.1.
de tutel. ea propter dato curatore per Cu-
riam liti prædictæ , vtique primus procura-
tor reuocatus iudicabatur,per dationem al-
35 terius etenim Iudex repræſentat perſonam
partis,Franch.deciſ.200.n.4.Grat.c.78.nu.11.
& demum per obitum curatoris, de alio cu-
ratore prouiſum à Curia legitimæ pro ceſſe-
36 rat quoniam eodem modo reuocatur ſicuti
procurator, Bar. d. ſ. Iulianus num.2. & eo
magis prędicto procuratori nō erat permiſ-
ſum appellare cum erat ex allegatis manda-
37 tum extinctum,& ſucceſſiuę illegitimus quo
circa procurator non legitimus nihil agit ,
Hieron. Gabriel. conſ.31. num.33. volum.2.
Vnde ſi pendente iudicio expirat ius agentis
38 expirat iudicium, l. ſi mulier ff. ſolut.matr.
ius enim tutricis expirauerat , per tranſitum
ad ſecunda vota , non mirum ſi mutatione
39 cauſæ inducat mutationem effectus, Bald. in
l.1.ſ.illo procul. in fine C. de lat. lib. toll.

Et propterea iudicaui die 23. Nouembris
1624. non aliter appellationem fore admi-
ttendam,neque nullitates obſtare ex defectu
perſonæ illegitimæ , & proinde procedendū
eſſe ad vlteriora in cauſa Monop.

Io. Baptiſta de Thoro .

SVMMARIVM.

1 *Creditor habet omnia bona debitoris obligata de iure .*
2 *Hipoteeca dicitur ius reale.*
3 *Prior in tempore potior in iure.*
4 *Creditor pro refectione domus præfertur cæteris ſicut in refectione nauis.*
5 *Creditor qui dedit ſemen ad ſeminandum præfertur alijs creditoribus . & ſic de ſimilibus .*
6 *Venditor feni pro alimentis animalium præfertur.*
7 *Expenſæ erogatæ ratione querendorum fructuum in arando,carigiando,ſeminando,metendo, triturando , potando in vindemiando præferuntur.*
8 *Fructus intelliguntur deductis expenſis.*
9 *Retentio datur pro expenſis, & ſeminæ.*
10 *Immēſarum neceſſariarum appellatione, quænam continentur.*
11 *Creditor qui rem ſeruauit præfertur .*
12 *Mutuantes pecunias in impenſas neceſſarias habent priuilegiatas actiones .*
13 *Retentio facilius conceditur, quam actio.*
14 *Qui prior ad ſententiam peruenit non qui prior agit præfertur .*
15 *Vendens herbam,& paſculum paſtoribus pro animalibus , aut fenum habet tacitam hipotecam in eis cum prælatione , & ea retinere poterat.*
16 *Affidator animalium poteſt retinere illa donec affidatura ſoluatur .*
17 *Hoſpes qui præſtitit alimenta alicui pro conſumptis expenſis poteſt,nedum ipſum hoſpitem retinere, ſed res illius .*
18 *Miniſcalcus pro bona equo , vel aſino ſanato habet priuilegium prælatoinis .*
19 *Cuſtos laborator hoſpes pro mercede habent hipotecam,& prælationem .*
20 *Muliones pro vecturis animalium præferri debent alijs creditoribus .*

ARGVMENTVM.

An creditor poſterior cęteris creditoribus mutui occaſione pro expenſis culturæ agrorum præferendus ſit .

Domine ad adiuuandum m e reſpice .

VOTVM XIII.

CVM Illuſt.Io.Iacobus Macedonius Epi-
ſcopus Monopolitanus mutuo dediſſet
Io. Laurentio,& fratribus de Falgheri duca-
tos ſexcētū pro cultura eorum Oliueti me-
diante publico inſtrumento inſerto in quo-
dam Albarano in quo ipſi debitores obliga-
uerant in ſpecie , fructus naſcituros cum
omnibus clauſulis neceſſarijs ſtipulato,ante-
quam tempus recollectionis adueniſſet dubi-
tans de concurſu creditorum anteriorum
præces Illuſtriſſimo D. Proregi præuio me-
moriali porrexerat, vt mandaret ſibi ſuma-
riè de iuſtitia prouideri, & cōmiſſo mihi tale
negotium per Collaterale Conſilium capta
prius de expoſitis informatione ſummaria
qualiter pecunia mutuata verſa fuerat reali-
ter in culura Oliueti,ac in alijs neceſſarijs il-
lius dubitatum extitit quid iuris . ſi ob eam
cauſam præferendus veniret ; poſtquam alij
creditores anteriores vigore eorum cautela-
1 rum nedum Oliuetum,ſed fructus, & omnia
bona habebant hypotecata, Neguiant.de pi-
gnor.in princ.num.2.3. propter quod hypo-
2 teca dicitur ius reale , idem eodem tract.p.5.
memb.2.num.36. & inde ad excluſionem ip-
ſius creditoris extabat regula iuris,quod qui
prior

3 prior eſt in tempore potior eſt in iure, ad
tex. in l. potior ff. qui pot. in pign. cum alijs
iuribus congeſtis nouiſſimæ , & auctoritati-
bus, per Barboſ. in ſuo Opuſc.Princ. & loca
V.I. lit.P.num.43. Nihilominus plurifariam
regula ipſa limitari cernebatur,apudDoct.in
fauorem poſteriorum credirorum potiſſimũ
4 ſi in refectionẽ domus erogatę fuiſſet expẽſa,
tunc mutuans præferẽduserit,l.interdum vbi
Doct. ff.eo tit. Neguſ.depign.p.5.mẽb.2.nu.4.
Roder. de cõcurſ.eredit.p.2.2.4 n.11.& 12. &
melius p.1.ar. .num 2. ſimiliter in refectione
nauis, l.vlt.ff.de exercit.act.& l.qui in nauem,
& l. quiſquis ff.de priuil.cred.vbi Doct. Ma-
xill.in Conſuet. Bari Rub.de naut. pecun.nu.
3.Roderiq.d.p.1,art 7. num 8.9. & 19. ibique
alia exempla conferentia deduxit,vltra Col-
lant. de re frument. lib.1. cap.15. per totum
5 ita in creditore,qui dedit ſemen ad ſeminan-
dũ erit præferendus alijs creditoribus etiam
anterioribus tempore ad ſemen ipſum per-
cipiendum, Bellac. inter comm.opin. tit. qui
pot.in pign.num.19.Surd.deciſ.Manruæ 282.
num.33. nouiſſimæ Barbat.in tract. de reſtit.
interd.glo.12.nu.46.ira pariter in mutuante,
etenim creditor, qui ſoluit pecunias pro re-
ficiendo domum,pro cuſtodia bonorum,pro
alimentis pro expenſis funeris , & infirmita-
tis, pro ſemine dato ad ſeminandum ſemina-
to præfertur cæteris anterioribus creditori-
bus hypotecarijs , probat Borgn. deciſ. 27.
num. 37. par. 2. Collant. eod. tractat. lib. 2.
cap.1. num.7. nouiſſimæ Coſta de retrotract.
6 cap.9.caſ.1.nu.12.vbi etiam loquitur de ven-
dente fœnum pro alimonia, beſtiarum, & ſi-
milium, de quo ſatis per eundẽ Borgn.deciſ.
110.28,p.1.dec.44.n.46.& 47. Dec. conſ.109.
n.23.latèGiurb.dec.40.n.1. & ita etiã pro ex-
penſis erogatis quærendorum gratia fructuũ
7 colligendorum,& conſeruandorum cum ſint
neceſſariæ veluti in arando, carrigiando, ſe-
minando,metendo,trriturando,potando,vin-
demiando,& huiuſmodi,vt poſt Camp.in cap.
mulier num.60. conſiderat, Peregr. in tract.
de fideicom. art.50.num.22. per tex. in l.ſi à
domino ſ.fin.ff.de pet.hæred. ibique notatur,
quod omnis poſſeſſor deducit ſumptus factos
cauſa fructuum , ex eo quia fructus intelli-
guntur deductis expenſis,quæ colligendorũ,
8 quærendorum conſeruarumque gratia fiunt,
vt ibi gloſ.notat Roman.ſing.332.late Garſia
in tract.de expenſ.cap.1.ſub num.12.cum ſe-
9 quenti,& pro dictis expenſis,& ſeminæ con-
ceditur retentio,optimè Anna cõſ.43.nu.56.
10 Et inde impenſarum neceſſariarum appel-
latione continẽtur ille,quæ ſi non factę fuiſ-
ſent res fuiſſet peritura , vel deterior futura
ex quo notatur creditorem poſſe illas factas
in re pignorata puta fundo , vel ſeruo repe-
tere , vt in pecunia data medicis cum ſeruus
egrotaret,vel inſulam fulciendo,& reficien-
do,quæ deuſta ſit, l.ſi neceſſaria ff.de pignor.
cum alijs allegatis per Io. Petr. Molign. in
tract.de appellat.verb.num.582. non mirum
11 ſi creditor,qui rem ſeruauit pręferatur alijs
creditoribus, Surd. deciſ.311. num.1. & per
exempla oſtendit,Rodriq. de concur. credit.
d.par.1.art.7. ex quo impenſa colendi, & ſe-
rendi dicatur gratia quærẽdorum fructuum,
& deducitur etiam à prædonæ , idem Surd.
deciſ.294.num.10 hinc ſubdit Pereg.loco al-
12 leg num.34.quod etiam illi,qui mutuant pe-
cunias in has impenſas neceſſarias , ac etiam
qui res neceſſarias crediderunt actionem ha-
bent aduerſus ſucceſſorem pro creditis ſuis ;
immò priuilegiatas actiones,ex d.l.interdum,
vbi alios allegat,ad quod etiam ipſe Garſias
d.loco num.16. cenſuit competere retentio-
nem pro expenſis, quæ fiunt gratia fructuũ,
fuit tandem iudicatum in beneficium ipſius
Epiſcopi, vt præferatur cęteris creditoribus
in fructibus oliuarum Monop.die 11.Ianua-
rij 1625. Et ex hijs etiam inferebam ad aliũ
caſum mihi decidendum incidentem in ea-
dem Ciuitate in cauſa Marci Antonij Pelli-
cani cum Nicolao Maria della Gheza,& Ni-
colao de Breſcia,nam cum fuiſſet conuentus
ipſe Marcus Antonius à prędictis ad ſoluen-
dum mercedem vecturę quorundam anima-
lium locatorum per N. cuius erat creditor
ipſe Marcus Antonius in cuius poſſe bona
aſportata peruenerant per animalia ipſo-
rum locantium , qui inſtabant pro ſolutio-
ne vecturę, licet obijceretur per dictũ Mar-
cum Antonium eſſe creditorem domini bo-
norum vigore literarum executorialium, &
iure licito potuiſſe bona ſibi aſportata reti-
nere cum retentio facilius concedatur quam
actio, Franc.deciſ.104. num.5. latè Mollign.
13 in tract. de retent. num. 8. & conſequenter
dum erat creditor præferendus erat dictis
locatoribus animalium pro vecturis eo,quia
14 qui prior ad ſententiam peruenit non qui
prior agit defenditur, ad tex.in l.ſi quis ff.de
rei vend. vbi Doct. cum alijs adductis , per
Alph. collect.259.Ricc.collect 619.

Replicabant ipſi locatores omnino ſibi
ipſis forè ſatisfaciendum pro vecturis ſuper
bonis aſportatis , ſuper quibus videbantur
15 habere quandam hypotecam,& conſequen-
ter prælationem ex hijs,quæ in ſimili dicitur
de vendente herbam,& paſculum paſtoribus
pro animalibus, aut ſi fęnũ vendidit in alimo
niam animaliũ tacitam in eis habet hypothe-
cã cũ pręlationis priuilegio aduerſus anterio-
res creditores,vt plenius ꝓbat, Giurba dec.
Sicil.

Digitized by Google

Sic.40.n.1.& 5.Coſt.in prax.cõuẽt.p.1.n.330.

Et propterea nedum animalia habet obligata,ſed ea poterit retinere, & is præfertur quibuſcunque creditoribus anterioribus, ex Dec. conſ. 109. num. 23. & alijs relatis per Borgn. deciſ. Fruiz.44. num.46.& 47. par.1.
16 deciſ.1.num.28.p.5. idem dicendum de affidatore animalium,vt poſſit ea retinere, donec affidatura ſoluatur, Nepita in Conſuet. Catan. tit. de iure pali in conſuet.1. num.49.
17 queadmodum hoſpes, qui præſtitit alimenta alicui poterit pro conſumptis expenſis, nedum ipſum viatorem retinere inquit, Molign.d.tract.q.223. ſed etiam illius res donec ſibi ſatisfaciat,Surd.in tract.de aliment.tit.8. priuil.62.num.15.Borgn.vbi ſupra.

18 Et in Miniſcaleo etiam ſuper equo, aſino, vel boue ſanato per eum priuilegium competit, l. interdum ff. qui pot. in pign. vltra Decian.conſ.109.nu.23.vol.2.Borgn.in d.deciſ.44. num.46. & d.deciſ.5. num.9.18. & 19. par.2. nouiſſimæ Criſtoph.Martius deciſ.Senenſ.10.num.47. Caroce. in tract. de locato, & conduct. tit. de Medico q.11. num.2. ita è
19 conuerſo ex eadem ratione hoſpitem,cuſtodem,& laboratorem pro mercede,& alimentarium pro alimentis tacitam habere hypotecam cũ priuilegio prælationis,ex Felician. comprobat,Rodriq. in d. tract. de concurſu credit. par.1.ar.3.nu.19.& 20.& maximè ſuper bonis aſportatis per animalia pro mercede debent præferri,& priuſquam alij creditores ſatisfiant debent ſatisfieri ad quod facit optimè, tex. in l.huius enim ff. qui pot.
20 in pignor. hab.vbi diſponitur,quod vecturæ animalium prius erint deducendæ, & ſic datur prælatio,Neguſant.de pignor.4.membr. 2.par. num.14. & ita iudicaui de anno 1624. & menſe Iulij.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides non patitur, vt idem bis exigatur.*
2 *Melius eſt non ſoluere,quã ſolutum repetere.*
3 *Mater ob tranſitum ad ſecunda vota tutela priuatur, & deſinit etiam tutrix, & num.4.*
5 *Mater ſi ſponſalia contraxerit pariter tutela priuatur.*
6 *Mater ſi animum habuiſſet ſecunda vota contrahere tutela priuatur.*
7 *Priuatio tutelæ ipſo iure inducitur à lege, ob tranſitum ad ſecunda vota.*
8 *Priuatio tutela non propriè dicitur pœna, ſed prouiſio legis ob fauorem filiorum.*
9 *Verbum ipſo iure ipſoque facto importat ſententiam latam.*
10 *Sententia declaratoria opus non erit, vbi verba illa ipſo iure ipſoque facto ſint appoſita.*
11 *Reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris*
12 *Primitiua infecta etiam deriuatiua inficitur.*
13 *Mandatum per mutationem ſtatus mandantis reuocatur.*
14 *Legitimatio perſonarum etiã in iudicijs ſummarijs neceſſaria.*
15 *Cauſa omnis executiua eſt ſummaria.*
16 *Vidua dicitur illa, quæ virum non habet, vel inutilem.*
17 *Vidua dicitur quæ cum viro diuortium fecit.*
18 *Regreſſus non datur de priuatione adhabitum.*
19 *Mater tutrix non reaſſumit tutelam mortuo ſecundo viro, & ſic pluries deciſum.*
20 *Mutata perſona mutatur conditio rei.*
21 *Homo nouus dicitur ſeruus ad ſeruitutem reuerſus.*
22 *Filius dicatur homo nouus ſi in poteſtatem patris iterum reincidat.*
23 *Mulier vidua perſiſtens in viduitate dicitur libera.*
24 *Patria poteſtas in vidua non conſideratur.*
25 *Vidua dicitur eſſe in matrimonio.*
26 *Vidua gaudet priuilegio viri, immo eius dignitate num. 27.*
28 *Vidua retinet priuilegia dignitates imunitates honores, & familiam viri domicilium, & Ciuitatem.*
29 *Vidua tutelam filiorum habet.*
30 *Vidua delibera fit ſubdita viro ob ſecunda vota contracta. & quo iure.*
31 *Vidua tandiu gaudet iuribus viri quandiu non nubat.*
32 *Solutiones tutoribus ſemper abſque decreto fiunt à debitoribus pupilli.*
33 *Solutio qua fit pupillis qualiter fieri debeat.*
34 *Status perſonæ erit conſiderandus.*
35 *Mandatum finitur ex cauſa de nouo ſuperueniente.*
36 *Cauſa noua ſuperueniens, quæ ſit in reuocatione mandati.*
37 *Mater tranſiens ad ſecunda vota non ſic indiſtinctè priuatur tutela.*
38 *Verba tex. Auth. ſacramentum C. quando mul. tutel. offic. fung. poteſt ponderantur.*
39 *Verbum priuetur intelligitur per ſententiã.*
40 *Tutor datiuus ſuccedit quando mater ad ſecunda vota tranſit.*
41 *Mulier tenetur denunciare Iudici tranſitum ad ſecunda vota, & renũciare tutelæ videtur dũ filios viderit alios tutores non habere.*
42 *Mater tenetur tutorem filijs petere alias ſucceſſionem eorum amitteret.*
43 *Tutor primus ceſſat quando ſecundus eligitur.*
44 *Mater non obſtante tranſitu ad ſecunda vota tutelam exercet in ſubſidium ſi non adſunt conſanguinei pupilli.*
45 *Mater reaſſumit tutelam filiorum ſoluto ſecundo matrimonio.*

46 Offi-

46 *Officiales per annum officium exercet.*
47 *Officialis continuare debet officium non obſtante lapſu temporis, & ſucceſſorem expectare.*
48 *Officialis in officio exiſtens, donec non fuerit de alio officiali prouiſum, & per eum poſſeſſio capta, & iuramentum præſtitum non diceretur aduenisse.*
49 *Officium per aduentum ſucceſſores finitur viſis lectiſque eius commiſſionibus.*
50 *Reliquiæ prioris tutelæ ſemper remanent potiſſimum in matre.*
51 *Decretum Iudicis requiritur tàm in cõſtitutione quàm in reuocatione tutoris.*
52 *Officialis primus reuocatur deputatione ſecundi.*
53 *Delegatus primus per dationem ſecundi reuocatur.*
54 *Tutor Iudex, & Oeconomus per dationem alterius reuocatur.*
55 *Donec non fuerit oppoſitum ſubſtinetur iudicij proceſſus, & actor perſona legitima iudicabitur.*
56 *Tutor loco domini habetur.*
57 *Tutor repræſentat perſonam pupilli, nec dicitur tenere, vel poſſedere.*
58 *Tutor nomine pupilli poſſidet, vt dominus durante tutela.*
56 *Inquilinus non poteſt refricare quæſtionem dominij domino domus.*
60 *Locatio non transfert dominium in conductorem.*
61 *Inquilinus retinet ſibi rei locatæ poſſeſſionem.*
62 *Tertius non refricat quæſtionem dominij.*
63 *Comodatarius non poteſt quæſtionem dominij refricare.*
64 *Tutor non poteſt contra pupillum mouere quæſtionem ſtatus natalium.*
65 *Tex. in l. 4. C. quando ex facto tut. ponderatur.*
66 *Locatio facta per tutorem artat pupillũ.*
67 *Actio vtilis quæritur pupillo per tutorem, & ſibi directam quærit.*
68 *Tutor finita tutela impuberis ſi eam geſſerit tenetur.*

ARGVMENTVM.

Mater, & tutrix ſi non obſtante tranſitu ad ſecunda vota, & diuortio ſubſequuto adminiſtrationem tutelę continuauerit, an dicatur perſona legitima, vt poſſit ei fieri ſolutio bonorũ pupilli, & ſoluẽtes tuti redãtur.

Verba mea auribus percipe domine.

VOTVM XIV.

ALphonſus Moranus vti Procurator Corneliæ Paſſarellæ locauerat certam domũ Franciſco Mariano per triennium pro ducatis centum diuidendis pro rata cuiuslibet anni ſoluenda, iuxta morem Ciuitatis Monop. hoc eſt anticipatè medietas penſionis in menſe Februarij, altera in menſe Auguſti, ſuccedente inde obitu d. conductoris inſtetit annotari, bona ipſius pro rata penſionis ſoluenda, finita de menſe Auguſti, & ob cauſam prædictam exequi fecerat quandam equam iam pœnes tertium conſignatam, interea comparauit Martia Vicedomini relicta dict. Franciſci dicendo de nullitate Actorum ex eo, quod iam mandatum erat extinctum, nec Procurator amplius dici poterat ipſe Alphonſus d. Corneliæ, poſtquam ipſa tranſiuerat ad ſecunda vota cum Franciſco Antonio Tarſia, nec tutrix Alphonſi iunioris pupilli dici poterat, & ſucceſſiuè perſona legitima ad recipiendum ſolutiones bonorum pupilli, ne iterum contingeret ſoluere debi-
1 tum ſic bona fide exigente, quæ non patitur bis illud idem exigi, l. bona fides ff. de reg. iur. Vnde conſultum eſt melius eſſe non ſoluere,
2 quam ſolutum repetere, Franc. decis. 42. nu. 4.

Ad probationem eius intentiones clarius in facto demoſtrabatur ipſam Corneliam ex primo eius viro Luca Morano habere filium pupillum cuius ipſa tutrix, & mater erat, & ſimiliter conſtituiſſe procuratorem dictum Alphonſum ſeniorem Auum pupilli, pariter, quæ ipſam ad ſecunda vota conuolaſſe cum dicto Franciſco Antonio Tarſia quo caſu à tutela repellẽda veniebat, iuxta Auth. ſacramentum C. quando mul. tut. offic. fung. poteſt vbi Doct. omnes & dixit ſup. voto 11.

3 Etenim per tranſitum ad ſecunda vota tutela expirat, ita Graſſ. inter commun. opin. tit. quando mul. tutel. offic. fung. poteſt nu. 5. Marcel. conuerſ. in tract. de tutel. & cur. tit. quib. mod. tut. fin. num. 38.

4 Sicque mater tranſiens ad ſecunda vota deſinit eſſe tutrix, ex d. Auth. probat Cherian. inter d. comm. opin. tit. de ſecund. nupt. nu. 21. Iodoc. in patroc. pupill. tit. de tut. & cur. mun. cap. 5. num. 22. Gomeſ. l. 14. Tauri num. 10. Borgn. de tutor. & cur. num. 194. & 307. Marcel. Conuerſ. in tract. de tutel. & cur. tit. qui teſt. tut. §. 1. num. 36. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 219. num. 10. Io. Saiſon. in Conſuet. Turon. tit. 32. gloſ. 2. in princ. Boer. in Conſuet. Bituric. §. 9. gloſ. 1. Carroc. deciſ. 129. num. 5.

Et non tantum ſi cum effectu tranſiuerit

ad

ad ſecūda vota obquod ſuſpecta redditur, Afflict.deciſ.357. Paul.Montan.in tract. de tutel. cap.16. num.7. & cap.15.num.74.& & 75. Guttier.de tutel.cap.9.

5 Sed etiam ſi ſponſalia contraxiſſet, Vrſil.ad d.deciſ.357.num.4.Iodoc.vbi ſupra nu.26. vbi alios allegat Marcell. Conuerſ. vbi ſupra num.42. Viuius in Sylua comm. opin. in opin. 535. num.19. Io. Saiſon. vbi ſupra verſ.quid ſi ſponſalia,Garſia in dicto 352. Caſſan.in conſuet.Burgund.rub.4.§.6. num.25.Montan.d.cap.15.num.78.Guttier. d.cap.9.num.2.

6 Vel animum habuiſſet contrahendi ſecūdas nuptias, ex Bart. notat Marcell.Conuerſ.d.tract.tit.de curat.§.2.num.9.Caroc. vbi ſupra num.7.

7 Adeò verum eſt, quod talis priuatio ipſo iure à lege inducitur l.1.C.qui pet.tut.quē citat Anch.conſ.104.eumque ſequūtur ibi, Cherian. Viuius deciſ. 31. num. 4. Berous quæſt.66.nu.3. hæc ſiquidem priuatio rea-
8 liter non dicitur pęna,ſed prouiſio quędam legum inducta ad fauorem filiorum primi matrimonij, Manent.dec.Māruæ 47.nu.61.

Et dum ipſo iure talis priuatio irrogatur nulli dubium eſt,quin ſententię prola-
9 tione opus non erat: quoniam tales voces ipſo iure, ipſoque facto important latam ſententiam, Tiraq. in l. ſi vnquam ver. reuertatur num. 142. cum ſeq. C. de reuoc. donat. cum alijs congeſtis, per Barboſ.in tract.de diction.& clauſ. dictio 152.Immò
10 nec etiam declaratoria ſententia,Gargiar. patroc. 100.nu.8.p.1.qua ſi quidem ſtante priuatione de iure iuſſa matri ad ſecunda vota tranſeunti ſubſequitur eam eſſe perſonam illegitimam, & conſequenter illius procuratorem vulgata regula illa ſeſo-
11 luto iure datoris reſoluitur ius acceptatoris,l.lex vectigalis ff.de pignor.cum alijs congeſtis, per Barboſ.in ſuo opuſc.Princ. iuris liter. R. num. 23. ſic primitiua infe-
12 cta inficit deriuatiuam, Afflict. deciſ.336. poſt num.5.vltra quod mandatum per mutationem ſtatus mandantis reuocatur, l. ſi quis ff. de acquiren. hæred. latè Marta
13 voto 84. num.ſecund. prout in vidua conſpicitur de libera effecta ſubiecta viro, vt infra dicetur, qua propter nulla exiſtente perſona legitima excuſandus veniebat cōductor; quāuis cauſa ipſa ſummaria ſit adhuc opus erat legitimatione perſonæ, nam etiā in iudicijs ſummarijs legitimatio per-
14 ſonę erit neceſſaria, probat Muſcat.in praxi S. C. lib.1.par.3.gloſ.comparentis nu.3. Anton. de Virgil. in tract. de legit. perſon.
15 in iud.comp.in pręlud.nu.1.& omnis cauſa executiua eſt ſummaria,Marant.in Specul. par.4. d.9. num.175. merito opus erat, vt de legitima perſona pupillo conſtaret adhoc, vt ſolutio legitimè fieret.

Nec propterea curandum erat, quod cū ipſa mulier poſt tranſitum ad ſecunda vota, diuortium fecerat cum eius viro, quod ſanè apparebat ex copia ſententiæ Curiæ Epiſcopalis, ita quod adhuc vidua cenſe-
16 batur, eo quod nedum vidua illa exiſtimāda erit, quæ vitum non habet,vel habet inutilem,Vrſil.deciſ.28.num.4. Carau.in rtiu 19. num.22. Sed etiam vidua dicenda, ve-
17 niret quæ cum viro diuortium fecit, vt ibi nu.21. Carau. ſpecificè probat quaſi, quod videretur eſſe in eodem ſtatu, nam de priuatione ad habitum non datur regreſſus,
18 iuxta vulgatum Philoſophicum proditum à Gram.deciſ.103.nu.116. ſic mater tutrix
19 non reaſſumit tutelā ſecundo marito mortuo, vt probat Minſing. qui ita iudicatum refert ſing.obſeru. cent.3. obſeruat.83. ſic etiam in Senatu Cataloniæ iudicatum,tradit Peguet. deciſ. 166. quos ſequitur alios allegando Marcell. Conuerſ.in tract. de tutel. & cur. tit. qui teſt.tut.&c. §.1. nu.43. & vltra eos, Coſta in tract.de re integ.diſt. 10. in princ. Bellac. inter comm. opin. tit. quando mul. off. tut. fung. poteſt num.10. Surd. deciſ. 106. num. 15. ſic etiam in illo Senatu iudicatum affirmando,Grat.diſcep. forenſ. cap.5. num.36. Fontanell. de pact. nupt.clauſ.9.gloſ.8.par.11.num.10.

Præterea iuxta aliā vulgatam regulam, l.paulus alias per procuratorem ff. de acquir.hæred.& l.fin.in fine ff.de inoff.teſtam.
20 citatam per Annam alleg.70.nu.34. quod mutata perſona mutatur conditio rei in-
21 fertur, quod homo nouus dicitur ſeruus in ſeruitutem rurſus reuerſus, l.ſi ſeruus §.
22 1. ff. de admin.leg. Sicut homo nouus erit dicendus cum primo fuerit ſui iuris,deinde alieni, & è contra, gloſ.in l.2.§.hijs, qui ff. de cap. dimin. ita etiam muliere procedere videtur, adeò quod cum ipſa mater in
23 viduitate perſiſtens erat libera,Neapod.in conſuet. ſed & mulier ſub num. 10. cum
24 patria poteſtas non conſideretur in vidua, Franc.deciſ.100.num.14.& durante vidui-
25 tate dicatur eſſe in matrimonio, Afflict. in Conſt.generalia iura in 9.notab. & ſucceſſiuè gaudebit foro viri,gloſ.in l.1. ff.de rit. nupt. Bertach. in repert. verbo vidua §.2.
26 vbi plures allegat. Immò eius dignitate, gloſ. in cap.ex parte de for.comp.verſ.non
27 obſtantibus retinet omnia priuilegia honores immunitates Ciuitatem familiam, & domicilium, latè Tiraq.de nobilit.c.18.

29 & conſequenter tutelam gerere filiorum, iuxta Auth. matri,& auiæ C.quando tutel. tut. off.ſing.poteſt,ſicque credita exigere,
30 quo circa ea ad ſecunda conuolante vota, in alterius poteſtatem incidit, & ſic de libera fit ſub lita,cap.non debet de conſang. & aff. de iure canonico,licet de iure ciuili quòad debitum carnis, Bald. in c.1.num.4. An mar. ſucc. vxor. in ben. & omnia iura primi viri amiſit, poſtquam tandiu iura primi viri tenet, quandiu alij non nubat, gloſ. in l. ſimiliter ff.de relig.& ſumpt.fun. & ſucceſſiuè tutelam,vt prędictum eſt,inde
31 infertur, quod cum ea in tutela exiſtente tutiſſimè ſolutio fieri poterat à debitori-
32 bus pupilli etiam ſine Iudicis decreto,nam ſolutiones ſemper factę ſunt tutoribus,abſque decreto in S.C.Franc.decif.206.nu.16. Sed quoties contingerit fieri ſolutionē pu-
33 pillis aliter procedendũ erit ceſſante tutore, hoc eſt adhibitis iuris ſolemnitatibus adhoc, vt liberetur,Bart.in l. 1. in fine ff.de ſolut.& lib.deb.ciuit.lib.11. Bald. in l.quicumque in princip. ff.de bon. quæ lib. latè Bertac. in verbo debitor pupilli, & ſic ne-
34 dum ſtatus perſonæ erit conſiderandus, gloſ.in l. tres tutores §.fin. verſ. non debet ff. de fideiuſſ. tutor. ſed etiam conditio rei cernebatur quoque mutata ex cauſa de nouo ſuborta qua interueniente quemadmodum mandatum finitur quando rerum ſtatum mutat, vt deciſum refert Ant. Fab. in eius Codic. tit. de mand. defin. 5. ex ratione,quod ſemper intelligitur clauſula illa
35 rebus in eodem ſtatu permanentibus,ita
36 etiam cauſa noua ſuperueniente,vt ſi examico inimicus,vel ex diuite pauperior effectus tutela ceſſat, l.pater §.1.ff.de teſt. tut. eodem modo mutatione conditionis perſonæ ex traditis ſupra in voto 12.num...,

Sed prædictis non obſtantibus contrarium in caſu de quo agebatur dicendum
37 erat,vt ſcilicet adhuc legitima perſona dici potuerat,cui rectè ſolui non prohibebatur, nec credita exigere, porro non ita indiſtinctæ erit intelligẽdum matrem ipſam ad ſecunda vota conuolantem priuari tutela ipſo facto ipſoque iure, vt Doct. citati
38 confirmant,nam verba tex. d.Auth.ſacramentum hoc expraſsè non dicit. ſed tantũ dixit, ſed contractis ſecundis nuptijs expelli eã à tutela conuenit,quaſi quod opus erit ſententia Iudicis eam à tutela expellendo, quemadmodum ſi in ſententia ap-
39 ponatur verbũ priuetur intelligeretur per ſententiam, ita Bart. in Auth. habita nu.9. C.ne fil.pro patre, quod & ſi in praxi receptum non ſit adhuc tamen per dationem alterius tutoris ſtante tranſitu matris ad ſecunda vota videtur à tutela excluſa, & propterea antequam ad talem decreti interpoſitionē deueniatur multa conuenient matri adimplere priuſquam alia prouiſio
40 de alio tutore fiat, quoniam tunc datiuo locus erit tutori, vt per Boer. vbi ſupra in fine cum in eius locum ſubrogetur, Berous vbi ſupra num. 6. & vltra eos, Montan. d. cap. 16. num. 9. Coſta de remedijs ſubſid. remed.102. nu.12. principaliter enim mu-
41 lier tenetur denunciare Iudici tranſitum ad ſecunda vota,& renunciare tutelę quoties viderit filios ſuos alios tutores non habere, ita Vrſil. decif.75. num.3. Vezin. inter comm opin.tit.qui dar.tut.poſſ.num. 11. Marrell.Conuerſ. d.tract. tit. de curat. §.2.num.8. Boer.in d.conſuet.verſ. ſed an ſtatim, Berous ſub num.5. Præterea ma-
42 ter tutrix compellitur de iure tutorem filijs petere, ad tex. in l.matres C. qui pet. tut. alias ammitteret ſucceſſionem, & alia iura ſibi competentia, l. omnes C. ad Tertull.Gomeſ.vbi ſupra num.18. Sylu. Nupt. lib.2. num.52. Plot. l. ſi quando C. vnde vi nu.23. Mayn. in l.tutela ff.de reg.iur.Socc. inn. conſ.16. volum.2. Anton. Gabriel. in ſuis concl.tit.de tutelis concluſ.1.& tit.de ſecund.nupt.concluſ.1. Donat.à Fina inter d.comm.opin.tit.qui pet.tutor.nu.2.Montan.d.cap.15.num.90.

43 Cumque hæc omnia non fuiſſent adimpleta, nec per Iudicem prouiſum de alio tutore,quo caſu ceſſaret primus,arg.l.cum hermes C. locat. vt punctualiter refert, Veral.decif.139. nu.2.p.1. & infra dicetur, meritò priuata non cenſebatur. Immò,& fortiùs per eandem matrem in dicta adminiſtratione perſeueratum etiam contractis ſecundis nuptijs, nemine oppugnante, eo maximè cum propinqnis carebat pupil-
44 lus, vt tutores creari potuiſſent, & in hoc caſu non obſtantę tranſitu ad ſecunda vota mater in ſubſidium tutrix dari poterit, ſecundum Specul.in tit.de tutel.§.nunc dicendum num.7. Boer. decif.266.quos probat Conuerſ.d.tit.qui teſt.tut.§.1.num.44. Surd.ibidem num.2. quæ omnia punctualiter intuetur ad rem noſtram, Galter. in praxi tutel.par 2.Rub.5. ſub num.15. verſ. limita, hanc ex Marant. Boer. & Montan.
45 probat. Immò nulla exiſtente prouiſione facta de tutore ſuccedente alia viduitate matris reaſſumit tutelam,vt ex multis voluit concordando opiniones,Coſta d.tract. & d.10. num.4. cum adhuc dicatur res integra,& Surd.vbi ſup.num.2.cum alijs congeſtis,per eundem Montan.d.cap.15.nu.77.

Guttier.

Digitized by Google

Guttier.d.cap.9.num.26. ſicque per perſe-
uerantiam adminiſtrationis de ſtatu vidui-
tatis, ad ſecundum ſtatum coniugalem, &
reuerſionem ad ſtatũ viduitatis ob diuor-
tium non dato alio tutore,& per continua-
tionem temporis permiſſi ad non permiſſi
videbatur eſſe perſona legitima, quemad-
modum in officiali dicitur, cui per annum
mandatur exercere officium vt in cap.Re-
gni, item quod prædicti officiales, & in
Prag.1.§.2.& Prag.2.§.4.de offic.Iud. ſicut
Auditores per biennium, non per hoc ela-
pſo tempore cenſeri debent iuriſdictione
priuati, ſed continuare debent officium,
vſque ad aduentum ſucceſſoris, vt diſpoſi-
48 tum eſt in cap.Regni ſcire volumus, & in
Prag.4.& 10.de offic.Iud. Io.Franc.de Leo-
nar.in praxi officialium cap.15.num.2. nec
per hoc dicerentur perſonæ illegitimæ per
lapſum temporis, donec de alijs fuerit pro-
uiſum, & per eos poſſeſſio capta, vt etiam
tradit, Capiblan. in Pragm.5. num.140. de
baron. & iuramẽtum præſtiterint alias nõ
diceretur aduenisse, Montan. in Pragm.2.
nu.199.de admin. vniuerſ. tunc enim dice-
49 retur officium finitum, Carau. in titu 295.
nu.7. ꝙ viſis, & lectis commiſſionibus ſuc-
ceſſoris expirat, Franc. deciſ. 393. num.3.
ſicque in caſu præmiſſo,ita donec nõ fuerit
de alio tutore prouiſum per Iudicem ſem-
50 per reliquiæ prioris tutelæ remanere di-
cuntur potiſſimum in matre, vt benè pro-
bat Borous loco allegato ſub num.5.6.& 7.
eo quod tàm in reuocatione tutoris,quàm
51 conſtitutione exigitur Iudicis decretum,
probat ex Duena in reg.187.nu.18. Borgn.
d.tract. num.196. cuius vigore alius loco
prædeceſſoris conſtituitur, & ſic vnus per
52 alium remouetur, quia deputatione ſecũ-
di officialis cẽſetur primus reuocatus, Ve-
rall.deciſ.139.num.2. par.1. Sic delegatus
53 primus per dationem ſecundi cenſetur re-
uocatus, Ang. in l. ſi quis cum §. Iulianus
num.4.ff.de procur.ſequitur citando,Mar-
tin. Laud. in tract. de offic.domin.§.75. &
54 ſic de Iudice tutore, & oeconomo refert,
Bertach.in tract.de Epiſc.7.p.4.lib.1.q.21.
& donec hoc actum non ſit benè admini-
ſtrare oſtenditur,& perſona legitima iudi-
cabitur quemadmodum, donec non fuerit
oppoſitum de defectu ſubſtinetur perſona,
vt de conſimilibus teſtatur,Mantua in Dia-
logo 87.Proceſſus, Caualc.deciſ.9.num.22.
par.1. & Crauer. conſ. 199. num.12. & 11.
Boccar.in conſt.egid.gloſ.2.num.22.in fine
fol.13. ſic & iudicium Anton.Gab. tit.de
Iudic.concluſ.1.num.20.& in terminis no-
ſtris,quod tutoris geſta ante confectum in-
uentarium parte non opponente valeant,
probat Marcell.Conuerſ.in tract.de tutelis
tit.de curat.§.2.num.19. Hac præſuppoſita
legitimitate perſonæ matris;infertur quod
tutor loco domini habetur, l. interdum §.
qui tutelam ff. de furt. l.tutor. ff. de admi-
niſtrat.tut. quamuis ipſe pupillum repræ-
ſentet, nec dicatur tenere, vel poſſidere,
Gram. conſ.ciuil.136.nu.10. adhuc tamen
eiuſdem pupilli nomine poſſidet omnia, vt
dominus durante tutela, Calcan.conſ.121.
num.1. Vnde quemadmodum non eſt con-
ceſſum conductori refricare quæſtionem
dominij aduerſus dominum, ſed cum effe-
ctu ſoluere penſionem domus dominó, ex
text. in l. ſi quis conductionis C. locat. vbi
Doct.ex quo ipſa locatio non transfert do-
minium in conductorem,l.non ſolet ff. loc.
60 ſed tantum poſſeſſionem retinet rei,ſibi lo-
catæ,& in poſſeſſorio, d.l.locum habet non
61 autem in petitorio, Vrſil.deciſ.11. num.7.
62 & ſic tertius nequit refricari de dominio,
Seſſe deciſ.Arag.42. num.31. ſicut latroni
agenti contra commodatarium actione cõ-
modati, commodatarius non poteſt refri-
care queſtionem dominij, Machell. in pa-
trocinio 48 num.8. ſicuti etiam tutor, non
poteſt contra pupillum mouere quæſtionẽ
ſtatus natalium, Muta deciſ.Sicil.91.num.
13. ita pariter,nec tutori adhuc tutelam
adminiſtranti,ad quod ſingulariter pro cõ-
ronide adducitur,tex.in l.4.C.quãdo ex fact
tut. vbi caſus refertur expræſsè de tutore,
qui finito officio pſeuerauerat in admini-
ſtratione, & prædia locauerat,quod ex tali
cõtractu vtilis querebatur pupillo actio,vbi
gloſ. in verbo conueni facit motiuum, ſed
quomodo cum nõn ſit tutor, & reſpondit
propter præcedentem tutelam,ex quo tex.
colligitur tutelam poſſe continuari extra
tempus, & ſic alio non opponente, ſimili-
ter locare prædia pupilli, etenim locatio
facta per tutorem artat pupillum,Gratian.
diſcept.forenſ.cap.37.num.13. non mirum
ſi ei queratur actio vtilis,directa penes eum
retẽta cuius vigore exigere nõ vetebatur à
debitore pupilli,qui aduerſus talem etiam
pro tutorem actionem tutelæ competere
non dubitabat,l.1.ff.de tutel.etenim ſi quis
67 finita tutela pro tutore negotia impuberis
geſſerit tenebitur, l.1.§.quare ff. de eo, qui
pro tut.ſe geſſ.quinimò die 9. Octob.1624.
iuſſum fuit, vt equa exequuta in poſſe Cu-
riæ reponeretur ad finem prouidendi, &
interim omnia hinc inde prætenſa, & pro-
ducta intimarentur procuratori de nouo
conſtituto per dictam Martiam,ſicque exe-
quutum, indè partibus auditis prouiſum

fuit, vt procederetur ad venditionem illius licet interea partes ſe concordauerint, & penſio ſoluta fuit.

Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa mercantilis, quæ dicatur.*
2 *Dilatione ſimpliciter conceſſa non intelligitur de debitis iuratis.*
3 *Cauſæ executionis rei iudicatæ, vel inſtrumenti guarentigij non veniunt in euocatione generali.*
4 *Cauſæ criminales non veniunt in delegatione cauſarum, niſi expreſsè mentio fiat num. 5.*
6 *Delegatio dicitur odioſa, & ordinaria fauorabilis.*
7 *Delegatus in criminalibus non ſe intromictit in ciuilibus.*
8 *Iudex ciuilis non cognoſcit de cauſis criminalibus.*
9 *Cauſa liquidationis inſtrumenti dicitur criminalis.*
10 *Delegatus in cauſa petitoria non eſt Iudex in cauſa poſſeſſorij.*
11 *M. C. ſola cognoſcebat de liquidationibus inſtrumenti, licet hodie ad alias Curias regni, ſit extenſa talis cognitio num. 32.*
13 *Barones, an cognoſcant de cauſis liquidationum inſtrumentorum deciſ. refertur.*
14 *Exprimi non ſufficit generaliter, idquod ſpecialiter eſt exprimendum.*
15 *Lex generaliter loquens generaliter erit intelligenda.*
16 *Delegatus ad generalitatem cauſarum dicitur quaſi ordinarius.*
17 *Delegatus Principis dicitur ordinarius.*
18 *Præuentio facta præuia citatione per debitorem allegantem ipſam contra liquidationem inſtrumenti ſuperſedetur in ea, & quidquid fuerit factum in conceptum inhibitorialium reuocabitur.*
19 *Attentata omnia dicuntur, quæ geruntur poſt inhibitionem factam.*
20 *Inhibitio rotalis ſiue iuſta, ſiue iniuſta omnia inde geſta dicuntur attentata, ideo timenda.*
21 *Abſtinere potius debemus quam temere celebrare.*
22 *Delegatus Principis eſt de maioribus iudicibus.*
23 *Delegatus eſt eadem perſona cum delegante.*
24 *Delegatus Principis in omnibus repræſentat perſonam ipſius.*
25 *Superior quando manus apponit inferior non ſe intromictit.*
26 *Inferior contra iuſſa ſuperiorum nequit manus apponere.*
27 *Indecorum eſt patrem à filio regi.*
28 *Deciſio affertur, vt cauſa liquidationis inſtrumentorum veniat in delegatione cauſarum.*
29 *Moratoria Principis ad debita iurata quando, & quomodo extendatur.*
30 *Cautio peti debet vt præſtari poſſit.*
31 *Cauſa liquidationis inſtrumentorum non eſt criminalis, immò potius ciuilis, aut mixta.*
32 *Cauſa mixta, quæ dicatur.*
33 *Magiſtratu maiore adueniente ceſſat minor.*
34 *Inſtrumenta omnia in graduatione creditorum reſcinduntur, & vnde hæc praxis deriuatur.*
35 *Creditores immiſſi videntur vno immiſſo in poſſeſſionem.*
Et idem in graduatione creditorum circa reſciſſionem inſtrumenti, vt cenſeatur facta etiam reſpectu alterius non comparentis, & ſic deciſum tàm per M.C. quàm per S. C.
36 *Mutatur ſtatus per decoctionem, & paupertas detegitur.*
37 *Creditoribus quid conſultum erit ſequuta decoctione debitoris.*
38 *Praxis S. C. refertur aduerſus debitorem decoctum vt ei adminiſtratio interdicatur, & ei curator detur ad conſeruandum bona.*
39 *Decoctus adminiſtratione bonorum priuatur ipſo iure.*
50 *Graduatio creditorum committitur citatis omnibus, maximè in liberatione depoſiti.*
41 *Decoctus iudicabitur commiſſa graduatione, & contractus reſcenduntur.*
42 *Inanis eſt actio, quàm debitoris excludit inopia.*
43 *Fallitus pro abſente habetur, & proinde curator datus conuenitur.*
44 *Fallitus ſi bonis ceſſit conueniri non poteſt.*
45 *Reſciſſio contractus fit ob alienationem corporis obligati, & ſic deciſum pluries.*
46 *Reſciſſio contractus fit etiam ſuccedente venditione bonorum debitoris.*
47 *Debitore decocto omne mandatum, omnis commiſſio reuocata dicitur.*
48 *Semel reſciſſum amplius reſcindi non poteſt.*
49 *Praxis S.C. affertur exiſtente graduatione*

Digitized by Google

ne commiſſa in eo, mandari M.C.V. ne procedat ad liquidationem inſtrumenti ſecundum aliquos, & obſeruantia in facto refertur.

30 *M.C. non poteſt mandare, vt ſuperſedeatur in incuſatione obligationum.*

31 *Obſeruantia regiorum conſiliariorum traditur, quando inbibent M.C. dummodo non impediãtur liquidationes inſtrumentorum, aut incuſationes obligationum.*

52 *Praxis aliquorum regiorum conſiliariorum commiſſariorum graduationum adducitur permittentium liquidationes inſtrumentorum fieri, & ſuccedente relatione facienda in S.C. ſolet decerni, vt cauſa in eo remaneat coram eodem commiſſario.*

53 *Creditores comparẽdo petere poſſũt à Iudice ſequeſtrum, & bonorum venditionem, vt de pretio ſatisfieri poſſint tàm pro capitale quàm pro tertijs.*

54 *Creditoribus concurrentibus erit videndum quis eorum potiora iura habent, & ſit ſequeſtrum.*

55 *Creditor immiſſus in poſſeſſorum præfertur non immiſſo in executione inſtrumenti, & pariter poſteriori creditore immiſſo.*

56 *Creditor in ſimul cum alio creditore immiſſo in prælationis articulo recta diſputat quis in re executa præferendus*

57 *Graduatione commiſſa non tenentur creditores formatam litem agere, vt iudicium ſummarium, ſed ſit liberatio illis quorum iuſtitia magis liquet.*

58 *Reſciſſio contractuum tacitè petita cenſetur à creditore ad conſequutionem eius crediti.*

ARGVMENTVM.

Cauſæ liquidationum inſtrumẽtorum an contineantur ſub generali commiſſione cauſarum delegatarũ, ita vt non obſtante inhibitione Iudicis delegati procedi poſſit in illis à Iudice ordinario.

Initium ſapientiæ timor domini.

VOTVM XV.

1 Aduerſus citationem ſuper tenori inſtrumenti liquidi expedita per Curiam Monop. ad inſtantiam Liuiæ de iudicibus creditricis illorum de Monfredo pro conſecutione annatæ finitæ, ſe oppoſuit in vltimo peremptorio comparendo Monfredus de Monfredo dicendo non potuiſſe Curiam ipſum citare, nec cõtra ipsũ proſequi poſſe ad liquidationẽ inſtrumenti, ſtante reſcripto delegati Iudicis inhibitoriale, & notificato ipſi Curiæ in quo fuerat etiam citata ipſa Liuia ne procederet in cauſis ipſorum de Monfredo, qui cum defeciſſent in eorum mercatura habuerunt recurſum ad Eccell. Proregem, vt de Iudice delegato ipſis prouideret circa eorum patrimonium, ne per creditores confunderentur iura, & commiſſa delegatione Ill. Marchioni S. Angeli Regenti Reg. Cancell. fuit per ipſum mandatũ præuio reſcripto inhibitoriale Reg. Aud. Bari, Curię Portulani, Baroli Curię Monop. & alijs ne in cauſis ipſorum de Monfredo ſe intromitterent ad inſtantiam eorum creditorum, & ita per plura ſequentia decreta confirmatum, quod inter cęteras fuit intimatum eidem Reg. Cur. Monop. interea ipſa creditrix citare fecerat dictos debitores ſuper tenore dicti inſtrumenti, & cum per eos fuiſſet de hoc oppoſitũ, & producta copia reſcripti in forma dubitari cõtingit quid iuris, poſtquam ex parte creditricis dicebatur ſuum creditum non aliter dependere ex cauſa Mercaturæ, ob quod coram delegato comparere compellebatur
1 poſtquam cauſa mercantilis dicitur illa, quæ negotiationem, & actus quæſtuarios continet, Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 10. nu. 10. ſed ex cauſa inſtrumentali ad quam non porrigabatur delegatio ob iuramentũ præſtitum in contractu, quemadmodum in ſimili dicunt, Doct. de dilatione ſimpliciter
2 conceſſa, vt non extendatur, ad debita iurata, iuxta dec. Affl. 5. cum alijs relatis, per Cauenſ. in ritu 286. num. 11. Carau. in ritu 287. num. 7. Muſcat. in praxi S.C. lib. 2. p. 5. gloſ. petendo nu. 14. quemadmodum etiam in ſaluis conductis, concludunt Doct. ita ex Alex. Iaſ. Bauer. Affl. & Io. de Selua probat Ant. Gabriel. lib. 2. comm. opin. tit. de iureiur. concl. 5. num. 21 nouiſſimè Apicell. in ſuo tutam. paup. tit. 2. de morat. Princ. num. 17. Seraph. in tract. de priuil. iuram. in 22. priuil. num. 59. vbi per alia exempla, Statil. pacif. de Saluian. interd. inſpect. 3. cap. 2. num. 430. hoc idem probare conatur latè Anna ſingul. 463. ſaluus conductus exequutionis rei iudicatæ, vel inſtrumẽti guarentigię, tradit Mieres in conſt. Catal. to. 2. collat. 6. cap. 27. num. 22.

Præterea quando pro parte ipſorum de

Mõfredo fuit ſupplicatum Principi pro delegatione cauſarum eorum creditorum ex cauſa mercaturę, quæ ſunt mere ciuiles inſpecta conſecutione dictorum debitorum, non per hoc videntur incluſæ cauſæ crimi-
4 nales in delegatione ipſa, Farinac. deciſ. crim.52. num.1. cum addit. tom.1. ex quo talis delegatio dicitur odioſa,& ordinaria fauorabilis, Marant. in ſpecul. par.4. d.5. num.30.vbi ſubdit num.38. quod cum delegata iuriſdictio deroget ordinariæ. Ideo reſtringenda,& ſuccedit regula, c. odia de
7 reg.iur.in 6. Marſil.ſing.296, & propterea ſicuti delegatus in criminalibus nõ cognoſcit cauſas ciuiles, Carau.in ritu 269.num. 12. Menoc.de arb. Iud.cent.1.q.82.num.3.
8 ita è contra in Iudice Ciuili, vt nõ cognoſcat de criminali ſubnectit, ibidem Menoc. num.8. Cum igitur cauſa liquidationis in-
9 ſtrumenti ſit criminalis, idem Carau. in ritu 166. num.24. Frecc. in tract. de præſ. inſtrum.p.6.num.1. & 2. nouiſſimè Galter. in praxi inſtrum. 3. p. rub. 4. num. 1. & 4.
10 merito includi nõ videbatur, ſicuti etiam delegatus in cauſa petitoria non cenſetur delegatus in cauſa poſſeſſoria, Oſaſc.deciſ. 90.num.10.

11 Demum de tali cognitione cauſarum liquidationis inſtrumentorum antiquitus ſola M. C. cognoſcebat ex quadam eius præheminentia,& non reliquę Curiæ,iuxta,iuxta Ritum 54. & ibi Carau.in princ.
12 Quamquam hodie talis poteſtas ſit dilata ad alias Curias Regni extra Neap. hoc proceſſit ex quodam priuilegio, ſicut ibidē teſtatur Carau.in fine num.1. & ſubiunxit
13 niſi ſpecialiter in priuilegio Baronū concederetur nullatenus ipſi de præſentationibus inſtrumentorum cognoſcerent, & ſic punctualiter deciſum retulit, Conſil.Rouit. in pragm.1.de liquid.inſtr. in fine, quare ex hoc videbatur affirmandum ſpecificam fieri debere mentionem de tali cognitione vt in ea delegatus potuiſſet procedere,&
14 non generaliter; exprimi enim non ſufficit verbis generalibus, id quod ſpecialiter eſt exprimendum, Pariſ.ad Bart.in l.ſancimus §.omnem C.de admin.tut. in verſ.omnem colum.3.

Nihilominus pro parte ipſorū de Monfredo dicebatur ante omnia eſſe attendendum reſcriptum, quod erat generale cauſarum ipſorum tàm actiuè,quàm paſſiuè,& ſic generaliter erat intelligēdum, ſicut lex
15 generaliter loquens generaliter eſt intelligenda, l.de pretio ff.de publ. in rem act.cū alijs adductis, per Barboſ. in opuſcul. V.I. lit.L. nu.39. quibus accedebat, quod dum verſebatur in delegato ad vniuerſitatem cauſarum generali,& non in delegato ſpeciali ad vnam cauſam quo caſu talis delegatus ad vniuerſitatem cauſarum dicere-
16 tur quaſi ordinarius, Abb.in cap.qualiter, & quando nu.3. de accuſ. eo maximè ſi eſ-
17 ſet delegatus Principis quoniam tunc ordinarius cenſeretur, idem in cap.paſtoralis num.2.de offic.deleg. quo circa dum ordinarius de omnibus cognoſcere potuiſſet, multo magis talis delegatus. Vlterius ſatis vrgebat præuentio facta ab ipſis de Monfredo, qui antequam conuenirentur à creditoribus adierunt Principem, eique ſupplicando de Iudice delegato in eorum cauſis, & ſic obtemptum, & in reſcripto inter cęteros creditores connumerabatur ipſa Liuia,quę fuit citata, & deinde p delegatū inhibitum omnibus curijs in forma,cui parendum erat,vt infra ſubiciam. Ideò procedi non poterat ad cuius ſimilitudinem infert, Muſcat.in praxi S.C. lib.2.p.1.gloſ.
18 in forma num. 81. quod data præuentione facta per debitorem,expedita citatione ſuper tenore inſtrumenti debitore inde comparente,& allegante præuentionem ſuperſederetur in liquidatione inſtrumenti,& eo magis ſi inhibitoriales fuerint expeditę, & intimatæ tàm Iudici, quàm Curiæ inferiori, & creditoribus, eo enim caſu nullo modo procedi poterit ad actum aliquem in præiudicium debitoris, & quidquid fuerit attentatum reuocandum, veniret per iura, & rationes ibi adductas num.82. etenim
19 de ſtylo Rotæ attentata omnia dicuntur, quæ geruntur poſt inhibitionem, Lancell. de attent. cap.12. limit.1. num.110. non
20 mirum ſi inhibitio Rotalis ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta eſſet facta poſt illam dicuntur attētata, Veral.deciſ.93.num.1.p.2.& propterea timenda,Rota deciſ.26.num.3. in antiquis, Puteus deciſ.345.in princ. p.2. Vnde conſultum eſt potius abſtinere quam temere celebrare, inquit text. in cap. ſignificaſti
21 2.de homicid, quibus etiam accidebat nulli
22 dubium eſſe delegatum Principis eſſe de maioribus iudicibus, Abb. in cap.de cauſis num.13. de offic.de leg. adeò, quod cum
23 delegatus eadem ſit perſona cum delegāte, Dec.conſ.143.nu.3. non mirum ſi Prin-
24 cipis perſonam in omnibus repręsētet eius delegatus,cap.paſtoralis de offic.ord.Reg. de Ponte de poteſt.Proreg.tit.de aſſenſ.Reg. §.6. num. 11. Vnde ſubſequitur, quod vbi ſuperior, ſemel manum apponit ad cauſam
25 committendo,vel aliter cognoſcendo non poteſt inferior in ea ſe aliquo modo intromittere, vt poſt Arch. Bald. in l. ſi vt proponis

ponis

ponis num. 12. C. quomodo, & quando Iud.
cum alijs adductis, per Surd. deciſ. Mantuæ
175. num. 5. Anna alleg. 99. num. 4. ſicuti è
26 contra non erit licitum inferiori contra
ſuperiorum iuſſus manus apponere, cũ in-
ferior, inquit tex. in cap. pęn. de maior. &
obed. ſuperiorem ſoluere, vel ligare, ſed ſu-
perior inferiorem liget regulariter, & ab-
ſoluet, & ſatis abſonum videtur, vt filius
poteſtatem habeat in parentem cum inde-
27 corum ſit patrem à filio regi, l. hijs, qui ff.
de tut. & curar. & legitur in Euang. Non
eſt diſcupulus ſuper magiſtrum.

Eoque impenſius in cauſa ipſa minimè
procedẽdum forè aſſenerebatur cum alias
28 de conſimili caſu altercatum eſſet contra
liquidationem factam in Curia Portulani
Baroli aduerſus prædictos de Mõfredo, fuit
per eundem Delegatum annullata, ex quo
poſt inhibitoriales expedita fuerat, & iuſ-
ſum quod omnia innouata ad priſtinum
reducerentur de anno 1624. & menſe Apri-
lis pœnes Hieronymum de Amico à man-
datis ſcribam, & pœna fiſco ſoluta eiſdem
reſtituta per Reg. And. Bari, & ſic fuit ſu-
ſuperſeſſum in procedendo die 7. Septemb.
1624. quo circa non obſtant in contrarium
29 adducta, & potiſſimum, id quod de Mora-
toria dictum eſt, nam illud intelligitur quo-
ties Princeps illam concederet, cum cau-
tione, & ſic cõtrarium obſeruari ſcribitur,
vt poſt Carau. ibi nu. 9. quem ſequitur Muſ-
cat. loco alleg. ampliantem talem conclu-
ſionem procedere etiam ſi Princeps nõ ex-
preſſerit talem cautionem eſſe præſtandam
30 reſcriptum valere etiam ſi à creditore nõ
peteretur cautio nõ præſtabitur, ut ſ. Ro-
uit. in prag. 1. num. 4. de præuent. moder.
ſequuntur idem citati Doct. Secundum au-
tem fundamẽtum corruit ex eo, quia cauſa
ſuper tenore inſtrumenti non eſt omnino
31 criminalis, Franc. deciſ. 353. num. 7. & in
deciſ. 162. nu. 6. & 15. declarat quando Ci-
uilis, vel criminalis dicatur, ſed potius eſſe
32 mixtę naturæ etenim cauſa Ciuilis, & Cri-
minalis dicitur quando pęna fiſco applica-
tur, & parti fit reſtitutio rei, Magon. deciſ.
Lucc. 91. num. 1. & ſic ſe habet cauſa liqui-
dationis inſtrumenti, immò quod potius
dicatur Ciuilis, quam Criminalis, tradit
idem Conſil. Rouit. in Pragm. 1. num. 34. de
offic. baiul. Vltimum fundamentum corruit
cum ex communi obſeruantia in omni Cu-
ria de talibus liquidationibus inſtrumentõ-
rum agatur, verumtamen quia in caſu non
verſabatur inter maiorem, & minorem
magiſtratum ſtantibus inhibitionibus ne-
quãquã ex ſupra relatis, vlterius procedi
poterat quemadmodũ in conſimili dicitur
33 quod Magiſtratu maiore adueniẽte ceſſat
minor, Affl. in conſt. honorem num. 1. vbi
caſus refertur ex quo lumen maius occu-
pat minus, ſubdit ibidem num. 4. ſicque in-
differenter per ipſos delegatos etiam con-
ſimiles cauſas inſtrumentorũ auocabantur
poſt liquidationem factam à Mag. Cur.
Vicar. vt percepi ab experto Iudice illius
quamquam hodie ex nouella pragmatica
edita die 27. Martij 1630. ſint omnes cau-
ſę delegatę ad ordinarios remiſſę, & per
eos in illis proceditur non obſtantibus de-
legationibus exceptis cauſis eccleſiarum
aliorumque locorũ piorum quoad exigen-
tias tantum ſummariè agitãdis, & tandem
pro coronide præmiſſorũ replicabatur per
eoſdem debitores non eſſe dubium, quin ob
decoctionem debitorum, ac graduationem
creditorum inſtrumenta, maximè annuo-
34 rum introituum fuiſſe reſciſſa ipſo iure,
iuxta inueteratam praxim, ac longeuum
ſtylum Tribunalium potiſſimum huius Re-
gni, de qua ſpecificè teſtatur Reg. Rouit. in
prag. 3. num. 13. & 22. de ceſſion. bonor.
quam exornat pluribus rationibus eſſe de
iure probatam, ac derinare, ex l. fulcinius
in princ. & in §. 1. ff. quibus ex cauſ. in poſ-
35 ſeſſ. eat. per quã permiſſa videtur immiſſio
in poſſeſſionem bonorum debitoris credi-
toribus, ita ꝙ vno immiſſo in poſſeſſionem
cęteri quoque immiſſi cenſentur, larè Me-
noch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 229.
alios allegat Manent. deciſ. Mantuæ 37. nu.
15. Coſta de port. ratæ. q. 115. n. 12. Maſtril.
deciſ. 126. nu. 11. ad 17. omnes vnanimiter
idem affirmantes eo, maximè quando con-
currerent pro rata ad pretium rei venditę,
& eſſent creditores eiuſdem tituli, & ha-
berent pariter ius exigibile, & ideo iudi-
cium redderetur fruſtratorium ſi aduerſus
decoctum intentaretur, & propterea non
abſque ratione hoc idem in graduatione
creditorum intelligendum eſſe perſpicitur,
etenim data reſciſſione contractum vigo-
re dictæ graduationis omnia inſtrumenta,
omneſque contractus aliorum creditorum,
licet non comparentium pęnes acta ab ini-
tio reſciſſa, ac reſciſſi pariter intelligan-
tur in ipſorum creditorum beneficium,
prout quoque nouiſſimè in facto occurrit,
nempè in graduatione patrimonij, Gaſpa-
ris Maijmoni contingit poſt venditionem,
cuiuſdam domus ſitæ al S. Sepulchro ad in-
ſtantiam creditorum graduatorum expoſi-
tam fuiſſe venalem aliam domum ſitam in
Platea Charitatis Neap. & concurrentibus
oblationibus, quæ demũ remanſit Fęlici de
Fuſco

Fuſco vltimo licitatori offerenti pecuniã
ſoluere incontanti, in quem omnes credi-
tores concurrebant, vt eidem liberaretur,
licet poſtmodum cõparuiſſet Antonia An-
fora pariter creditrix, quæ prius egerat
iure aſſiſtendi ſuper dicto domo in M. Cur.
adhuc tamẽ relicto iudicio prædicto apud
acta graduationis comparendo expoſuit,
ſibi eſſe ſatisfaciẽdum pro capitale, ac ter-
tijs decurſis replicabat hęres, Ioſeph Maij-
monius velle moram purgare ſoluẽdo ter-
tias decurſas eidem creditrici, nam reſpe-
ctu aliorum creditorum obtinuerat contẽ-
tamentum non procedi ad venditionem
domus, dicebat actrix ex duobus nõ potuiſ-
ſe impediri venditionem; Primò ex eo, quia
per dictam graduationem iam inſtrumen-
tum erat reſciſſum, nec poterat amplius
reuiuiſci, niſi iterum ſtipularetur. Item ſe-
cundo hoc fortius militabat ob alienatio-
nem corporis obligati, alterius domus
venditę per Iudicem adhuc etiam reſciſ-
ſum eſſe inſpiciebatur, nec releuari pote-
rat ob ſolutionem tertiarum præſentarum
ex pretio d. domus cum tale pretium erat
capitale, & ſine capitale remanebat inſtru-
mentum celebratum. Quinimò facta rela-
tione in M.C.V. per benemeritum Iud cẽ
illius Donarum Coppulam patriciũ Neap.
die 5. Ottobris 1630. deciſum fuit eſſe pro-
cedendum ad venditionem domus in cauſa
eiuſdem Ioſeph Maijmonij cum creditori-
bus d. quond. Gaſparis Maijmoni in Ban-
ca Sixti magiſt. Actorum, vnde comperitur
ex abſentia d. Actricis petentis aſſiſtẽtiam
in aliena Banca, non aliter audita in iudi-
cio concurſus creditorum fuiſſe admiſſam
ad eius prætenſionem reſtitutionis capitu-
lis, & tertiarum prætextu reſciſſionis eius
inſtrumenti ob concurſum creditorum cõ-
tingentis, licet non comparuiſſet ab initio
ſicuti cęteri quoniam reſpectu omnium in-
telligebatur reſciſſio facta, vt iure ptoba-
tum extitit, & hoc ob indiuiduitatem
cauſæ graduationum, Capibl. in 2. tom. de
baron. cap. 59. num. 7. & poſtmodum de-
cretum ipſius M.C.V. eodemmet referen-
te die 10. Ottobris eiuſdem anni, confir-
matum per S.C. in aula Regij Cõſiliarij Pe-
36 tri Antonij Carauitæ, adeò, quod poſt de-
coctionem mutatur ſtatus, Marta voto 84.
num. 8. & derecta eſt paupertas per quam
impeditur more porgario, inquit Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 708. num. 24. quo fit, vt
37 creditores vbi decoctor eſt præſens poſſint
in vnum cõuenire, & curatorem bonorum
eligere per quem bona diſtrahãtur, & poſ-
ſunt prætorem adire, qui ex conſenſu ma-
ioris partis eorum conſtituat, Stracch. in
38 tract. de decoct. in rub. num. 6. & ſic pra-
xis inoleuit in S.C. vt decocto adminiſtra-
tio interdicatur, & ei curator detur quo-
dammodo, vt conſeruet bona creditori-
bus, Præſes de Franch. deciſ. 55. num. 2. ex
38 quo ipſo iure tali adminiſtratione bonorũ
priuantur. Socc. conſ. 78. num. 2. volum. 4.
Bald. conſ. 249. Camill. de Medic. conſ. 98.
num. 25. quos probat Baldax. de Angel. ad
Gizarell. deciſ. 80. num. 5. & ſic graduatio
ipſorum committitur citatis omnibus cre-
ditoribus, maximè in liberatione depoſiti,
Conſil. Theod. alleg. 39. num. 3. qua facta, &
40 cõmiſſa, nedum per eam debitor decoctus
iudicabitur, ſed etiam omnes contractus
41 ab ipſo geſti habentur pro reſciſſis ſicuti,
idem Reg. Rouit. eod. loco teſtificatur, &
rationem reddit num. 25. ex duabus cauſis
hoc procedere. Primò ex eo, qui cum fue-
rit promiſſum in inſtrumento ſolutionem
tertiarum, & non deficere per ipſam deco-
ctionem pauper efficitur, & ſic contractus
reſoluitur, vt agi non poſſit contra eum,
42 quia inanis eſt actio, quam debitoris ex-
cludit inopia, ad tex. in l. namis ff. de dolo
cum alijs adductis, per Barboſ. in opuſc.
Princip. iuris lib. 1. num. 5.

43 Sed verius, quia fallitus pro abſente ha-
betur, & ſi fuerit datus curator bonis ille
poterit conueniri, Rota Genuæ deciſ. 91.
nu. 26. eò magis ſi bonis ceſſerit, nam tanto
44 magis cõueniri potuiſſet, Stracch. vbi ſupra
par. 3. tit. 14. Matteus Brun. de ceſſion. bon.
14. q. principali num. 1.

Secundò, quia ex ſpetiali pacto aliena-
tionis corporis fit reſciſſio contractus, vt
latè deductum fuit in 3. par. noſtri Cõpen-
45 dij, & deciſum pluries pro S. C. retuli in
verbo reſciſſio contractus inde.

Succedente venditione bonorum deco-
cti ad inſtãtiam creditorum fit pariter re-
46 ſciſſio ipſo iure, vt idem Reg. proſequutus
eſt, & non mirum ſi tales contractus reſol-
uantur quemadmodum etiã decocto mer-
47 catore omne mandatũ, & omnis commiſ-
ſo dicatur reuocata, Rota Genuæ deciſ. 3.
num. 31.

48 Quæ de re ſtante iuris reſciſſione opus
non eſſet iterum ab homine contractus re-
ſcindere, nam ſemel reſciſſum amplius re-
ſcindi non poteſt, vt infra in voto 44. de-
ducã, vnde praxis inoleuit ſecundũ aliquos
Cõmiſſarios S.C. in cauſis decoctorũ mãda
49 re M.C. ne procedat ad liquidationẽ cõtra
decoctum, nam ſi pro bonis hoc agere pre-
tendant creditores aliqui ſunt iam in poſ-
ſe Iudicis, coram quo comparere tenetur,

vt tra-

vt tradit ibi Theodor.ſin autem per perſo-
ſonali actione, idemmet Iudex ſolet con-
cedere licentiam capturæ, & ſic fuit inter
cętera practicatũ in cauſa Ducis Bernaudi
coram D. Meliore in banca Cuſini.
Sed quia hæc praxis aduerſati videtur
Regiæ Pragmaticæ 47.de offic.magiſt.iuſt.
per quam fuit inhibitum M.C.ne conſimi-
50 les faciat prouiſiones obligationum, in-
cuſationes ſi ſimiliter,& liquidationes in-
51 ſtrumentorum pet Regios Conſiliarios in
praxi etiam receptũ,vidi quando inhibent
M. C. V. dummodo decernere,vt non im-
pediantur liquidationes inſtrumentorũ,&
obligationum incuſationes, tutius aliqui
Cõmiſſarij delegati permictũt fieri liquida
52 tiones in M. C. ſed ſuccedente caſu rela-
tionis faciendæ in S. C. ad inſtantiam de-
cocti ea audita per S. C. mandatur, vt cau-
ſa remaneat in S.C.coram Iudice prædicto,
qui de cauſa decoctionis agnoſcit, & ſic v-
troque modo practicari cõperitur,& quod
talis reſciſſio iuridice procedere videtur,
aduertendum duxit Reg. Rouit. vbi ſupra
53 nu.26.quod eo ipſo,quod creditores com-
parent petunt à Iudice ſequeſtrum, ac bo-
norum venditionem, vt de pretio ſatiſ-
fieri poſſint tàm pro capitale, quam pro
tertijs, & inde ſuccedẽte litis conteſtatio-
ne intelligitur reſciſſio facta præcedente
voluntate creditoris,idem in conſ.37.nu.1.
tom. 2. quod ſiquidem capitale licet peti
non poſſit ex tali concurſu creditorum peti
poſſe non ambigitur, vt retulit Milaneſ.
deciſ. Sicil.2.lib.2.num.16. ſeruata tamen
prærogatiua prelationis,inter eos poſtquã
quando creditores plures concurrunt erit
54 videndum quis eorum potiora iura habẽt,
& interim fit ſequeſtrum, & expediuntur
mandata, Muta deciſ.Sicil.24.nu.1.taliter,
55 quod ſi creditot miſſus ſit in poſſeſſionem
prefertur nõ immiſſo in inſtrumẽti execu-
tione, Giurba deciſ.61.nu.3. nam iſto caſu
præfertur, Coſta conſ.54.num.31. & ſi eſſet
anterior pariter præfertur poſteriori prius
immiſſo ſubdit, ibi Giurba num. 13. ſed
56 ſi creditor miſſus fuerit cũ alio creditore
miſſo in prælationis atticulo, rectè diſpu-
tat quis in re executa præferendus ſubdit
num.19.& ita in graduatione peragendum
57 erit, etenim in tali graduationis commiſ-
ſione, vti ſummaria non tenentur credito-
res facere litem formatã,ſed liberatio erit
facienda illis quorum iuſtitia magis liquet
Conſil.Theodor.d.alleg.39.nu.4. quemad-
modum ſi fuerit facta reſciſſio contractus
58 alio modo,& ex hijs proculdubio cenſetur
reſciſſio tacitè petita cum ſit præambula
ad conſequutionem capitalis alias eſſet
cogere venditorem inuitum ad redimen-
dum contra formam bullæ.

SVMMARIVM.

1 *Fuga militis à bello crimen eſt militare, & capitale tàm de iure cõmuni, quàm Regni.*

2 *Pœna militis aufugientis eſt mortis, ſed in Regno eſt triremium ad arbitrium Iudicis ex cauſa ſic deciſum pluries.*

3 *Cauſa militum coram magiſtro militum agitantur.*

4 *Iuriſdictio in milites de iure ſpectat ad ſuperiores belli non autem ordinario,& cis remiſſio fieri debet.*

5 *Iuriſdictio exerceri non poteſt in non ſubditum.*

6 *Iudex ordinarius nequit agnoſcere de cauſa cuius iuriſdictio eſt alteri attributa.*

7 *Iudex debet eſſe certus de ſua iuriſdictione,& de ea non dubitare.*

8 *Iudex cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio, maxime in dubio.*

9 *Iuriſdictio licet in perſona reſideat extat tñ in territorio,licet alij contra teneant.*

10 *Feudum eſt homo mutus vtens miniſterio feudatarij.*

11 *Iuriſdictio conceſſa videtur conceſſo caſtro.*

12 *Imperium merum, & mixtum ſub conceſſione feudi continetur.*

13 *Iuriſdictio ſuper territorio, ita ſe habet ſicut nebula ſuper padulem, quæ generatur per actiuam potentiam ſolis.*

14 *Iuriſdictio eſt quid indiuiduum tota in toto,& tota in qualibet parte ipſius.*

15 *Iuriſdictio cohæret territorio paſſiuè.*

16 *Delinquens in alieno territorio efficitur de eius foro non tamen naturaliter, ſed accidentaliter num.17.*

18 *Iudex delicti puniri poteſt delinquentem in eius territorio, licet alias non ſit de eius iuriſdictione.*

19 *Iudex delicti offenditur non originis.*

20 *Iniuria maior ſit Iudici delicti, quam Iudici originis, vel domicilij.*

21 *Proreges principaliter offendũtur ex delictis commiſſis Neapol. eiuſque Caſalibus, ideo non remictuntur eorum Iudicibus.*

22 *Delictum tribuit iuriſdictionem in delinquentem alieno Iudici.*

23 *Iudex delicti cæteris præfertur.*

24 *Delicta commiſſa in loco exercitus iudicantur per Iudice illius.*

25 *De-*

25 *Delinquens in exercitu erit puniendus à Duce illius non autem à Iudice loci, vbi delinquit.*
26 *Delinquens ſortitur forum vbi is fuerit conteſtata.*
27 *Duo vincula magis ligant.*
28 *Tempus delicti attendi debet ad fundandam iuriſdictionem, & maximè in publicis delictis non obſtante mutatione ſtatus num. 29.*
30 *Iudex originis, ſeu domicilij cognoſcit de delictis commiſſis ante mutationem ſtatus rei.*
31 *Poſt liminium conſideratur in filio capto ab hoſtibus, vt reuerſus incidat in patriam poteſtatem, & ſic de ſimilibus.*
32 *Deportatus captus ab hoſtibus reuerſus in ſuam cauſam redit.*
33 *Dominium ſuſpenſiuè tranſlatum reſoluto cõtractu redit ad ſua principia attratiua.*
34 *Iudex ille præfertur, qui præuenit in captura rei data paritate inter Iudices.*
35 *Iudex delicti iuriſdictione ſint videtur in delinquentem quando delinquens ibi reperiretur.*
Iudex capiens malefactorem intelligitur præuenire in citatione, ideo ſemper præferendus.
36 *Captura eſt citatio realis.*
37 *Præuentio inter æquales Iudices pro eodẽ delicto commiſſo verſatur habentes cumulatiuam iuriſdictionem.*
38 *Iuriſdictio Iudici præuenienti acquiritur, & in eum conſolidatur.*
39 *Delinquens in loco delicti repertus à Iudice loci ipſe contra eum procedit, & ab eo banniri, & bonis cõdemnari poterit.*
40 *Præuentio acquiritur per capturam informationis, & citationem.*
41 *Præuentio realis præfertur perſonali.*
42 *Iuriſdictio aliorum excluditur per præuentionem rei capti.*
43 *Iuriſdictio præuenti Iudicis omnis eliſa erit ſi alter præueniret, qui competens eſt.*
44 *Iudex incidenter cognoſcit de eo, quod principaliter non poteſt.*
45 *Iudex incidenter cognoſcens de crimine poteſt de illo per inquiſitionem cognoſcere etiam ſi eſſet incompetens num. 46.*
47 *Fur contrectando rem alibi cõmictit furtum.*
48 *Iudex contrectationis rei furtiuæ eſt competens.*
49 *Seruus aufugiens commictit furtum ſui ipſius.*
50 *Fur per contrectationem rei mutat ſuam conditionem.*
51 *Iuriſdictio quando principaliter, & incidenter ratione territorij firmatur.*
Fugiens de vna Ciuitate punitur in alia confœderata in qua deliquit.
52 *Fugitiuus non habet certum locum, nec certum forum, ergo vbique eſt forum.*
53 *Remiſſio inter Iudicem delicti, & contractationis non admictitur.*
54 *Fugitiuus captus à non ſuo Iudice ab eo puniendus.*
55 *Iudex domicilij vbi reus captus eſt contra eum procedit non petita remiſſione rei.*
56 *Remiſſio militis capti ſit ad Ducem belli quando ipſe præſens eſſet.*
57 *Deſertor quis dicatur.*
58 *Miles deſertor cognoſci poteſt à nõ ſuo Iudice, & ſic competente ratione delicti commiſſi.*
59 *Pœna vulnerum illatorum, quæ nam ſit.*
60 *Titulus ſolus delicti non facit quem eſſe reum.*
61 *Fuga delictum in milite deſertore plenè probatum dicitur, vti proprium non vti ſignum delicti.*
62 *Fuga fugientem accuſat.*
63 *Fuga de perſe eſt maleficium.*
64 *Fuga probata dicitur eſſe crimen probatũ nec aliud requiratur, vt puniri non poſſit.*
65 *Attentatio fractionis carceris, an punibilis ſit.*
66 *Inſtrumenta tonſionis monetarum reperta pœnes aliquem faciunt inditia.*
67 *Aſportatio pugionis in Regno eſt prohibita.*
68 *Antiquitas delicti pœnam releuat qualiter procedat num. 76.*
69 *Contumacia delictum eſt.*
70 *Contumacia dolus dicitur.*
71 *Contumax dicitur doloſus.*
72 *Creſcente contumacia creſcit pœna.*
73 *Pœna grauior eſt in contumacia perſeuerata.*
74 *Seueri eſſe debemus contra perſeuerantes in contumacia.*
75 *Contumacia pœnam cumulat.*
76 *Reiterata contumacia quid operetur.*
77 *Delinquens aliquando tria fora ſortitur.*
78 *Iudices originis delicti, ac domicilij inquiſitiones formare poſſunt reumque punire.*

ARGVMENTVM.

Iudex originis domicilij, & delicti

ꝺti competens effectus inde incom-
petens per mutationem ſtatus Rei
quo tempore etiam delicta commi-
ſerat, an reducto ſtatu rei ad priſti-
num cognoſcere poſſit tam de deli-
ctis ante exemptionem patratis, quã
tempore exemptionis, ita quod cõ-
petens pro illis etiam reddatur.

Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperaui.

VOTVM XVI.

DOnatus Antonius alias Tonnus Roma-
gnolus vulgò dello Repueſo nũcupatus,
Ciuis originarius Monop. de pluribus de-
lictis imputatus commiſſis tàm in dicta Ci-
uitate, quàm extra territorium, ſe demum
militię æqueſtri aſcripſit, & in Statum Me-
diolani cum militari cohortę ſe contulit,
vbi per certos menſes moram traxit, ſed
inde derelicta militia in patriam reuerſus
ſecretè practicando. accidit quod noctis
tempore cum fuiſſet captus per certam
hyſpanorum cohortem inſimul cum Ioan-
ne Leurano, & ductus in carceres, & reper-
tus cum pugione contra formam Reg. Pra-
gmat. prætextu attentati recapti ab eo in-
tentati per intermediam perſonam d. Io.
mãdararij inperſonã Io. Baptiſtæ Affitatis
V.I.D. cui fuerat præſentatum villectum
quo petebantur ducati biſcentum ad hoc,
vt quietè viuere potuiſſet alias animalia, &
territoria damnis afficerentur, & vnitis o-
mnibus informationibus cõtra ipſum exi-
ſtentibus, & compilato proceſſu; fuit apud
me dubitatum ſi contra eum procedi po-
tuiſſet, tum quia erat miles, & delictum mi-
litare commiſerat aufugiendo à militia,
1 quod erat delictum capitale pœna dignum
tàm attenta diſpoſitione iuris communis,
l. non omnes §. in bello ff. de re milit. & l.
omne delictum, Ferect. in tract. de iuſto, &
iniuſto bello num 71. qui in tract. de milit.
iuſtit. & depen. deſert. &c. num. 92. cum
ſeq. per varia exempla occurſa demõſtrat,
2 ſed etiam de iure Regni noſtri, vt in Prag.
2. §. che il ſoldato, ilquale dopò, che ſarà
de milit. quamquam communiter ad trire-
mes illos condemnari viderim, multoties
in contingentibus caſibus adhibita dixtin-
tione, vt ſi ex militia aufugerint perpetuò
ad remigandum mittuntur, & quandoque
ad ſuſpendium iuxta facti qualitatem,
aut à commitiua militum præparata ad
remigandum nodum ad deſtinatum locum
militię conducta, quo caſu pœna tem-
poralis triremium locum ſibi vendicaret
quemadmodum ſeruari vidi proximis die-
bus in milite fugitiuo à cohortæ per Reg.
Conſil. Io. Franc. Sanfelicium delegatum
cauſarum militum, & proinde tàm pro di-
cto fuge crimine, quàm pro alijs videbatur
non poſſe procedi cum ipſorum cognitio
3 ſpectet ad magiſtros militum, ſicuti nedũ
communi iure cautum eſt, vt per Iul. Clar.
in §. fin. quæſt. 35. verſ. quero modo quis ſit,
& q. 38. verſ. quæro etiam Ferret. d. tract.
de milit. iuſt. num. 152. Frecc. de ſubfeud.
lib. 1. tit. de orig. feud. num. 30. Scappa in
tract. de iure non ſcript. lib. 3. cap. 3. & Ca-
ball. reſol. 225. num. 24. tom. 3. Franc. in
deciſ. 88. num. 1. dicens quod magiſter mi-
litum merum habet imperium in milites,
4 adeò, quod iuriſdictio militum de iure cõ-
muni pertinet ad ſuperiores belli, & non
ordinariæ iuriſdictioni iuſtitiæ ex pluribus
probat, Conſ. Matth. Patin. in tract. de Iud.
& priuil. mil. num. 10. inter opera Conſ. Ro-
uit. ſub tit. de milit. & eis fieri debet remiſ-
ſio, vt ſubdit num. 29. ante cum Angel. in l.
ſi miles num. 1. ff. de exhib. teis, ex eo, quod
5 iuriſdictio exerceri nõ poteſt in non ſubdi-
tum, Gram. deciſ. 61. num. 7. Sed etiam de
iure noſtri Regni, vt patet in vulgatis Pra-
gmaticis ſituatis in tit. de militib.
Quo circa ex hijs comperitur incompe-
tentia vrgeri, & dubioſam quodammodo
6 iudicandi poteſtatem ineſſe, ex quo Iudex
ordinarius non poteſt cognoſcere de cau-
ſa, cuius iuriſdictio ſpecialiter eſt alteri at-
tributa, Cepol. conſil. ciuil. 64. num. 16. eo-
7 que magis quoniam Iudex debet eſſe cer-
tus de ſua iuriſdictione, & de ea non dubi-
tare, Gram. in conſ. 1. de foriudic. num. 54.
& voto 11. num. 7.
Sed quia à iure non eſt improbatũ, quin
8 Iudex de ſua iuriſdictione cognoſcere poſ-
ſit, And. Gail. lib. 1. obſeru. 34. num. 1. &
obſeru. 48. num. 11. eo maximè ſi eſſemus
in dubio, idem in tractat. de pignorat.
obſeruat. 15. ſub num. 1. & conſequenter ſe
competentem declarare.
Propterea duxi ex infra dicendis ra-
tionibus potuiſſe contra ipſum militem
etiam de tali delicto fugæ cognoſci circũ-
ſcriptis alijs delictis commiſſis, præſuppo-
ſito, prius iuriſdictionis ordinariè funda-
mento, conſpicitur eſſe mixtam, quę & ſi in
Iudice fundata ſit in perſona, extat tamẽ in
re hoc eſt in territorio, Bald. in l. cum ſci-
mus

mus num.2. C. vbi & apud quem Curt. in l.
imperium num. 102. ff. de iuriſd. omn. Iud.
& ibi Bald. Gaball.millel.42. num.2. cui ad-
uerſari videtur, Clapper. in tract. de imper.
& iuriſd. concluſ.1.num.4. vt non aliter ter-
9 ritorio, ſed perſonæ coherere videatur, tam-
quam in ſubiecto agente, ſecundum Bart.d.
l.1. num.15. Alex. Dec. & Curt. ibi relatos,
Foller. ex mente Iacob.in ſua praxi Crimin.
Rub.Aud. excuſ.num.140. vt cohereat per-
ſonæ, & non territorio, & ibi alia deduxit,
quod verum eſſe non ambigitur quemadmo-
10 dum de feudo dicitur, vel caſtro, quod eſt
homo mutus, & ſurdus vtens miniſterio ſui
feudatarij, vt vice ſua tamquam organum, &
pica ſe gerat, ita Capy. deciſ.1. num.8. Reg.
de Ponte in lect.feud.a1.num.5.

Et eandem opinionem confirmat ex men-
te eiuſdem, Bald.in cap.1. ff. è contra de in-
ueſt. de re alien.fact.idem Cap.deciſ.27.num.
36. vt ipſa iuriſdictio non cohereat territo-
rio, ſed vt cumq; ſit negari non poteſt, quin
ob ſubiectum, quod eſt territorium ipſa cō-
11 cedatur hinc eſt, quod conceſſo Caſtro cen-
85 contingit in S.C. Iudicari in cauſa Anelli Giuuo cum creditoribus, Ioſeph Giuuo per Reg. Conſil. Fabium Capiccium Galeotum, penes Figliolam, fuit tamẽ conceſſa repulſa aduerſus teſtes examinatos ad reuelationẽ ex comunicę repetitos in S.C. de anno preſenti, 1629.

SVMMARIVM.

1 *Gabella impoſita venditoribus,an per indirectum emptoribus videatur eſſe impoſita,& quando procedat.nu.16.*
2 *Concedi non debet idquod directè fieri non poteſt,vt per indirectè fiat.*
3 *Emptor,& venditor ſunt corelatiua.*
4 *Corelatiuorum idem iudicium diſpoſitum in vno trahitur ad aliud.*
5 *Regula corelatiuorum eſt parium, & ad ſimilia extenditur.*
6 *Emptor, & venditor ad imparia non debent iudicari.*
7 *Emptor ſi non tenetur ſoluere gabellam ab ea intelligitur, etiam venditor exemptus.*
8 *Gabella impoſita emptori vini comprendit venditorem ob quod videtur tollere imunitatem eccleſiæ per indirectũ quod non eſt permiſſum.*
9 *Imunitas eccleſie per indirectum non poteſt grauari ad ſolutionem gabellæ exiſtente eius imunitate,& clericorum.*
10 *Qui omne dicit nihil excludit.*
11 *Statuta de gabellis loquẽtes generalit omnia comprendit.*
12 *Imunitas conceſſa perſone pro omnibus bonis eſt quid vniuerſale.*
13 *Imunitas eſt fauorabilis.*
14 *Exempti, & imunes non comprehenduntur in impoſitione gabella niſi ſpecie dictum fuerit.*

15 Em-

15 *Emptores in dubio ſemper aſtringi videntur in gabella ſimpliciter impoſita ſicuti etiam gabella impoſita conductori eam ſoluere non tenetur locator n. 16*
17 *Diſpoſitio quelibet erit intelligenda rebus in eodem ſtatu permanentibus.*
18 *Immunitas à muneribus concesſa intelligitur de hijs que tunc currebant.*
19 *Immunitas concesſa à collectis ſi poſt conceſſionem ſuperuenerit bellum nouum ob quod fuerit impoſita collecta an teneatur Ciuis.*
20 *Immunitas concesſa alicui nō militat quādo imponeretur pro neceſſitate Regis.*
21 *Fiſcalia ſunt de regalibus.*
22 *Fiſcalia Regi debentur tām de iure communi, quàm Regni.*
23 *Tributum quare Regi debetur.*
24 *Prouiſio R.C.& Coll.Conſ.circa. Immunitates gabellarum militum recenſetur.*
25 *Immunes debent ſe proteſtari quando agitur de impoſitione gabellę, & contra milites iudicatum.*
26 *Conſuetudinis,& ſoliti magna eſt vis.*
27 *Conſuetudo eſt altera natura.*
26 *Conſuetudo vincit legem ſicut vna lex vincit aliam.*
27 *Priuilegium interpetrationem ſumit per poſſeſſionem.*
28 *Immunitas eatenus extenditur de vno ad alium quatenus pactum vel cōſuetudo non ad eſſet alias ſecus.*
29 *Immunitas ſtricti Iuris eſt ideo reſtringenda num.30.*
31 *Onera non ſoluentes petentes immunitates tractant de damno vitando.*
32 *Immunis idem eſt quod idemnis.*
33 *Extenſio qualiter fiat quando ſumitur in caſu partim fauorabile partim odioſo, & ſic in caſu mixto.*
34 *Ius publicum, vel priuatum quando debet preferri in caſu partim fauorabili partim odioſi.*

ARGVMENTVM.

Immunitas conceſſa emptoribus, an extendatur ad Gabellas venditoribus impoſitas quaſi quod per indirectum ipſi immunes tenerentur ad eas ſoluendas.

Intende voci orationis meę Rex meus, & Deus meus.

VOTVM XVIII.

ALpherius Sebaſtianus della Cueſta, & Marcus Ximenes milites hiſpani degētes in Ciuitate Monopolis pro ſeruitio illius Caſtri pretendentes ne dum ſolitas imunitates militibus conceſſas per Reg.Cam.ab omnibus gabellis collectis, & impoſitionibus pro vſu earum perſonarum, & domorum gaudere; ſed pariter imunes eſſe à quadam gabella, quę reperiebatur impoſita per dictam Ciuitatem prævio Regio aſſenſu venditoribus piſcium, vini, olei, & herbarū (prout eſt in Hiſpania refert Azeued.tit.17.lib.9.l.19.per totam) ſoluēdi cauſa fiſcales functiones, etiam illa gaudere aſſignando rationem illam eum per indirectū veniret illis impoſita gabella predicta,eo quià tāto carius vēditores predicta vēdebāt emptoribus, & ſic in directè eorum iuribus
1 fraudari videbantur, prout in terminis conſiderat Soce.ſen.conſ.72.ſub num.3.vol.4.ibi nam dicunt iſti quod ſi ſoluant gabellas, qd hoc plus imputabunt domino,& conſequenter gabella ſolueretur à domino qui eſt immunis vnde non debet concedi per indirectum
2 ex actio gabellarum à domino quod directo non conceditur, vt in reg. cum quid vna via de reg. iur. lib. 6. ex traditis in terminis per Hieron.Gabriel.conſ.161.vol.2. preſertim num. 3. Imò preſuppoſita correllatiui-
3 tate que ineſt inter emptorem,& venditorē, eo quod emptor,& venditor ſint corelatiui Anna in conſt. conſtitutionem diue memoriæ num.256.ſuccedit regula illa correllatiuorum,idem eſt iudicium,& de vno diſpoſi-
4 tum trahitur ad alterum l.fin.ff. de acceptil. cum alijs adductis, & cumulatis nouiſſimè per Barbos. in ſuo Opuſc. Princip. vtriuſq; iuris lit.C.num.76.vbi in fine dixit,quod regula correllatiuorum eſt regula parium l.
5 Iulianus,§ ſi procurator.ff.de Act. emp. vt in terminis in immunitate cōceſſa locatori q; ēt ad conductorem extenditur ex Meno.tradit Coſta de Remed.ſubſid.remed.114. num. 11.vbi etiam ad emptorem porrigi dixit, & ideò non debent ad imparia iudicari emptor & venditor Franc.dec.225.num.2.vnde benè dixit Borgn. dec.Fiuizan.27.num.50.p. 2. ad noſtrum propoſitum gabellam ſoluere ſi nō tenetur venditor ab eius ſolutione intelligitur etiam exemptus emptor idem è contra vti correllatiui, per quam regulam, & alias rationes cōcludere videtur Gratian.diſcept. Forenſ.cap.390.num.1. & ſequent,quod gabella impoſita emptori vini comprehēdere videtur venditorem,& è contra propter qd tollere

tollere videtur imunitatem eccleſiaſticam,
& clericis obeſſe per indirectum ex Bal.
conſ.31.lib.1.verſ.ſolutio prima, probat nu.
9 5. quod nullo modo eſt permiſſum immo
prohibitum cum imunitas eccleſie per indi-
rectum non poteſt grauari Macerat. var.re-
ſol.lib.1.reſol.111.num. 32. vbi plures alle-
gat ſtante quod clerici regulariter ſunt imu-
nes à gabellis, & ab alia quauis ſpetie ſolu-
tionis ad tex.in c.quamquam de cenſ.in 6.cũ
alijs adductis per Scipionem Ianuar. in re-
gul.31.clerici vbi in ampl.11.ad noſtrũ pro-
poſitum tradit ampliando regulam quod
emptor debet ſoluere Gabellam l. debet.ff.
de Euict.fallit in eccleſia,quia venditor ſol-
uet,& Bal.in Auth.niſi periculũ C.ſine cenſ.
vel rel.ex quo patet, quod nec per indirectũ
lædi debet eccleſia de quo ſatis per Gratian.
tom.2.diſcept.forenſ.cap.390.per totum hijs
tandem freti rationibus, aderant Regiam
Cameram, à qua obtinuerunt prouiſiones in
forma mandantes eos gaudere virtute de-
creti generalis omnibus imunitatibus ga-
gabellarum impoſitionum fiſcalium,& alio-
rum iurium,ex quibus eliciebatur in eorum
fauorem regula trita in iure qui omne dicit
10 nihil excludit ad tex.in *l.* Iulianus.ff. de leg.
3. ſicque lex generaliter loquens debet in-
telligi generaliter l.de pretio.ff. de publ. in
rem act. cum alijs recollectis per Barboſ. d.
11 opuſc.lit.l.num. 29.Ita etiam in ſtatutis ge-
neraliter loquentibus de Gabellis firmat
Socc. ſen. conſ. 72. in primo vol. 4. eo am-
plius cum dicta imunitas ſit fauorabilis ſicu-
12 ti imunitas conceſſa perſonæ pro omnibus
13 bonis eſt quid vniuerſale Marot. reſp.20. n.
1.Bertazol. in addit.ad conſil.ſui Genit. 333.
lit. C. ad quod facit regula vulgata fauores
eſſe ampliandos e.odia de reg.Iur.in 6.Repli-
cabatur ex parte altera ſcilicet ipſius vniuer
ſitatis & dicebatur gabellã ipſã fuiſſe impoſi-
tã ab eadem vniuerſitate accedente regio aſ-
ſenſu pro ſolutionibus fiſcalium, quo caſu
quando gabella, ab vniuerſitate imponere-
tur cum auctoritate Regis, non erint tunc
14 exempti imunes,niſi in ſpetie dictum fuerit,
prout ex multis probat Maſtrill. dec. Sicil.
256.num.1.propterea dum expreſsè gabella
ipſa non fuerat impoſita emptoribus, ſed
venditoribus conqueri non poterant milites
ipſi emptores,poſtquam gabella ſimpliciter
15 impoſita ſemper emptores in dubio aſtrin-
gi videntur ex Bal. concludit Roman. ſing.
188. vbi Pignol. alios citat Caball. millel.
121.p.1.Gozad.conſ.65.num.2. Ioſeph. Lu-
dou.dec.Peruſ.113.num.3.Borgn. dec. Fiuiz.
14.nu.5.p.2.Gabed.dec.Luſit. 113. nu, 6.p.2.
Gratian.diſcept.Forenſ.cap. 549.num, 32. &
33.Socc.conſ.247.num.2.p.2.ſed cum in caſu
16 citato non aliter de emptoribus,mentio fa-
cta erat,ſed de venditoribus tantum,merito
grauari non videbantur ſicuti gabella con-
ductori impoſita à locatore non ſoluitur,
Medic.conſ.96.num. 6. nec predictis afficere
poterat ratio allegata,ꝙ per indirectum vide
rentur grauari,nam huic obiectioni reſpon-
det Socc.d.conſ.72.ſub nu. 3.& replicabatur
pariter adductis per Grat.d.c.390.qui loqui-
tur quando citra aſſenſum apoſtolicum ga-
bella imponeretur huiuſmodi, ceterum au-
17 tem cum quelibet diſpoſitio intelligi debeat
rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu per-
manentibus l. quod ſeruius.ff. de cond. ob
cauſam cum adductis per Barboſ. d. Opuſc.
lit.d.num.28. Idcirco imunitas à muneribus
conceſſa debet intelligi de hijs,quæ tunc cõ-
currebant Paul.Caſt.in l.ad inſtructiones nu.
3.C. de ſacroſ. Eccl. adeò quod ſi eſſet alicui
18 conceſſa imunitas à collectis, & poſt con-
ceſſionem inducatur noua propter guerram
ſuperuenientem,vtique ad illam ſoluendam
teneretur, idem in l. ſi ex toto ſub num. 4.
& 5.ff.de leg.1. vbi optima additio alios alle-
19 gat Ang.in l. ſi fundus num. 2.ff. de pignor.
Mandell.late conſ.1.vol.1.Boſſ.in tit.de Prin
cipe num.140.Oſaſc.dec. Pedemont.91.num.
1.Viuius in Sylua comun.opin.in opin. 367.
idemq. dicendum erit, ſi pro alia neceſſaria
cauſa Gabella imponeretur prò neceſſitate
regia,quo etiam caſu imunitas conceſſa ali-
20 cui nõ cõprehẽderet,& onera futura,prout
nec ea què imponuntur pro neceſſitate Re-
gis probat Maur.Iun.alleg.55.num.13. Ideò
cum fuiſſet talis gabella jmpoſita pro ſolu-
tionibus fiſcalium, & aliorum iurium, quæ
21 ſunt de regalibus Anna alleg.36. num.6. &
Regi debentur tàm inſpecta iuris communis
diſpoſitione, quam Regni Reg. Rouit.In
prag. 1. de iur.& extract. fiſcal. num.1.& 5.
22 propter quod neceſſitas illas ſoluendi vni-
uerſitati iniũcta, redũdare videbatur in Re-
gis neceſſitatem ob cuſtodiam Regni, vt in-
23 curſiones hoſtiũ repelleret cuius rei cauſa
tributũ debetur.Affl.in c.illicitas nu.7.ꝙ ſint
regal. quapropter habito recurſu ad eandẽ R.
C.per dicta vniuerſitatem hec,& alia cumu-
lando,recenſuit ſolitũ eſſe de preterito om-
nes indifferenter ſoluiſſe illam, ſine excec-
24 ptione immunitatis, & ita alias per literas
Regis Collact.Conſil.in eademmet imunita-
te gabellę piſcium apparebat controuerſum
fuiſſe per Regium Caſtellanum eiuſquę mi-
lites,imò, & per eoſdemmet actores non
25 aliter ſe proteſtantes tempore ſolutionis
cuius rei cauſa optimè facit deciſio ſimilis
Hieron. de Laurent. Auenion. 205. num. 9.
ibiq;

ibique refert contra milites pronunciatum,
prout per eandem R. C. deinde reſcriptum,
vt ſolitum ſeruaretur circa talem ſolutionẽ,
& ſic pariter mandatũ per eandem Reg.Cam.
vnde occaſione ſumpta præuio termino iu-
ris ad probandum de ſolito, quod proculdu-
bio exactiſſime per fide dignos teſtes probatũ
fuis omnes ſoluiſſe gabellam, nulla perhabita
imunitatis exceptione dicebatur per ipſam
Vniuerſitatem, illud eſſe intrepidè obſeruan-
26 dum, quemadmodum de iure ſit determinatũ,
etenim magna eſt ſoliti, ſiuè cõſuetudinis vis,
& maximè, quando eſſet probabilis Gloſ. in l.
obſeruare verſ. conſuetudinis de offic. procõſ.
27 & conſuetudo eſt altera natura eadem Gloſ.
in l. ſiquis verſ. conſuetudo ff. de lib. & poſth.
quæ vincit legem ſicut vna lex vincit aliam
28 d. Gloſ. in l. de quibus ff. de leg. hinc quemad-
modum priuilegium interpretationem ſumit
ex poſſeſſione Franc. deciſ. 22. num. 5. & deciſ.
65. num. 6.

Ita Gabellæ ipſius exactio generaliter fa-
cta, & ſic continuandam in tantum, quod ea-
tenus imunitas extẽderetur de vno ad alium
quatenus pactum, vel conſuetudo non adeſſet
alias ſecus ita ex Guid. Papa Boſſ. Theſaur.
Alban. & Carroc. confirmat ibi Coſta: Vnde
ad vberiorem Vniuerſitatis tuitionem conſi-
29 derabatur talis imunitatis materia de ſe ſtri-
ctiiuris eſſe Alex. conſ. 125. nu. 10. lib. 2. Franc.
deciſ. 259. nu. 3. Barz. dec. bonon. 117. num. 10.
Theſaur. deciſ. pedemont. 106. nu. 7. Maſtrill.
30 dec. Sicil. 156. nu. 4. Ideo reſtringenda Alex.
vbi ſupra. Macerat. var. reſol. lib. 1. reſolut.
111. num. 13. adeò, quod ſi benè reſpectu ip-
ſorum militum ſit fauorabilis cum tractetur
31 de comodo in eorum beneficium, dum non
ſoluebat onera tractabãt enim de dãno euitã-
do petentes exceptiones Gabellarum Caſtill.
de Sicil. 105. num. 84. par. 1. Maſtrill. de Sicil.
173. num. 44.

32 Etenim imunis idem ſignificat, quod idem-
nis Alex. conſ. 149. num. 9. lib. 2. non tamen
reſpectu dictè Vniuerſitatis cum pro ea tra-
ctetur de damno, & propterea extenſio non
aliter facienda erãt de caſu ad caſum potiſſi
mum quoties eſſemus in caſu pro parte fauo-
33 rabili, & parte odioſo ex mente Franc. in c.
odia de reg. iur. in 6. firmat Campag. in cap. Re
gni, ad hoc ſub num. 146. verſ. limita dictam
concluſionem, vbi in verſ. tertia concluſio eſt
plus dixit, quod quando eſſemus in caſu mi-
xto partim fauorabili, & partim odioſo, pro
ea parte quod eſt fauorabilis fit extentio, pro
ea vero quo eſt odioſus ſit reſtrictio ſecun-
dum Gloſ. in l. venia ff. de in ius voc. & l. ſi hac
lege ff. eo per Bartol. & Bald. ibi citatos, &
ſubiungit eandem concluſionem verè eſſe in-
telligendam, quando ex vtraque parte fauo-
ris, & odij verſaretur ius publicum, vel ius
priuatum, & ex alia ius publicum, quia tunc
34 ius publicum præfertur ex parte odij ſiuè ex
parte fauoris ex l. 2. §. ad exercitũ ff. de infam.
ſecundum Dyn. & Franc. dicto cap. odia, &
Ioan. Andr. num. 2. Quinimo ex hijs omnibus
bus diſcuſſis, iudicaui ſolitum ſeruari, iam
probatum, & nil inouari pro obſeruantia di-
ctarum, prouiſionum Regiæ Camere di 3. Iu-
lij 1624. Monop.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſionarius ſolus an præſentet inſtru-mentum iuxta formam ritus.*
2 *Ceſſionarius executionem facere non prohibetur.*
3 *Ceſſionarius agit via executiua vigore inſtrumẽti debiti ſibi conceſſi. & quare.*
4 *Ceſſionarius comprehenditur ſub ſtatuto dante executionem inſtrumentis.*
5 *Ceſſionarius habet executionem paratam & ius executiuum, ſicut cedens, & ſic Romæ decisum.*
6 *Ceſſionarius ſecundum aliquos ſolus non agit via ritus ſine præſentia cedentis, & ſic deciſum per M.C.V.*
7 *Iudicium aſſiſtentiæ eſt executiuum iudicium contra tertium poſſeſſorem intentari nequit executiuè.*
8 *Intellectus Pragm. 1. de aſſiſt. refertur.*
9 *Actio reſidet in oſſibus noſtris ſicut Caracter baptiſmi.*
10 *Actiones perſonales, & nomina debitorum in bonis noſtris computantur.*
11 *Iudicium aſſiſtentiæ conſiſtit in quatuor iuris remedijs.*
12 *Remedia iuris, quæ in aſſiſtentia compredunur recenſentur.*
13 *Actio hypotecaria cui competit.*
14 *Saluianum interdictum competit creditori principaliter.*
15 *Ceſſionarius vigore ceſſionis acquirit dominium cedentis.*
16 *Ceſſionarius ex ſola ceſſione non efficitur poſſeſſor.*
17 *Procurator ſimpliciter datus intelligitur ad agendum, & conueniendum.*
18 *Ceſſionarius licet ex ſua perſona iura directa non intẽtat, ſed bene vti ceſſentis procurator.*
19 *Ceſſionarius eſt procurator iurem propriã.*
20 *Ceſſionarius ſuccedit in ius cedentis, & in eius locum.*
21 *Ceſſionarius ſuccedit in vniuerſum ius cedentis, & ſibi competit omne ius.*

22 *Actiones vtiles conſentur traslate in ceſſionarium remanſis directis penes cedentem.*
23 *Ceſſionarius habet vtiles actiones ex perſona propria directas ex perſona cedentis.*
24 *Ceſſionarius agit ex perſona cedentis ad ſui fauorem quoad actiones directas.*
25 *Ceſſionarius cum cedente eſt vna perſona.*
26 *Ceſſionarius an ſit proprie creditor.*
27 *Ceſſionarius vti creditor agere poterit iure ſibi ceſſo.*
28 *Ceſſionarius comprehenditur appellatione creditoris.*
29 *Statutum loquens de creditore locum habet in ceſſionario.*
30 *Ceſſionarius agit etiam hypotecaria, & Saluiano interdicto.*
31 *Ius ceſſionarij magis attenditur in ceſſione, quod cedentis.*
32 *Ceſſionarius an poſſit petere aſſiſtentiam.*
33 *Deciſio S.C. citatur de ceſſionario petente aſſiſtentiam & in M.C. nu. 34.*

ARGVMENTVM.

Ceſſionarius creditoris, an poſſit aſſiſtentiæ iudicium intentare aduerſus hæredes debitoris, ſeu tertios poſſeſſores.

Spera in Dio quoniam adhud confitebor illi, ſalutare vultus mei, & Deus meus.

VOTVM XIX.

IN quamplurimbus cauſis intentatis in Regali
Curia Monop. comperi actores fuiſſe ceſſi
onarios aliquorum creditorum, ob quod non
ſine dubietate contingit pro parte conuen-
torum hæſitari ſi talia iudicia aſſiſtentiarum
intentata cōtra hæredes debiterum, item ad-
uerſus tertios poſſeſſores ritè ac rectè proceſ
ſerant vti à Ceſſionarijs Creditorum intēta-
1 ta, poſt quā ſi ceſſionarius ſolus præſentare
inſtrumentum ſecundum formam Ritus non
prohibentur, vt putat Marant. in l. ſi actor. ff.
de procurat, quem citat Vrſill. dec. 64. num. 8.
eandem opinionem aſſequitur Troyſ. in Ritu
286. n. 2. cū ſeq. quā multis rationibus, ꝓbare
2 nititur reſpōdēdo obiectis in cōtrariū imo e-
xecutionem facere nō prohibetur ex rationi-
bus latis pe Giballin. millel. 632. ad quod fa-
cit decil. Genuæ Cartar. 63. qua apparet ex
3 pluribus poſſe ceſſionarium agere via execu-
riuæ vigore inſtrumenti debiti ſibi ceſſi, & ra-
4 tio eſt illa nempè, quia ceſſionarius compre-
henditur ſubſtatuto executionem dante inſtru
mentis ad inſtantiam creditorum Anchar.
lib. 2. quæſt. famil. q. 3. num. 8. vbi alia retulit
ad hoc vltra Statil. Pacif. in tract. ſaluian. in-
terd. inſpect. 3. cap. 2. num. 905. probans ceſ-
ſionarium habere executionum paratam,
ac ius executiuum ſecuti cederet, ſic deciſum
Romæ, adhuc tamen de perſe tantum ceſſio-
narius ſolus agere non poteſt via Ritus, vt
tradit Præſ. de Franc. dec. 353. num. 1. ſine prę-
ſentia cedentis prout in praxi receptum eſſe
teſtatur ibidem Vrſill. & ſequitur Scagl. in Ri
tu 163. num. 2. latiſſimè Carau. in Ritu 286.
nu. 1. cum ſeq. vbi opininem Afflict. in conſt.
eos, qui ſcienter q. 10. num. 14. fortiſſimis ra-
tionibus corrobat ſequitur D. Reg. Rouit. in
rub. Pragm. de inſtrum. liquid. num. 10. quam-
quam ſub federe diſtinctionis conatur opi-
niones prædictorum concordare Pandus in
tract. de Præſent. & execur. inſtrum. 2. par. de
clar. 23. num. 94. vt dum agetur de incuſario
ne, periurij contra debitores opinio Afflict.
vera redetur ſin autem exequi intendat, pro
pena ſecus, eſſet, nihilominus à ſecunda opi-
nione quam in praxi, receptam fuiſſe teſtatur,
& ſequitur vltra Viuiū in eius Silua in opin.
826. num. 11. & 12. Galter. in praxi inſtrumen.
par. 1. ſecundæ partis rub. 1. nu. 22. & ſeq. non
erit recedendum, & cum de hoc heſitari con-
tingiſſet in M. C. V. ob ambiguitatem opinio-
num hijs annis proximè elapſis nempe.
In cauſa vertente inter Illuſtr. Principiſ-
ſam Scillæ contra Illuſtr. Ducem Atri fuit
iunctis omnibus Iudicibus M. C. iudicatum
iuxta dicti opinionem penes Pinctum Actua-
rium, Quēadmodū, & in tutore cōpertū eſt in
praxi ad hoc, vt cū præſentia pupilli liquida
re poſſit, & ſi eſſet infans, & ſi de hoc fuiſ-
ſet in ſtatum, nam inbrachijs debet portari
ita ex Carau. in Ritu 166. nu. 24. probat Galt.
d. prax. par. 1. 2. par. rub. 2. num. 4. & 5. ita pa-
riter dicendum eſſe exiſtimabam in iudicio
aſſiſtentiæ, quod eſt executiuum per ea, quæ
in eius definitione nouiſſimè collexit Barbat.
7 in tract. de reſtit. interd. gloſ. 1. num. 5. & 6. &
via executiua intentari non poteſt contra
tertium poſſeſſorem Gargiar. patroc. 53. nu. 9.
par. 1. vbi nu. ſequ. hoc limitat non procede-
re ſi ſtatutum comprehenderet tertium, quod
facit ad intellectum Prag. 1. de Aſſiſt. vbi ex-
8 preſsè contra tertium poſſeſſorem præſtari
mandatur, ſed in hoc cadit dubium per quē
peti debeat an à principali creditore, vel ab
eius ceſſionario poſt quam de hoc nulla men-
tio expreſsè fiat in ea, propterea erit ſanè in-
9 telligendi de creditore principali penes quē
reſidet actio, quæ eſt infixa oſſibus ſicut Cara
cter. baptiſmi dixit gloſ. in l. 3. ff. pro ſocio
Oſaſc.

Digitized by Google

Oſaſc.d.dec.61. nu.4 & actiones perſonales,
& debitorum nomina in bonis noſtris com-
10 putantur l. bonorum §. 1. ff.de verb. ſig. ibi
Alc Dec.in l.qui actionem ff.de reg.iur.num 5.
quo circa dum verſamur in iudicio aſſiſten-
11 tiæ ex quattuor iuris remedia poſſeſſoria co-
poſito hoc eſt ex hypotecaria Saluiano in-
terdicto, remedio l.fin.C. de acquir.poſſ & re-
medio l.fin.C.de iure domin. impetrand. vt ex
Afflict.deciſ.383.num.6.& Regen.Rouit. in d.
Pragm 1 num.12.cum ſequ. perpendit nouiſ-
ſimè præfatus Barbat.in præfat.d. ſui tract. à
num.1.ad 5. aſſeuerare compellimur remedia
ipſa principaliter competere creditori ita
13 principaliter quoad actionem hypotecariã
tradit Nicol.ant. de pignor.in 2. memb. octa-
uo partis in principio ſic pariter in remedio
d.l.fin. vt aduertit Menoch. in tract. de recup.
poſſeſſ.remed.14.ſub num.26.in fine.
14 Pariterque cui competit hypotecaria com-
petit Saluianum interdictum Gratian. dec.
Marchiæ 25.num.25.& ſic creditori;vt refert
Corn. dec. Luce.10.nu.1. & multo fortius re-
medium d.l.fin.C.de iure dom.Imp.
Quæ cum ſunt remedia poſſeſſoria ſoli cre
ditori principali competere videntur ,& non
15 ceſsionario, qui licet vigore ceſsionis omne
dominium cedentis acquirat,vt per Cæſ.Bar.
deciſ.bonon.25. num.4. non tamen poſſeſſio-
nem , eo quod ceſsionarius ex ſola ceſsione
16 poſſeſſor non efficitur Menoch.de retin.poſ-
ſeſſ.remed.3.num.268.ſed prædictis nil refra-
gantibus contraria opinio verior demõſtra-
tur ex ſequẽtibus, & primo certum eſt in iu-
re iudicium poſſe inſtitui per procuratorem ,
17 ſiue ad agendum, ſiue , conueniendum poſſe
procurator ſimpliciter datus intelligitur da-
tus ad agandum,& conueniendum Barto in l.
quod dicitur in fine ff. de tutel. ſic ceſsiona-
18 rius licet non poſsit intentare iura directa ex
perſona ſua propria bene tam vt procurator
cedentis Manent.conſil.129.num.34.volum.2.
multo fortius ceſsionarius quando , non
eſſet , ſimplex procurator cedentis , ſed
19 procurator in rẽ ſuam Cauen. in Ritu 286.
num.3.Milan.dec.Sicil.1.nu.20.lib. 2. Intrigl.
dec.Sicil.8.num.11.Ancar.lib.2.qu.3.num.2.
20 . Imo ceſsionarius dum ſuccedit in ius ce-
dentis Sur.d.deciſ.308.num.1.Monac.deciſ.bo-
non. 19. num. 1. & in eius locum conſtituitur.
21 Monter.dec.Aragon.25.nu. 2. hoc eſt in vni-
uerſum ius cedentis Intrigl.dec.1.Sicil.nu. 24.
Monac.ibidem num.2. Gabell.vbi ſupra,& ſi-
bi competit omne ius, quod habet cedẽs An-
char. vbi ſupra non mirum ſi Gráſſ. de exce-
ption in prælud.num.202. Mutu deciſ.14.nu.
8. Viſcont. in ſuis concluſ.2. ceſsionarius vti-
tur iuribus , & actionibus ipſius cedentis Io-
ſeph.Ludou.in ſuis concluſ.tit. de ceſsion. &
ceſſ concl. vnica verſ. declara nono Gratian.
deciſ.Ancon.13. num.33. Nam, & ſi vigore
ceſsionis vtiles actiones cenſentur tranſlatæ
in ceſsionarium, & directè penes cedẽtem re-
manſe Cæſ.Barz.dec.bonor. 26. num.7. habet
25 tamen vtiles ex perſona propria,& directas
ex perſona cedentis Dec.conſ.536. num. 1.&
propterea agit directas actiones ex perſona
cedentis ad ſui fauorem Burſ. conſ. 55. num.
24 25.lib.1. Puteus deciſ.Rom.48.num.2. lib. 2.
Anton. Fab. in eius Cod.lib.4.tit.29. defen. 3.
nu.1 2.3. & tit 6.de fin.30.num. 12.& 3.& tit.7.
de fin.1.num.1.cum ſequen. eo quod ceſsiona-
25 rius cum cedente reputatur vna perſona Pe-
regrin.deciſ.Paduæ 115.num.13. Amat. deciſ.
Ferrar.16.nu.1. Intrigl.d.deciſ.8.nu.10. Muta
deciſ.81.num.8.Maſtrill.deciſ.Sicil.24. num.2.
Graſſ.de exception.in prælud.nu.185.demum
26 ſi communem attendamus ſententiam Doct.
dicentium ceſsionarium propriè eſſe credito-
rem,vt per Don. à Fina, & Xuarez inter cõ-
mun.opin.lib.8.tit.qui bonor.ced.poſſeſſ num.
20. Viuius in eius Sylua opin.92.n.1. Cauenſ.
vbi ſupra num.5.Carauit.d.Ritu 286. num. 4.
Rota Genuæ Bellon.deciſ.104. num.11. Car-
tar.vbi ſupra num.3.tunc vti creditor ceſsio-
27 narius agere poterit iure ſibi ceſſo Cornaz
deciſ.Luccenſ.10.num.5. hinc quod ceſsiona-
28 rius comprehenditur appellatione credito-
ris Intrigl.d.deciſ.8.nu.12.& propterea ſtatu-
29 tum loquens de creditore locum habet in
ceſsionario Troy.in Ritu 166.nu 7. Anchar.
vbi ſupra num. 7. Graſſ.d. prælud. num. 182.
quod facit ad intellectum allegatæ Pragm. 1.
de Aſsiſt. vt in ea pariter ceſsionarius com-
prehendatur,qui pariter hypotecaria agere
30 non prohibetur idem Neguſ.d. tract. part.8.
2.membro in principio ſimiliter Saluiano in-
terdicto, vt probat ibidem Stati l. Pacil. nu.
990. cum ſeq.& ſic aliis remedijs allegatis vti
31 iure ſibi ceſſo,nam magis attenditur,in ceſsio
ne ius ceſsionarij,quæ cedentis Theſaur. lib.3.
quæſt.forenſ.quæſt.66.num.5.ſicque incontra-
rium adducta corruere cernuntur,ſed verius
perſcrutando Codices noſtrorum Regni
Doct .reperi Diomedem Maricondam in coſt.
Regni coſtitutionẽ diuæ memoriæ in Apoſt.
incip. pone habeo in medio, & inter opera
Grammat. ſuper Conſt nu. 29. dicentem ceſ-
32 ſionarium poſſe petere aſsiſtentiam ex pote-
ſtate,& hypotecaria capiendi creditori,con-
tenti Conſil.Paſcal.in tract.de viribus pat.po-
teſt.cap.8.nu.156.D.Reg.Rouit. in Pragm. 1.
num.7.de Aſsiſt.Anna in allegat.præter miſ-
ſa 148 verſ. nec ego in collect. eius filij ante
eos Gomeſ.leg.45. tauri num.95.& ita interim
nis concludit Mareſcoct variar. reſolut.lib.1.

33 ca. num. 5.& deciſum refert per Sac.Conſil.& ſic in cauſa Gratiæ Piſtoye alias de Babo cũ Octauij Girzanita, & Vito de Philippo ceſſionarijs dotium iudicaui die 4. Febr. 1625. itceum in cauſa Petri de Breſcia ceſſionarij Beatricis Monfrede cum hæredibus, Franciſci Sanctori die 9. Ianuarij eiuſdem anni, & in cauſa, & Io. Franciſci Acconciaioci, & Lauræ Acconciaioci cum hæredibus quondam Guid cti Monfredi die 12. Nouembris 1624. & in cauſa Not. Io. Caiaſſi cedentis, & Frãciſci Ritij ceſſionarij, & viri Portiæ Caiaſſe cum Martia Piſtova die 2. eiuſdem Anni Mo-
34 nopol. & fuit per M.C.V. ita etiam deciſum in cauſa Ioan. Baptiſtæ de Puteo cum Not. Io. Ande. de Donato ad relationem Io Gioffi Iudicis M.C. in Banca Fabricatoris, & in multis alijs cauſis, indifferenter ita indicatum per d. M.C. fuiſſe à practicantibus percepi.

Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Citari debet reus ab initio de perſona, & ſic pro cautela comendatur.*
2 *Copia libelli in Regno petitur.*
3 *Citatus debet firmiter cõparere, & allegare ſuum priuilegium.*
4 *Citatus ex quacumque cauſa comparere debet.*
5 *Citatus debet relinquere procuratorem, ac alia adimplere alias non auditur.*
6 *Contumaci denegatur audientia.*
7 *Citatus legitime per contumaciam pro præſente habetur.*
8 *Pro contumace nemo loquatur.*
9 *Tertius tunc admictitur, quando ſua intereſſet.*
10 *Tertius quando poſſit exceptionẽ opponere*
11 *Tertius, quãdo ſua nõ intereſt nõ auditur.*
12 *Exceptio hoſtica per alium an opponi poſſit & quomodo poſſit num. 13. & 32.*
14 *Milites ſuos habẽt iudices competentes de iure communi ac Regni.*
15 *Auditor Generalis in Regno inter milites cognoſcit.*
16 *Incompetentia non eſt alia maior nullitas in mundo.*
17 *Iuriſdictio ex quibus prorogatur.*
18 *Exceptio declinatoria fori incõtinenti debet allegari ante litis conteſtationem.*
19 *Exceptio incõpetentiæ ſtatim quando ſcitur probat.*
20 *Exceptio incompetentiæ quandocunque poteſt opponi etiam poſt ſententiam.*
21 *Actio cui datur datur exceptio.*
22 *Exceptiones incõpetentiæ non niſi a principali opponuntur non à tertio num. 23.*
25 *Contumax declinatoriam non opponit.*
25 *Contumax amictit priuilegium fori.*
26 *Contumax non allegat incompetentiam iudicis.*
27 *Exceptio iuris tertij non admictitur.*
28 *Citatus opponens de incompetentia non debet vlterius procedi in cauſa tamen ſi expreſſè fuerit inſtatum pronunciari ſuper exceptione erit interloquendum.*
29 *Citatus exceptionem incõpetentiæ non opponens cenſetur renuntiare.*
30 *Exceptionem ſcienter non opponens in prima inſtantia nequit in ſecunda opponi.*
31 *Exceptio incõpetentiæ ſi non fuerit oppoſita in prima inſtantia non vlterius admictitur.*
32 *Exceptio hoſtica ab vxore etiam opponi poteſt.*
33 *Exceptio hoſtica etiam poteſt concluſum in cauſa opponi poteſt.*
34 *Exceptio hoſtica opponitur vigore Conſt. Regni.*
35 *Exercitus qualiter dicatur.*
36 *Exercitus non dicitur ſi non haberet legionet.*
37 *Exercitus conſiſtit in multitudine non in conhorte tantum.*
38 *Milites miſſi ad cuſtodiam arcis, vel Ciuitatis gaudent priuilegijs militaribus.*
39 *Milites ad certum tempus cuſtodiæ faciendæ in locis maritimis ob ſuſpictionem Turcarum mictuntur, vt ſunt tractenuti num. 40.*
41 *Exceptio hoſtica competit exiſtenti in exercitu belli num. 44.*
42 *Tex. in l. qui eum vno ſ. reus ff. de re mil. expenditur.*
43 *Conſt. Regni hoſtici intellectus.*
45 *Statutum ſi dictaret, quod omnes euntes in exercitum habeant dilationẽ ad ſoluendum creditoribus quibus, & quando pro deſſet.*
46 *Exceptio hoſtica an competat militibus exiſtentibus in Caſtris.*
47 *Verba Conſt. hoſtici ponderantur qualiter procedant in allegatione exceptionis per principalem, vel per alium idest abſentia vel per procuratorem.*
48 *Dictio alius eſt repetitiua ſimilium.*
49 *Procurator eſt eandem perſona cum principali.*
50 *Exceptio hoſtica an obſtet in iudicijs executiuis.*

A R G V M E N T V M.

Vxor militis de perſona citati, an compilato proceſſu opponere poſſit exceptiones incompetentiæ iudicis, & pariter hoſticæ.

Quia inclinauit aurem ſuam mihi, & in diebus meis inuocabo.

V O T V M XX.

CVm fuiſſet citatus Dominicus de Narduccio ad inſtantiam Don Hieronymi de Alexio adſoluendum certam pecuniarum quantitatem petijt copiam libelli, vt conſuetum eſt ſeruari, & cōpilato quaſi proceſſu eo abſente comparauit Catherina Belbaſtro eius vxor allegando abſentiam eius iuri militis equeſtris militiæ degentis in præſidio in Terra Molæ, nec aliter vlterius procedendum eſſe dicebat ex defectu incompetētiæ iuriſdictionis, & ſucceſsiuè oppoſitam exceptionem hoſticam ei pro futuram: dubitatum extitit ante omnia ſi tali petitioni deferendum eſſet, Nam poſtquam ab initio fuerat citatus reus de perſona iuxta cautelam traditā per Gloſ.
1 in cap. cauſam de dol. & contum. quā ſequitur Abb. in cap. dilectus ſub num. 4. de procur. quod eſt in viridi obſeruantia in noſtris Tribunalibus, dū petierat copiā libelli ſicuti de iu
2 re probatum eſt in l. 1. ff. de eden atque comprobatur ex pragm. comparente reo de ord. iud. & ei conceſſam debebat inde formiter comparere, & ſuum allegare priuilegium ad
3 tex. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. And Gail. lib. 1. pract. quæſt. obſeru. 16. num. 3. Minſing. ſing. obſeru. cent. 6. obſeru. 7.

4 Poſtquā de iure ſtatutum eſt quod citatus ex quacunque cauſa legitimè comparere debet Afflict. in conſt. hoſtici nu. 3.

5 Vel ſaltem relinquere procuratorem, vt notat Marin. de Caram. in d. conſt. in opere Gram. num. 5. & alia adimplendo alias non audiretur Carauit. in Ritu 202. num. 5. ſed cū hoc adimpletum non fuiſſet proceſſum fuit in
6 contumaciam, cui audientia de iure denegatur l. ſancimus vbi Bart. num. 5. ff. de iud. cum alijs citatis per And. Gail. lib. 2. de pace publ. cap. 12. num. 4. Franc. de 271. num. 1.

7 Hinc citatus legitime per contumaciam pro præſente habetur ita Greueus ad Gail. to. 1. concluſ. 101. conſid. 1. n. 5. & conſequenter denegari debuerat vxori cōpareti, & cuili
8 bet audiētia cū pro contumace nemo loquetur idem Franch. dec. 359. num. 11. Carau. in Ritu, 266. numero 8.

Prçterea ex alio capite nullum ius comparendi, ac tales exceptiones allegandi incumbebat vxori vti tertiæ in iudicio comparenti, nam tunc tertius admicteretur ſi cauſam à cōuento haberet, & ſua intereſſet per ea, quæ
9 probat Vrſill. deciſ. 107. num. 12. Ioſeph. Ludou. dec. Peruſ. 39. num. 25. & dec. Luceeſ. 9. num. 5. Borgn. deciſ. 30. num. 66 par. 2. latius Paul. Bellon. in tract. de poteſt. eorum, quæ in
10 contin. fiunt lib. 1. cap. 107. quo caſu tertius poterit exceptiònem oppònere, & protelare iudicium Afil. deciſ. 235. num. 3.
11 Cæterum, quando ſua non interſit tertius nō auditur ita interminis noſtris Marant. in ſpecul. par. 6. in 9. membro ſub num. 19. ſequitur Maſtrill. deciſ. 31. num. 13
12 Et quamuis exceptio ipſa hoſtica per alium opponi poſſit ſicut idem Marin. in citata Conſt. in opere Gram. nu. 17. probat ex verbis ipſius Conſt. vbi Gloſ. hoc enim procederet, quādo non perſonaliter, ſed ad domū, vel alio modo fuiſſet citatus tunc malitioſè dice-
13 retur oppoſita, vt per eundem Carau. d. Ritu 266. num. 7. Iul. Clar. §. fin. q. 34. num. 4. Franch. deciſ. 326. num. 4.

Sed dato, & non conceſſo, quod amicti debebat talis comparitio nūc videndum erat ſi talibus exceptionibus deferendum ſit. At reſpectu primæ exceptionis in competentiæ
14 iuriſdictionis, certum eſt tam de iure cōmuni milites ſuos habere Iudices Paris de Puteo in tract. de re milit. & duello lib. 7. q. 13. num. 4. Ferrect. in tract. de milit. inſt. &c. num. 152. probat ex multis Caſtill. deciſ. Sicil. 105. nu. 8. ſed etiam ex iure Regni noſtri, vt apud Ge-
15 neralem Auditorem cognoſcantur Conſil. Pantin. in tract. de iudic. & priuil. milit. nu. 10. & ſequ. Reg. de Ponte de Poteſt. Proreg. tit. de Aſſenſ. Regijs §. 7. num. 11. Caſtill. vbi ſupra num. 10.

16 Qua Propter data tali incompetentia, quæ non eſt in mundo maior nullitas, vt poſt Vat. Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. par. 1. gloſ. competentes num. 19. nullatenus, vlterius in iudicio procedi poterat.

17 Taliter, quod fundari nō poterat iudicium intentatum ex prorogatione iuriſdictionis, ex quo per talem petionem copiæ libelli iuriſdictio prorogatur, aut alijs ſimilibus ſrelatis per Guazin. in tract. ad defenſ. defenſione c. 7. num. 15. cum ſeq. neque per contumaciam contractam Marant. in ſpecul. par. 4. diſtin. 12. num. 16. Machell. patroc. 8. num. 2.

18 Nihilominus ſi benè ipſa exceptio declinatoria fori debet incontinenti allegari ante litis conteſtationem Vrſill. deciſ. 185. num. 2. Miſcat. in eodem praxi par. 5. gloſ. referuat s

n.8. Afin.in praxi iudic.§.13.c.8. n. 4. Suar. de pax in eius praxi to.1.p.1. n.3.Balb. deciſ.67.
19 Giri.dicto 4.ſic etiã exceptio incõpetẽtiæ ſtatim,quando ſcitur probat Graſſ. de excep. in exc. p 18.n.13.quando ignoraturdixit ſẽper procedere.Et cõſequenter ipsã exceptio opponi poſſe incõpetẽtiæ opponi poſſe quandocũque etiã poſt ſententiã,vt per Gloſ.in Clem. vnica de ſequ. poſſ.& fruct. Guid. Papa conſil.22.num.4.Cabed. deciſ. 22.n.4.p.1. Grat.c. 22.nu.8.c.154.n.9. Bald. & alios citatos per
20 Eundem Muſcat.eo lib.1.par.7. gloſ. concluſ. nu.7. Afin. vbi ſupra nu.5. Amat.dec. Ancon. 9. num. 10. imo poſt tres ſententias probat Garſ. dicto 4 adhuc debebant opponi ab eodẽ met principale,nã cui datur actio datur exceptio Bar.in l.1.§.quod autem num. 2. ff. de
21 ſuperfic. & ſic per partem opponi Maggon. decil Lucc.73.ſub num 11.vel per procuratorem Gram.in conſil.1.de foriud.num.95. & 46.non enim opponuntur hodie niſi pro prin
22 cipales,vt dixit Marin.iud.conſt.hoſtici in fine,& non à tertio prout in exceptione,decli-
23 natoriæ fori à tertio non opponenda firmat Anna allег.76.num.3. ſic pariter in exceptione incompetentiæ.
24 Adeo, quod dum ipſe Reus contumax effectus eſſet, nec declinatoriã opponere poſſet Gloſ.in Clem.vnica in fine de ſequ.n.poſſ.
25 & fruct. vbi Doct.Foller.in praxi crim. rub. banniatur ſub num.15.& In 2.p.2.p.n 10. cum contumax ammictat fori declinatoriam Anna ſing.120.Franc.dec.417.n.1.Foller in d.rub. banniantur num. 50. nec etiam allegare iudi-
26 cis incompetentiam l.ſi quis ex aliena ff. de. iudic. Marſil.in l.de vno quoque num. 178. ff. de re iud. quem ſequitur Machel. vbi ſupra
28 num.1.quoniam exceptio iuris tertij non admictitur Milan.deciſ.8.num.328. & 330.lib. 1. Vltra , quod quando citatus non compareret tunc,licet ſit expreſsè pronunciandum ſuper
28 exceptione , vt proceſſus valeat ſecundum Innoc.in cap.præterea de dilat.ſin.autem cõpareret,& opponeret de incompetentia licet ſufficere debeat iudici ad vlteriora procedere,tamen ſi expreſsè inſtatum eſſet pronunciari ſuper exceptione vtrique erit pronunciandum ſecundum Bald. Barr. Sal. Alex.& Propoſ.citatos per Balb.d.deciſ.67.quẽ ſequitur Kircou.inter com.opin.lib.3. tit. de iudic. num.167.quando autem compareret, & nihil allegaret, vt in caſu noſtro de tali exceptio-
29 ne tunc exceptionem ſibi competentem non opponens illi renuntiare cenſetur Aym.cõſ. 121.num.4.volum.1. & ſic inducta videretur prorogatio per tacitum conſenſum , vt poſt Ant.de Matth.in ſuo tract. prorogat. fori &c. num. 13.latius Muſcat. d. gloſ. competentes num. 24. vbi in ſpetie notat quando citatus comparendo non oppoſuerit de incompetentia,& paſſus eſſet contra ipſum procedi,hinc eſt quod ſciens exceptionem peremptoriam
30 & non opponens in prima inſtantia,non poteſt in ſecunda opponere Alex. de Neuo in conſ.42.num.4.Amat.deciſ.Ancon.24.num.5. & in ſpetie de exceptione incompetentiæ oppoſita poſt ſententiam latam ſi pars tacuiſſet , opponere in prima inſtantia, vt non ad-
31 mictatur tradit Cabed.deciſ.luſit. 48. num.1. par.1.
32 Reſpectu vero alterius exceptionis hoſticè oppoſitæ per vxorem,non dubitatur quin opponi poſſit à quocunque, vt ſupra retuli, & ſequitur Marant.in ſp: cul.par.6.in 9.membro ſub nu. 9. præſertim ab vxore Milanenſ. deciſ.Sicil.9.nu.17 lib.1. & conſequenter poſſe opponi etiam poſt concluſum in cauſa ſuc-
33 cedente caſu ſub monitionis prout obſeruatum,ſuiſſe in facto tradit Afſl. in conſ. hoſtici num.21. Franch.deciſ.286 num.3.
34 Adhuc tamen erit vidẽdum ſi termini adaptantur in caſu noſtro poſtquam ipſa exceptio conceditur vigore conſt. Regni vt dicit Anna in alleg.75.num.4,quæ eſt conſt. hoſtici,& loquitur principaliter de militibus euntibus in exercitum ſic in d.conſt. pluries exercitus dictio repetitur,& in a eam omnes intelligunt,exercitus enim dicitur collectio totius
35 militiæ, & communiter ſeptem legionibus perficitur Paris in d tract.de re milit. lib.7.q. 13.num.1. non enim diceretur exercitus niſi
36 haberet legiones Bart.in l.2.§.exercitum ff. de hijs qui not. inf. quia non in vna cohorte
37 neque ala conſiſtit, ſed in multitudine militũ inquit I.C. d.§. exercitium vbi Ang.notat ad noſtrum propoſitũ quod illi qui debent ſeruire Principi,aut Regi in exercitum ob Sacramentum fidelitatis , quia non tenentur ire ad quamlibet Caualcatam , ſed ſolum in illa in qua eſt collectio militiæ , & ſic exercitus in proficere ſibi non poterat ire cum cohorte tantum militari ad cuſtodiam alicuius loci maritimi vt potuiſſet gaudere tali dilatione, nam & ſi milites ipſi mictantur ad cuſtodiam
38 arcis , vel ciuitatis gaudere debeant priuilegijs militum exiſtentium in exercitu belli Gram,conſ.40.num.2. & ex Simeon. de Petr. & alijs probat Maſtrill.deciſ.173.nu. 28. quia videntur eſſe in ſeruitio, & expeditione militiæ qui per varias rationes hoc cõprobare ni
39 titur ſicuti milites ad certum tempus cuſtodiæ faciende in locis maritimis ob ſuſpictionem Turcarum pulchre Caſtill. d. deciſ. 305
40 num.41.in medio prout ſunt etiam tractenuti,& poſt eum Caſtill.d.deciſ.105. num.23. vbi loquitur de militibus ſtipendiantis qui

moran-

morantur in caſtris, vel in ex reditionibus, nō
tamen procedere videtur reſpectu iſtius ex-
41 ceptionis; quæ competit militibus exiſtentibus in exercitu occaſione belli ad; quod facit
42 tex. in l. qui cum vno §. reus ff. de re milit. ibi
ſed vbi accedente cauſa militiæ audiendus eſt
alias ſi abeſſet requirendus erit; ſubdit Gloſ.
ibi, & ſatis conferunt congeſta per Afflict. in
d. conſt. num. 23. dum recenſet requiſita ad
hoc, vt miles gaudere poſſet tali exceptione,
43 & inter cętera notat vltra ſubmonitionem
neceſſarium eſſe, vt miles ſit in exercitu cum
equis, & armis, & alijs neceſſarijs, quæ requiruntur in exercitu, vt ſunt armaturæ tam ad
defendendum quam ad offendendum ſecundum hominis qualitatem ſicque ipſam conſtitionem intelligit ex mente And. Franch. dict.
deciſ. 286. num. 6. procedere in milite ſub monito accedente ad exercitum ex claris verbis
conſt. ibi adeo etiam, vt dum in exercitu ſint
44 priuilegium habeant commune cum cæteris
quod à nemine valeant, conueniri vltra alios
Doct. relat s per Graſſ. de excep. in 3. excep.
num. 15. imo etiam ſi fuiſſent conuenti in iudicio, vt erat caſus propoſitus adhuc tale
priuilegio gaudere de potuiſſent ex hijs,
notat Bald. in eſt l. ſi quis quem quam num. 2.
in fine ff. ſi quis caut. quem citat Gratian. cap.
45 421. num. 32. quod ſi fiat ſtaturum quod omnes euntes in exercitum dilationem biennij
ad ſoluendum ſuis creditoribus illud proderit etiam eis qui iam ceperunt conueniri hoc
ſane intelligendum erit de euntibus, vel exiſtentibus in exercitu, & ſic occaſione belli, &
46 nō in caſtris pro illorum cuſtodia prout in
caſu relato per Capij. deciſ. 76. loquentem de
muliere habente virum in caſtris allegante
exceptionem hoſticam contra quam fuit deciſum excepto ſi in tali caſtro immineret
periculum belli ſururi ex al qua hoſtium incurſione, vt patet in litera Regis Roberti reproducta in d. conſt. per Conſil. de Boctis, ac-
47 cedebat prædictis quatenus in allegata conſt.
diceretur poſſe talem exceptionem opponi
per principalem, & per alium, ideſt, in exceptione abſentiæ, vt probāt Marinus de Caram. in d. conſt. in fine qua iuuari non poterat
principalis ex ſupra dictis, ſed veritas eſt iuxta declarationem Pet. de Monteforte ibi ipſam conſt. declarandam eſſe, quod debet cōparere per procuratorē, ex dictione illa per
alium, quæ eſt repetitiua ſimilium l. quidam
48 ff. de reb. dub. cum alijs congeſtis per Barboſ.
in tract. de Diction. in dict. 17. & procurator
eadem eſt perſona cum principali cum ipſam
49 repreſentet Bilnet deciſ. Roman. 6. nu. 2. procurat. iuſſi tamē ad expeditionē cauſæ procedi, & ad ſoluendum petita cum iudicium exe-
50 cutiuum eſſet in quo ipſa exceptio nequaquam militare poterat ex tradictis nouiſſimè
per Giurb. deciſ. Sicil. 118. num. 17. hoc eſt
pro executione cenſus propterea talis exceptio ceſſabat Intrigl. ſingul. 263. die 28. Maij
1625. Monop.

SVMMARIVM.

1 *Natura humana ad delicta labitur.*
2 *Homo malitiæ deditus facilè eſt, quodlibet malum ad inuenire.*
3 *Omne peccatum in Deum comictitur.*
4 *Deus Sacerdotium, & Imperium in orbe conſtituit.*
5 *Regimen Eccleſiaſticum apud Eccleſiaſticos Principes, ſæculare apud ſaeculares comiſſum patet.*
6 *Leges quare conſtitute ſunt.*
7 *Iuſtitia cur colitur.*
8 *Boni premio exortantur mali vero pœnarum metum.*
9 *Pena malos tenet, & ſuos auctores equitur.*
10 *Reges ſunt diuina prouidentiæ executores.*
11 *Reges cur inſtituti ſunt.*
12 *Rex dicitur vltor ire Dei in vindictam. malefactorum & laudem bonorum.*
13 *Boni in pace viuere debent inter malos.*
14 *Rex debet pacem procurare inter ſubditos.*
15 *Pax ex iuſtitia prouenit, & vbi iuſtitia ibi pax.*
16 *Iuſtitia pacis cuſtos, & Regna cuſtodit.*
17 *Regna non aliud ſunt niſi latrocinia ſemota iuſtitia.*
18 *Hiſpani mouent bellum damnis ſicis iuſtitiam non faciunt.*
19 *Iuſtitia facit vacillare corda hominum.*
20 *Mali ſi non puniuntur publica letitia turbatur, & ira Dei prouocatur, ita è contra ſi puniuntur ſperatur peccatorum venia, & populi incolumitas.*
21 *Deus malos puniri mandauit.*
22 *Deus placatur in correctione malorum.*
23 *Delicta puniri intereſt Reipublice.*
24 *Supplicium vnius exemplum eſt multorum.*
25 *Bonus efficitur metus pena.*
26 *Pena minuit delicta.*
27 *Pena introducta eſt ad emendationem.*
28 *Pena ſapientem facit, & ſapientiorem.*
29 *Pene cur inuente.*
30 *Peccator in Deum, & Eccleſiam delin.*
32 *In Eccleſia petitur venia peccatorumquit.*
32 *Intereſt, vt ſint Sacerdotes à quibus veniā peccatorum petimus.*

33 Fo-

Digitized by Google

33 *Poteſtas ligandi, & ſoluentæ Eccleſiæ eſt conceſſa.*

34 *Rex lex, & Grex per delictum offenduntur. & per ſe veritatem Rex honoratur lex ſaluatur, & Grex ſeruatur.*

35 *Rex dñs ſubiectorum.*

36 *Regi ſpectat reos penis afficere.*

37 *Pœnitentia non liberat à pęna mundi.*

38 *Homo ex prauitate naturæ ad malum procliuis magis fragilitate ipſius, quæ peccandi libidine ducetur.*

39 *Homo diabolica tentatione ad peccandum dicitur*

40 *In culpam incedere naturæ eſt, diluiſſe virtutis eſt.*

41 *Humanum eſt peccare diabolicum perſeuerare angelicum emendare.*

42 *Peccans omnes, & nullus eſt imunis a peccatis.*

43 *Deus non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat.*

44 *Venia peccantibus ne dum ſepties ſed ſeptuaties ſepties*

45 *Septies qualiter explicatur in venie cõceſſione.*

56 *Septenarius numerus vniuerſitatis eſt.*

47 *Homini miſerendum peccatori iraſcendum.*

48 *Puniri quis non debet pro prima offenſa.*

49 *Delinquens ſemel non debet equaliter puniri ſicut conſuetus.*

50 *M.C.V. pro primis delictis mitius agit.*

51 *Delinquens ſemel pęna ordinaria non punitur, ſed minori imo debet ei indulgeri, fallit in delicto enormi num. 52.*

53 *Plus peccat qui malam volũtatem in opus deducit.*

54 *Peccanti iraſcendum eſt non parcendum.*

55 *Conſuetudo delinquendi auget peccatum, & penam aggrauat.*

56 *Delictum iteratum auget penam.*

57 *Conſuetudo delinquendi per quos actus inducitur.*

58 *Habitus generatur per frequentiã delictorum,*

59 *Conſuetudo eſt altera natura.*

60 *Delinquens doloſe ex conſuetudine ſit.*

61 *Dolus quis ſit.*

62 *Omne nimium vertur in vitium.*

63 *Vitium pro natura inoleuit.*

64 *Nemo repente ſit ſumus nemo repente ſit malus.*

65 *Omne artificium per ſui exercitium recipit incrementum.*

66 *Peccatum ſua mole attrahit aliud.*

67 *Obſtinatio, quæ nam dicatur.*

68 *Peccator dum veniunt in profundum contemnit.*

69 *Bonus in omnibus non eſt bonus, ſed habet aliqua mala, & è contra.*

70 *Hoſtis Dei efficitur peccator per perſeuerantiam.*

71 *Iuſtum eſt, vt ſine ſine puniatur qui ſine ſine peccauerit.*

72 *Impij viuere intendunt ſine ſine, vt ſine ſine peccarent.*

73 *Deus cur aliquando de medio tollit.*

74 *Rex vnde dicatur.*

75 *Rex iuſtitiam, & iudicium facere debet, vt Regnum in pacifico ſtatu conſeruet.*

76 *Rex cogitare debet pro bono ſtatu fidelium & conſeruanda iuſtitia.*

77 *Animaduerti debet in aſſidue delinquẽtes.*

78 *Male faciens præſumitur alias male facturus.*

79 *Malus præſumur ſemper malus in eodem genere mali, & quando id non procedat num. 80.*

81 *Delinquens per frequentiam de litorum, ad mortem damnari poteſt quamuis delicti pena fuit pecuniaria.*

82 *Pena arbitraria extenditur vſque ad mortẽ ob frequentiam delinquendi.*

82 *Nemo condemnari poteſt ad clamorem populi.*

84 *Vane voces populi non ſunt axaudiende, & quare redditur ratio.*

85 *Delinquere nullus præſumitur regulariter*

86 *Vox populi vox Dei.*

87 *Fama publica iuncta cum publica voce facit ſemiplenam probationem.*

88 *Fama mala iuncta cum conſuetudine delinquendi facit iuditium ad torturam.*

89 *Venie facilitas incentiuum tribuit dilinquendi.*

90 *Deus non bis iudicat.*

91 *Punitus ſemel à ſacerdote non iterum à Domino iudicabitur.*

92 *Sepius querendum non eſt de eodem crimine.*

93 *Deus non patitur peccata dimiſſa in vltionem redere*

94 *Punitus ſemel non debet amplius puniri.*

65 *Accuſari amplius quis non poteſt ſemel accuſatus licet noua qualitas ſubſtantialis addita eſſet, & ſententia exequuta.*

96 *Punitus de vulnere non poteſt puniri de ſequuto homicidio.*

97 *Abſolutus ſemel iterum abſolui non debet.*

98 *Pene plures pro vno delicto impoſite à diuerſis legibus vnica pena imponi debet.*

99 *Vita præterita lapſus erit in conſideratione habendus.*

100 *Frequentia probatur per binum actum.*

101 *Conſuetudo delinquendi per tres vices cũ mala vita facit inditium ad torturam.*

102 Pec-

101 Peccatum veneniale ſit per frequentiam mortale.

103 peccata parua in vnum collecta faciunt vnũ magnum.

104 Delictum non capitale ex reiteranione ſit capitale.

105 Reus r·iterationem punitur pena mortis licet pro delicto eſſet pena pecuniaria etiam ſi pro primo delicto eſſet condemnatur pena ſtatutaria.

106 Delinquens ex reiteratione nullam veniam an ſperare poterit.

107 Delinquentes conſuetudinarij carentes pietatate pietatem non merentur.

108 Peccatores grauius puniuntur ſi ad vomitum rediunt quia magis benignitate Dei abuntuntur & quando procedat oſtenditur.

109 Frequẽtia delictorum facit iura traſgredi.

110 Se veritas exercenda in delinquentes continuò.

111 Delinquentes conſuetudinarij acriter puniũtur.

112 Conſuetueo delinquendi auget contemptum ideo penn augenda.

113 Reus ex conſuetudiue delinquendi grauius punitur & hoc deciſum alias Neap.

114 Vir plures vxores eodem tempere ducens pena mortis affici debet, & ſic deciſum.

115 Homicida ob reiterationem ad mortem damnatur, & ſi gratias pro alijs dalictis obtinuerit.

116 Fur reiteratis vicibus furans licet minima eſſent furta pena motis afficitur, & ſic Neap. & Romę deciſum.

117 Delinquens ex frequentia grauius puniri debet ob delicta ſimilia pro diſſimilibus mitius, & ſic deciſum.

118 Conſt. Regni hij qui ponderatur.

119 Homines male vste cõtinuò delinquẽtes poſſunt punirs pena arbitraria. & ſic deciſum.

120 Delinquere conſuetus nou relàxatur tempore paſcali.

121 Morbida pecus totum ouile inficit.

122 Conſuetus delinquere ſi pro leui cauſa capsus fuerit coacervatis omnibus capituli pena punitur, & ſic deciſum.

123 Conſuetus delinquere ſemper præſumitur in dolo, & à conſuetudine delinquendi iudicatur ideo punendus acriter.

124 Fur obligatur ex furto licet minor ſi conſuetus fuerit delinquere nõ minuetur pena, & cajus eum deciſione S.C. refertur.

ARGVMENTVM.

Conſuetus delinquere an grauiori pena afficiendus ſit coaceruatis omnibus ſuis delictis quamquã pro aliquibus remiſſiones obtenuiſſet, vel certo modo punitus non tamen ſufficienter, vel tantum puniri debeat de poſtremis nulla ratione habita de præteritis.

Dilexi quoniam exaudies Dominus vocem orationis meæ.

VOTVM XXI.

1 NAtura enim humana quodamodo labi
tur ad delicta inquit Inperator in ꝟ.
2 ſi vero is Auth. de Monac. Aff. in proem cõ-
ſtit. q. 26. ſub num. 19 & inde homo mali·iæ de
eſt facilè, quodlibet malum aduenire Gloſ. in
Auth. vt omnes obed. iud. in primo verbo oc-
caſiones ex quo reſultare, comperitur Dei of-
fenſio cum omne peccatum in Deum comi-
3 ctatur Gloſ. in regula peccatum in fine in ad-
dit. de regul. iur. in 6. vt ta·dem humanæ fragi-
4 litatis cõſuleret Deus Sacerdotium atque im-
perium in orbe conſtituit c. duo ſunt 97. d.
ꝟ. 1. in Auth. quomodo oport. epiſ. ſic annuẽs
Imperator Maxima quidem in omnibus ſũt
dona Dei a ſuperna collata elementia Sacer-
114 t.de ferijs vbi ponitur Calẽdarium Feſto-
rum obſeruandorum in Tribunalibus Re-
115 gijs, & ita rationi temporis ſuſpenditur
iuriſdictio Vant.vbi ſupra nu.129. in qui-
bus locis de talibus diebus Nundinalibus
nullum verbum ponitur, imo in talibus
feſtiuis Nundine exerceri inhibentur niſi
finitis miſſis de licentia Epiſcoporum
refert Molfeſ. in ſumma Theolog. Moral.
116 tract.12.c.4.nu.144. par.2. ergo in ceteris
diebus quibus ea exerceri poſſunt ſimi-
liter, & alia iudicia ordinaria quamquam
prout opinatur ipſemet Marant. d. ſpecul.
eod.par.4.diſtinct.16.num.87. cum ſequen.
dum quærit ſi acta facta coram Magiſtro
117 Nũdinarum tempore feſtiuo valida iudi-
centur, & concludit attenta conſuetudine
vſitata valere per rationes ab eo ibi addu-
ctam ſicque indifferenter etiam talibus
diebus in cauſis Nundinarijs proceditur
vbi præſertim periculum ex mora imineret
ſicuti etiam in quam plurimis locis obſer-
uari vidi quod non erit trahendum ad exẽ
plum aliorum iudiciorum, reſtat igitur for-
ma concluſio eo tempore Nundinarum
nõ eſſe inhibitum ordinarijs iudicibus eo-
rum iudicia proſequi, quia diuiſum impe-
118 rium cum Ioue Cæſar habet, vt dicet
Afflict.in deciſ.24.ſub num.6.& hoc reſpe-
ctu cauſarum pendẽtium, & preteritarum,
ceterum reſpectu futurarum pro quibus
iuriſdictio limitata oſtenditur in certo tẽ-
pore, & ſic ſuſpenſa non procederẽt allega
ta, & geſta eo tẽpore nullitatis vitio ſubij-
cerẽtur c.qui per diuerſitatem de conceſ.
præb.cum alijs allegatis per eũdẽ Vant.vbi
119 ſupra num. 128. quemadmodum etiam
dicitur de iuriſdictione; vt non dicatur ſu-
ſpenſa per appellationem licet appelletur
120 ab vno articulo ſeperato à cauſa princi-
pali Dec.conſ.33.num.3. & ſic obſeruaui
procedendo in cauſis ceptis ex præterito,
& tempore pendente ad eaque incumbe-
bant.

S V M M A R I V M.

1 *Prag.1.de ictus Scoppicte 52.de Arm.pon derantur.*
2 *Pena contra imictentes ictum ſcoppicti locũ habet etiam ſi nõ ſit ſequutus effectũ.*
3 *Delictum in genere in omnibus delictis locum habet.*
4 *Delictum in genere in delicto ictus ſcoppicti qualiter verificetur.*
5 *Palla plumbea an erit neceſſaria pro verificatione delicti in genere.*

6 *Pena pro ictu ſcoppicti, vt locum habeat neceſſe erit, vt palla plumbea interueniat quod idem in baliſta procedit, vt iaculum interueniat num.7. alias pena ceſſaret num.19.*

8 *Statutum puniens aſportantem ſclopum non habet locum in aſportante ſclopum vacuum.*

9 *Licentia aſportandi ſcoppictas in eundo, & redeundo, ſed vacuas intra habitatum qualiter intelligatur, vt non incidatur in penam.*

10 *Delictum in genere in ictu ſcoppicti probatur per teſtes vidiſſe ſcoppictum carriricari palla vel pallottinis.*

11 *Animus delinquentis ad delinquendum cum ſclopo varijs modis probatur.*

12 *Animus occidendi percipitur ex ictu ſcoppicti cum palla.*

13 *Qualitas requiſita in ictu ſcoppicti quod palla interuenerat incumbit fiſco, & Accuſatori probari.*

14 *Ictum ſcoppicti emictens intelligitur appoſtato non in rixa accidentaliter, vel pro ſe defendendo.*

15 *Emictens ictum ſcoppicti caſualiter alium offendendo pena extraordinaria plectetur.*

16 *Terror baliſtæ ſeu ſcoppictæ ſufficit vt vis comictatur.*

17 *Pena mortis an puniri debeat tenens baliſtam paratam, vt percuteret aliquem & dardum proiciendo alium percuſſerit, vel illum vulnuſculo afficiendo.*

18 *Ictum ſcoppicti emictens licet non noceat non punitur pena mortis, & ſic decisum,*

19 *Decis. S. C. affertur in fauorem rei delinquentis cum ictu ſcoppicti non offendentis offenſum vulnere.*

20 *Effectus ſi non fuerit ſubſecutus ob aliquod impedimentum an ſibi locum vendicet pena ordinaria contra emictentes ictum ſcoppicti.*

21 *Pena ordinaria, & qua pena debeat puniri is qui perficere non potuit delictum ex aliquo impedimento in atricibus.*

ARGVMENTVM.

Pena mortis naturalis an erit afficiendus Reus ob ictum ſcloplicti illatum in aliquem nulla offenſione ſubſequta, ſi non conſtaret de palla plũbea impoſita intus ſclopictum ad interpetrationem Regiæ Pragm. 1. & 2. de ictu ſcopp. & pragm. 1. de Armis & prag. 47. §. 8 eo tit.

Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum & non dominentur mei omnis iniuſtitia.

VOTVM XXVI.

CVm fuiſſet ad querelam Iacobi Turri imputatus Nicolaus Maria Sandalarius de ictu ſcoppicti contra eum exploratum nulla tamen ſubſequuta offenſa corporali, ex eo quod cum ipſe Nicolaus Maria Aſcendiſſet ſuper barcam d. Iacobi perquirendo per eam ſi aderant piſces, vt illos emeret, quod egrè ferens d. Iacobus Improbando talem audaciam proruperat dicendo verba iracundiæ ob quod arrepto ſclopo ad miecium per ipſum Nicolaum Mariam verſus d. Iacobum fuit certo modo ab altero impeditus taliter, quod ictus alibi emiſſus fuit illeſo remanſo ipſo Iacobo, ſuper qua quidẽ informatione principaliter erat inueſtigandum delictum in genere ad hoc vt puniri potuiſſet iuxta formã Regiæ Pragmaticæ alias
1 editæ in Prag. 1 ictu ſcopp. & nouiſſimè corroborata per alias pragmaticas Comitis Lementium iunioris in Pragm. 52. de Armis quibus cautum patet puniri debere affectum etiam non ſequuto effectu, ſecundo ſi obſtante impedimento prædicto puniri debuerat ac ſi non interfuiſſet, vt diſpoſitio ipſarum Pragmaticarũ locũ ſibi vendicare potuiſſet put latiſſimè de cõſimili Pragmatica in Regni Siciliæ pro ſequitur Maſtrili. decis. eiuſdem Regni 155. vbi omnes collexit Doct.
2 Quantum ad primum actinet certum eſt quod ipſe Pragmaticæ rigoroſam penam imponunt limictentibus ictum ſcoppicti, & ſi non ſequutus ſit effectus de quo etiam teſtatur Camp. in prælud. Capitul. Regni num. 40. & poſteum Ricc. decis. Cur. Archiepiſc. 325. num. 3. par. 3. & ante eos Foller. in d. pragm. 1. num. 13. & 34. Inde ad hoc, vt locum ſibi vẽdicat pena neceſſe erit ante omnia de cor-
3 pore delicti in genere conſtare, ſicuti in omnibus delictis ſtatutum eſt ex vulgata l. 1. §. item illud ff. ad Syllan. Iul. Clar. in §. fin. q. 4. ſub num. 1. vbi allegat Boſſ. tit. de delicto nu. 2. Blan. in ſua praxi crim. in principio nu. 5. Ambroſ. in ſuo proceſſ. informat. lib. 1. cap. 5. & ibi Additio, quod quidem delictum in genere in caſu præmiſſo arbitratur Muſcat. in
4 ſua praxi crimin. in tit. de ictu ſcopp. nu. 13. non aliter per inditia fieri poſſe, ſed per teſtes de uiſu, & rei euidentiã, ſic dicendo quod ſi quis inquireretur de emiſſione ictus ſcoppicti,

piſti,ſeu baleſtræ contra aliquem, nec mors
nec vulnus , vel aliud ſignum appareret ,
quod illę ictus ad nocendum erat , exi-
ſtimat fiſcum non poſſe habere probationẽ
delicti in genere, niſi teſtes depoſuerint au-
diuiſſe ſtrepitum , & vidiſſe flammas,vel fu-
mum prout ita probatum extiterat in caſu
noſtro, ex quo inferebatur potuiſſe procedi
ad pene inflictionem contra eundem in qui-
ſitum data tali probatione delicti in genere,
licet ex parte inquiſiti replicaretur non
aliter in totum verificatum fuiſſe delictũ in
genere, cũ in eo deficiebat qualitas neceſſa-
ria hoc eſt aptitudo ad nocendum,quę pro-
cedit ex palla plumbea appoſita intus ſcop-
pictum, vel aliud ſimile ad nocendum , quod
eſt requiſitum neceſſarium,vt delictum in ge
5 nere benè prbbatum dicatur , meminit obi-
ter Reg.Rouit.in Pragm.1.de ictu ſcopp.ſub
num. 1. in poſtrema compilatione dicendo
conſtare tamen debet, quod realiter pila in
erat in corpore , nam alias deficeret delictũ
in genere, & ſic prout audiui à peritionibus
criminaliſtis pluries per M. C.fuiſſe ordina-
tum non eſſe contra inquiſitos tales proce-
6 dendum ſ mota tali probatione, etenim ad
hoc, vt puniatur ſcoppictę ictus ſubauditur
cum palla plumbea non cum carta, aut bõ-
bice ita ex Paride Ball. & Foller.notat Muta
in pragm.Sicil.tom.1.tit.41.num.127. ibique
7 in antecedenti num.126 de baliſta agens in-
telligendum putat de iaculo ferreo,& ſagit-
tis non ligneo ad quod notat etiam Ricc.
dec.Cur.Archiep.Neap.19. n.7.p.3.quod ſta-
tutum puniẽs aſportãtem ſclopũ, non habet
locũ in aſportante ſclopũ vacuum puluere
palla,& claui,& ſic in caſu ab eo relato refer
tur non fuiſſe habitam rationem contra cle-
ricum inquiſitum de tali aſportatione ſclopi
contra formam edicti illius Curiæ, quod fa-
cit ad propoſitum interpetrationis Prag. 1.
de armis comprobate in alia ſequenti prag.
47.§.8.eo.tit.mandantis habentibus licentiã
portandi tales ſcoppictas in eũdo, & redeũ-
do,ſed vacuas intra habitatum , vt quoque
Sicilię ſeruatur inquit Muta ibi n.83.& 84.nã
erit neceſſe contra tales repertos intus habi
tatum ſcoppictas euacuare,vt ſi fuerit reper
ta palla plumbea rectè delictum in genere
probatũ eſſet, imò ſimiliter ſi eſſet puluere
caricata tñ eo quod illicò palla imicti poſſet
oportet enim vacuas eſſe prout catant tales
pragmatice , & ſic pluries vidi practicari in
diuerſis partibus , & ſi non adeſſet palla in-
tus corpus illius licet puluere carricata ſta-
tutum locum haberet , eo fortius ſi palla
in poſſe aſportantis reperiretur,nam facilis
eſſet eius appoſitio intus ſcoppictam, & illã
emictere ictu . At in caſu præmiſſo replica-
batur non aliter potuiſſe talem particulari-
tatẽ probari poſtquã emiſſio ictus non fue-
rat directa verſus Terrã , vt potuiſſet fieri
diligentia pro inuentionæ pallæ de qua dubi
tabatur poſita,ſed ictus directus fuit verſus
mare, & propterea non potuit diligẽtia fie-
ri totaliter, imò nec alia antecedens proba-
tio verificata fuerat , vt ſolitum eſt in ſimili
10 per teſtes deponentes vidiſſe ſcoppictum
carricari cum palla,vel palluctinis, aut ſimi
le ferro nociuo , & inde ictum emiſſum pro
vt idem Muſcat.loco citato num.14. prole-
11 quitur,quod ideò fit ad cognoſcendum ani-
mum delinquentis determinatum ad occidẽ
dũ qui nouem modis ex Foller.dixerũt Mu-
ſcat.num.11.& Muta vbi ſupra num.118. &
ſ quen. probari,primo ex confeſſione extra
iudiciali , ſecundo per minas præcedentes
tertio per confeſſionem iudicialem , quarto
per inimicitiam,quinto per modũ emictendi
ictum,vt ſi fuerit emiſſus recto tramictæ,ſe-
xto ex prodictione , ſeptimo ex qualitate
temporis hoc de noctæ,octauo ex conſuetu-
dine delinquendi vltimo ex varijs coniectu-
ris Iudicis arbitrio reſeruatis,quamquam
prout ipſe Muſc. arbitretur duos tãtum eſ-
ſe ſubſtantiales hoc eſt primum, & tertium
reliquos vero modos non eſſe ſufficientes
ad probandum, ſed verius animus occidendi
12 percipitur ex emiſſione,ictus ſcoppicti cum
palla ita notabiliter cenſet Blanc.in tract.de
indit.n.84. dum loquitur de emictente iacu-
lum cum ferro , nam præſumitur velle occi-
dere alias non præſumeretur ſicuti per alias
rationes probat Foller.in d.pragm.1. nu. 45.
quæ cum non fuerant probata per accuſato-
rem,vel fiſcum quibus incumbebat probari
acere,dictã circũſtantiã ſicuti ex Foller.no-
13 tat ibid.Muſcat.n.7.meritò abſoluẽdus erat
etenim fiſco incumbit onus probandi,quali-
tates animi Bayard. ad Clarum in §.homici-
dium nu.16. imò benè poterat per eos pro-
bari talis qualitas dum ictus emiſſus fuerat
vel cum palla, vel ſine palla, adeòque ſi cum
palla ictus emiſſus erat illicò velociter palla
exeundo per aerem ſibilat,vt experientia
comprobatum eſt, ſecus quando ſine palla :
ſicque ex hijs non vedebatur plenè delictum
in genere probatum , neque inquiſitum ha-
buiſſe animum occidendi quærelantem ; ſed
potius id ad terrore feciſſe,quam aliter, vl-
tra , quod inimicitia quam inter eos erat nõ
erat grauis, ſed motus fuit reus ex malo mo
do procedendi ipſius accuſatoris nautæ, &
14 vilis conditionis arroganter reſpondendo
ipſi Reo viro nobili, & modeſto propter, quod
ira motus proruperat ad talem actionem
quo

Digitized by Google

quo fit, vt ictum ſcoppictæ emictens intelli-
14 gitur appoſtato modò in rixa accidentaliter
vel pro ſe defendendo, vt ibi Muta nu. 130.
oſtendit. Reſtat nunc videre dato, quod non
eſſet palla inuenta in emiſſione ictus ſcoppi-
cti, ſi ex hoc ſolo ictu ſine palla puniri debe-
bat: nam etiam ſi non adeſſet palla continge-
re poſſit offenſio in perſonam prout ſæpè
ſepius contingit caſu in aliquibus feſtiuita-
tibus, & congratulationibus dum emictun-
tur ictus ſcoppictarum aliquos fuiſſe offen-
ſos in faciem, & oculos ob quod ceci rema-
ſerunt, eo magis ſi data opera contingiſſet,
idemque Foller. in d. pragm. nu. 51. punctum
15 attingit ſpetialiter concludendo eſſe pena
extraordinaria afficiendum ſiue noceret, ſi-
16 uè non quod probat nu. ſequen. ex Afflict.
quia ſufficit terror baliſte, & quod fiat vis
qui loqui videtur quando fuiſſet vis publica
cum armis comiſſa ex eo quod Affl. ab eo re
latus in d. Conſt. aſperitatem ex menſe And.
ſub num. 4. verſ. & ideò dixit, quod ſi quis
tenebat baliſtam paratam cum ſagicta, vt
interficeret Titium, & proiecerit dardum.
17 Sed non percuſſit eum, vel percuſſit, ſed vul
nuſculum illatum eſſet: tamen per eum non
remanſit, quod non punitur pena manus,
nec mortis niſi eſſet aſſaſſinus, quod eſt in-
18 fortiori termino ita pariter aſſeuerandum
erit in emictende ictum ſcoppicte prout de-
19 ciſum refert Conſil. Gizarell. deciſ. 25. vbi
optima extat Additio Bald. de Angelis alia
cumulat, vnde licet Affl. loquatur in caſu
quo affectus non punitur non ſequuto effe-
ctu, & in caſu noſtro totum oppoſitum ex
diſpoſitione dictarum pragmaticarum ex
quibus mandatur puniri etiam affectus, &
quia ex prædictis apparebat inſtrumentum
non eſſe aptum ad occidendum, nec animus
occidendi percipi poterat, neque emiſſio cũ
palla verificabatur expreſsè quo caſu ordi-
naria pena afficiendus non erat, vt in ſpetie
dixit Intrigl. ſing. 236. par. 1. loquens de cõ-
ſimili ſtatuto in Inſula Siciliæ condito quẽ
ſequutus eſt idem Maſtrill. d. deciſ. 155. vbi
plura hinc inde deduxit ſatis conferentia
allegatis, & ideò tutius procedendo ſtante
partis remiſſione, ac defenſionibus per eum
benè congeſtis fuit liberatus informa ſuper
20 nouis inditijs die 21. Auguſti 1624. prout
quoq; deciſũ retuli alias per S.C. in 3. p. Cõ-
pendij noſtri edenda verbo qualitas, ſed
quantum ad aliud ſecundum obiectum im-
pedimenti conſocij offenſi ob quod non po-
tuit offendi, eſt verum dato, quod non fuiſſet
ſubſequutus effectus tunc puniretur delin-
21 quens, quia non potuit ſequi ex aliquo impe
dimento ſuperueniente ſecundum Bart. in l.
qui falſam ff. de falſ. per illũ tex. & conſulẽ-
do quoque ſectatur Marſil. conſ. 83. num. 23.
quos probat idem Foller. in d. pragm. nu. 49.
adhuc tamẽ ex allegatis corruere videbatur
obiectũ ita quod Iuridice proceſſum fuit ad
ita decidendum, & conferunt à me relata in
Compẽd. deciſ. Arch. Neap. verbo ictus ſcop
picti, vel ſaltim puniri debet de conatu in
atrocibus is qui perficere delictum non po-
terat ex aliquo impedimento ſuperueniente
vt ex Bald. in l. non ideo C. de accuſ. Gram.
deciſ. 74. num. 3. ſed hoc procedere videtur in
delictis quicum effectu perpatrari poterint
non autem in caſu allegato, vt in terminis
tenet Anton. de Ball. in tract. crimin. lib. 3. tit.
de liter. diſpenſat. caſ. 5. per totum.

Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Mos fuit antiquitus ignem poſt meſſem mictere ſtipulis.*

2 *Tex. in l. qui occidit §. in hac actione ff. ad l. Aquil. ponderatur.*

3 *Ignis imictitur in reſtuccbijs de mente Auguſti in Regno ex lege particulari.*

4 *Ignem imictens in die ventoſo non caret culpa.*

5 *Ignem imictens die non ventoſo ſi ſuccedente flatu damnificauerit non tenetur imictens.*

6 *Ignem imictens in reſtuccbijs in fraudẽ vt faciunt locati Apuleæ tenetur.*

7 *Ignem coalens loco aperto ſi ſtante vento flammam damnum fecerit in domum alicuius tenetur & idem in emictente fulgurem per aerem.*

8 *Ignem imictens in reſtuccbijs ſi adbibita fuerit diligentia ne ignis euageret non tenetur aliqua pena etiam criminali aut ſi fortuitu caſu ignis exortus eſſet.*

9 *Nauigatio quando erit permiſſa, vel denegata.*

10 *Nauigantes tenentur ſcire ventus ſydera & loca vbi nauigant.*

11 *Naute aduerſo tempore nauigantes tenentur ex culpa, ſed ſi caſu contingerit tempeſtas non tenerentur in aliquo, & ſic deciſum num. 12.*

13 *Vectigal non ſoluitur à nautis ſi vi votorum nauis appliciuiſſet in aliquo loco incidenter.*

14 *Proclama à Principe ordinata quod omnes ſtipendiarij exeãt de terra ſub pena ante conſumptionem candele accenſe, ſi illa contingerit extingui à vento non locum haberet pena, donec conſideretur, quod intra tantum tempus conſumi potuiſſet.*

15 *De-*

15 *Deciſio articuli contra imiƈtentem ignem in reſtucchijs ſi ventus incidenter euenerit non tenetur criminaliter rationibus comprobatur, & deciſione.*

ARGVMENTVM

Ignem imiƈtens in reſtucchijs congruo tempore ſi inde vt ventorum ſuperueniente vicini predium offendat, an teneatur ad intereſſe paſſum imiƈtens ignem.

Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua, & veritatem tuam nimis.

VOTVM XXVII.

EXpoſita querela ad inſtantiam D. Vincentij Bizochi procuratoris Illuſt. Card. Riuarolæ contra Iacobum Tauarum de incẽdio nonnullarum arborum Oliuarum ſiſtẽtium in Abbatia d. Illuſtr. Card. & capta informatione de prædictis fuit citatus ad informandum, inde carcerato dicto Reo expetebatur excarceratio, cum ex informatione prædicta ſatius de eius Innocentia liquere prætendebat, & propterea ſuppoſita facti ſerie percipiebatur de mandato Marij de Philippo de Alexio conductoris certi Territorij d. Abbatiæ certo die apto ignem imiſiſſe in reſtucchijs eiuſdem territorij inde poſt aliquantulũ tẽporis ſpatium oliuarum conſumpſerat arbores, ob quod ipſe procurator eiuſdem, Reum condemnari poſtulauerat ad intereſſe, qua propter inſpecta criminalitate dicebatur nullatenus eſſe mole-
1 ſtandum. Mos enim fuit antiquiſſimus poſt meſſem ſtipulas in agris accendere probat Lubrerus de incendio cap. 1. num. 32. & dum ſit lege permiƈtente penam non meretur l. Graec. C. de adult. ꝓbatur ſiquidẽ ex diſpoſitione particularis tex. in l. qui occidit ſ. in hac actione ff. ad l. Aquil. vbi expreſſus caſus
2 refertur v3. ideoq; ſiquis in ſtipulã ſuã, vel ſpinã cõburrende eius cauſæ ignẽ imiſerit, & vlterius euagatus, & progreſſus ignis alienã ſegetem, vel vineam leſerit, requiramus nũ imperitia eius aut negligentia id acciderit ſiquidem die ventoſo id fecit culpe reus eſt nã &c. & ſubdit tex. in eodem crimine eſt qui nõ obſeruauit ne ignis longius procederet, at ſi omnia quæ oportuit, obſeruauit, vel ſubita longius ignem produxit caret culpa, &c, inueſtiganda nunc erint requiſita huius legis vt culpę reus dicatur, ad hoc vt ad damni emendationem nedum penæ punitionem teneretur, eo prius præmiſſo fundamento neceſſarium eſſe, vt experientia docet ſingulis annis ignem reſtucchijs imponi, & certo tẽpore præfixo hoc eſt in mẽſe Auguſti iuxta
3 diſpoſitionẽ Cap. Regni Pridẽ de quo, etiam meminit Foller. in fragmen. par. num. 200. de incendiarijs vltra Fab. Montel. in eius praxi arb. par. 5. num. 54. Borrell. conſ. 7. per totum quem nouiſſimè ſequutus eſt Ioan. Lublerus in tract. de incendio cap. 2. numer. 25. taliter, quod rei licitè operam dediſſe fertur ignem imiƈtendo in reſtucchijs eodem tempore permiſſo, nec per hoc reus dici poteras, reſtat de duobus alijs videre primo ſi in die ventoſo hoc feciſſet quo caſu culpa non
4 careret ex diſpoſitione d. ſ. Ceterum ſi non in die ventoſo prout compertum erat, & ſuccedente poſtmodum flatu vtique in cul-
5 pa eſſe non cenſebatur de quo ſigillatim Neapod. d. cap. Pridem num. 8 notandum relinquit, quod ſi in die ventoſo fuerit ignis imiſſus culpæ locus erit & per conſequens
6 teneri ad omne damnum Fab. Montel. vbi ſupra, vel ſi in fraudem extra tempus imiƈti faceret ignem in agricolarum iacturam, vt faciunt locati Apuleæ Rendell. in tract. de paſcuis, & defenſ. cap. 5. in fine par. 2. fol. 263. verſ. ſed an dici, quod ſecus ſi in die non ventoſo, & quamuis diſpoſitio d. cap. ſit generalis nullam tamen faciendo mentionem de die ventoſo, vel non ventoſo, nihilominus illud intelligit quando quis imiƈtit ignem die non ventoſo, vt lex prædicta non corrigatur, ſed ſtet in ſuo caſu ſicque culpa perciperetur quando die ventoſo ignis imiƈteretur
7 quemadmodũ ſi in loco aperto flante vento ignis fieret, adeò, vt flãmã impelleret, & domũ cõburreret aut aliud ſuccederet culpe reus erit Magon. deciſ. Florent. 111. nu. 38. prout etiam in proiciente fulgura, & alios lederit iuxta pragm. 2. de lapidib. & fulgol. vbi Rouit. in rub. nu. 2. ita è contra, vt ſupradictum eſt peracta prius diligentia ſecus erit ex actè Borrell. d. cõſ. hoc idẽ probat n. 10. Secũdo aut vrgente requiſito, dicebatur nũ ſuc-
8 cedente flatus impetu, ob quod damnificari ceperat alienum territorium, diligentia ab eo præſtita fuerat ne vlterius ignis euagaretur, & certè ex actis apparebat ex parte ſua omnem adhibuiſſe diligentiam in hoc, propter quod puniri non debuerat ſi tale incẽdium vi ventorum, aut alio fortuitu caſu exortum eſſet adhibita prius diligentia, vt prædictum eſt, & probat ibidem Borrell. nu. 12. 13. & 16. & idem confirmat ex deciſ. Peruſ. 25. num. 21. & Card. Tuſc. pract. concluſ. verbo incendium 3. conſ. nouiter Proſp. Rẽdell.

in

in tract.de defenſ.& paſc.vniuerſit.3.p.c.1).
ver.ignis vero f.a 10.ſed reus dignus excuſa
tione aliqua videbatur dum erat ſolus, & in
Campanea vbi nullus aliis reperiebatur, vt
potuiſſet occurrere.& propterea culpa care
re c. rnebatur. quibus accedit id quod de
9 Nautis diſpoſitum eſt,eo quia non omni tẽ-
pore permiſſum eſt de iure nauigare etenim
nauigatio à Calendis Aprilis vſque ad calẽ-
das Octobris permiſſa comperitur,& in re-
liquo tempore annis prohibita juxta Gloſ.
in l.1.C.de milit.veſte lib.12.cum alijs relatis
per Ferret. in tract.de Rè Nauali lib.11. nu.
2.Gram.conſ.ciuil.1. num. 6. & Stracca in
tract.de Naut.nauib.& nauig.n.1.vbi licet aſ-
ſerat ex conſuetudine non ſeruari,nihilomi-
10 nus, quia nauigantes tenentur ſcire ventos
ſydera, & loca vbi nauigant dixit idem Fer-
ret.in eo.tract.lib.8.num 1.& 2. & propterea
ſi aduerſo tpe nauigaret nauta culpe reus erit
11 inquit Stracc. loco citato num. 2. quippè qui
ſuccedente curſu rapidiſſimo aquarum, vel
vi ventorum propter quod damnum alteri
illatum noſcatur nullo iure teneri videtur,
nec eius culpæ annumerabitur, & ſic deci-
12 ſum teſtatur Gamma deciſ.Luſit.296.vbi re-
fert eos fuiſſe abſolutos ab intereſſe prout
etiam a vectigali abſolui debere cenſuit
13 Stracca in eo.tract.de nauib.numer. 26. Iul.
Ferrect.in tract.de gabellis num. 115. eo que
magis cum in caſu allegato non criminali-
ter, ſed ciuiliter conuentus fuerat. Acce-
dat prædictis pro coronide quod ſi contin-
gerit fieri proclama iuſſu Principis quod om
nes ſtipendiarij exeant Ciuitatem Ca-
ſtrum,vallum ſub pena ante conſumptionẽ
14 vnius candele accenſæ, ſi contingerit can-
dela extingui à vento non propterea incidẽt
in penam,donec conſideretur tempus infra,
quod potuiſſet conſumi Barbat.in cap. cum
inueteri de elect. quem ſequitur Ferret. de
milit.iuſt.n.24. Iuſſi tamẽ ſuſpenſa criminali
15 tate ciuiliter procedi die 24. Ianuarij 1624.
prout etiam ita conſulendo ex multis aucto
ritatibus fundat Borrell.in allegato conſ. 7.
& ſic Mediolani deciſum ex Iul.Clar.quæſt.
68.num.24.probauit Lublerus vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatio in expenſis non fit, ſi non fuerint petite.*

2 *Expenſe quando non eſſent petite liberum erit iudici, vel condemnare, vel non reum.*

3 *Iudex non tenetur ad expenſas condemnare niſi petite eſſent.*

4 *Expenſe Iudicis officio petuntur.*

5 *Iudex ſuum officium impartiri non debet niſi petenti & ratio aſſertur.*

6 *Expenſe peti non poſſunt ſi in condemnatione non ſint deducte.*

7 *Reus ab expenſis cenſetur abſolutus, ſi in ſententia non fuerit condemnatus.*

8 *Expenſe peti debent ante ſententiam, vel in ipſa die qua Iudex ſententiam ferre debuerat.*

9 *Expenſe poſt ſententiam peti non poſſũt*

10 *Expenſe deſinunt per pronunciationem ſententia.*

11 *Expenſe non petite quando cenſeri debeãt eſſe petitas.*

12 *Expenſe cenſentur petite per clauſulas ſalutares.*

13 *Expenſe ſunt acceſſorie ad cauſam principalem.*

14 *Expenſarum condemnatio eſt acceſſoria.*

15 *Expenſe quando debentur ex ſententia veniunt iure actionis.*

16 *Expẽſe in iudicijs debẽtur ex quaſi cõtractu quia in iudicijs quaſi contrahitur.*

17 *Victus victori vt in expenſis condemnetur qualiter intelligatur.*

18 *Expenſe debite vigore ſtatuti debentur, vel ſi fuiſſent petite, vel non.*

19 *Expenſe in Regno debentur ex particulari Conſt. Regni Diuorum.*

20 *Expenſe in Regno debentur conditione Conſtit. Regni.*

21 *Expenſe debite vigore ſtatuti veniunt cõditione ſtatuti, & ſunt perpetue.*

22 *Expenſe debite iure actionis, vel officio Iudicijs nobilis peti poſſunt poſt ſententiam.*

23 *Expenſe debite ex ſtatuto iure actionis debentur.*

24 *Expenſarum taxatio fit in omnibus Curijs Regni, non tamen in M.C. neque S.C. illarum reſeruatio fit.*

25 *Succumbens in lite debet in expenſis cõdemnari.*

26 *Iudex non condemnans in expenſis tenetur in ſindicatu, qualiter intelligatur num.29.*

27 *Sententia quò ad expenſas iterum erit proferenda ad inſtantiam Victoris.*

28 *Iudex cur teneatur ad expenſas condemnari.*

30 *Lex quando aliquid fieri mandat non ſufficit tacite fieri.*

31 *Iudex quando nec abſoluit nec condemnat an cenſeatur reus abſolutus, & qualiter intelligatur.*

32 *Victor tunc petere poterit expenſas litis quando ille venirent iure actionis.*

33 *Expenſe debite vigore ſtatuti iuſta cauſa liti-*

litigandi non excuſat ab illis licet, dicat obtinuiſſe cauſa victorie.

34 *Iudex non tenetur de proprio reſarcire expenſas, & illas à victo recuperare ſi illas imiſerit, quando iure actionis vigore ſtatuti deberetur.*

35 *S.C. numquam in expenſis condemnat, & ſi iuſta cauſa litigandi ſubeſſet quod ratione probatur.*

ARGVMENTVM.

Expenſe ſi fuerint ommiſſe in ſententia, an poſt eius prolationem peti poſſint.

Prope es tu Domine, & omnes vie tue veritas.

VOTVM XXVIII.

POſt latam ſententiam condemnatoriam aduerſus Nicolaum Mariam della Ghezza patrem Fráciſci della Ghezza ſuper prçſtatione alimentorum præteritorum' quorũ cauſa les alienum contractum fuerat, nec in ſententia mentio aliqua fuerat facta de expenſis, quæ aſcendebant ad ſummam ducatorum 35. in circa conqueſtus fuerit Franciſcus Actor de tali omiſſione expenſarum inſtando, poſt ſententiam ipſam latam ſuper illarum condemnatione, quamuis ex parte conuencti replicaretur illas nó aliter petiti
1 tas in principio libello, ideo nõ teneri tũc.n.
cõdẽnatio fieri debuerat quãdo fuerint petite ex Bart.in l.1.§.Magiſtratus n.1. ff.de magiſt.conuen. probat Scappa in tract. de iu-
2 ę non ſcript.lib.5.cap.211.num. 37. Nam
qando expenſe non fuerint petite liberum erı Iudicis arbitrio ſi velit condemnare, vel nonMinſinger.ſingul.obſeru. cent.2.obſeru. 24.pq Marant.in ſpecul.par.6. 3. membro num. 1, Io. Ferrarius in ſuo proceſſu iudiciar.par. lib.3.cap.4. col. 2. verbo vbi mo-
3 nendi ſunt. Nihilominus congruum erit
niſi petite ſint expenſe, vt Iudex nõ teneatur illarum condemnationem facere, ita Marant.in ſuo ſpecul.par.6.verſ.libellus nu. 18. licet ex officio hoc fieri ab eo poſſit idem Bart.in l.4.§.hoc autem ff.de damn.;inſ. Federic.Shenc. in ſua praxi tit. de expenſ. col. penul.verſ.itaque etiam Octau.Veſt. in praxi Roman.cap.2.lib. 8. numer.7. & 17. Paul. Granut.Theorem.6.numer.8 Borgnin.deciſ. Fauz.14.nu.34.par.1.And.Gail.lib.1. obſeru.
4 151.num.21. & dum non fuerint petite non
tenetur Iudex ex eo quia regaliter expreſsè Iudicis officio petuntur ex Guliel.de Cuneo in l.Sancimus C. de iud.& Specul.in tit.de offic. Indic.§.iuxta notat Miere. in Conſt.Catalon.tom.2. collat.10.cap.9.n.147. Ioannes Ferrat.vbi ſupra d.verſ.generaliter
5 vero omnes, & propterea ipſe non tenetur
impartiri officiũ ſuũ niſi petenti ex quo hoc priuatam cõcernunt vtilitatem, vt latè probat Muſcat. in praxi S. C. lib.1. par.7.gloſ. condemnando num.88. per iura ab eo relata & propterea cum de illarũ condemnatione nó conſtabat, at expenſe peti non poſſunt, vt ex Bald.Dec.Purpur.Garger. probat Giurb. deciſ.Sicil.81. num.2. ſubdens ob hoe reum cenſeri abſolutum per l. terminato, C. de fruct.& lit.expenſ.& Menoch.Aſin.& Tuſch. & vltra eos Amat.deciſ Ancon.66. numer.3. Marant.in ſing.verb.filius fam. licet regulariter Guazzin.in tract.ad defenſ. tom.2. de-
8 fenſ.36.cap.25. num. 1. Secundo dato, quod
potuiſſent peti expenſe facte, re tamen integra peti debebant hoc eſt ante ſententiam ſcilicet tota illa die qua Iudex ſententia laturus erat, vt dixit Aſin. in ſua praxi Iudic. par.1.§.32.Ampliat.54 num.6.vbi numer.7. ſubnectit, imò tota illa die qua tulit ſupplere poterit Minſing.cent.2.obſeru.22. num.4. Gail vbi ſupra num.22.Guazin. vbi ſupra
9 num. 3. Ceterum poſt ſententiam expenſe
non petuntur probãt Gratian.deciſ.Marchię 126.num.15.& Guazz.loco citato num.3.ante cum Pet.Iacobus in ſua praxi tit.de actione comodati n.8.latè Berlicch. dec. German. 127. deſinunt enim expenſe per pronuntia-
10 tionẽ ex Cyn.d.l terminato Io.Ferrar.in ſuo
proceſſ. Iudic.lib.3.cap.4.verſ. generaliter;è conuerſo dicebatur dato, quod non fuiſſent petite, neque in ſententia de eis mentio habita, adhuc impliciter cenſebantur petite, & ſubſequuta cõdẽnatio. ne per implicitã petitionẽ hoc eſt petẽdo pro ſe pnũtiari q tũc nedũ ſup principali, ſed ſup acceſſorijs petitũ eſſe videtur de expenſis hoc idem, firmat Aſin. vbi ſupra nu.5. & eo fortius probatur etenim expẽſe cẽſentur petite per clauſulas ſalutares.ſ. peto ius omnimodo meliori, iuſtitiam miniſtrari Minſing.vbi ſupra n. 3. & Gail lib.1.obſeru. 151. quem ſequitur Petra ad Gram.deciſ.15.num.1.Barboſ.in tract. de clauſul. in clauſ.35. num. 2. atq; cum expenſe ſint acceſſorie ad cauſam principalem, vt probãt Borgn.deciſ.Fiuizan.15.nu.11.par. 1. Gratian.cap.144. num. 64. inde ſub ſequitur quod merito ſub intelligantur in ſententia, expenſarũ condemnatio q̃ acceſſoriè eſt Anton.Fab.de iuriſdict.omn.iud.de fin. 3. nu. 3. nam ſicuti quando debentur ex ſententia veniunt iure actionis, & veniunt acceſſorie, & in-

inconſequentiam cauſæ principalis Alexan.
conſ.66.volum.5.Capell.Toloſ.deciſ.329. ibi
Aufr. Borgn.Fiuiz.deciſ.14.nu.13.par.1.
Imò ex quaſi contractu expenſe debentur,
nam in iudicijs quaſi contrahitur, & ita a-
gi intelligitur, vt victus victori in expenſis
condemnetur l.3.& 4.C.de fruct. & lit. ex-
penſ.Nicol.Valla in tract. de rebus dubijs
in calce operis in Miſcellan. quæſtion. nu.
29.tit.de lit. ſumpt.& expenſ.verſ. ſũptus
autem, multo fortius ſi vigore ſtatuti debe
rentur, ita etiam ſi non fuiſſent petite neq;
18 in ſententia de illis mentio facta adhuc
debentur, & peti poſſunt, ẽt poſt ſententiã
ita interminis ſtatuti ita dictantis expreſ-
ſè decidit poſt Cumiam in Ritibus Sicil.
cap.73 num.42 Giurba vbi ſupra num.3.&
in alio ſtatuto Ianuæ ita quoque diſponen-
te confirmat Maril.deciſ.Genuæ 34.nu.5.
latiſſimè Greueus huic aſſentit opinioni
alios concitando Autores in Gail. tom. 1.
concluſ.151.conſid.2.nu.5. & ſequen. Mie-
rez. in Conſt. Catal.tom.1.collat.4. ca.16.
num.10.Berlicch.deciſ.German.127.num.
3.ſic iudicatum cenſuit nu.12.& 13. prout
ex noſtro ſtatuto percipitur expreſsè in
Conſt.diuorum vbi Affl.punctualiter notat
quod etiam ſi de expenſis non ſit facta mẽ-
tio in ſẽtẽtia, q̃a debentur cõditione ex illa
Conſt.peti poſsũt poſt ſententiã,& ad hoc
ſubiunxit prædictus Borgn.deciſ.16. num.
19.par.1.quod expenſe, quæ debentur vigo
re ſtatuti veniunt conditione,& ſunt perpe
tue, & poſſunt peti vſque ad annos trigin-
ta, quemadmodum dicimus in expenſis de-
bitis iure anctionis, vel officio Iudicis no-
bilis quoniam,& poſt ſententiam peti poſ-
ſunt probat Marant.in ſing.verb. expenſe
& melius in verbo filiusfam.Guazin.d. lo-
co num.4. licet regulariter, ita expenſe de-
bite ex ſtatuto iure actionis debentur Ca-
ſtill.deciſ.Sicil.86.num.8.vbi in anteceden-
ti numer. 87. id fundat ex Ritu Regni Sicil.
particulari prout in hoc Regno ex d.Cõſt.
percipitur quo circa per Curias Regni ſem
per ſolitum eſt reſeruari taxatio expenſa-
rum licet in Mag.Cur.& S. C. hoc in praxi
non ſit receptum Maſcat. in eius praxi lib.
1.p.7.gloſ. condemnando num.4. Præterea
poſtquam dictus Nicolaus Maria Reus cõ-
uentus condemnatus fuerat in ſententia nõ
eſt dubium quin ſuccumbuerat, & eo am-
plius ſuccumbens in litẽ condemnari de-
25 buerat, vt dixit Barz.deciſ.Bonon. 65. nu.
7.deciſ.12.n.37.dec.76.n.7.Vnde cum non
fuerint in ſententia expreſsè expenſe in
cõdemnatione deducte licet videatur reus
26 ab illis abſolutus Iudex tamen teneri vi-
debatur ex diſpoſitione Reg.Pragm at.te-
meritatem de expenſ. & propterea ſi bene
ſententia fuerat prolata abſque condemna
tione expenſarum adhuc iterum proferen-
27 da, erat ad inſtantiam Victoris quò ad ex-
penſas cui dabatur actio ex d. pragmatica
ſecundum Bart.& alios quos probat d.Mu-
ſcat vbi ſupra num.83.qui nu.90.allegando
Carau.in ritu 297. num. 9. dicentem Iudi-
cem teneri condemnari in expenſis cum
28 quis condemnari poterit, ita quod ipſa
pragmatica addat iuri communi, quod ve-
rum putat non tamen, vt Iudex eodem mo
do teneatur, ac ſi expenſe fuiſſent petite,
ita quod ſi non fecerit teneatur in ſyndica
29 tu iuxta tex. in l. properandum §.ſin autẽ
C.de Iudic. vbi Doct. ſed cum non fuerint
petite tenebitur ex diſpoſitione d.pragma-
ticæ ſin tamen omiſerit non tenebitur in
ſyndicatu ad quod non aduertit Carau. vt
per Parid.de ſyndic. verbo expenſe cap.2.
num.4.& 5. Amad.de ſyndic num.148. per
Gloſ.in cap.fin. de Reſcript. & ibi Additio
30 & ratio eſt q̃a quãdo lex aliquid fieri mã-
dat non ſufficit tacitè fieri Iaſ.in l. prætor.
ff.de noui oper. nunt. cum alijs relatis per
Cabed.deciſ.Luſit.12.nu.7.par.2. ad quod
notandum erit quod ſi in ſententia Iudex
nec condemnauit, nec abſoluit, licet videa
tur tacitè victus abſolutus nihilominus
hoc ſanè intelligendum eſſet quando ex-
penſe venirent officio Iudicis Io. Ferrar.in
eodem proceſſu Iudiciar. 2. par.io additit.
add.cap.4.verſ.ad §. generaliter fol. 163.
hoc idem probat ex Aſin. d. praxi Iudic.§.
32.cap.2.Couar.var.quæſt. cap.27. num.5.
Secus iure actionis Guazin. vbi ſupra nu.
4.Greueus ibi num.3. quoniam tunc pote
rit Victor petere, vt condemnetur victus
ad expenſas ita Affl.in eadem Conſtit. ub
num.1.verſ.& ex hoc vbi ſubdit nu.2.quod
ſi expenſe debentur vigore ſtatuti . iuſta
cauſa non excuſat ab illis licet dica obti-
nuiſſe ratione victoriæ deberi ſecundum
mentem Ang.ibi relatam, & ſequitur Surd.
deciſ.Mantue 274.nu. 6. quamuam prout
ipſe met Afflict. teſtificetur hoc malè ſer-
uatur in S. C. quia ſemper abſoluit ab ex-
34 penſis ex iuſta cauſa ad quod Gratian.di-
ſcept.forenſ.cap.725. num. 79. dixit quod
iuſta cauſa litigandi excuſat ab expenſis,&
ſi adeſſet ſtatutum mandans victum victo-
ri in expenſis condemnari tamen ex hijs
omnibus percipitur nedum poſt ſententiã
peti poſſe expenas ab Actore, ſed condẽ-
eationem ſubſequi à Iudice poſſe, ex quo
35 potiſſimum ipſe iure actionis petuntur vi-
gore ſtatuti allegati, quo nam caſu Iudex
non

non aliter de propio reſarcire teneretur, vt poſtea à viſto illas recuperare poſſet, ſi illas ommiſſerit ſicut teſtantur Luc. in l. miſſi §. quod ſi C. de exact. Trib. lib. 10. & Pariſ. de ſynd. in verbo poteſtas cũ n. 4. quinimo ex hijs omnibus iudicaui eſſe reũ ad expẽſas petitas poſt ſententiã condemnandum die 21. Ianuarij 1625. & fuit confirmatum in R. A. Terræ Bari referente R. Aud. Baldaſſare d'Angelis de menſe Aprilis 1626.

SVMMARIVM.

1 *Qui prior in tempore potior eſt in iure.*

2 *Nominati prius magis dilecti dicuntur.*

3 *Donatio facta contemplatione matrimonij acquiritur filijs, vt filijs.*

4 *Pater donatarius inſimul cum filijs non poteſt facere aliquid in ipſorum præiudicium.*

5 *Pater bona donata filijs alteri obligare non poteſt, nec de illis diſponere, & ſic deciſum.*

6 *Nepos habet bona donata filio contemplatione, matrimonij ex facto Aui, & ex ſtipulatione Notarij, non autem vti patris donatarij heres.*

7 *Donatum patri, & filijs cenſetur donatũ contemplatione patris.*

8 *Donatio facta patri, & filijs iam natis nullis exiſtentibus coniecturis patris contemplatione facta cenſetur ſecus nati non eſſent num. 9.*

10 *Donatio contemplatione matrimonij licet ſpectet filijs illius matrimonij, tamen cum hereditate donatarij tranſire videtur, & ita deciſum, & pater diſponere non prohibetur.*

11 *Donatio facta patri, & filijs cenſetur facta illis vti haredibus.*

12 *Pater ſtipulando pro filijs cenſetur illis vti heredibus ſtipulari.*

13 *Pater in dubio præſumitur ſtipulari pro filijs vti filijs non vti haredibus.*

14 *Cautela, vt donatio facta filijs cenſeatur facta, vt filijs non vti haredibus refertur.*

15 *Filij donatarij vti haredes tenentur ad onera paterna & ita deciſum.*

16 *Vſus fructus bonorum filij ex peculio aduentitio debitorum cedere debet in beneficium creditoris patris.*

17 *Donationes facta patri, & filijs ſi non apparet quorum contemplatione fuerint factæ recurrendum erit ad coniecturas.*

18 *Stipulatio in dubio pro filijs facta intelligitur vti haredibus, niſi aliter ex coniecturis appareat num. 19.*

20 *Donatio facta patri; filijs potius quã patri quaſita videtur.*

21 *Donatio facta patri, & filijs per nomina propia nuncupati pro dimidia diuidetur.*

22 *Pater, & filij admictuntur inſimul pro ſuis pationibus ad legatum ipſis factum, & ſic deciſum.*

23 *Legatum factum alicui nomine expreſſo, & haredibus, pro medietate diuidetur.*

24 *Donatio facta patri, & filijs iam natis qui ſeruitia donanti fecerunt vti filij non vti haredes admicterentur.*

25 *Donatio facta vxori contemplatione viri præſtantis ſeruitia donanti cui aquiratur.*

26 *Donatio correſpectiua ad merita qualiter dicatur.*

27 *Donatio facta patri, & filijs ob merita patris, cuius contemplatione facta cenſetur & qualiter inter filios diſtribuatur.*

28 *Donatio potius filijs quam patri facta cenſetur quoties dilectio, erga filios verteret.*

29 *Donatio facta patri potius quam filijs iudicatur quando nimia eſſet amicitia cum patre habita.*

30 *Donatio ſimpliciter facta patri, & filijs nullis meritis exiſtentibus quorum cõtemplatione facta cenſetur.*

31 *Pater alienare an poſſit donata ei, & filijs ſimpliciter, in præiudicium filiorum.*

32 *Donatio facta patri, & filijs cenſetur facta patri eius vita durante, & inde filijs.*

33 *Donatio facta patri, & filijs dicitur facta ordine ſucceſſiuo.*

34 *Succeſſio bonorum donatorum patri, & filijs qualiter diſtribuatur.*

35 *Filij ſuccedunt ex propia perſona in donatione ipſis facta vigore pacti adiecti, vt ipſi ſuccedant.*

36 *Donatio contemplatione matrimonij facta dicitur reſpectu coniugum inter viuos, ſed reſpectu filiorum cauſa mortis.*

37 *Donatio facta patri, & filijs nodum natis qualiter ipſis acquiratur.*

38 *Pater an diſponat de bonis ſibi, & filijs nodum natis donatis.*

39 *Filij an teneantur ad onera paterna pro bonis donatis patri, & filijs nodum natis deciſio affertur.*

40 *Donatio facta à fratre fratri eiuſque filijs naſcituris, cenſetur facta contemplatione patris.*

41 *Deciſio S.C. in fauorem creditorum patris donatarij vna cum filijs affertur.*

42 *Coniunctus donans magis præſumitur diligere patrem ſibi coniunctum quã filios*

43 Donatio facta filie pro dote licet patris perſona contempletur, an aduentitia, vel profectitia dicatur ad excluſionem creditorum refertur deciſio S. C.

44 Opinio eorum aſſeuerantes donationem factam filijs, aut filijs qualiter procedat.

45 Donatio facta contemplatione matrimonij an ſit cauſa finalis, vel impulſiua, & num. 47.

46 Donatio contemplatione matrimonij an cenſeatur quaſita filijs, vt filijs, vel, vt hęredibus.

48 Donatio contemplatione matrimonij an dicatur impulſiua, vel finalis, ſi in ea fuerit facta donatio propter nuptias.

49 Donatio contemplatione matrimonij diuerſa eſt à donatione propter nuptias.

50 Donatio propter nuptias lucrum matrimoniale appellatur.

51 Donatio reſoluto matrimonio ſimplex efficitur.

52 Diuiſio bonorum donatorum patri, & filijs an in capite, vel in ſtirpes facienda erit.

53 Teſtator plures collectiue ſub vnico verbo inſtituendo aliquem, et filios alterius an in ſtirpes, vel in capite feciſſe videatur.

54 Teſtator coniunctim ſub vnico verbo nominando plures an vnica tantum portio illis dare videatur.

55 Ius filijs & patri donatarijs an equaliter conſeri debeat quaſitum, ita quod donās non poſſit alio modo diſponere, vel habeat facultatem bona ipſa, vt voluerit inter filios diſtribuere.

56 Melioratio facta alicui, & eius filijs, & alteri an pro dimidia facta cenſeatur.

57 Donationes an & quando tot eſſe cenſeātur, quot eſſent perſonæ.

58 Donatio facta patri, & filijs, vel pro ſe, & filijs an plures dicantur donationes de perſe principaliter.

ARGVMENTVM.

Donatio facta contemplatione matrimonij patri, & filijs, an ipſis vti hæredibus, vel vti filijs debeatur ad excluſionem creditorum paternorum.

Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum, & doce me iuſtificationes tuas.

VOTVM XXIX.

FActa executione vigore literarum executorialium expeditarum virtute inſtrumēti iam liquidati per Iacobum Borraſsà pro ducatis 70. ex dotibus Criſt. Idinæ Caſſanæ ſuæ vxoris contra Iulium Cæſarem della Foreſta ſuper certo oliuero, comparuerunt Franciſcus Paulus, & Nicolaus Antonius della Foreſta filij ipſius Iulij Cęſaris pretendentes vti donatarij vigore donationis factę contemplatione matrimonij contracti inter d. Iulium Cæſarem, & Portiam Vetranam tam dicto Iulio Cæſari, quā eius filijs naſcituris à Reuerēdo D. Nicolao Petroſillo non potuiſſe fieri, & in eo præferri vti anteriores, & potiores de quo non aliter dubitabatur poſtquam talis donatio facta fuerat in anno 1503. die 24. Iulij, & allegatum inſtrumentum celebratum fuerat in anno 1612. die 21. Nouemb. Vnde ſuccedebat vulgata regula illa, qui prior eſt in tempore potior eſt
1 in iure ad tex. in l. qui balneum in princ. & l. potior in principio ff. qui por. in pign. habeant cum alijs adductis per Barboſ. in ſuo opuſ. Principia vtriuſque iur. lit. P. num. 43. qua propter intuēdo verba donationis prædictæ ſic dicendo, & p contēplatione è cauſa di detto futuro matrimonio è per li poſteri è figli naſcituri da detto futuro matrimonio dona donationis titulo irreuocabiliter viuos, & propter nuptias prædictas alli detti Giulio Cæſare è figli naſcituri da detto futuro matrimonio, & per cōſequens à me predetto Notaro ſtipulante per quelli l'infraſcipte robbe &c.) ex quibus colligitur donationem ipſam principaliter fuiſſe factam ipſis filijs ex eo quia ipſi prius nominati fuerunt, vt ſupra dixi per li poſteri; & figli naſcituri &c. & nō eſt dubium; quod primo nominati cēſentur magis dilecti Dec. conſ. 480. ſub num. 11. & nominatus primò
2 in contractu præſumitur principalis Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſump. 7. num. 6.
3 Quo fit, vt talis donatio contemplatione matrimonij facta acquiratur filijs, vt filijs, vt in propio caſu conſuluit Bertrand. conſ. 176. col. 2. vol. 3. quem citat ſequendo Reg. de Ponte conſ. 25. vol. 1. ſubdens, & ſic intelligitur facta ex coniecturata mente cōtrahentium, ita quod poterit pater donatarius in
4 ipſorum præiudicium aliquid facere, ſi ipſi principaliter ſint contemplati ſequitur Maſtrill. hos, & alios allegando deciſ. Sicil. 211. num. 13. & deciſ. 301. num. 2. & 17. & melius Caſtill. deciſ. 106. num. 7. Larata conſ. 9. num. 6 ad quod faciunt congeſta per Gaſp. Ant. Theſaur. lib. 4. quæſt. Forenſ. qu. 2. & conſe-

quenter

quēter dum eis facta videbatur donatio, nullatenus pater bona donata alteri obligare poterat, neque de illis diſponere prout ita
5 deciſum tradit Caſtill. vbi ſupra, & pariter Peguera deciſ. Catal. 139. in fine vbi alias de hoc deciſum eſſe teſtatur per doctrinam Bartol in l. mortis cauſa capitur ff. de donat. cauſ. mor. & in conſ. 55. & 66. ex Caſtill. Co-
6 uar. Menoch. & Tiraquel. ibidem relatis præterea; dici poterat, quod nepos h. b. t bona donata filio contemplatione matrimonij ex facto Aui, & ex ſtipulatione Notarij, non autem vti patris donatarij hæres, ex adductis per Molfeſ. conſ. 2. num. 1. vbi cenſuit ita iudicatum per S.C. incontingentia facti ibidem citati, & pariter in caſu ab eo relato in dicto cōſ. vt tradit in Addit. ad cōſ. 1. & ſeq. n. 7. t. 2.

Ex aduerſo ad excluſionem filiorum dicebatur pro creditore ex rationibus adductis tā per Caſt. vbi ſupra ac Piguer. inprincipio eſſe deciſionis fundatā opinionē, in eius fauorem, & propterea ante omnia debebat pon-
7 derari altera Doct. concluſio affirmantium donatum patri, & filijs cenſeri donatum, cōtemplat one patris, vt probat præfatus Regens de Ponte conſ. 16. num. 75. & 82. par. 2. in tantum, quod donatio facta patri, & filijs iam natis nullis exiſtentibus coniecturis patris contemplatione facta cenſeatur, etſi no-
8 mine propio filios vocaſſet Camill. de Med. conſ. 142. num. 8. & 9., multo fortius ſi non eſſent adhuc nati: quoniam tunc omninò cō-
9 templatione patris facta cenſeretur donatio, ſicuti teſtatur idem met Camill. de Med. 142. num. 13. ſubdenſque idem eſſe ſi fuiſſent filij anniculi, vltra alios Doct. nouiſſimè congeſtos per Camill. Larata d. conſ. 9. ſub num. 49. prout quoque in donatione facta filio cōtemplatione matrimonij, ita vt licet ſpectet filijs illius matrimonij, ita vt eū hæreditate donatarij tranſire videatur, & ſic deci-
10 ſum refert Theſaur. Iun. lib. 4. quæſt. Forenſ. q. 2. adhuc tū pater de bonis donatis diſponere poterit filijs huc vſq; nō natis Nouar. lib. 1. quæſt. Forenſ. qu. 83. vbi ex multis hoc probat. Vnde ex hoc ſubſequitur donationem ipſam factam patri, & filijs naſcituris cenſeri
11 factā illis vti hæredibus ita Marta in voto 121. nu. 10. Larata vbi ſupra nu. 60. alios cumulat Caſtill. vbi ſupra num. 6. vltra Molfeſ. d. conſ. 2. latiſſimè Maſtrill. d. deciſ. 301. nu. 1. vbi quam plures allegat Doct. & hoc, quia pater ſtipulādo ꝓ filijs cēſetur illis vti hære-
12 dibus eius ſtipulari ex Gloſ. in l. ſi tibi decē §. ſi pactus ff. de pact. probat Larata ibi n. 25. Caſtill. ibidem Marta in voto 216. n. 22. Cōſ. Anna conſ. 25. n 22. Molfeſ. d. conſ. 12. nu. 2. & ſeq. contra opinionem aliorum relatam in præcedēti n. 7. vt in dubio pater præſumatur ꝓ filijs vti filijs nō vti hęredibus hinc ꝓdita eſt cautela, vt donatio filijs, vt filijs quæ-
14 ratur, expreſsè dicatur, vt donatio fiat filijs, vt filijs ita Reg. de Ponte cōſ. 80. vol. 1. n. 16. ex multis Surd. dec. Mātuę 322. n. 44. quos probat ibidem Larata n. 6. Molfeſ. vbi ſupra num 16. & 38. & poſtquam prædicta verba ſpecifica appoſita non videntur, videbatur
15 affirmandum filios ipſos vti hæredes teneri ad onera paterna, vt ſepè ſepius per S.C. iudicatum fuiſſe refert Camill. de Medic. in d. cōſ. 142. vt patet etiam in caſu relato ab eodem Larata d. conſ. 9. deciſo in fauorem cre-
16 ditoris, & in ſimili concludit Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de pecul. cleric. lit. F. vt vſusfructus bonorum, filij ex peculio aduentio debitorum cedere debeat in beneficium creditoris patris per iura ab eo relata.

Sed ad vberiorem articuli diſcuſſionem aduertendum eſt quando eſſemus in dubio donationis factæ patri, & filijs, ſi non appa-
17 reret quorum contemplatione fuerit facta, tunc recurrēdum erit ad coniecturas, vt di-
18 xit Camill. de Medic. in d. conſ. 142. num. 6. nam & ſi in dubio ſtipulatio pro filijs facta vti hæredibus intelligēda erit, vt probat ibidem Larata nu. 22. & 25. quod limitatur niſi aliter ex coniecturis appareret Reg. de Pō-
19 te d. conſ. 25. num. 3. adhuc tamen ex coniecturis facilliſſimè colligi poterit cui principaliter, vel inſubſidium, aut æqualiter donatum eſſe refertur, qua propter ſi reſpectu ipſorū filiorū principaliter donatio facta fuerit
20 patri, ipſis iꝰ poteſt nō patri qſitū videatur vt dixit Caſtill. d. deciſ. 106. n8. attendendam igitur eſſe exiſtimo diſtinctionem Doct. nam ſi de filijs natis loquamur etiā enim agnoſcēdum qualiter in donatione vocantur, vt ſi fortè pater, & filij per propia nomina nuncuparentur in donatione tunc proculdubio donatio pro dimidia parte patri quereretur, pro alia dimidia filio nominato, vt poſt And. Iſern. notat Afflict. deciſ. 393. num. 3. quem ſequutus eſt Mantic. de Tacit. Ambig. tom. 2. lib. 13. tit. 21. nu. 25. vltra eum Molfeſ. vbi ſupra num. 23. Gratian. cap. 663. nu. 8. prout in vltimis voluntatibus idem aſſerendum videtur, quoties pater cum filijs nominibus
22 expreſſis vocarentur ad relictum non tamē ordine ſucceſſiuo, ſed omnes in ſimul eſſe admictendos in ſuis portionibus deciſum per S.C. refert Præſ. de Franch. dec. 633. eſt enim tante potentiæ ſpecialis nominatio, quod operatur in diuiſione facienda, vt cui-
23 libet pars aſſignetur, quod ſecus eſſet, ſi vni nomine expreſſo legetur, & hæredibus: quoniam pro medietate fieret diuiſio ad tex in l. ſi quis Titio vbi Bald. ff. de vſufr. accreſc. &

l.interdum ff.de hæred. inſt. cum alijs nouiſ-
24 ſimè adductis per Criſtof. Martium in exa-
min.33.nu. 5. inter eius deciſ. Senenſ. Secun-
do principaliter donatio facta filijs iudicare
tur quoties ipſa fieret patri,& ſi ijs iam natis
maximè ſi ipſi filij aliqua donāti præſtitiſsēt
ſeruitia,vel ex alijs cauſis,vel ſi eos dilexerit
tunc non vti hæredes,ſed vti filij ſuccederēt
optimè poſt Menoch.de Præſump.lib.3.præ-
ſump.28.nu.11. Camill. de Medic.conſ.143.
25 num.7. , quemadmodum in ſimili donatione
facta vxori dicitur ſi cenſeatur facta cōtem-
platione viri , vt ſi in inſtrumento dona-
tionis Princeps expreſſam mentionem ſer-
uitiorum viri feciſſet in caſu relato per Iaco
bum Gillum conſ.43. vbi nu.4. hoc notauit,
26 eo caſu donatio reſpectiua ob merita , tunc
diceretur quando incōtinenti facta eſſet eo-
rum mentio Menoc.de præſumpt.lib.6. præ-
ſump.2.num.7.quemadmodum etiam è con-
uerſo refertur eſſe determinatum exiſtenti-
27 bus patris benemeritis, vt potius eius con-
templatione , quā filiorum cenſeatur dona-
tum refert ibidem Menoch.d.præſump.28.n.
9.& 14 Larata vbi ſupra nu.50.& conſequē-
ter poſſe donatarium cui facta fuit donatio
ſibi,& ſuis liberè de rebus donatis diſpone-
re deciſum tradit Franc. Hieron. Leo deciſ.
Valen.143.n.12. to.2.quamquam inter filios
ipſa donatio taliter facta æqualiter diſtri-
buatur ex Fontanell. de pact.nupt.p.1.clauſ.
4.gloſ.9.num. 7.cum ſequ. firmat Conſil.Pa-
ſcal.de vir.par.pot.par.1.cap.4.ſub num.4.
28 Tertiò principaliter quoties magis dilē-
ctio donantis erga filios verteret , quā erga
patrem , tunc ob amicitiā filij cum donante
eius contemplatione potius quam patris do
natum videretur, vt ibidem Menoch. nu.12.
comprobat, ſicuti è cōtra exiſtente amicitia
patris nimia cū donatore eiuſdē patris con-
templatione donatum cenſeri exiſtimat Ce-
poll.conſ.ciuil.15.num.22.volum.2. idem ſe-
quitur alios citando Menoch.d.præſump.28.
num.11. ex quo inſerri poteſt ad Auum do-
nantem , & affectionem habentem ad nepo-
tes potius quam ad patrē ipſorum & eo ma-
ximè ſi ipſe filius donantis eſſet ei odioſus
vt contingi ſolet .
30 Quartò principaliter exēplificatur quoties
donatio ſimpliciter facta eſſet patri, & filijs
nullis eorum exiſtentibus meritis, aut ſingu
lari affectioni coniunctis , cum donatore,eo
enim caſu communiter omnibus videtur fa
cta donatio contemplatione vtriuſque,vt ſi
31 fuerit donatū Caſtrū patri,& filijs adhoc,vt
in eorū familia conſeruaretur , ſicut probat
Menoch.d.præſump. 28. nu.16. quem ſequi-
tur Gratian.cap.667.nu.8.vnde ipſe inferen-
do dixit hoc caſu non eſſe permiſſum patri
in filiorum præiudiciū alienare,bene Caſtill.
ibi num.7. vt in caſu Martæ voto 215. & in
caſu eiuſdem Caſtill.adeo,quod donatio ipſa
patri,& filijs facta interdum ex coniectura-
32 ta mente donantis cenſetur facta patri du-
rante vita, & poſt mortem ipſius,filijs,idem
Camill.de Medic.conſ.142.num. 18. & non
mirum ſicut communiter omnes Doct. pro-
33 bāt ꝙ donatio facta patri,& filijs intelligitur
ordine ſucceſſiuo Surd. dec. 322.n.44.Mar-
ta voto 218.nu.25.& voto 215. n.1. vt ſcili-
cet ſucceſſio bonorum donatorum per vul-
34 garem ſubſtitutionem eis confertur , & ime-
diatè capiunt bona ipſa donata filij prædicti
per Gloſ. & Bart.in Rub. de vulg. & pupill.
ſubſt.cum alijs adductis ibidem à Marta ad
idem Cancer.var.reſol.tom.1.cap.8.num.62.
ſin autem donatio verſa vice fuerit facta
filio contemplatione tamen patris,acquira-
retur tunc in totum patri, quod ſecus eſſet
ſit facta fuerit filio , & patri contemplatio-
ne filij:quoniam tunc medietas erit filij, &
altera patris , vt ex multis probat Gratian.
diſcep.Forenſ.cap.663.numer.8. & 9.tom.4.
35 Quintò quoties donatio fuiſſet expreſsè ,
facta , vt filij ſuccederent, vt filij,vt ſupra
dictum eſt non autem,vt hæredes, nam tunc
ipſi ſoli ſuccederēt ex propia perſona vigo-
re pacti,& conuentionis , vt aduertit Marta
d.voto 218. ſub num.26.& voto 215. num.5.
ita,quod pater eo caſu nequaquam diſpone-
re poſſet de re donata in præiudicium ſuorū
36 filiorum,poſtquam talis donatio duplex eſſe
videtur , hoc eſt reſpectu coniugum dicere-
tur inter viuos reſpectu vero filiorum cauſa
mortis, quibus ipſa donatio debetur Nicol.
Valla in tract. de rebus dubijs in 4.tract. nu.
3. & in calce operis ſub titulo de donat.facta
primogen. eiuſque lib. : quamquam Bellon.
conſ.60.num.14. putet eam eſſe donationem
inter viuos ex multis ibi citatis, ſin autem
donatio facta eſſet patri,& filijs nodum natis
37 ſed naſcituris prout erat caſus de quo age-
batur,quoniam affectio futurum filiorum nō
aderat Molfeſ. d.conſ.2.num.12. nec eorum
merita inſerant,neque ſpecificè conuentum,
vt ſuccederent vti filij non vti hæredes,ceſ-
ſantibus omnibus alijs coniecturis ex quibus
colligi poterat ipſam donationem eorum
contemplatione factam, & non patris, nulla
apparente contraria voluntate Molfeſ.ibidē
num.22. procul dubio regula ipſa ſuccede-
38 ret, vt patri ſtipulando pro eis donationem
ipſam contemplatione patris , & vti hære-
dibus illius acquiſitam eſſe ſecuti ſupra di-
ctum eſt ex Medice d.conſ.142,num.8. & ex
multis probat Maſtrill.deciſ.301.num.1.p.4.

&

Google

& proinde potuiſſe patrem de rebus donatis diſponere, vt probāt optimè Caſtill. in eadem deciſ. num. 2. & Maſtrill. ibi num. 2. alios citat, ſicut in conſimili donatione etiam conſuluit Cepoll. conſ. ciuil. 15. vol. 2. & in alio caſu adducto per Hieron. de Leo deciſ. Valent. 143. to. 2. in donatione facta Titio, & ſuis, vt potuiſſet diſponere de bo-
39 nis donatis, & conſequenter filij ad onera paterna teneri Camill. de Medic. d. conſ. 142. in fine, & ſic deciſum in donatione facta filio contemplatione matrimonij, vt teneantur filij hæredes ad onera creditoribus paternis deciſum retulit Gaſp. Anton. Teſaur. vbi ſupra, & ſimiliter per S.C. pluries deciſum apud Molfeſ. conſ. 2. n. 17. vbi optime de hoc ſigillatim agit, & pro ſequitur
40 eo amplius ſuperaddito fundamēto, quod cum donatio fortè proceſſiſſet ab alio quā à patre, vt puta à patruo in nepotem, & eius filios prout erat caſus noſter, eo enim caſu proculdubio potius contemplatione patris quā filiorum naſciturorum factam fuiſſe præſumendam eſſet ex rationibus deductis per Alex. conſ. 179. num. 3. volum. 5. Dec. conſ. 81. nu. 5. Soccin. Iun. conſ. 33. nu. 3. lib. 1. cum alijs adductis, & conſideratis per eundem Laratam d. conſ. 9. num. 53. & ſequen. qui de conſimili caſu alloquendo concludit in fauorem creditorum nepotis
41 donatarij debita contrahentis & ita deciſum per S. C. retulit in calce ipſius conſi-
42 lij, nam coniunctus donans magis præſumitur diligere, patrem ſibi proximiorem quam filium Medic. vbi ſupra nu. 12. ſicque pariter in cauſa allegata iudicaui die 27. Iunij 1624. idemque poſtea die 13. Nouēbris eiuſdem anni iudicaui in cauſa Ioann. Franciſci Acconciaioci, & Lauræ Acconciaioci coniugis cum hæredibus Guidocij Monfredi in qua cauſa donatio ab Auo facta comperiebatur filio ac filijs naſcituris, & per eaque longius in ſimili diſcutit Molfeſ. vbi ſupra in fauorem creditorum pronūtiandū eſſe ipſis filijs excluſis ſicuti n. 17. deciſum teſtatur, prout antiquitus cōtingit hæſitari inter cetera in cauſa Scipionis de Bononia V.I.D. viri Hippolitæ Ramires cum Illuſtr. Duce Sueſſæ in S.C. vertente, vbi agebatur de donatione facta per d. Ducem Ioann. Ramirēs pro dote eius filiæ ducatorum mille, & dubitabatur ſi ex hæreditate paterna debebat deduci, vel nō ad excluſionem ipſius Ducis creditoris in maiori ſumma ipſius Ioann. Ramires, nam dicebatur ex parte Ducis, ꝙ d. ducati mille fuerunt donati contemplatione d. Ioannis patris ipſius Hippolitæ prout ex litera d. Ducis apparebat, cuius formalia verba erant videlicet aſſi miſmo ſe reciban en cuenta los mil docatos por lo accaſamiento de vrā hija; filia Ramires tunc minor nullum ſeruitium præſtiterat neque præſtare poterat d. Duci ideò contemplatione patris donati cenſebantur And. in cap. 1. §. & ſi libellum num. 14. verſ. quę dicta ſunt de extraneo de alien. feud. pat. quod contemplatione mea datur, mihi videtur dari ff. de coll. bon. l. dedit, nec in dubium refricari poteſt quin patri non cenſeantur donati, poſtquam donans dixit, (quæ ſe receban en cuenta del Padre,) tanto magis quia idem donans non nominauit Hippolitam, & non nominata perſona filiæ reſpectu patris intelliguntur donati idem And. in cap. 1. ſi Vax. feud. priu. nu. 4. verſ. ſecus ſi non nominauit per tex. in l. ſi plures §. in arrogato ff. de vulg. & pupill. vbi Bart. cōcludit, quod quidquid filius habet beneficio patris, ſeu eius occaſione dicitur peculiū profectitium idem firmauit Afflict. deciſ. 393. num. 4. & peculium profectitium non deducitur de hæreditate patris niſi prius ſoluto ære alieno Alex. conſ. 31. viſo teſtamento num. 1. cum ſequen. lib. 4. & notata per Bart. in l. 2. §. ſi ſponſa ff. de priuil. cred. non procedebant in caſu præmiſſo, quia Bart. loquitur quando filia cōcurreret cum legatarijs qui habent cauſam lucratiuā, & tunc eis præfertur, non autem quando cōcurreret cum creditoribus, qui habēt cauſam oneroſam, & tractant de damno, nam iſto caſu creditores præferri debent, etenim quantum ad creditores datum, ſeu promiſſum filiæ ob cauſam dotis à patre, ſiue ab alio contemplatione patris non eſt æs alienum Alex. ad Bart. in d. §. ſi ſponſa ſuper verbo dos, & iſtud benè declarat, & tenet Paul. de Caſtro conſ. 322. viſo puncto num. 1. lib. 1. verſ. præterea ſtatutum dicit ꝙ iſta nō eſt dos, ſed illa quæ traditur marito, & illa habet præcipuum fauorem de iure communi, quod præferatur creditoribus, contractus dotis dicitur contractus qui re proficitur, & ſi non incipiat à traditione, ſed à promiſſione non appellatur contractus dotis, ſed appellatur promiſſio Alex. conſ. 13. circa primum nu. 13. lib. 3. Nihilominus replicabatur, & ſi dos patris contemplatione data non aduentitia, ſed profectitia dicatur ex tex. in l. profectitia ff. de iure dot. adhuc procederet in dote in cuius donatione ſola patris perſona eſſet contemplata cum profectitiam dotem nō ius poteſtatis, ſed nomen patris conſtituat d. l. profectitiam §. pen. ff. de iur. dot. Gloſ.

in l. auia in verbo profectitia C.eo. ſecus ſi
cauſam dotis pijſſimam contemplauit do-
nans, vt in caſu enarrato in quo donat
Dux patri, vt filiæ dotem daret quem ca-
ſum in ſpecie decidit I. C. in d. l. profecti-
tia §. ſi quis certam quantitatem ff. de iur.
dot. dotem hanc aduentitiam votans pro
qua contra patrem filiæ conditio datur, nõ
enim patris merita cogitare voluit, ſed tã-
tum dotis cauſam quæ fauorabilis eſt ex
quo per eam ad matrimonium deuenitur
l. 1. §. accedit C. de re vxor. act. vbi extra-
neus dotem dans, ob dotis fauorem
donare videtur non diſtinguens, an paupe-
ri, vel diuiti detur cum dotis priuilegia ne-
dum in paupere, ſed in diuitæ procedant, vt
per Bald. Nouell. in tract. de dote in 5. par.
principali vnde ex hijs fuit per S.C. Iunctis
Aulis ad relationem regij tunc Conſil. Mi-
chaelis Villanouæ die 15. Maij 1570. deci-
ſum huiuſmodi, decreto S.C. prouiſum eſt,
quod Magnificus Scipio de Bononia præfe-
tur Illu. Duci Sueſſæ ſuper quantitate debi-
ta magnificis hæredibus quond. Magni-
fici Ioannis per Illuſtr. Thomam de Mari-
nis pro pretio bonorum feudalium ſibi
venditorum pro concurrenti ſumma pro
qua fuit eidem facta in ſolutum datio de
quantitatibus prędictis debitis eidem Ma-
gnifico Ioanni per Magnificos filios non
obſtantibus prætenſis pro parte d. Ducis
Sueſſe hoc ſuum, & licet fuiſſet pro parte
ipſius Illuſt. Ducis reclamatum adhuc fuit
dictum bene prouiſum per S.C. ſub die 15.
Martij 1607. pro quantitate pretij, quod
remanſit penes Illuſt. Ducem Sueſſe ex vẽ-
ditione bonorum feudalium Magnifici Io.
Ramires venditorum ex iuribus magnifici
Scipionis ſeruata forma decreti lati ſub
die 26. quibus 1673. necnon pro quantitate
ducatorum mille debitorum magnificæ Hi
politæ Ramires ex donatione eidem factæ
per eundem Ducem ac aliorum duc. 600.
eidem legatorum per magnificum quond.
D. Lopes de Herrera reſpectu vero reſidui
vltra ſummas prædictas declaratum eſt be
ne fuiſſe reclamatum pro parte Illu. Ducis
&c. prout ex actis in bãca Scannapechi, &
hijs conueniunt etiã replicata quod ducati
1000. per Ducem ſit dos aduentitia, pro
reſolutione præmiſſorum aduertẽdum erit
q. in vita patris hoc conſiderari nõ debet
nam caſus dotis eſt cauſa finalis ratione
Reipublice, non in vita patris, quæ eſt im-
pulſiua videatur Bald. Nouell. in tract. de
dote par. 6. priuil. 50. in fine, Item facit,
quia quamuis donatio præſumatur facta
contemplatione meritorum præcedentiũ,
fallit tamen, quando fauore dotis verſare-
tur, & infortioribus videatur, quod dixit
Iaſon in l. qui in aliena §. interdum ff. de ac
quir. hæred. quem ſequitur Alciat. in tract.
de præſumpt. Reg. 1. fallent. 17. quod licet
dos data per Auum ſit profectitia: quia cõ-
templata videtur perſona filij illud proce-
deret quando Auus teneretur de iure dota
re filiam, ſecus ſi nõ tenetur, quia tunc dos
eſſet aduentitia.

Nec obſtat concluſio Doct. allegato-
rum in principio contraria ſententiam aſſe
uerantium, vt cenſeatur donatio facta filijs
vti filijs quoniam eorum opinio procedit
quoties filiorum perſone eſſent contempla.
44 fortè ex coniecturata mente contrahen-
tium, vt puta ſi in donatione eſſent adie-
cta verba perpetuitatem denotãtiam: quo-
niam tunc videri complectitur donationẽ
ipſam ad poſteros tranſire, vt in caſu rela-
to à Marta d. voto 215. & in alio caſu addu
cto à Caſtillo d. deciſ. 106. vt ibidem aduer
tit ſub num. 6. verſ. contrarium tamen, &
in caſu relato ab eodem Molfeſ. loco ſupra
citato num. 1. cui idem reſpondit num. 41.
quoniam talis donatio pro conſeruatione
familiæ, & illius ampliatione diceretur ob
cauſam, & conſequenter acquireretur om-
nibus contemplatis, & efficeretur irreuoca
bilis vti pars contractus late Gratian.
diſcept. Forenſ. cap. 924. numer. 31. & 33.
45 Neque obſtabit ſi diceretur donationem
factã contemplatione matrimonij eſſe cau-
ſam finalem, & nõ impulſiuam quemadmo-
dum ex multis probat Caſtill. in alleg. de-
ciſ. 106. num. 9. aſſerens ita eſſe commu-
nem opinionem veriorem apud Doct. con-
tra concluſa per Surd. in deciſ. 322. nu 84.
& Reg. de Ponte deciſ. 39. nu. 29. & 30. Mol-
feſ. qui alios citat in Conſuet. Neapol. par.
4. quæſt. 26. nu. 8. nouiſſimè Gratian. diſcep.
Forenſ. cap. 924. nu. 11. & ſeqnen. Maſtrill.
ibidem num. 9. & nouiſſimè Marius Cutell.
in tract. de donat. int. pat. & fil. contempla-
tione mat. tract. primo diſcurſ. 3. par. 6. &
tract. 2. diſcurſ. 1. ſpet. 5. Surd. d. deciſ. 322.
nu. 1. Maſtrill. 301. num. 9. obquod dici po-
46 terit talem donationem eſſe filijs quæſitã
vti filijs nõ vti hæredibus, & conſequenter
de bonis donatis pater diſponere non po
terat ſic ex multis probat Caſtill. vbi ſupra
47 num. 7. & 8. Etenim ipſi loquuntur quo-
ties ex ipſo contractu donationis factæ cõ-
templatione matrimonij percipi potuiſſet
per coniecturas non aliter fuiſſe contractũ
matrimonium, niſi ipſa donatio præceſſiſ-
ſet, & ſic matrimonium fuiſſet cauſa fina-
lis, vt pulchrè demõſtrat Mantic. de tacit.

&

& ambiguis lib.13.tit.4. ſub num.11.verſ.
ſed hæc ſententia ſæquitur Gratian.vbi ſu-
pra num.30.vbi alios allegat pulchrè Reg.
49 de Ponte conſ.117.num.13.volu.2. eo ma-
ximè ſi in ea fuiſſet ſacta donatio propter
nuptias, vt quoque ibidē fundauit Caſtill.
Ceterum quoties ſimpliciter præceſſiſſet
donatio potius ſimplex,& impulſiua dice-
retur,quam ob cauſam prout Man... Grat.
49 cum alijs ab eis adductis teſtantur ... Ca-
ſtill.ibidem num. 14. ex quo donatio con-
temptione matrimonij diuerſa eſt à dona-
tione propter nuptias,& cauſa matrimonij
in donatione expreſſa dicitur eſſe cauſa im-
pulſiua Camill.de Medic.conſ.107.uumer.
23.& 24. vbi nu.10. & 15.dixit talem do-
nationem non ſolum non eſſe ob cauſam
50 ſed ſimplicem continentem cauſam lucra-
tiuam, nam ipſa idem eſt, quod donatio
propter nuptias, quæ lucrum matrimonia-
le appellatur à Capyc.relato à Medice,cōſ.
99.n.30. maximè quando fieret filio, & vt
cumque ſit reſoluto matrimonio donatio
ipſa ſimplex efficeretur Conſil. Theodor.
51 alleg.42.num.11.& 12. quo ſit,vt filij ſuc-
cedere uideantur vti hæredes,& nō vt filij
niſi ex coniecturis relatis aliter appareret
Ex hijs inferebatur ad deciſionem alterius
articuli ventilati nedum in præmiſſo caſu
ſed pariter in cauſa creditorum Iulij Cæ-
ſaris della Foreſta cum Portia Vetrana
eius vxore eo quod poſtquam facienda e-
rat diuiſio bonorum donatorum contem-
platione matrimonij patri,& filijs naſcitu-
ris ſi incapite erat facienda, vel inſtirpes
52 quemadmodum in ſucceſſionibus verſatur
hoc eſt ſi per medietatem alterutri,vel ha-
bita contemplatione ad filios ita vt ſi plu-
res eſſent, quilibet prorata cōſeq̄retur par
tem incluſo etiam patre donatario,& caſus
ipſe videtur determinari in l. ſi quis Titio
ff.vſuſ.accres:ibi tex.hęc verba dixit ſi quis
Titio,& hæredibus ſuis vſumfructum lega-
uerit dimidiam Titius dimidiam hæredes
eius habebunt,ex quo tex.& l.interdum in
principio,& l.liber homo §.Titius ff.de hę-
red.inſt.a l.ſi pater ff.de vulg.& pupill.pro.
bat nouiſſimè Cryſtoſ. Martius in examin.
33.num.5.quod ſi teſtator plures collecti-
53 uè poſuit ſub vnico verbo poſt nominatio-
nē alterius,nempè inſtituo Caium, & filios
Sempronij intelligitur inſtituiſſe in ſtirpes
ita vt Caius dimidiam, & alteram dimidiā
filij Sempronij obtineant, quam dimidiam
poſſunt inter ſe poſtea diuidere ſi velint ſe-
quitur Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.4.
tit.11.nu.9. & ſubſequendo rationem red-
dit quare iſti filij in ſtirpem ſuccedunt, &
54 non incapita, eam eſſe dixit, quia cum te-
ſtator eos ſegregatim non nominauit, ſed
coniunctim ſub vnico verbo poſuerit cre-
ditur conſideraſſe eos tamquam vnicam
perſonam,& loco vnius tantum habuiſſe,&
conſequenter vnicam tantum portionem
illis aſcribere voluiſſe in Gloſ.& Bart.in d.
l.interdum ad cuius ſiquidem ornamentū
55 deducitur queſtio illa admodum ventilata,
ſi æqualiter filijs ius quæſitum cenſeatur
ex donatione ſacta ab Auo eius filio, & fi-
lijs, ita quod donator non poſſit alio modo
diſponere,vel habeat facultatem bona præ
dicta,vt voluerit intet ſuos filios diſtribue-
re quam ſiquidem concluſionem attingit
Fontan.de pact.Nuptial.clauſ.4. Gloſ.9.p.
1.nu.7. cum ſequen. & in caſu per eum re-
lato de patre, nempè diſponente de bonis
ſibi donatis de quibus omnibus diſpoſue-
rat in beneficium vnius ſuæ filiæ relicto cer
tum quid alteri filiæ de illis,quæ cum præ-
tendiſſet medietatem illorum conſequi
demum refert ita pronuntiatum in illo Se-
natu pluries in pluribus cauſis, & hāc opi-
nionem pluribus Iuridicis fundamentis
tuetur,vt erit apud eum videre,ad idem fa-
cit,quod tradit Aluarad.in tract. de conie-
56 ctur.mente de functi lib.2.cap.3.§.1.num.
24. quod ſi ſit facta melioratio Titio, & fi-
lijs ſuis, & Sempronio, dimidiam Sempro-
nius habebit per tex. d. l. ſi quis Titio, &
p alia iura ibi adducta, & ita pronuntiatū
fuit in ambabus cauſis relatis ſuperius,ce-
terū,quando ſimpliciter fuerit facta dona-
tio pluribus ſimul, & ſemel non tamen or-
57 dine ſocceſſiuo tunc tot dicerentur dona-
tiones quot eſſet perſonæ,ita ex Guliel. de
cun.Bald.& Caſt. in l. ſi plures ff. de pactis
nouiſſimè comendat Gerius Spina conſ.49.
num.48. vbi in præcedenti nu.47.idem di-
xit procedere, ſi ordine ſucceſſiuo fuiſſet
geſtum tunc pariter tot dicerentur dona-
tiones ex Corduba in l. ſi quis à liberis §.
idem reſcriptum num.33.& 42. ff.de lib. &
poſth. ex Xuares Caſt. & alijs ibidē citatis
& ratio illa verior eſſe poterit, quia dona-
58 tio ſacta,& patri, & filijs, vel per ſe,& fi-
lijs due dicuntur donationes de pro ſe eq;
principales, nempè vna reſpectu patris, &
alia filij, ita vt facto patris in donatis non
poſſit filijs pręiudicari,vt ex Caſt.in l.ſi pe
cuniam q.4. num.11. ff. de cond.cauſ.dot.
firmat nouiſſimè Anton.de Amicis var.re-
ſolut.in 30.reſolut.num.8.vbi plura.

Io. Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

SVMMARIVM.

1 *Delicta puniri publicè intereſt.*
2 *Abeſſe dicitur miles exiſtens in bello.*
3 *Miles in Caſtris morans gaudet priuilegijs militum.*
4 *Sententia in criminalibus ſtatim exequi debet, & limitatur num. 7.*
5 *Adam ſtatim fuit de Paradiſo eiectus.*
6 *Punitio quanto plus differtur, tanto amplius culpa creſcit.*
8 *Senrentia contra prægnantem differtur.*
9 *Sententia Principis lata per iracundiam differtur.*
10 *Sententia executio differtur ob rationum editionem.*
11 *Sententia executio differtur, ſi reus arcanum Principi reuelare velit.*
12 *Exceptio hoſtica militi proſit, vt in cauſa procedi non poſſit.*
13 *Pena contra milites fures, an ſit differenda tempore belli, & quare.*
14 *Sententia, ſi non exequatur fruſtratoria reddetur.*
15 *Tempus delicti in milite actendi debet, vt à ſuo Iudice puniatur.*
16 *Delicta, ſi non puniantur quæ, nam mala ſubſequuntur.*
17 *Quod potui nolui, quod volui non potui.*
18 *Iudex per ſententiam functus eſt officio.*
19 *Iudex incompetens ſit competens per contemptum ipſius.*
20 *Milites delinquentes captos poſtquam militare ſeruitium expleuerint, an remicti debeant Iudici eorum refertur deciſio.*
21 *Delinquens illico ſit ſeruus pene.*
22 *Damnati ad beſtias, & ad metallum ſtatim ſiunt ſerui pene.*
23 *Pena exilij dicitur capitalis.*
24 *Milites verberantes, & vulnerantes qualiter puniantur.*
25 *Miſſio ignominioſa militis quid operetur.*
26 *Pena furti ignominiam operatur.*
27 *Pena mortis eſt pro furtis magnis.*
28 *L. ſi prægnantis ff. de pen. qualiter procedat.*
29 *L. ſi vendicari C. de pen. in quo caſu loquatur.*
30 *Pena differtur excutio ob multitudinem perſonarum, vel magnitudinem.*
31 *Executio pene capitalis non differtur.*
32 *Iudex, an ſtatim reum punire debeat.*
33 *Banniti ad bellum ire, an debeant.*
34 *Prag. nouella refertur pro reis volentibus accedere ad bellandum, vt conſuetum eſt.*

ARGVMENTVM

An ſententia criminaliter lata contra Militem debeat ſtatim exequutioni demandari, vel potius in ea ſuperſederi donec Miles regium ſeruitium expleuerit.

Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.

VOTVM XXX.

CVm fuiſſet Franciſcus Paulus de Altamura miles nouæ militiæ imputatus de
nonnullis eius criminibus hoc eſt de verberibus illatis in perſonam Ioſeph Campeſe de furto aliquorum bonorum cum violentia patrata aduerſus certos homines
Barenſes tempore quo excubijs ipſe reus
incumbebat, vt ſolitum eſt ſeruari tempore æſtiuo per vniuerſa loca maritima Regni huius ob ſuſpictionem Turcarũ illiſq;
coram Regio Gubernatore Monopolitano
Michaeli Vea Hiſpano ac Capitaneo ad
Guerram propoſitis, demum ſeruatis ſeruandis adhibito meo voto vti illius Conſultore, etiam ad Guerram condemnatus
fuit ad exulandum per certum temporis
ſpatium die 2. Septembris 1625. Sed quia
pro regio ſeruitio, detinebatur eo tempore ad cuſtodiam Ciuitatis, hæſitari contingit, ſi differri debuerat executio ſententiæ,
vel ſtatim exequi, cum ambo cauſæ publicè eſſe viderentur ſicuti puniri delicta publicè intereſſit ad tex. in l. ita vulneratus ff.
1 ad l. Aquil. l. qui cetus ff. ad l. Iul. de *vi* public. ita pariter inſeruire bello adeò quod
2 qui eſt in exercitu abeſſe dicitur cauſa
Reipublicè l. 1. C. ex quib. cauſ. maio r. Gloſ.
3. in Conſt. Regni hoſtica inprincipio ſimiliter ſi in Caſtris milites morerentur, aut in
expeditionibus quã pariter gauderent militari priuilegio, vt notat Caſtill. decif. Sicil.
105. num. 23. Doctores in hac re conſtituerunt regulam generalem aſſerentes execu-
4 tionem in cauſis criminalibus regulariter
ſtatim fiere debere poſt ſententiam latam
ita Anton. de Bongis conſ. 67. num. 6. inter
conſ. crim. diuerſ. tom. 2. exemplo domini
5 noſtri in Adam oſtenditur in cap. Adam
de pen. d. 1. & ex l. cũ reis C. de pen. probat
Diaz reg. 663. & noſtrates Grillan. in tract.
de Relaxat. carcer. queſt. 2. num. 1. Foller.
in eius praxi crimin. par. 4. rub. penis debit.
feriant. num. 5. Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. q.
97. nu. 7. vnde tex. in l. cum reis C. de pen.
& l.

& l.ſi quis fortè ff.eo ſtatuitur liquidato cri-
mine ſententiam differri non debere,ſed ce-
leriter exequtioni mitti, & conuictos velox
pena ſequi debet l.ſi quis, & l.de hijs C. de
cuſt. reor. quæ omnia congerit nouiſſimè
Paul.Bellon. in tract. de poteſt. eorum quæ
in contin.fiunt par. 1. cap. 53. num. 4. & 5.
ad hoc, & facit tex. expreſſus in extrauag.
qui ſint rebell. ibi, & eo ipſo quod quis pec-
6 cat correctionem meretur, & quando plus
differtur punitio tanto culpa amplius creſcit
vbi Gloſ.allegat concordantia in verbo cre
ſcit cum alijs adductis per Ludon.Gilhaus.in
Arb.crim.cap.7.num.30.& 31. Nihilominus
in multis caſibus dixerunt procedere, vt ſẽ-
7 tentia ipſa condemnatoria differri debeat,vt
per Marſil.in eius praxi crimin.§.oportune
per totum Grillan.ibidem num.2.Boſſ.in tit.
de execution.ſententiæ per totum Carrer.in
praxi crimin. §. homicidium vltimo num.8.
& nouiſſimè Menoch. de Arbit. Iudic.lib.1.
caſ.498.num.5.& lib.2.cent.4.caſ.334.

8 Primò enim in prægnante diferri videtur
ſententia penalis ex tex.in l.3.ff.de pen. ibiq;
Tutius in eius repet.num.40. vbi dixit illam
legem eſſe canonizatam, & corroboratam
per Conſt. Regni peſſimam Alphan. collect.
1720.Ludouic.Gilhaus.in d. Arbor.Iudic.cri
min.cap.7.num.34.

9 Secundò per tex. in l. ſi vendicari C. de
pen. vbi ſi Princeps reſcribat aliquem mori
erit differendum vſque ad 30. dies Boſſ. vbi
ſupra Alph.collect.507. Gilhauſ. vbi ſupra
num.33. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg.tit.
de prouiſ.3.fieri ſol.inprincipio num.33.

Tertio hoc idem probatur in l.1.vbi Cyn.
in 2.notab.C.de bon.pro ſcripit.quod ſi poſt
condemnationem capitalem aliquis compa-
10 reret,& diceret reum condemnatum eſſe ſi-
bi obligatum ratione mercaturæ, ſeu ſocie-
tatis adminiſtrationis, & ſimilium, executio
differtur donec reddita eſſet ratio, vt etiam
Cepoll.caut.5. probat eumque citando ſe-
quitur vltra Boſſ. loco citato num. 10. Iul.
Clar.d.q.97.nu.1. Caball.reſolut. crimin. caſ.
146.num.7.Gilhauſ.ibidem num.36. Par. de
Puteo in tract. de re milit.lib.7.q.19. num.1.

11 Quartò comprobatur ex l. ſi quis fortè
ff.de pen.vbi ſententia prolata contra reum
criminis differri debet, ſi reus vellet aliquid
Principi denuntiare, vt eius ſaluti conſula-
tur reuelando aliquod arcanum.

12 Sextò alijs ommiſſis, & relatis per Clau-
dium Tutium in d.repetit.num.49.& melius
per Gilhauſ. loco citato corroborantur ex
priuilegio militibus conceſſo opponendi ſ.
exceptionem hoſticam dum in exercitu per
ſiſtunt,vt moleſtari nequeant, neque ſi fue-
rint citati in cauſa procedi cõceſſum eſt,op-
poſita exceptione allegata,vt in conſt.hoſti-
ci ibique Doct. quod etiam notat in crimina
libus Foller.in eius praxi rub.audiantur, ex-
cuſat. ſub nu.21.verſ.probè dixiſſe.

Vltimò ſatis ad propoſitum refert Fer.
rect.in tract.de obidiēt.& pace ſeru.in exerc.
num.46. quod plura toleranda ſunt in bello
quam in pace, etenim bellum fures multos
facit quos in pace poſtea furca ſuſpendit,nec
13 ſtatim expedit vlciſci iniurias quæ Regibus
fiunt per ſuos in bello, ſed conſilium eſt,vt
ſimulato tunc ſilentio pertrãſeant Reges
cum prudentia ne aliqui de amicis hoſtes ſi-
bi fiant,ſed peracto bello eque puniri pote-
14 rint. Poſtremo,nec obſtabit,ſi diceretur,
quod ſi ipſa ſententia non demanderetur
executioni,redderetur eluſoria,quod de iure
eſt improbatum Franc.dec.228.num.4. ante
eum Claud.Tutius in d.repet.num.15. nam
cõtingere poterat in milite in ſeruitio exi-
ſtente, elapſo tempore ſeruitij infra, quod
15 delinquerat inde alienã iuriſdictionẽ tranſi-
re,cũ igitur illud tẽpus dilecti quoad erat mi
les attendi debeat,& per ſuos Iudices puniri
non per alios Caball. reſol.crimin.caſ.47. n.
28. Et conſequenter delictũ impunitum re-
manere, quod redundaret in Reipublicè
detrimentum,etenim eum delicta,ſeu delin-
16 quentes non puniantur publica letitia tur-
batur, & ira Dei in nos prouocatur à quo
per delictorum punitionem venia ſperatur
ac populi incolumitas procuratur inquit
Gram.deciſ.36.num.1 ex quo quod cum ipſe
miles reperiretur tempore delicti,& pro eo
condemnatus eo tempore habili ab ipſo Gu-
bernatore vti Capitaneo ad Guerram intra
certum tempus æſtiuum, ſuccedẽte inde or-
dine Suæ Excellentiæ deſiſtentiæ ab onere
belli,vt conſuetum eſt euaneſceret eius iu-
riſdictio exercendi,poteſtatem in illum ani-
maduertendi, vt exequutioni demandaret
ſententiam ab eo prolatam iuxta regulam
17 illam,quod potui volui &c.ad tex.in l.mul-
tum intereſt C. ſi quis ſibi,vel alteri,& prop
18 terea cum ſuo functus eſſet officio per ſen-
tentiã latã amplius in eo ſe intromictere non
poterat l. diui fratres ff. de pen. Sed facilis
erat objectionis reſponſio porrò cum ipſe
Gubernator,ex receſſu ab onere belli adhuc
remanebat Gubernator,ſeu Capitaneus Ciui
tatis ordinarius, & delinquens ſubditus per
expirationẽ tẽporiſquo vacare tenebatur nõ
ceſſabat, & conſequenter poterat ſententiã
exequi facere etiam ratione delicti in eadem
19 Ciuitate commiſſi quo caſu Iudex etiam
incompetens efficitur competens ob eius
contemptum ex traditis per Franch.de.147.
20 num. 1. & infortiori caſu quorũdam mili-
tum tempore militiæ delinquentium deci-
ſum reliquit Viuius dec.254. non aliter præ
remi-

remictendos ad eorum Iudices,ſed ab ordi-
nario cognoſcendos inde captos poſt milita
re ſeruitium expletum, ea potiſſimum ra
tione cõmotus cum tales milites nouæ mili-
tiæ,non verè milites dici poſſent, ſed potius
vacantes qui regulariter inſeruire videntur
tempore æſtiuo pro cuſtodia Ciuitatum, vt
dixi,deinde lapſo termino remanent ſubie-
cti iuriſdictioni Iudicis ordinarij, qua pro-
21 pter tutius,erat illico ſententiam executio-
ni demandari ex quo ſerui pene illicò effe-
ctus fuerat ad tex. in l. in ſeruorum ſ. qui
ex cauſa ff. de pen.ibi nam ſtatim,vt ſenten-
tia de hijs dicta eſt conditionem ſuam per-
22 mutat quadere ſi benè procedere videatur
in damnatis ad beſtias qui tunc ſerui penę
ſtatim efficiuntur l. quò ad ſtatum ff. de pen.
vel in damnatis ad metallum l. in metallum
eo.tit.& l.4.C.eo. attamen idemque de con-
demnatis in exilium etit affirmandum cum
23 ipſa pena exilij adhuc dicatur Capitalis l.prę
ſens & l.interpetratione ff.de pen.Boſſ.in tit.
de penis num.16.quæ etiam militibus impo-
24 ni iubetur l.4.ſ.temporalium ff. de re milit.
& potiſſimum pro verberatione extare pe-
nam exilij refert Gram.dec.17. Imò iura ſta
tuerunt penas militibus vulnerantibus, aut
verberantibus.& hoc ſi,cum lapide,vt à mi-
litia reijcerentur,ſin autem gladio capite
punirentur l.omne delictum ſ.ſiquis ff.de re
milit.talis enim reiectio à militia ignominio
ſa dicitur miſſio l.milites ſ.miſſionum ff.de
re mil.l.2.ſ.ignominie ff.de hijs qui not.in-
fam.l.2.C.de re milit.lib.12.operaturque in-
25 famiam, dignitatis carentiam, & Ciuitaris
26 ammiſſionem latè Franc. della Barrera in
Addit.ad leges Penales Pradillæ n.20.& talis
miſſio ignominioſa ꝑ furto potiſſimũ de iure
militib. impoſita eſt l.vlt.ff.de furt.& cũ hac
pena cõcordat prag.hui⁹ Regni a 5.il ſoldato
che farà alcun furto de milit.exceptis furtis
27 magnis pro quibus ſtatuit penam mortis,vt
copioſè proſequitur Franc.Pradilla in ſum-
ma legum penalium p.1.ca.28., & vltra fur
ti quærimoniam violenter patrati in caſu
præmiſſo concurrebant inquiſitiones verbe-
rum alijs illatorum pro quibus merebatur
pena rigoroſa puniri, & illicò eam exequi,
ſed quia inter moras ſuperuenerat ordo
Ecc. Proregis, vt ipſe Capitaneus dimiſſis
militibus deſiſteret à munere ſibi iniuncto,
ſententia ſuum effectum ſortita fuit, idcircò
in contrarium allegata nõ militare videbã-
28 tur, primo non obſtat l.ſi prægnantis, quæ
loquitur in caſu ſpetiali ex neceſſitate con-
29 ceſſa dilatio cernitur,ſecundò non obſtat l.
ſi vendicari, quia loquitur de Principe irato
iubente aliquem morti tradi,etenim contin-
gere poſſet gratiã ſubſequi, vel contingere
poſſit iuſſum eſſet iniuſtum, vt poſt Carrer.
notat ibidem Iul. Clar. num. 3. tertiò non
obſtat ratio ibi adducta, cum de conſue-
tudine non ſeruatur,vt notat Carau.in Ritu
250. ſub num. 5. quem ſequitur alios addu-
cendo Clar.vbi ſupra ſub num.1. quartò non
obſtat, quia talis exceptio admictitur nodũ
lata ſententia, ſed antequam ad eius prola-
tionem deueniatur, quintò non obſtat ratio
ipſa dilatandi punitione militum, quia pro-
cederet data notabili cauſa ne aliquid de-
terius contingeſſet,vt euenire ſolet inter mi-
30 lites multoties,& potiſſimum, quãdo eſſent
cauſe capitales, vt aduertit Gilhauſ. eodem
loco numer.31. vel data aliqua multitudine
ipſorum delinquentium, vel multitudine
perſonarum de quo ſatis per Luc. de Penna
in l.ſi apparitor col.7.verſ.ſecundum iura
C. de cohortalibus lib. 12. conſultũ eſt enim
32 vt Iudex non debeat ſtatim reum punire ad
tex.in l.famosiſſ ad l.Iul.Maeſt.ſequitur Tu-
33 tius vbi ſupra num.11. hinc vidimus Banni-
tos ac alios delinquentes bellis inſeruire nõ
poſſe, & eorum occaſione ad Curiam Regis
accedere, vt refert Muta in pragm.Sicil.tit.
49.num.8. multoties in Regno fuiſſe obſer-
uatum ſuſpenſa eorum punitione conceſſum
bellum accedere ibique inſeruire per certũ
tempus præfixum, vt indultu gaudere poſ-
34 ſint prout nouiſſimè de hoc prodijt prag-
matica edita die 1. Decembris 1631. vt om-
nes inquiſiti, & banniti accedere volentes ad
bellum conſequenter indultum ſub certis
pactis,& conditionibus ibi adiectis vnde cõ-
ſpicitur ob cauſam belli punitionem delicto-
rum aliquando differri cum patiter publi-
ca verſetur vtilitas in hoc etiam.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo, vel ad quem de nullitate cognoſcit,*

2 *Sententia lata contra caſum legis etiam de Iure Regni eſt nulla.*

3 *Pater poteſt filium corrigere moderatè.*

4 *Correctio paterna in pietate potius quam in atrocitate conſiſtit.*

5 *Pater filium caſtigat, non per viam iuriſdictionis.*

6 *Pater poteſt filium detinere in priuato carcere.*

7 *Pater filium perſeuerantem delinquere contra ipſum nedum in compedibus ponere, poſſit ſed carcerare.*

8 *Pater ratione inobedientia, & maletractamenti poteſt filium etiam ad triremes deputare iuxta tempus ab eo præfixum*

Digitized by Google

xum quod ſecus in matre, & ita deciſum num. 9.

19 Pater filium inobedientē poteſt prater offere vt iuxta eius voluntatē corripiatur.

11 Pater non eſt veriſimile, vt contra filium praua ſententia proferatur.

12 Patris arbitrio relictum eſt ſi velit filium Præſidi offerre, vt corripiatur.

13 Nullus melius conſilium pro filio quam pater capit.

14 Lex de patre confidit.

15 Pater non præſumitur velle quod filius moriatur.

16 Pater ſi vellet rigorosè puniri filium vltra quam lex mandat non debet audiri.

17 Pater inſtando pro abſolutione filij pro iniuria atroci ei illata non debet audiri, & ſic deciſum.

18 Sententia lata non ſeruato iuris ordine eſt nulla.

19 Iudex nullitatis poteſt reformare ſententiam, & cognoſcere de meritis cauſæ principalis.

20 Frater poteſt pro fratris defenſione occurrere.

21 Defenſio de iure eſt permiſſa.

22 Filio non eſt permiſſum ſe defendere aduerſus patrem verberantem, & quando ſe defendere permittatur num. 23.

24 Delicta non præſumuntur commiſſa animo nocendi imò ſine dolo.

25 Cauſa legitima eſt defenſio

26 Cauſa quelibet etiam iniuſta excuſat à dolo, & colorata pariter.

27 Cauſa defenſionis non ſufficit allegare, ſed probare.

28 Actor tenetur ad expenſas litis pauperis rei.

29 Acta gratis Curia tenetur facere inquiſitis.

30 Appellatio eſt defenſio.

31 Damnatus cenſetur qui non prouocat.

32 Appellatio non cenſetur deſerta ſi appellans pauper eſſet, & non potuit appellare.

33 Reſtituitur qui non potuit appellare ob paupertatem.

34 Sententia facit tranſitum in rem iudicatam ſi non fuerit appellatum infra legitima tempora, quod etiam in criminalibus admittitur num. 35.

36 Res iudicata pro veritate habetur.

37 Sententia in rem iudicatam nō tranſit ob paupertatem.

38 Punitur reus durius ob frequentiā delicti.

39 Pena ordinaria delinquenti diminui poteſt, imo indulgeri quando eſſet perſona honeſta.

40 Reuerentia parentibus debita omni iure comprobata eſt.

41 Parentibus nedum viuis, ſed etiam mortuis reuerentia exhibenda.

42 Parentibus parere tenemur.

43 Filium patrem verberaſſe non creditur.

44 Filio non licet verberare patrem.

45 Lex abhorret, quod filij ſint caſtigatores parentem.

46 Pena arbitraria punitur filius patrem percutiendo num. 89.

47 Pena triremium grauiſſima, & capitalis eſt.

48 Pena delicti eſt merx num. 57.

49 Pena debet eſſe conformis delicto, & 58.

49 Pena qualis, & quanta eſſe debet pro delicto num. 58.

51 Pena non æqua delicto, non debet exequutioni demandari.

52 Filij inobedientes, vt plurimum Neapol. in Turri S. Vincentij mancipantur.

53 Pater præſentans filium Iudici pro homicidio commiſſo in aliquem, non debet ad mortem eum damnare.

54 Pater filium præſentans Præſidi pro iniuria ei facta, vt rigorosè puniatur mitius punietur.

55 Res iudicata pro veritate habetur.

56 Sententia in rem iudicatam tranſit etiam in criminalibus.

57 Sententia maiorem penam delicti continens non debet exequi.

59 Sententia non tranſit in rem iudicatam, ſi pauper non appellat.

60 Tex. in l. ſi diuctino ff. de pen. ponderatur.

61 Delicta de recenti commiſſa, & antiqua per decennium pari pena non puniuntur.

62 Sententia poſt biennium dicitur antiqua.

63 Pena moderatur ob antiquitatem delicti.

64 Deciſio M.C.V. refertur de pena illata filio pro manum iniectione in patrem.

65 Deciſiones Vicariæ Neap. & aliæ intermini ſine lege loquentes plurimum attendendæ.

66 Deciſiones aliorum Tribunalium mouent animum iudicantium.

67 Deciſio in terminis vnius Doctoris facit ceſſare argumenta.

68 Ignorantia quando excuſat.

69 Ignorantia non præſumitur quando actus nullus fieret.

70 Pater præſumitur renuntiaſſe iuri ſuo, ſi ipſum non fuerit obſeruatum ab eo.

71 Iudex inquirens ſuccedit loco accuſatoris.

72 Iudex ex officio poteſt inquirere filium verberantem patrem.

73 Deli-

73 *Delicta puniri publicè intereſt.*

74 *Parta ſunt nil allegare, & allegatum nõ probare.*

75 *Fugiens ſemper præſumitur in loco à quo aufugit.*

76 *Fugiens ex carceribus, habetur pro confeſſo licet fictè.*

77 *Appellare nolens tacitè videtur ſententię acquieuiſſe aut permittens tempus labi.*

78 *Confeſſio operatur, vt non poſſit appellari.*

79 *Condemnat ſe ipſum fugiens.*

80 *Fictio ſic operatur in caſu ficto ſicut veritas in caſu vero.*

81 *Condemnatus ſeruus eſt penæ.*

82 *Damnatio in metallum hodie eſt pena triremium.*

83 *Pena mortis plectitur repertus condemnatus ad triremes extra illas.*

84 *Captus ab hoſtibus ſi erat in triremibus damnatus ad illas reſtituitur, ſi ab illis fuerit liberatus.*

85 *Pena frangentis exilium, aut relegationẽ in Regno quaenam ſit.*

87 *Remedia iuris quaenam ſint contra ſententiam penam imponentem, vel leuem, vel magnam.*

88 *Pena quando moderari non debet, ſed ex equi potius ſententia.*

89 *Principi ſpectat ſententiam moderare, vel reſtitutionem concedere gratioſè.*

90 *Reus damnatus ad mortem ſi nõ appellauerit ob paupertatem qualiter ei ſuccurratur, & an ad ſuperiores traſmittendus.*

91 *Pena contra percutientes matremque ſit refertur cum deciſionibus.*

ARGVMENTVM.

An ſententia lata contra filium familias ob manus iniectionem in patrem ad eius querelam, poſſit per Iudicem, vel eius ſucceſſorem ex iuſtis cauſis reformari, modificando penam impoſitam, obſtante nullitate ſententiæ allegatæ eiuſq; etiam iniuſtitia prætenſa ex facto.

Deus docuiſti me à iuuentute mea, & vſque nunc pronunciabo mirabilia tua.

VOTVM XXXI.

EXpeſita querela per Franc. de Polignano contra Petrum Paulum eius filium prætextu, quod violentas manus contra eum iniecerat, & demum ſeruatis ſeruandis fuit olim per Curiam Regiam Monopolitanam ad remigandum condemnatus per trienniũ de anno 1623. die 24. Nouembris, qui illinc ad certos menſes effractis carceribus inſimul cum alijs carceratis fugam arripuit, & demum poſt biennium captus iterum, & carceratus intendens ſententiam contra ſe latam reformari facere proclamando coram me expoſuit ex duobus poriſſimum debere releuari, tum ob nullitatis defectum cum ipſa ſententia contra caſum legis lata fuerat, tum etiam ob eius iniuſtitiam ipſum grauiter grauando in condemnatione ad triremes ex varijs ſequentibus rationibus, cum igitur dubitari non deceat quin coram Iudice à quo nillitates deduci, & cognoſci poſſint ex Bar.
1 in l. ſi expreſſim ff. de appell. & l. 1. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. notat Mulcat. in praxi S.C. lib. 2. par. 1. Gloſ. informa num. 51. vbi ſe refert ad Gloſ. Nullitatis Vant. in tract. de Nullit. Rub. coram quo Iud. &c. ſub num. 2. Minſing. ſingul. obſeruat. cent. 5. obſeru. 92. num. 6. & conſequenter, vel talem ſententiam reformare, ſi de iuſtitia liqueret, vt dixit Anne alleg. 93. num. 7. vel ipſam reformare cognito prius de meritis cauſæ principalis,
2 vt infra ſubiciam, ea propter ſecundum ea que proponebantur aduerſus dictam ſentẽtiam vti latam contra caſum legis ob quod non prohibetur de ea ſpecificè cognoſci inſpecta quoque Regni huius ſanctione ſituata in prag. 77. §. 20. de offic. S.C. poſtquam dum per iuris communis diſpoſitionem cautum ſit licere patri filios ſuos iuſta emendatione
3 corrigere, cum moderamine non aliter limites paterni affectus excedendo ad tex. in l. vnica C. de emend. propin. ibi neque tamen nos in puniendis minorum vitijs poteſtatem in imenſum extendi volumus; ſed iure patrio auctoritas corrigat vbi Gloſ. ſubnectit, quod potius in pietate quam in atrocitate conſiſtit
4 l. diuus ff. de parric. notat Bayard. ad Clarum
5 in §. parricidium num. 12. non tamen per viam iuriſdictionis, vt dixit Bald. in l. 3. C. de
6 pat. pot. num. 2. ſed correctionis, erit licitum patri filium detinere in priuato carcere l. 3. §. 2. & 3. ff. de lib. hom. exhib. cum alijs adductis per Farin. in eius praxi q. 27. nu. 25. cum ſequent. vbi de conſimilibus agit vltra alia adducta per Bartaloz. filium ad conſ. 436. ſui genitoris Ricc. deciſ. 453. var. reſol. ſi tamen contingerit filium in delinquendo, erga pa-

trem

trem perſeuerare eidem pariter de iure
conceſſum eſt ipſum vel incompedibus po-
nere ſecundũ Bal.in l.libertos C. de obſeq.
à lib.pat.poteſt.Pet.Rauen.in notab.extra-
uag.fol.153.col.4. incip. dum metu ſemel,
vel carcerari facere vti inobedientem Ma
ranc.in ſingul. verbo filium propter nimiã
fol. 37. Vezin. inter commun. opin. tit.de
patr.poteſt:num.15. Menoch. de præſum-
pt.lib.5.præſumpt.14.num. 2. Capiblanc.
in pragmat.19.num 7.de Baron.Ricc.var.
reſolut.in reſolut.453.num.2.& deciſ.284.
par.4.cum alijs adductis per Conſil.Paſcal.
in tract.de vir.patr.poteſt.part.3.cap.4.n.
2.& 3.& demũ ad triremes deputare iuxta
tempus à patre præfixum Faber. in eius
Codic.tit.de patr.poteſt.defin. 1. num. 4.
Sed etiam illum Pretori offerre, (quod
tamen in matre denegatum eſt,vt deciſum
affert Ricc. dec.284. par.4.)vt iuxta patris
voluntatem concipiatur ad tex. in l.3.C.de
patr. poteſt. ibi dicturo ſententiam quam
tu quoque dicere volueris vbi gloſ. in ver
bo volueris dixit nam veriſimile eſt, quod
11 non prauam ſententiam petet Capiblan.
vbi ſupra num.8.ſequitur nouiſſimè Simon.
Vlric. Hartam. obſeruat. 168. num. ex
quo rectè collexit Tiber. Decian. in tract.
crim.rom.1.lib.3.cap.13.num.7. quod hac
ratione perpenſa relictum eſt arbitrio pa-
12 tris filium Præſidi offerre,vt ſecundum eius
voluntatem ſententiam proferat ex quo
nullus melius pro filio conſilium capit,
quã pater l.nec in ea C.de adult.hoc idem
confirmat ex Butr. Alex. & Balb. Aſcan.
Clement. in tract. de patr. poteſt. effect. 1.
ſub num.18.& vltra eos Menoch.vbi ſupra
num. 2. quos omnes ſequendo probat Vi-
14 ſcont. in ſuis concluſ. verbo pater poteſt,
lex enim de patre confidit idem Aſcan.
Clem.d.tract. cap.4. num.17.

15 Nec præſumitur velle eum mori Boer.
in tract.de ſedit.q.7.num.72. adeò verum
quod quemadmodum ſi pater vellet eum
16 rigoroſè puniri vltra quod lex mandat
non debet audiri,vt Bald.& Angel.in d.l.3.
confirmãt,& ſequitur Menoch.loco citato
num. 8. ita è contrario exiſtente iniuria
17 atroci inſtando, pro abſolutione filij, vt
deciſum reliquit Anton. Fab. in eius Cod.
tit.de patr.poteſt.in 1.defin.ſed eũ non fue-
rit à patre Iuris poteſtas obſeruata,decla-
rando pœnam ſecundum eius voluntatem,
nulli dubium erit,quin Iudex illam preter
patris voluntatem inferre non poterat ex
ſuo arbitrio,& ſic nulla reddebatur ſenten
tentia non obſeruato Iuris ordine in hoc
præfixo,quapropter tali ſuggerente nulli-
tate nequaquam ad ſententiæ executio-
nem deueniri poſſe comperiebatur ex com
18 muni Doct. ſententia prout alios citando
refert. Veſtrius in eius praxi Roman. Curæ
lib.8.cap.1.num.9. Marſil. ſingul.511. cum
alijs apud Alphanum collect.1622. Muſca.
in praxi S.C.lib.2.par.3.gloſ. fuerint num.
39. eo .n.caſu paria ſunt eam non eſſe la-
tam,& non poſſe exequi ex Bald.in l.habe-
re licere de euict. probat Ioan. Ferrar. in
eius praxi Iudic. par. 2. in addit. ad cap.8.
fol. 188.

Inferebatur ex hoc ad ſententiæ iniuſti-
tiam,vnde ad fundandam Iudicantis facul
tatem iterum de meritis cauſæ agnoſcere,
poſtquam Iudex nullitatis nullatenus pro-
hibetur ſententiam nullam reformare, &
19 cognoſcere de meritis cauſæ principalis,eo
maximè cum nullitas oppoſita ſententiam
reſpiciebat per eaque tradit idem Muſcat.
in eadem praxi Gloſ. nullitatis num. 80.
cconſpiciebatur ex multis rationibus ſen-
tentiam non ritè rectequè latam fuiſſe, &
primo in quantum ſpectare videbatur ad
caſum iniectionis manus in patrem aliter
ſe infacto habebat inſpecta cauſa quæ eſt
neceſſaria, cum non animo nocendi pro-
ceſſerat delictum,ſed potius ſe defendendo
adeò quod dum ipſe pater alium filium a-
criter verberando, ipſe miſericordia du-
ctus occurrit, ne aliquod exceſſum inde
ſuccederet ad defenſam fratris quod ſanè
de Iure non eſt improbatum Grammat.
20 conſ.crim.63.nu.2.Bertaz.conſ.286. vol. 2.
Franc. Zuanet. in tract.de defenſ. tripart.
part.1. num.82.& ſeq. at pater id egrè fe-
rens in ipſum deinde prorumpendo expe-
rat verberare, quare ſe defendendo inui-
cem rixati ſunt, & ira excreſcente patrem
ipſum verberibus affecit procurando eua-
dere ab impetu iracundiæ paternæ, cauſa
enim erat iuſta ſcilicet defenſionis germa-
ni, & ſui, & de Iure etiam naturæ defenſio
21 permiſſa eſt ad tex.in l. vt vim ff.de iuſt.&
iur. vbi Doct. id notant, & ſi benè ex Bart.
in d. l. vt vim ſub num. 4. affirmat Aſcan.
Clement.in d.tract.loco ſupra relato num.
15. non eſſe permiſſum, filio ſe defendere
22 aduerſus patrem verberantem, ipſum re-
percutientem vt quoque ſectatur Duena
in regul. 192. defenſio num. 3. Annuens ex
multis non eſſe licitam defenſionem aduer
ſus patrem cum eis quoque permiſſum ſit
23 filios occidere, adhuc tamen in fine ex Fe-
lyn.in c.dilecti num.7.de except.dixit lice-
re filio reſiſtere ei quando non animo cor-
rigendi,ſed potius occidendi pater metam
excedere videretur, imo etiam excedendo

metam caſtigandi vltra modum promiſ-
ſum reſiſtere licere concludit, Petr. Royz.
deciſ.lituan.3.num.204.& ſeq.ea propter ſi
adhuc cauſa non extaret legitima non ta-
24 men præſumerentur delicta commiſſa ani
mo nocendi Gram.voto 2. num.5. imo ſine
dolo non committuntur delicta. Marſil.
conſ.62. num.2. Triuiſ.dec.58.n.3.lib.2.
25 Eo magis accedente cauſa legitima,
quæ eſt defenſionis de Iure naturæ latè
Gram.dec.36.num.51.
26 Cauſa etenim qualibet etiam minima,
& iniuſta excuſat à dolo Gramm. deciſ.29.
num.16.Blanc.latè in eius praxi crim.§.ſe-
cunda pars defenſionis num. 3. 6. & 7.Iul.
Clar.in §. fin. q. 6. verſ.& generaliter imo
etiam ſi eſſet colorata Marſil.conſ.2. num.
14.conſ.21.num.15.conſ.41.num.28. Blan.
vbi ſupra n. 5.Taeg.in prax.crim.p.13.n.3
27 Secundo dicebatur ex quo de Iure non
eſt ſufficiens cauſam defenſionis allegare,
ſed neceſſe erat illam probare Abb.in cap.
auditis col.pen. de præſcripr. Doct. in d. l.
vt vim Marſil.in Rub.de probat. num.353
Bald.Felyn.Corn. Florian. & Alex. in locis
relatis per Iacob. Nouell. in eius praxi
crim.in tract.ad defenſam.rit.reſponſ.reo-
rum in conſtit incip.hijs hactenus num.31.
Battand.in praxi crim.reg.77.num.16. ad-
28 huc tamen exiſtente eius paupertate, quo
caſu actor tenebatur expenſas litis eroga-
re iuxta deciſa per Boer.deciſ.303.num.4.
cum alijs apud Nouar. de priuil. miſerab.
perſon.priuil.12.num.8.& copioſè Gaſpar
Aluares de Valaſ.in tract.de priuileg.pau-
per.par.1.q.39.per totam.
29 Imo.& ipſa Curia cogetur acta gratis fa
cere inquiſitis Foller.in praxi crimin.verb.
recipiant defenſ.num.27. ne dum probare
non potuit ſuam cauſam defenſionis, ſed
neque à ſententia appellare quæ eſt ſimili-
30 ter defenſionis præſidium latè Muſcatell.
in praxi S.C.lib.2.p.1. gloſ.1. nu.12. & 13.
31 Et cum non prouocauerat licet damna-
tus videatur eſſe ad text.in l.2. §. fin. ff. de
pen. adhuc etiam appellatio non cenſetur
deſerta, ſi condemnatus propter inopiam,
32 & paupertatem fuerit impeditus eam in-
troducere, & proſequi ſecundum Innoc. in
cap.ex ratione de appell.Mattefil.ſing.vlt.
Crem.ſing.122.& Bald.in l.1. §. ſi quis in
Iudicio ff.ſi quis caut.quos probat Minſin-
ger.ſingul.obſeru.cent.5.obſeru.97.num.1.
cum alijs adductis per Ruginell.in tract. de
appellat. §.10. nu.45.
33 Et conſequenter quatenus opus eſſet cō
ſtito de tali impedimento veniret reſtituen
dus per eaquè proſequitur Cornel. Benincaſ.
in tract.de paupert.in 3.ſpeciāl. num.21. la-
tius Gaſpar. Aluares eod.tract.q.31. num.
12. Ruginell. vbi ſupra nu.46.
Tertio principaliter obijciebatur, quod
cum non fuiſſet infra legitima tempora
appellatum ſententiam feciſſe tranſitum
34 in rem Iudicatam l.res Iudicata ff de reg.
iur.Gram.deciſ.24 num.6. Seacc. de re iu-
dic.gloſ.14.q.2.num.7. Quod etiam in cri-
35 minalibus procedere dixerunt Abb. in c.
de hijs de accuſat.Alex.in l. à diuo pio, in
prin.vlt.col.de re iud. latè Battand. in eius
praxi crim.regul.128.
36 Et ſucceſſiue res ipſa iudicata pro veri-
tate haberi d.l.res iudicata ff. de reg. iur.
Vnde quemadmodum ſuccurri videtur
pauperi non appellanti, ex ſupradictis, ſi-
militer autem ſi in rem iudicatam ſenten-
37 tia fuerit tranſacta; eo quia nullatenus
poſſe ſententiā in rem iudicatam tranſire
ob paupertatem cenſuit Marſil. in conſ.10.
num.38. & ideo vtroque impedimento ceſ
ſante audiri in ſuis iuribus non prohibeba-
tur ex integro.
Quartò inficiebatur ſententia ob iniuſti
tiam dum alias non fuerat de conſimili de-
licto accuſatus vnde poterat durius plecti
38 ob frequentiam ad tex in d.l.3.C.de patr.
poteſt.eratquè primum delictum, & pote-
tat ſi non in totum in partem indulgeri,
etenim pœna ordinaria delinquenti dum
eſt perſona honeſta, nec alias ſolita delin-
quere, poterit diminui imo eidem indulge-
39 ri Gram.deciſ.23.num.7. & voto 23. nu.2.
Farinacc. latè in eius praxi crimin. q.47.
num.145.hinc Bertazol. conſ. crimin.515.
nu.10.p.2.dixit quod delinquere qui non
non eſt ſolitus, nec contraueniſſe manda-
tis Principi, habet pro ſe bonam famam,
& ideo mitius puniendus.
Quintò dubium non eſt quin graue deli-
ctum dicatur eſſe ipſa manuum iniectio in
parentes ab omni Iure reprobata tam de
40 iure diuino cum ei debeatur reuerentia
nimia quemadmodum in præcepto Deca-
logi deſcriptum patet, & ex omnibus ta-
men Gentilibus, quam Chriſtianis auctori-
bus comprobat Foller. in eius praxi cen-
ſuat.verbo Nicolaus Epiſcopus à nu. 142.
ad 146 Nauar.in Manual.cap.14.
41 Item de iure ciuili cum eis reuerentia
tam viuis quam defunctis debeatur ad tex.
in l.apud Celſum §.parentes ff.de doli ma
42 li excepr. ſed eis parere potius conceſſum
eſt in l.veluti ff.de iuſt. & iur. taliter quod
43 credi neutiquam poterit, quod filius pa-
trem verberet Maureus d.dec.3. num.426.
44 cum non liceat filio verberare patrem
cumquè

Google

carcq; è percutere ex Bart. in d.l.vt vim
probat Baiard.ad Clar.in §. fin. q.56. nu.3.
45 quamquam lex ipſa abhorreat filios fieri
caſtigatores parentum, vt dixit glo.notab.
in l.cum oporteat §.non autem verſ.patria
poteſtas C.de bonis quælib. adhuc tamen
ſuccedente tali delicto, cum non aliter pe-
46 na expreſſa in iure reperiatur, ita quod ar-
bitrariè puniri poſſe comperitur, ſed non
ad corporalem pénam deueniri, vt tra-
dit Turins in allegat.45. ſub num.57.& ſic
47 non ad pænam ipſam triremium, quæ eſt
grauiſſima, & capitalis vtilis tamen Reipu
blicè Maſtrill. deciſ.261. num.38. ſucceſſit
loco damnationis in metallum Franc. de-
ciſ.148.num.8. Vulpell.conſ.150.num.13.
Maſtrill.deciſ.261.à num.29.ad 31.Muta
deciſ.Sicil. 40. num. 44.
48 Et ſic pluſquam delictum mereatur, ete-
nim cum pæna ſit delicti merx gl.in rub.ff.
de pen. debet tamen eſſe conformis delicto
49 Iodoc.in praxi crim.cap.59. num. 1. Cam-
pagn.in cap. ad peruerſorum num.11.& in
cap.ſane num.10.Grurba conſ. 53.num.34.
conſ.83.num.8.conſ.71.num. 5.Guazz. in
tract.ad defenſam reor.def.33.cap.4.num.3
debetque eſſe tanta, & talis, quanta, equi-
tas humanitaſque patitur mediocris, & de-
50 licto congruens; & ratione ruſticitatis,
item ex rei conditione, & pactorum quali-
tate Gram.deciſ.5.num.31. & 32. Battand.
in praxi crim.Reg.194.latiſſimè Guazin.d.
defenſ.33.c.4.n.7.adeò quod cum non fue-
51 rat illata iuxta delicti qualitatem, & per-
ſonarum, nec equa delicto nullo iure execu-
tioni demandari debuerat ſententia; quam-
uis in contumaciam lata idem Baiard. ad
Clarum d.§.fin.quæſt.93.num.11.& ſeq. ex
Ploto inter conſil.crim.diuerſ.tom.2. conſ.
72. num. 31. vbi etiam per alia exempla
hoc oſtenditur, in tantum eſt verum, quod
licet patri conceſſum ſit filium carcerari fa
cere, vt dictum eſt ſupra, prout communi-
ter in hac Ciuitate ſeruari cõperitur filios
52 in Turrim S.Vincentij mãcipari vti diſobe
dientes de quo et teſtãtur Ric.dec.354.ſub
n.1.p.4.Iudex Taſſonus in obſeru. iuriſd.in
prag.Anteſ.verſ.1.obſe.2.ſub n.154. Immo
ad triremes etiã collocari vt dixi, & ob per
ſeuerantiam filiorum in malum ad Preſi-
dem adire patres cogerentur pro pænarum
impoſitione iuxta paternam voluntatẽ, non
tamen pæna ſi fuerit exceſſiuè impoſita
à patre erit obſeruanda, ſed mitius agen-
dum cum filio nedum ſi pro delicto com-
miſſo in aliorum detrimentum, vt ſi fortè
53 homicidium patrauerit, & pater illum Iu-
dici preſentauerit, non poterit ad mortem

damnari ad tex.in l.milites agrotũ §.deſer
torem ff.de re milit.Iodoc. in praxi crimi.
cap.84.num.36.Iul.Clar.in §.fin. q.60.n.25
Menoch.de arbit.iud.lib.2.cent.4.caſu 347
Taſſon.ibi.ſed ita pariter ſi ob iniuriam ſibi
54 factam.pater filium Præſidi præſentauerit,
vt rigoroſè puniretur, vt dictum eſt ſupra
de quo ſatis per Pinell.de bonis matern. in
rubr.p.2.nu.31.& ſeq.

Sextò corroborabatur ex eo quia ſi be-
nè infra legitima tempora non fuerat ap-
pellatum propter quod ſententia ipſa tran-
55 ſiuerat in rem iudicatã, vt ſuperius traditũ
eſt. Quæ cum pro varietate habetur l.res iu
dicata ff.de reg. iur. Ideo exequenda l. mi-
nor 25.annis ff.de minor, quod ſi quidem
56 etiam in criminalibus procedere dixerunt
Doct. ſententiam in rẽ iudicatam tranſire
eo caſu Abb.in cap.de hijs de accuſ. Alex.
in l. à diuo pio col.vlt. ff.de re iud.vt dixi.

Sed quia pæna quæ eſt delicti merx gloſ.
in rubr.ff. de pen. debet tamen eſſe confor-
formis delicto Camp. in cap.ad peruerſó-
rum num, 11.& in cap.ſine num.10.

Subſequitur quod dum ipſa ſententia ma
iorem pænã contineat quam merebatur de
lictum, non aliter debebat executioni de-
57 mandari probat Bayar.ad Clarum in §. fin.
quæſt. 93. num. 11. & ſeq. ex Ploto inter
conſ.diuerſ.conſ.72.nu.31.tom.2.vbi etiam
exemplo demonſtrat, etenim tanta debet
eſſe pæna quanta humanitas patitur, & de-
58 licto congruens, & ratione ruſticitatis, itẽ
ex rei conditione, ac pactorum qualitate
Gramm. deciſ.5. num.31.& 32.eo amplius
cum non fuerat ab ea appellatum infra le-
gitima tempora ex cauſa paupertatis cu-
ius rei cauſa non appellans nullatenus ſen-
59 tentia in rem iudicatam trãſire videbatur
Marſil. in conſ.10. nu.38.

Vltimò afferrebatur (qñ hæc omnia rela-
ta nõ procederẽt) extabat deciſio tex.in l.ſi
diutino ff.de pen.vbi oſtenditur, quod non
60 ita puniendus veniret is qui delictum pa-
trauerat ex præterito, ſicuti ſi de recenti
commiſiſſet, cum delicta quæ de recenti cõ-
61 miſſa ſunt, & antiqua per decem annos
non pari pæna puniuntur, ita Marant. per
illum tex. in ſing. incip. quidam commiſie
fol.128. Afflict.in conſtit.iuſtitiarij non præ
calendas ſub num.75. Scappa de iure non
ſcripto lib.5. cap.5. num. 9. Simon Vlricus
Hartam.obſeruat.61.latiſſimè Guazzin. d.
tract.defenſ.2. cap.2. qua de re ſententia
62 poſt biennium diceretur antiqua, & ſic lata
de longinquo Gramm.deciſ.24. num. 9. ſic
in præmiſſo caſu apparebat tranſactum
eſſe biennium, vnde rectè ſententia dici po

63 terat antiqua, & conſequenter pæna mode-
randa, ex hijs quæ tradit Scappa de iure
non ſcripto d. lib. 5. cap. 5. nu. 7. quod anno-
norum 20. præſcriptio requiritur in delictis
adhoc vt delinquens tutus ſit, non autem
ſufficit decennalis niſi ad minorandam pæ-
nam Guazzi. vbi ſupra, prout quoque etiam
alias ſuccedente de hoc controuerſia in M.
C. V. tempore viſitationis, dum fuerat qui-
dam filius ad inſtantiam patris condemna-
64 tus ad triremes per Regiam Audientiam
Principatus Citra ob manus violentas pa-
tri illatas, demum facta relatione in eadem
M. C. dictum fuit quod ſufficeret carcer da-
tus filio, & ſic fuit liberatus teſte eodem
Horatio Viſcont. in d. concluſ. verbo pater
poteſt, &c. & ita cum de hoc deciſio parti-
cularis producebatur, vtique releuandus
veniebat filius ipſe inquiſitus, ad quod etiã
65 dixit Triuiſan. dec. 1. Vener. quod deciſio-
nes Vicariæ Neapol. & aliæ in terminis ſi-
ne lege loquentes ſunt plurimum attenden
dæ, adeò quod in iudicando deciſiones alio
rum Tribunalium mouent animum iudi-
66 cantium Franc. de Amic. in cap. 1. de hijs
quæ feud. dar. poſſ. §. ſe ad vnum in fine fol.
38. & etiam deciſio in terminis vnius do-
ctoris cum habetur, debent ceſſare argu-
67 menta Anto. de Ballis in tract. crim. lib 5.
de pragmat Regni quæſt. 4. num. 10. & ideo
obſtare non videntur in contrarium addu-
cta principaliter præceteris quæ de patris
poteſtate in hoc verſantur, poſtquam
ſi pater ceſſauerit ſua iura exerceri in filios
diſobedientes, non per hoc ceſſare videtur
Iudicis auctoritas in inquirendo, & caſti-
gando ſimiles filios, poterit enim pater vti
iuris ignarus formam prætermictere, & iu-
ſta ſiquidem excuſatio talis admicteretur,
etenim iuris ignorantia excuſat inſpecta
qualitate perſonarum ad tex. in l. iuris C.
68 qui admict. de quo ſatis per Scipion. Ianua.
in reg. 121. & tanto magis non præſumere-
tur quoties actus nullus fieret Pariſ. ad
Bart. in rubr. C. de iur. & fact. ignor. ſuper
verbo ignorantia verſ. nunquid col. 1. quo
69 fit vt ſi non fuiſſet modus Iuris à patre ob
ſeruatus licet tacitè ſuo iuri renunciare vi-
deretur quod fieri poſſe non ambigitur ad
tex. in l. ſi quis in conſcribendo C. de Epiſc.
70 & Cler. Barboſ. in opuſc. Princ. vtriuſque
iuris lit. I. num. 54. non per hoc videtur ius
Fiſco competens deletum, nec ei præiudica-
tum poſtquam in defectum Iudex inqui-
71 rens ſuccedit loco accuſatoris Marſil. in
eius praxi §. conſtante num. 82. Inde Iudici
non eſt prohibitum ex officio inquirere
62 contra filium verberantem patrem pro-
bat Tutius in allegat. 45. nu. 11. & 57. alias
inultum pertranſiret delictum cõtra quod
præceptum eſt de Iure intereſſe Republi-
cæ delicta puniri l. ita vulneratus ff. ad l
73 Aquil. §. quod ſi quis verſ. cum neque cum
alijs adductis per eundem Barb. d. opuſcu-
lo lit. D. num. 10. vnde ex hoc nullatenus
ſententia nulla reddi videbatur, nec pari-
ter reſpectu aliorum prætenſorum ab inqui
ſito iniuſtitiam, aut iuſtitiam cauſæ intuen-
tium, qua propter allegata ratio excuſatio
nis delicti corruere videbatur dum proba-
ta non fuerat; paria enim ſunt allegare ni-
74 hil, & allegatum non probare Rol. conſ. 35.
num. 10. & 20. lib. 1. & Tuſc. concluſ. 117.
num. 19. quos probat Barb. d. opuſc. lit. A.
num. 76. neque ſecunda obſtabat defenſio
non potuiſſe appellare ob paupertatem
eius ita quod veniret eo caſu reſtituendus
eo quia vltra quod tempora appellandi nõ
largiebantur ex eo quia non fuerat in tem-
pore permiſſa interpoſita, adhuc nec excu-
ſari potuerat ex cauſa abſentiæ, quaſi bien
nalis cauſatæ ob eius fugam à carceribus,
& tanto magis repellendus veniebat à be-
neficio appellandi, nedum quia ſe iuuare
nequiuerat excuſatione abſentiæ, nam au-
fugiens ſemper præſumitur eſſe in loco à
75 quo aufugit ad tex. in l. 1. C. vbi cauſa ſta-
tus, & melius in l. ſeruus ff. de leg. 3. vnde
poterat appellare, ac ſi præſens eſſet, ſed e-
tiam quia quis aufugiendo ex carceribus
76 habetur pro confeſſo licet fictè l. in eos ff.
de cuſt. reor. ſecundũ Bar. & Parid. relatos
per Foll. in eius praxi crim. rub. & ſi confite
77 bũtur in 4. p. n. 45. & 46. Felic. alleg. 43. p. 1.
qua de re acquieſcere ſentẽtiæ dicitur quis
non appellando infra decẽ dies ſiue inter
præſentes ſiue inter abſentẽ contumacem
eſſet locus, ita Gramm. deciſ. 24. num. 4. vel
permictendo labi tempus appellandi cap.
quoad conſultationem de re iud. vbi Doct.
cum alijs relatis per eundem Gaſp. Alua-
rez in dict. tract. quæſt. 51. ſub num. 6. &
ſucceſſiue ficta ipſa cõfeſſio operaretur, vt
78 non poſſit appellari, & ſucceſſique fictè con
feſſus non appellat. Foll. ibid. nu. 69. ex Ma
rant. & Rolan. probat Mancin. in tract. de
confeſſ. cap. 6. nũ. 41.

Neque etiam alterum tertium funda-
mentum militare poterat cui conuenit an-
te relata ratio, vltra quam repelli videba-
tur, adeò quod ſi verus contumax non ap-
pellauerit vtique condemnandus veniret,
& ſucceſſiuè tranſacta ſententia in rem
iudicata executioni demandari debet abſ-
que alia controuerſia, vt iuris probatiſſi-
mum eſt idemque in ficto confeſſo ex fuga

aſſe-

aſſeuerandum eſſe cum etiam præter con-
79 feſſionem per fugam ſeipſum condamnat
Gloſ.notab.in l.impuberibus §.1.verbo ſen-
tentia ff.de ſuſp.tutor. eoque magis erit ſi-
militer executioni de mandanda ſententia
iam facto tranſitu in rem iudicatam,quem
admodum veritas operatur in caſu vero ſic
fictio in caſu fictio l.1.ff.de adopt.cum alijs
adductis per Barboſ.eo.opuſculo lit. F. nu.
40.neque alia ratio de reſtitutione facien-
80 da erit prætextu paupertatis obſtante ip-
ſius rei inquiſiti malitia cum fuga com-
probata, ſed verius executioni ſententia
demandari debuerat nedum quia ex fuga
vt dictum eſt ſe condemnari viſum fuit,ſed
etiam quia per ſententiam Iudicis condem
natus fuerat , prout in ſimilibus quoque
practicari comperitur,(dum quis condem-
natus extitit) eſſe ſeruum pænè effectum l.
81 quoad ſtatum ff.de pen.præſertim condem
natos ad metallum l.in metallum ff. eo:cu-
82 ius loco ſucceſſit condemnatio ad trire-
mes Grammat. decíſ. 32. Vulp. conſ. 150.
num. 13.Muta dec.Sicil.40.n.44.

Adeo , quod condemnatus ad triremes
ſi aufugerit licet pæna mortis plecti non
debeat , ſed redire ad inſeruiendum aſtrin-
getur niſi clauſula illa adiecta eſſet in ſen-
tentia, quod repertus extra triremes pæna
83 mortis plecti debeat Cab.reſ.cri.caſ.164.n.
2.ſicut M.C.facere cõſueuit Frã. dec.140.ſe
quitur Bayar.adClar.in §.fin.q.67.n.13.vbi
84 nu.ſeq.tradit,ita pariter trãſduci debere ad
triremes ſi captus fuerit ibi exiſtens ab
hoſtibus , & poſtea liberatus per text. in l.
mulier in opus,& l.in bello §.ſi deportatum
ff.de capt.& poſtlim.reuer.l.3.ff.de hijs,qui
pro non ſcript.hab.quod idem in deporta-
to vt quod exulato frangenti fines obſer-
85 uari quoque oſtenditur ex diſpoſitione
pragm.1.2.3.4.5.de relegat.vbi D. R. Ro-
uit.& cæteri,Neque etiam quartum obie-
ctum vrgere poterat dum certa pæna de
vtriuſque iuris diſpoſitione ſtatuta ſit ver-
berantibus parentes ad tex.in l.4.C.ſi ſeru.
expor.l.3.C.de pat.pot.cap.non ſatis in fine
30.q.3. &c. dudum de ætat.& qual. de quo
per Iacob. Beluis: in eius praxi crimin. tit.
de iniurijs col.9. verſ.item quæro ſi aliquis
quam ſiquidem pænam iudicantis arbitrio
poſt paternum repoſitam eſſe comperitur
ex perſonarũ qualitate,ac caſtigandi modũ
87 eiuſq; exceſſum deſſerere ,quare ſiuè leuis
pæna,ſiuè grauis impoſita fuerit ſuccedunt
iuris remedia hoc eſt appellationis, recla-
mationis , vel recurſus vt occurratur op-
preſſo appellanti l.1.ff.de appellat. & pro-
pterea inanis eſſet redargutio cõtra Iudicẽ
ita Iudicantem iam finito officio ſuo de ſu-
perfluitate , & ſic alterum quintum obie-
ctum ceſſabit ſimiliter,& ſextum ex ſupra
relatis , & poſtremo nulla ratio ipſi ſuffra-
gari viſum fuit ad pænæ impoſitæ modera-
tionem , ſed potius exequutionem illius
properandam celeri feſtinatione eſſe, nihil
88 temporis diurnitate opitulante pro illius
moderamine prout in ſimili,ita iudicatum
cenſuit ibidem Grammat. ea propter cum
potius petita ab inquiſito ad Principem
ſpectare noſcebatur,vel pænam impoſitam
in melius commutare,aut reſtitutionis be-
neficium ſic gratioſè concedere ad tex. in
89 l.diui fratres ff.de pænis,& melius in l.mo-
ris §. ſed enim ſciendum vbi gloſ. in verbo
liberetur ff. eo. duxi inſuper iudicandum
eſſe vt aderet reus Regiam Audientiam
per quam fuit reſcriptum,vt traſmitteretur
carceratus ad ipſam , & de reliquis reus a-
deat Excellentiſſimum Proregem de Men-
ſe Octob.1625.quod ſiquidem votum con-
firmari videtur ex adductis per Boer.deciſ.
247. ſub num. 16. verſ. & nota tu latrum-
90 culator,vſque ad finem vbi licet ex mente
Gulielm. de Cuneo in d.l.eos dixerit quod
quando delatus ad mortem ob crimen con
demnatus non valuit propter eius pauper-
tatem appellationem releuare,& proſequi
ratione cuius ſententia tranſiuit in rem Iu
dicatam , quod relaxari , & non exequi de-
bet,annuens euaſiſſe quædam à furcarũ pæ
na Guliel. ibidẽ nihilominus cõtrarium ex
multis ipſe probat cõcludẽs reũ ipſum vna
vna cum actis eſſe traſmittendum ad ſupe-
riorem Iudicem ſub fide cuſtodia in caſu
præmiſſo , & per eundem Iudicem perſcru-
tandum ſi malè,vel benè iudicatum extitit,
cæterum ſi abſens per contumaciam con-
demnatus fuerit,& appellauerit, nec aliter
ob paupertatem ipſa fuerit proſequuta
appellatio,benè per Principem reſtitui de-
bet etiam poſt annum , & ſe purgare non
prohibetur per iura ibi adducta , & in de-
ciſ. 44. fuit tandem exequuta ſententia per
ipſam Regiam Audientiam , eiuſdem Cu-
riæ Monopolitanæ imponentis pænam tri-
remium , & idem in percutiente matrem
obſeruauit Senatus Cataloniæ condemnan
do per decennium ad triremes filium per-
cuſſorem vltra manus affixionem in ligno
cum claue teſtatur Fontanel. de pact.nupt.
clauſ.4.gloſ.7.p.2.nu.10.& idem refert de-
ciſum in Senatu Lipſienſi apud Simeo.Vlri.
Harta.obſer.168.talem iuris diſpoſitionem
in patris beneficium conceſſam etiam in
matre procedere, quæ ſunt ſatis notanda
in praxi.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes de circumſtantijs, vel de inditijs remotis non ſufficit ſi de facto deponunt.*

2 *Delictum probatur etiam ſi teſtes deponerent de diuerſitate armorum.*

Delictum an probetur ſi teſtes depoſuiſſent, quod reus eum gladio, vel cum claua percuſſerit.

4 *Teſtes concordes in facto principali ſufficit licet in alijs diſcordent.*

5 *Teſtes in facto concordantes licet in tempore ſint diſcordes, vel non recordantes faciunt inditium ad torturam.*

6 *Teſtes rendentes diuerſas cauſas ſcientiæ non dicuntur contrarij in ſubſtantia negotij.*

7 *Dictum teſtis deponentis vidiſſe de nocte non admictitur.*

8 *Teſtes non deponentes, quod Luna lucebat vel quod aderant luminaria conuicinorum non probant.*

9 *Teſtes in Regno per Scribam cauſa examinantur.*

10 *Teſtes non deponentes, quod Luna lucebat, vel quod erant luminaria quando probant.*

11 *Teſtes ſingulares coniunguntur ad faciendam probationem, & inditium ad torturam.*

12 *Coniunctio teſtium an & quando admicti debeat reſpectu teſtium ambarum partium.*

13 *Inducta in fauorem in odium non debent retorqueri.*

14 *Teſtes examinati in eadem cauſa, ſed cum diuerſa perſona quam probationem faciunt.*

15 *Iudex debet eſſe facilis reo ſuper defenſionibus.*

16 *Concordia teſtium an & quando erit admictenda.*

17 *Dicta teſtium concordari an poſſint cum principali.*

18 *Teſtes concordantes cum principale admictuntur, diſcordantes reijciuntur, & deciſio affertur.*

19 *Dicta principalium diuerſa an concordentur, & quid ſi eſſent teſtes in alios, & deciſio enunciatur.*

20 *Probationes in criminalibus, an coniungantur ad condemnandum.*

21 *Probationes ſemiplene an coniungantur contra inquiſitum, & quare affertur ratio.*

ARGVMENTVM

Teſtis vnicus deponens de viſu delicti noctis tempore commiſſi, redendo cauſam ſcientiæ, quia Luna lucebat, & lumina, inerant in conuicinio, an concordari poſſit cum alijs teſtibus examinatis ad defenſam vnius coninquiſiti cauſam ipſam probantes, vt ex eo condemnari potuiſſet reus alter inquiſitus carceratus.

Redime me à calumnijs hominum, vt cuſtodiam mandata tua.

VOTVM XXXII.

IN cauſa informationis captæ præuia querela Pauli de Alexandro, contra Petrum Antonium dell'Amantea, & Sanctum de Intino, & alios de inſultu cum enſibus euaginatis noctis tempore commiſſo in perſonam ipſius Pauli, reperiuntur tres teſtes examinati ex parte ipſius, & Fiſci deponentes vidiſſe ipſos inſultantes & præſertim ipſum Petrum Antonium enſe pluries percuſiſſe dictum quærulantem taliter quod veſtes reperte fuerunt lacerate, & vnus ipſorum teſtium reddendo cauſam ſcientiæ aſſeruit eos cognouiſſe, quia Luna lucebat, & aderant pariter lucernæ vicinorum in tali conflictu, reliqui vero duo nullatenus cauſam ipſam allegauerunt, bene tamen verum eſt quod in defenſionibus factis per ipſum Sanctum de Intino reperiuntur duo teſtes examinati ad ipſius defenſam quorum vnus reddendo cauſam ſcientiæ aſſeruit eos cognouiſſe, quia aderant lucernę vicinorum accenſe, alter vero aſſerebat, quia lucebat Luna, vnde de duobus contingit hæſitari contra inquiſitiouem formatam aduerſus eundem Petrum Antonium, primo ſi tales teſtes ſe inuicem contrari, videbantur, ſecundo ſi poterant coniugi contra inquiſitum, vt condemnari potuiſſet pro dicto delicto, vt ſupra commiſſo, reſpectu primi dicti videbatur non eſſe totaliter inter eos contrarietatem dum vnicus teſtis Fiſci depoſuerat, quod Luna lucebat, & candele vicinorum erant accenſe, & reliquorum vnus aſſerebat Lunam lucere, alter luminaria vicinorum interfuiſſe omnes enim concludebant lumen interfuiſſe, ſiue per lumen

1 Lunæ,ſiue lumina vicinorum, ſufficit enim
vt teſtes de facto deponant , nec ſufficit
quod deponant de circumſtantijs, vel indi-
tijs remotis Boſſ. in tit. de conuictis num.
22. hoc enim contingi potuiſſet vnum ip-
ſorum vidiſſe lumen Lunæ , alterum lumi-
naria vicinorum , reliquum vtraque lumi-
naria ſicque diuerſimode deponentes con-
cludere videntur cauſam ſcientiæ interfuiſ
ſe , quemadmodum in ſimilibus dixerunt
2 Doct. de teſtibus nempè deponentibus di-
ueiſimode de genere armorum nam proba
rent delictum Marſil. ſing. 206. & conſ. 37.
Bertazol.conſ.5.num.11. vol. 1. Baiard.ad
Clarum in §.fin.quæſt.53.num.23. ſimiliter
3 de teſtibus deponentibus quod Titius occi
dit Caium gladio , vel claua , vt probent
delictum Foller. in praxi crim. rub. capiat
inform.num,72. latè Farinac. in eius praxi
rubr. de oppoſitionib. contra perſon. teſt.
quæſt.65. nu. 255. vbi in ſequentibus alia
deduxit de hijs exempla quemadmodum
etiam dicitur ſufficere quod teſtes ſint con
4 cordes in facto principali in quo conſiſtit
ſubſtaotia negotia,licet io alijs diſcordent
poſt Gramm.conſ.crim.19.num.7. & conſ.
47.nnm.9.& Voto 36.nnm.7. Farin.d.q.65.
par.1.num.20.& ſeq.ad quod accedit quod
tradit Baiard.ad Clarum quæſt.22. num.8.
quod teſtes in facto concordes licet in tem
5 pore diſcordes, vel non recordantes faciũt
inditium ad toreuram, & plenins per Fari-
nac.vbi ſupra qui in eadem quæſt.65.par.2.
num.30.ſatis ad noſtrum propoſitum dixit
regulam contrariam non procedere,ſed li-
mitari quando teſtes in eorum depoſitio-
nibus redderẽt diuerſas canſas,& rationes
ſcientiæ,non enim per hoc dicerentur con-
trarij ſi concordant in ſubſtantia negotij
6 de quo agitur ſecundum Innoc.in cap.qua-
liter,& quando il 2.de accuſ. vbi alios alle-
gat, & ſic remanet obiectum reſolutum,
ſed reſpectu alterius obiecti in quo tota
vis cauſæ reſidere videbatur,dũ vnus teſtis
Fiſci cauſam ipſam reddiderat , & alij dno
nequaquam,certum eſt de iure ipſos nul-
lam fidem facere;non enim actendi debet
7 dictum teſtis deponentis vidiſſe de nocte
Boſſ.in tit.de oppoſit.contra teſt. nnm.44.
nã, ſubdit Menoch.de arbitr.iudic.caſ.479
num.3.quem ſequitur Maſcard. de probat.
alios concitando concluſ. 1391. num. 25.
quod ſi probaretur eo loci lumen non ad-
fniſſe, & noctem illucem obſcnramque fuiſ
ſe ſequeretur ex neceſſaria præſumptione
iuris teſtes illos falſo aſſeruiſſe ſe homici-
das cognouiſſe de nocte , & ſic teſtes quoſ-
dam Athenis falſi conuictos fuiſſe, & non
mirum ſi teſtes non aliter reddentes cau-
ſam ſcientiæ quia Luna lucebat , vel erant
8 luminaria vicinorum accenſa oullius erint
momenti , & nulli redderentur Grammat.
conſ.crim.45.num.7.& conſ.58.nnm.1.Boſ
ſius in tit. de reſpooſ. à reo facienda num.
15.Claud.Tut.alleg.35. num.28. latiſſime
Clarus d.§.fin.quæſt.21.ſub num.3.vbi plu-
tes allegat ibique addentes , & præter eos
Farinac.quæſt.70.cap.3. & ita expreſſim in
Regno mandatur recipi teſtes à ſcribis a-
9 lias nullam fidem facerent contra reos, vt
in pragm.29.§.17. de offic. iuſti. quo fit vt
ſi benè.ipſi non depoſuerant de cauſa ſcien
tiæ,procederet ob defectum interrogatio-
nis, etenim teſtes in criminalibus reddere
debent rationem ſuorum dictorum etiam
non interrogati Salyc.in l.fin.C.de probat.
Foller. in d. praxi rubr. & demum repet.
num.9.Farinacc.copiosè d.quæſt.70.cap.2.
per totum,adhuc tamen erint de hoc inter-
rogandi alias non probareot ex Bald.conſ.
77.vol.3.probat Baiard. ad Clarum quæſt.
23.num.3.eoque magis exiſtente in Regno
allegata pragmatica taliter quod ex hoc
ipſi duo teſtes redebantur inhabiles,& nul-
lius probationis,quãquam ipſam concluſio
10 nẽ limitari videantur Doct.quoties teſtes
deponerent cognouiſſe de nocte,quia erant
valdè propinqui licet Luna non lucebat, vt
per Plotum in l.ſi quando num. 844. & 17.
quod etiam aſſequuti ſunt Viuius opin.950
& Maſcard. concluſ. 1109. relati ab eo-
dem Baiar.quæſt.21. num.21. ſeqnitur no-
uiſſimè Almont.Ciazz.diſceptat.forenſ.cri
min.in 15.diſcept. num.20. & dicunt id re-
micteodum eſſe Iudicis arbitrio, adhuc ta-
men in facto,nec etiam à teſtibus enuncia-
tum fuerat,ita cognouiſſe reos,& ideo illis
ceſſantibus vnico tamen remaoeote teſte
formaliter deponente, dum poſtea alij duo
teſtes examinati ad defenſam Sancti de In-
tino vno ex reis factum occurſum ſerio-
sè deponentes , & cauſam ſcientiæ alle-
gantes modo ſupra dicto , dubitari contin-
git ſi ipſi teſtes coniungi poterant ad
probationem contra alterum inquiſi-
tum Petrum Antonium dell'Amantea , &
videbatur prímo aſpectu coniunctionem
ipſam fore admictendam , poſtquam teſtes
ſingulares coniunguntur ad faciendam
11 probationem , & inditium ad torturam
Gramma.deciſ.34.num.35.& conſ.32.num.
10. Crauet. conſ. 35. num.6. Vulpell. conſ.
109.num.3.conſ.39. num. 11. quos probat
Baiard.d.quæſt.22.num.4. & nouiſſime Vr-
ſill. deciſ. 12. num. 2. exemplo oſtendit , &
Blanc.de Indicijs num.353. & ſeq. eum diſ
ſtinc

ſtinctione proceſſit latè Crauet. de antiqu.
tempor. par. 4. §. ſed enim; ſed copioſè Fari-
nacc. d, quæſt. 65. par. 2. vbi ſub num. 93. in
5. limitatione ſatis ad propoſitum ex mul-
12 tis probat coniunctionem teſtium eſſe ad-
mictendam etiam reſpectu teſtium vtriuſ-
que partis: quare ex hijs concludi videtur
fieri potuiſſe ſupradictam coniunctionem,
nihilominus ex ſequentibus rationibus pro
culdubio contrariam ſubſtineri poſſe arbi-
tror opinionem. nam, & ſi teſtis ille vnicus
in fauorem Fiſci, & partis productus videa
tur in eorum fauorem, & in odium inquiſi-
torum, attamen reliqui duo teſtes ad par-
tis defenſionem examinati, & in odium Fi
ſci, & quærulantis nequeunt illud idem
13 operari, eo quia inducta in fauorem non
retorquentur in odium l. nulla iuris ff. de
leg. cum alijs adductis per Barboſ. in opuſc.
Princ. vtriuſque iur. lit. F. num. 37. & con-
ſequenter in odium tertij inquiſiti, quam-
uis ipſi examinati reperiantur ad defenſam
cum iniqua conditio alteri per alium fieri
non debet ad tex. in l. non debet ff. de reg.
iur. vbi Dec. & Cagn. concordantia afferũt,
14 & tanto fortius teſtes examinati licet in
eadem cauſa, ſed cum diuerſa perſona quo
nam caſu plenam probationem nequa-
quam faciunt, ſed tantum qualem qualem
probationem ex relatis per Franc. deciſ.
345. num. 8. vltra quod ſi pariter ipſi cau-
ſam ſcientiæ non redidiſſent rectè proba-
rent, quoties ad defenſam reorum ageretur
quia Iudex debet eſſe facilis reo ſuper de-
15 fenſionibus Marſil. in l. fin. C. de probat. in
11. & 12. carta Socc. reg. 496. fall. 1. quos ſe-
quitur Nouell. in praxi crimin. rubr. de Te-
ſtibus ſub nu. 15. ſequitur idem Clar. in d.
§. fin. quæſt. 53. ſub num. 21. Farinac. d. quęſt.
70. cap. 2. num. 101. ſicque dum parum pro-
deſſe videbatur ſi fuiſſet à teſtibus cauſa
ſcientiæ prodita, vel non prodita, non ta-
men poterat in argumentum ſumi in bene
ficium Fiſci, & eo fortius, quia talem cau-
ſam ſcientiæ non reddebant cum requiſi-
tis citatis ibidem per Ciactium, ſed poſtre-
16 mò ad deciſionem articuli conueniunt re-
ſoluta per eundem Farinacc. d. quæſt. 65.
par. 2. num. 98. vbi pro concordia opinio-
num Doct. de concordia teſtium etiam am
barum partium reſpondet, benè admicti
poſſe adhoc, vt euitetur falſum non autem
adhoc vt probent ſecundum Anto. de Bu-
tr. Imol. Zabar. & Albet. de Malet. ibidem
citatos, cuius fretus auctoritate iuſſi inqui-
ſitum ipſum ſuper nouis inditijs liberari
17 ſub cautione in forma die 27. Aprilis 1624
Idemque credo poſſe admicti, vel concor-
dari nequeant dicta teſtium cum principali
Bertazol. conſ. 215. num. 2. lib. 1. & conſ. 491.
num. 15. lib. 2. ſed quando aliqui diſcordant
cum principali, & alij concordant illi qui di-
18 ſcordant reſpuuntur, & admictuntur, qui cũ
principali concordant. Farin. de teſt. q. 65. p. 2.
n. 101. & Fuit practicatum in cauſa Andreæ
Gondolę rei pro homicidio in Collat. Conſil.
vt dicam in 3, par. noſtri Cõpen. verbo teſtes,
ſeu dicta cõcordari ipſorummet principaliũ
19 prout in alio conſimili euenit de facto in
quærela expoſita per Clericum Franciſcum
Troilum, contra Vitum Antonium de Chiã
tara, de inciſione oliuarum adeò quod Dona-
tus Antonius Palmiteſſa eius famulus cum
depoſuiſſet, quod pendente lite de beneficio
vbi oliuarum arbores exiſtebant prædictum
Vitũ Antonium certa die iuſſiſſe ipſi, vt col-
ligeret oliuas, & arbores deterioraret, & q
in tali actu ipſe inbens ibidẽ exiſtens pariter
manibus proprijs arbores diramare auſus
eſſet, poſtmodum eo examinato dixerat ne-
ſcire, ſed ſi fuiſſent rami inciſi proceſſerat de
ordine D. Caroli Marraffæ Commiſſarij Il-
luſtriſſimi Nuntij, etiam ſi ipſi principales in
ſe eſſent, & teſtes in alios, vt in ſimili dixit
Præſ. de Franc. dec. 577. in fine exiſtentibus tũ
duabus depoſitionibus ſociorum criminum
nouiſſimè ſuperuenientibus poſt aliam depo
ſitionem alterius conſocij cuius vigore rei
torti fuerant, & non confeſſi habilitati in
forma, nam licet per M. C. prætenderetur
conuictionem vigore Capit. Regni, & quod
per torturam eliſa fuerat prima depoſitio
ſicque coniungi non poterãt, poſtreme depo
ſitiones cum prima, ideo fuerunt puniri rei
extraordinariè ad triremes ad tempus, qui
melius in deciſ. 538. num. 16. dixit quod pro-
bationes non coniunguntur in cauſa crimi-
20 nali, ad condemnandum pœna ordinaria, &
vltra eum Petr. de Barboſ. inter conſil. crim.
diuerſ. to. 1. conſ. 95. n. 16. dixit etiam ſi eſſent
21 ſemiplenè probationes Maſcard. de probat.
concluſ. 1219. num. 62. & copioſè Franc. Per-
ſonal. in tract. de indit. & tortur. num. 63. vbi
ſub num. 64. rationem reddit ex quo reus
tractat de damno euitando, & Fiſcus de lu-
cro captando, vbi alia plura deduxit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſuſpendit iudicatum, illudque extinguit nu. 2.*
3 *Reſciſſo principali, etiam acceſſorium cenſetur reſciſſum.*
4 *Principio ſublato, omnia principiata tolluntur.*
5 *Infecta primitiua, et deriuatiua inficitur.*
6 *Liqui-*

6 *Liquidatio eſt aceeſſoria ad cauſam petitionis hæreditatis.*

7 *Annullato principalè etiam aceeſſorium cenſetur annullatum.*

8 *Innouari non licet appellatione pendente.*

9 *Iudex procedendo ad taxationem expenſarum, ſtante appellatione dicitur innouare.*

10 *Iuriſdictio Iudicis à quo ſuſpenditur, pendente appellatione.*

11 *Iuriſdictio per appellationem, & reclamationem ſuſpenditur.*

12 *Taxatio expenſarum pendente appellatione fieri non poteſt.*

14 *Taxatio expenſarum ante iuramentum in litem fieri debet.*

14 *Quæ fieri poſſunt lite pendente ante ſentẽtiã pariter fieri poſſunt poſt ſententiã appellatione pendente.*

15 *Nouatio pendente appellatione in negotio principali eſt inhibita, ſecus in acceſſorijs.*

16 *Iudex taxando expenſas non innouat, ſed declarat.*

17 *Grauamen non reputabitur ſi Iudex expenſas taxauerit, & ſic deciſum.*

18 *Taxatio expenſarum, an & quando fieri poſſit interpoſita appellatione.*

19 *Sequeſtrum fieri an poſſit pendente appellatione.*

20 *Taxatio expenſarum à fieri poſſit à Iudice à quo pendente appellatione.*

21 *Aeſtimatio, vel apprctium quid operetur.*

22 *Liquidatio expenſarum, vel fructuum non fit ad finem transferendi dominium*

23 *Taxatio à Iudice à quo fit maximè ſi eam reſeruauerit.*

24 *Salarium Aduocatorum atque Procuratorum fit in taxatione expenſarum.*

25 *Taxatio expenſarum remictitur arbitrio Iudicis.*

26 *Aduocatus non conſequitur ſalarium in taxatione expenſarum in cauſa propria.*

27 *Iudex à quo non poteſt declarare appellationem deſertam, ſi fuerit inhibitum alias ſecus.*

ARGVMENTVM.

Taxatio expenſarum, an fieri poſſit per Iudicem à quo pendente appellatione interpoſita, & quid in liquidatione ſalarij præſtiti ab Aduocato, ſeu Procuratore.

Notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam.

VOTVM XXXIII.

COntingit in cauſa V.I.D. Io:Baptiſtæ Patritij, & aliorum cum Portia Bandina Matre, & Tutrice filiorum quondam Antonini Maize dubitari, poſtquam preuia ſententia condemnati fuerant ipſi pupilli, & conſequenter præfata Portia ad ſoluendum mercedem afflictus certi magazeni conducti per plures annos à dicto Antonino à quondam Patritio patre ipſius Io:Baptiſtæ nec non ad ſoluendum ſalarium diu debitum ipſis actoribus ex perſona præfati Patritij olim præſtiti in diuerſis cauſis prædicti Antonini liquidandum tempore executionis iã dictæ ſententiæ, & dũ ageretur de liquidatione ſalarij prędicti ſi dubitatũ fuit poterat ad taxationem prędictã procedi exiſtente appellatione interpoſita, & per ea quæ in iure probata reperiuntur nullatenus ad talem taxationem deueniri poterat, poſt
1 quam dubium non eſt quin ipſa appellatio iudicatum ne dum ſuſpendit l. fin. C. ſent. reſc. non poſſ. cap. venientes de iure iuran. Diaz. in reg. 37. Gargiar. patroc. 62. num. 2. Macerat. lib. 1. var. reſol. in 26. reſol. nu. 13.
2 Sed etiam illud extinguit Capyc. deciſ. 201. num. 4. Præſ. de Franc. deciſ. 370. num. 14. & dec. 602. num. 1. latius Cæuall. pract. quæſt. cap. 617. num. 4.
3 A deo, quod extincto iudicato principale eiuſque acceſſorium extinctum cenſetur quemadmodum reſciſſo principali, acceſſorium etiam reſciſſum videtur iuxta gloſ. in l. ſi patronus §. patronum ff. ſi quid in frau. patron. quam ſequitur Cagnol. in l. cum principalis num. 9. ff. de reg. iur. vnde ad propoſitum Bald. in l. 1. num. 3. C. de latin. libert.
4 toll. dixit principio ſublato omnia princi-
5 piata tolli, ſicque infecta primitiua inficitur, & deriuatiua Afflict. deciſ. 96. num. 3. ea propter cum ipſa liquidatio ſit acceſſoria ad cauſam principalem quemadmo-
6 dum dixit idem Afflict. deciſ. 35. num. 4. quod liquidatio dicitur acceſſoria ad cauſam petitionis hæreditatis vnde dum cauſa principalis ſuſpenſa, vel extincta per appellationem, videtur conſequenter illius
7 acceſſorium, quia annullato principali annullatur acceſſorium Gargiar. patroc. 24. num. 13. par. 2.
8 Secundo principaliter corroboratur ex eo quod in iure inhibitum ſit, appellatione pendente aliquid innouari l. 1. ff. nil innouar. appell. pend. Franc. d. deciſ. 602. num. 1. Boer.

Boer.conſ.43.num.16.& Soccin.reg.21.coproſè Lancell.in tract.de actent.in 2.p.cap. 12, ampl.5. num.4.

9 Et conſequenter Iudex diceretur actentare procedendo ad taxationem expenſarum poſt appellationem iuxta notata per Ricc.deciſ.Cur. Archiep. Neap.365. par.4. cum alijs apud Gratian.diſcep. forenſ.cap. 349.num.2.

Tertio ex vulgata regula iuris comperi-
10 tur quod appellatione pendente ſuſpenditur iuriſdictio Iudicis à quo probat ex multis Duena in regul. 42. Carau. in ritu 265. num.20.& 39.nam appellatio,ſeu reclama-
11 tio ſuſpendit iuriſdictionem ex Iacob. de Beluis in cap.1.§.fin.quo tempore mil.vbi Bald. probat Borrell. de compromiſſ. §. 7. gloſ.3. nu.4. Aug. Fauſt. in praxi Panciroli p.3.§. effectus autem.

Vltimo ex innumeris communem concluſionem in terminis firmauit poſt Maran. in ſpecul.Carau.& alios idem Lancell. in d.
12 tract.par.2.cap.11.num.6.& 7.taxationem expenſarum nullatenus fieri poſſe pendente appellatione vbi alia conſimilia deduxit,& nouiſſimè Muſcat. in eius praxi S. C. lib.1.par.7.gloſ.condemnando num.9. vltra Ruginell.de appellat.§.2.cap.3 nu.935. cum ſeq.per rationes ibi deductas,hanc ſuſtinêt opinionem vltra Lancell. Aſin.& Gratian. cap.349. diſcept. forenſ. allegat.Magon.deciſ.Flor.78.num.2. & maximè ſi in ſententia reus fuerit condemnatus etiam ad expenſas, vt proſequitur Gaball. milleloq.951, Iudex.

Ex aduerſo aut plures deducuntur rationes ex quibus cõcludi facile videbatur poſſe fieri tale taxationem, & primo certum eſt
13 talem taxationem fieri poſſe ante ſententiam,eo quia ipſa dũ ante iuramentum in litem ſit facienda,ita Afflict.deciſ.360. num. 9.ſubſequitur quod ea quæ poſſunt fieri lite pendente ante ſententiam poſſunt etiam
14 fieri poſt ſententiam appellatione pendente ad tex.in l.poſtquam §.1.ff.vt legat.nom. caueat. cum alijs relatis per Franc. deciſ. 370. num. 15. vltra Marant. in eius ſpecul. par.6. Rub.quandoque appellatur.nu. 175. vbi exemplum ponit. & eo magis ſi in ſententia fuerit reſeruata taxatio expenſarum vt probat Caballin. millel. 950. taxationem & cum hac ſententia reſidet Gratian. diſcept.forenſ. c.698. nu. 13. & 14. quidquid alij in contrarium ſenſerunt,vt ibi per eum.

Præterea, quod dictum eſt nil innouari debere appellatione pendente procedit in
15 negotio principali non autem in acceſſorijs vt per Annam ſingul.32.etenim appellatio ſuſpendit ſententiam in eo ſolum quod eſt appellatum Garglar. patroc.22.num.5.p.2. ac cum ip a taxatio,ſeu liquidatio acceſſoria ſit ad petitionem Afflict.d.deciſ.35.nu. 4. Idcirco abſque difficultate Iudex ad taxationem procedere non vetatur: quoniam Iudex taxando illas non dicere-
16 tur innouare,ſed declarare Muſcatel.optimè in d.praxi lib.2.par.1. Gloſ. poterit nu. 16.vbi præſertim num.11. hunc noſtrum attingit articulum,ita firmando Grat. d. cap. 698.qua de re inſpecta communi Doct.concluſione limitantium regulam contrariam in quibus caſibus appellatione pendente procedi poſſe per Iudicem à quo, dixerunt non procedere in taxatione expenſarum ad quas condemnauit: quia non diceretur innouare,ſed potius declarare pronuntiata ita Lapus allegat.72.quẽ citat ibi Marant. num.176.Duena reg.42.num.18.& ſequitur Carau.in ritu 198.num.24.& 25.& Muſcat. d.gloſ.condemnando num.77.vltra Annam
17 in ſingul.31.Appellatione vbi refert deciſionem S.C. fuiſſe diſcuſſum, quod facta taxatione,expenſarum appellatione pendente non fuiſſe reputatum grauamen, quia exequi non poterat,& fuit cauſa eidem remiſſa,quinimo pro concordia alterius relatæ opinionis vnanimiter Doct.concludere videntur eatenus permiſſum eſſe Iudici à quo ad taxationem expenſarum procedere,qua-
18 tenus non fuiſſet inhibitum alias ſecus eſſe videretur,vt poſt Lancell.num.10.Iuxta deciſ. Tholoſ. 485. & Muſcat.in prædicta gloſ.condemnando num.95.Gratia. d. cap. 349.num.3.prout contingerat in facto præmiſſo in quo ſolum appellabat appellatum eſſe,non tamen inhibitum, & hoc caſu nedum ad talem expenſarum taxationem procedi poterat, ſed etiam ad ſequeſtrationem fructuum, quæ abſque dubio fieri
19 poteſt nodum appellatione præſentata per Iudicem à quo vt putat Marant.d par.6. in 2.actu num.188. ad quod ſubdit Muſcatell. in ead.par.1. Gloſ. pro ſequendum nu. 109. quærendo quare non expeditis literis inhibitorialibus deſertionis ſpectet ad Iudicẽ à quo,& illis expeditis ad Iudicem ad quẽ
20 Itaque concludi videtur ad Iudicem à quo ſpectare taxationem expenſarum facere pendente appellatione prout et iam multorum opinione comprobat Campan.ad Oliuam in ritu 4. Curiæ Archiep. Neap. num. 17.& deciſum refert meritiſſimus Epiſcopus Io: Aloyſius Riccius deciſ.365. in princ. tom.4.hinc corelarie infertur nam & ſi appretium ſiue æſtimatio operentur,vt adiu-
21 dicatio fiat pro menſura debiti, vt refert Muſcatel.in d.praxi lib.2.par.3.Gloſ.ad iudicantur num.19.quod procederet, quando

non

Digitized by Google

non fuiſſet appellatum; nihilominus ipſa
liquidatio non requiritur ad finem transfe-
rendi dominum rei emptæ, ſed ad finem li-
22 quidandi pretium Franc. deciſ. 23. num. 8.
ita in præſenti liquidatione attendendum
erat, eoque magis cum fuerat in ſententia
reſeruata ipſa taxatio, vt ſupra dictum eſt,
quapropter eidem Iudici permiſſa eſſe vi-
23 detur taxatio expenſarum, qui illa ſibi in
ſententia reſeruauerat, coram quo non
erit prohibitum ipſam petere taxationem
ſecundum Bald. in l. fin. num. 4. verſ. oppono
C. quando prouoc. non eſt neceſſ. quem ſe-
quitur ibidem Campan. nu. 13. prout etiam
percepi ex proceſſu Marij de Bononia
cum Aurelia Ventura in banca Izzi pro
Amico liquidationem intereſſe fuiſſe com-
miſſam primo Iudici ſententiæ exiſtente
reclamatione interpoſita in S.C. & ſic vide-
mus indifferenter obſeruari, & ita in præ-
ſenti cauſa ſeruaui procedendo ad d. dictam
liquidationem, & iterum in cauſa Marci An
tonij Indelli V. I. D. cum Octauiano Piſto-
ya tum reſpectu taxationis expenſarum
die 11. Octob. 1624. tum quoque reſpectu
liquidationis fructuum die 23. Nouembris
cuiuſdem anni; Benè verum eſt, quod ſatis
animaduertẽdum eſſe duxi in praxi qñ fit ip
ſa taxatio expenſarũ ſub quibus continen-
tur etiam expenſè quæ fiunt pro Aduoca-
tis, procuratoribus, & ſimilibus, vltra alias
que fiunt pro Iudicibus. & alias circa Nun
tios, & executores de quibus per Carau. in
d. ritu 298. num. 16. & ſeq. quæ ſimiliter ta-
24 xarè debent inſimul, & potiſſimum expen-
ſe factæ pro Aduocatis, & procuratoribus,
vt per Alber. Oliuam d. ritu 4. n. 13. ibiq; Cã
pan. in addit. n. 20. Cumia in ritu Sicil. c. 25
n. 27. Fauſt. ad Pancirol. in prax. p. 3. fo. 207.
25 Quæ ſiquidem Iudicis arbitrio remittun
tur conſiderata tamen qualitate cauſarum
ac perſona Aduocati, vel Procuratoris, vt
per Afflict. in conſtit. hac edictali num. 9. la-
te Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 5 13. Andr.
Gail. lib. 1. Pract. obſeru. in 44. obſeru. ibiq;
num. 4. aduertit in taxatione laborum di-
ctorum aduocatorum, & ſimilium qualiter
ſit facienda, hoc eſt, vt deducatur ex ſumma
taxata, quod antea inſolutum datum eſt
26 ſimiliter ſi actor fuerit aduocatus, vel reus,
& cauſam vicerit, nam eo caſu non conſe-
queretur ſalarium, vti aduocatus ſuæ cau-
ſæ propriè, ita Carau. in d. ritu 298. num. 26.
vbi id declarat qualiter procedat Minſin-
ger. ſingul. obſeru. 2. vbi ſic iudicatum retu-
lit, & iudicaui pariter in eadem cauſa Mar-
ci Antonij Indelli ex quo non concurrebãt
aliæ qualitates à prædictis Doctoribus, vt
ſupra mox relate ad quod etiam Parlador.
rerum quotid. cap. fin. par. 5. §. 18. num. 14.
& alios citat vltra Lucam Peti in praxi Ro
man. capitol. lib. 9. num. 33. Greueus concl.
pract. concluſ. 151. conſider. 1. num. 18. Cu-
mia ibi num. 48. & prædictis etiam conue-
27 nit, quod dixerunt Doct. relati per Muſca-
tel. d. praxi lib. 2. par. 1. gloſ. proſequendum
num. 110. cum ſeq; quod Iudici à quo pro-
miſſum erit appellationem deſertam decla
rare quando fuerit penes acta appellatum
non tamen proſequutum, aut à ſuperiore
inhibitum, alias ſtante inhibitione ſecus eſ-
ſet, vt contingit in cauſa Orlandi Cazani
V. I. D cum Theodora Santa Cruce Io: An-
tonio Palmerio, & alijs & iterum in cauſa
Marci Antonij Indelli V. I. D. cum Octauia
no Piſtoyæ decerni prout ſi practicari in
M. C. conperui in dies.

Io: Baptiſta de Thoro I. C. Neap.

S V M M A R I V M.

1 *Compromiſſum non fit quando altera partium læderetur.*
2 *Petitiones mutuæ fiunt coram eodem Iudice*
3 *Actor, & reus ad imparia non debent iudicari.*
4 *Iudicium ex tribus perſonis conſiſtit.*
5 *Corelatiuitas inter actorem, & reum ineſt.*
6 *Diſpoſitum in vno cenſetur etiam in alio diſpoſitum.*
7 *Iuriſdictio ordinaria fauorabilis delegata eſt odioſa.*
8 *Arbitri vigore Pragmaticæ dicuntur arbitri iuris, & equiparantur iudicibus delegatis.*
9 *Fauores ampliandi odia reſtringenda.*
10 *Compromiſſum ad res incompatibiles non admittitur.*
11 *Cauſa alimentorum non eſt compromittibilis, & nu. 26.*
12 *Iudicium eſt Indiuiduum.*
13 *Iudicium non debet claudicare hoc eſt iudicium nõ debet pro parte valere, & pro parte non.*
14 *Cauſæ conuentionis, & reconuentionis inter ſe conueniunt.*
15 *Cauſæ conuentionis & reconuentionis vna eaſ ſententia, & ſimultaneo proceſſu decidduntur.*
16 *Continentia cauſæ diuiſionem non recipit*
17 *Fori exceptioni renuntiare videtur, qui ſuſcipit iudicium.*
18 *Iuriſdictio prorogatur per reconuentionem factam.*
19 *Prorogatio legalis quæ ſit.*
20 *Reconuentio facta ante terminum, denegat*

fori

fori declinatoriam peti.

21 *Reconuentio non minuit, ſed auget iuriſdictionem.*

22 *Forum declinatur in cauſa conuentionis, non autem reconuentionis.*

23 *Compromiſſum petere eſt forum declinare.*

24 *Compromiſſum non petitur per ſpurium contra legitimatum.*

25 *Clericus ad compromictendum cogi an poſſit, & nu. 38.*

27 *Alimentorum cauſa pro præteritis compromictitur non pro futuris.*

28 *Diſpoſitio l. lis nulla ff. de iudic. ceſſat ob cauſam alimentorum.*

29 *Officium iudicis conceditur pro alimentis debitis à patre filio.*

30 *Compromiſſum ceſſat vbi Iudicis imploratur officium.*

31 *Actor prius debet incipere quam reus, & prius ſuam intentionem fundare, & probare, nu. 32.*

33 *Actor prius declarare debet circa vſum teſtium, & ſcripturarum, & ſic practicatũ*

34 *Acta actoris prius debent præcedere quam acta rei.*

35 *Actor prius reſpondet poſitionibus, quam reus.*

36 *Actor ſequitur forum rei.*

37 *Compromiſſum legitimatus, petit contra ſpurium.*

38 *Clerici ad compromictendum cogi, an poſſint.*

39 *Cauſa conuentionalis ſi eſſet inappellabilis, & cauſa reconuentionalis appellabilis an appellationi ſit deferendum.*

ARGVMENTVM

Compromiſſum an erit admictendum, ſi fuerit petitum poſt reconuentionem factam exiſtente diuerſitate cauſarum, conuentionis ſcilicet compromictibilis, & reconuentionis incompromictibilis, ac etiam diuerſitate perſonarum Actoris filij ſcilicet naturalis, & rei legitimi, & naturalis.

Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo, veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi.

VOTVM XXXIV.

CVm autem Reu. D. N. Pariſius conuenire
feciſſet Petrum Antonium Pariſium
eius fratrem ad ſibi conſignandum certa
dolea vini exiſtentia in domo propria ip-
ſius, & aduerſus talem petitionem ſe oppo-
ſuiſſet cõuentus, nedũ reconueniendo ipsũ
Actorẽ ad ſoluendũ alimẽta ei præſtita per
certos menſes, ſed etiam ad compromicten
dum ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, vn-
de contingit hæſitari, ſi ad compromiſſum
aſtringi poterant ex diuerſitate cauſarum
ſcillicet conuentionis, quæ poterat abſque
dubio compromicti, & cauſæ reconuen-
tionis alimentorum, quæ non aliter com-
promicti poterat, ſimiliter ex diuerſitate
ipſorum litigantium quorum vnus erat le-
gitimus, & naturalis frater, alter vero na-
turalis tantum, quapropter dicendum vide
batur non aliter compromicti debere; poſt-
quam compromiſſum non ſit ſecundum
noſtram pragmat. 1. de arb. quando altera
1 tantum ex partibus læderetur dixit Ma-
rant. in ſpecul. par. 6. in 2. actu num. 34. Læ-
ſio enim reſultare videbatur ex eo, quod
2 cum de iure probatum ſit mutuas petitio-
nes coram eodem Iudice expediri debere
ad tex. in l. ſi idem §. 1. ff. de iuriſd. omn. iu-
dic. ibiq; Doct. & propterea ſi tale concede-
retur compromiſſum actor facilè læderetur
ex eo quod dum coram ordinario cauſam
intentaſſet priuaretur ſuo comodo, nam
ad imparia ipſe iudicaretur ex cauſa re-
conuentionis, quæ compromicti non pote-
rat, vt infra dicetur, & ſic contra idquod de
3 iure cautum eſt, ne ad imparia Actor, &
Reus iudicentur cum ad paria ſint iudican
di cap. nouit de Iudic. Maſtrill. deciſ. Sicil.
243. num. 17. Viuius dec. 255. num. 43.
Præterea ſi intuantur perſonæ ipſe in Iu-
dicio exiſtentes, quæ ſunt Actor, & Reus, &
4 Iudex vnde Iudicium conſtitui videtur Ma-
rant. in eius ſpecul. par. 1. num. 4. Franc. de-
ciſ. 245. num. 6. ante eos Specul. in tit. de
compar. in term. num. 8. Viu. deciſ. 38. num.
4. reſpectu actoris, & rei comperitur inter
5 eos ineſſe corelatiuitatem Gargiar. patroc.
81. num. 8. par. 1. Viu. deciſ. 236. num. 8. ita
6 quod ex natura corelatiuorum videtur id,
quod diſpoſitum eſt in vno cenſetur quo-
que diſpoſitum in alio ad tex. in l. plerum-
que ff. de edilit. edict. Euerard. in Topica
loco à correlatiui, num. 3. Barboſ. in opuſc.
Princip. iur. lit. C. num. 76. quo fit vt quan-
do cauſa ab actore eſſet compromictibilis
iudicari debeat etiam compromictibilis
cauſa reconuentionis, & è contra, at ſi cau

ſa con-

ſa connentionis eſſet compromiċtibilis, vel
non compromictibilis, & è conuerſo cauſa
conuentionis tunc non procederet regula
allegata, nam vna ipſarum compromictere
tur quæ compromicti poterit, & conſequen
ter vnus ipſorum ad imparia iudicaretur,
quod fieri non debet ex vulgata regula al-
legata.

Sin autem intuatur perſona Iudicis ordi
narij coram quo cauſæ conuentionis, & re-
conuentionis intentate fuerunt, pariter ve-
niret deneganda ipſa compromiſſi petitio
reſpectu vnius cauſæ intentatæ compro-
mictibis, poſtquam cauſæ ſiuè mutue peti-
7 tiones eoram eodem Iudice expediri de-
bent, & propterea eum ipſa iuriſdictio ordi-
naria ſit fauorabilis, & delegata odioſa, vt
dixit Marant. in ſpecul. in 4. par. diſt. 5. nu.
30. inſuper talis iuriſdictio ordinaria eſt
naturalis, ſed delegata accidentalis Marta
in Voto 171. num. 3. & ſic non benè adaptã
tur inuicem, non mirũ ſi arbitri electi vigo
re noſtræ pragmaticæ dicantur arbitri iu-
ris, vt dixit Borrell. ſuper d. pragmat. odia
de arbitr. ſeu in tract. de compromiſſ. §. 3.
gloſ. 1. num. 33. & conſequenter prout ipſe
ſubdit ibidem num. 52. 61. & 63. tales arbi-
8 tros iuris equiparari iudicibus delegatis
Patlad. Rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 1. §.
1. num. 2.

9 Hinc ſuccedit regula fauores eſſe am-
pliandos, & odia reſtringenda c. odia de
reg. iur. in 6. hoc eſt vt potius cauſa ambe
conuentionis, & reconuentionis coram or-
dinario, quam coram arbitris ob defectum
alicu ius ex cauſis ipſis non compromicti-
10 bilis; erint, agende etenim compromiſſum
ad res incompromictibiles non extenditur
probat Aſeia determ. 72. num. 5. & 12.

Vlterius reſpectu ipſarum cauſarum in-
tentatarum, nam licet quantum pertinere
videatur ad cauſam conuentionis notoriè
11 apparebat eſſe compromictibilis, nõ tamẽ
cauſa reconuentionis alimentorum. vt pro-
bat ex multis Surdus in tract. de aliment.
tit. 8. priuil. 56. nu. 33. & ſequent. quem ſe-
quitur Reg Rouit. in prag. 1. de arbi. nu. 38.
Conſequens erit non eſſe admictendam pe-
titionem compromiſſi, nam ſi conuentionis
cauſa compromicti mandaretur retenta
12 cauſa reconuentionis Iudicium proculdu-
bio diuideretur cum ſit indiuiduum Spe-
cul. in tit. de arb. §. 7. num. 41. & ſucceſſiuè
13 illud claudicare videretur, quod non eſt de
iure conceſſum c. cum inter de except. cum
alijs relatis per Cauenſ. in ritu 287. num. 1.
hoc eſt pro parte valere, & pro parte non
Franc. Marc. dec. 725. nu. 1. deciſ. 338. nu. 2.

Inſuper inſpecta natura cauſarum con-
uentionis, & recouuentionis, quæ in multis
inter ſe conueniunt de quo ſatis per Muſca-
14 tel. in praxi S.C. lib. 1. par. 3. gloſ. actorem
num. 3. ex quibus maxima inter eas ſubori
tur connexitas, atque continentia, quæ non
patiuntur diuiſiones: quare inter cætera ſi-
15 multaneo proceſſu, ac vnica ſententia de-
terminari debent, vt ibi Muſcat. num. 12.
16. & 17. per varia exempla conferentia
probat, & hoc iure optimo cum de conne-
xis idẽ erit Iudiciũ l. 3. §. iudicio ff. de cont.
act. tut. cũ alijs congeſtis per Barb. in Opuſ.
Princip. vtriuſq; iur. lit. C. nu. 39. & quod in
vno eſt diſpoſitum ita in alio diſpoſitũ erit,
vt dictũ eſt ſic pariter in cauſæ cõtinentia
16 dicendum erit ne diuiſio oriatur Carau. in
ritu 72. num. 6. Barboſ. in opuſc. princip.
vtriuſque iur. lit. C. num. 19. Miſing. cent. 1.
obſeru. 97. num. 3. quæ facilè ex tali remiſ-
ſione compromiſſi comperiretur: quapro-
pter Muſcat. eo. loco ſub num. 21. verſ. ter-
tius caſus licet videatur conſtituere diffe-
rentiam inter ipſas cauſas conuentionis, &
reconuentionis, & inter alia dicendo cau-
ſam conuentionis licitè poſſe compromicti
coram arbitris, ſeu in arbitros electos de
communi partium conſenſu, & in arbitros
iuris electos ex forma ſtatuti, non tamen
procederet in cauſa reconuentionis poſt-
quam ipſa licet compromicti poſſit in ar-
arbitros iuris electos per ſtatutum, non ta-
men in arbitros electos de conſenſu par-
tium, quo fit vt dum poſt reconuentionem
factam petitum eſſet compromiſſum viſum
fuit prins ſuſcepiſſe iudicium, deinde exce-
ptionem compromiſſi opponere, & inde li-
tis impediretur proſecutio Imbert. lib. 1.
inſtitut. forenſ. c. 17. verſ. ſed ſi compromiſ-
ſum, quod fieri non poteſt etenim ſuſcipien
do iudicium, fori exeeptioni renunciare vi-
17 detur ad text. in l. ſi fideicommiſſum §. fin.
ff. de iudic. ſed potius in iudicem conſenti-
re per ipſam reconuentionem factam pro-
rogando iuriſdictionem, & ſic tacitè iuris
miniſterio, vt per Marant. in ſpecul. allega-
18 to par. 4. diſtin. 12. num. 18. & forum ſorti-
tur ratione reconuentionis Gloſ. in l. hæres
abſens §. proinde verſ. debebit in fine ff. de
19 iud. & talis prorogatio diceretur legalis vt
tradit Anton. de Matteis in tract. proro-
gat. fori &c. ſub num. 25. verſ. ſi diceres, &
num. 59. vbi ſub num. 62. verſ. in hijs etiam
notat tunc operari prorogationem, potiſ-
ſimum quando fieret reconuentio ante litis
conteſtationem, vel in ipſa, ſeu ſtatim poſt
prout contingerat in caſu allegato illico
ante termini dationem fuiſſe factam quo

ſit vt cum eo tempore facta fuerit nullate-
20 nus fori præſcriptione vti poſsit, vt probat
Vrſin. in tract. de reconuent. cap. 2. num. 6.
quinimo optimè & Bald. in cap. Imperia-
lem §. præterea num. 13. de proh. feud. alien.
per Feder. & Soccin. in cap. 1. de mut. pet.
num. 56. Ruginell. pract. quæſt. cap. 42. num.
27. probāt reconuentionem ipſam non ali-
ter minuere, ſed augere iuriſdictionem,
21 cum per ipſam fieri prorogationem non
dubitetur Doct. in Auth. & conſequenter
C. de ſenten. & interl. Vrſin. eod. tract. cap.
29. num. 26.

Et demum inſpecta alia differentia exi-
22 ſtente inter cauſam conuentionis, & recon-
uentionis proditam ab eodem Muſcat. lo-
co vt ſupra relato num. 21. comperitur
locum non eſſe compromiſſo, ſi qui-
dem; vt ipſe probat in conuentione actor
ex priuilegio ſuæ perſonæ, & reus ex regu-
la iuris, vel etiam ex priuilegio poſſunt fo-
rum declinare, ſed in cauſa reconuentionis
nec actor factus reus, nec reus factus actor
poterunt quouis modo forum declinare,
ſed tenentur coram Iudice conuentionis
electo, & reconuentionis cauſam proſequi
per rationes ab eo ibidem adductas num. 5.
& ob id cum fuerat poſt reconuentionem
compromiſſum petitum, nullatenus ei de-
ferendum eſſe oſtenditur ex ratione allega-
ta poſtquam compromiſſum petere eſt fo-
23 rum declinare, vt etiam probat Borrell.
in d. tract. de compromiſſ. §. 2. gloſ. 2. num.
28. & gloſ. 3. num. 4. vnde Magon. deciſ. Lu-
cenſ. 73. ſub num. 11. dixit quod petitio
compromiſsi eſt quædam exceptio decli-
natoria fori.

Poſtremò dicebatur, quod cum ipſe a-
ctor erat naturalis filius Pippoli Pariſij, &
ipſe conuentus erat filius legitimus, & na-
turalis nullatenus compromitti poterat,
ſicuti non poſſit per ſpurium illud peti con-
24 tra legitimatum Blanc. de compromiſſ.
quæſt. 3. num. 13. & 15. & cum hac opinione
reſidet Borrell. eod. tract. §. 3. gl. 53. n. 77. vt
ipſi nāτales non veniant appellatione Cleri
corum, & conſequenter compromittere
nequeunt, ſed etiam vti Clericus non cogi
25 poterat ad compromittendum ſicut idem-
met Borrell. eod. tract. in d. §. 1. gloſ. 3. num.
262. probat cum alijs adductis per Intrigl.
ſingul. 188. lib. 1.

E contrario replicabatur omnino fore
concedendum compromiſſum nedum reſpe
ctu cauſæ conuentionis quæ erat clariſſima
compromittibilis, ſed etiam reſpectu cau-
ſæ reconuentionis quamuis alimentorum
in ſe cauſam contineret ex hijs, quæ idem-
26 met Surd. loco allegato d. tit. 8. priuil. 56.
num. 33. concludit ex Specul. Blanc. & Ioan.
Baptiſta de S. Blaſio tutiſſimè compromitti
poſſe cauſam alimentorum in arbitros iu-
ris electis ex forma ſtatuti latè Iacobus
de Carolis in ſuo patrone gemmato tom. 2.
in conſil. poſito poſt col. 10. num. 4. & 5. &
col. 15. num. 15. prout eſt in Regno iſto eo,
maxime ſi eſſent alimenta preterita iuxta
limitationem proditam ab eodem Borrell.
in d. tract. §. 2. gloſ. 3. num. 308. prout erat
caſus de quo agebatur, ſecus tamen vt pu-
tat ipſe quando ageretur de alimentis de fu
27 turo prout alias mihi contingit decidere in
cauſa Franciſci della Gheza contra Nico-
laum Mariam della Gheza patrem ab eo
conuentum ſuper præſtatione alimentorū
quæ dependebant ex futuro, vnde licet com
promiſſum petitum fuerat eo magis cum
de iuris diſpoſitione lis inter patrem, & fi-
lium nulla eſſe poterat l. lis nulla ff. de indi.
28 adhuc tamen quia de alimentis tractaba-
tur quo nam caſu non procedere videba-
tur diſpoſitio illius legis, vt ibi notat Gloſ.
& etiam notat Surd. in eodem tract. tit. 3.
quæſt. 1. num. 2. in qua iudicaui proceden-
dum eſſe ad ulteriora non obſtante petito
compromiſſo de menſe Febr. 1624. eoque
magis cum pro alimentis debitis à patre
filio, & è contra Iudicis officiū de iure con-
ceditur, vt probat Surd. d. tract. tit. q. 1. n. 1.
29 & dum iudicis officium imploratur ſuper
aliquo contractu, vel pacti executione ibi
30 compromiſſo locus non datur quemadmo-
dum tradit Borrell. eod. tract. §. 2. gloſ. 1.
num. 255.

Præterea citra dubium, & ſi actor perſo-
na digna ſit & in multis priuilegiata poſt-
quam actor prius debet incipere, & com-
31 plere quam reus l. exceptionem C. de pro-
bat. & prius ſuam intentionem fundare, &
32 probare ſecundum Bald. in l. ſiquidem nu. 2.
de except. And. Gail. de pignorat. obſerua.
16. num. 10. & prius iurat de calumnia
33 gloſ. in l. 2. verſ. actor ff. de except. & prius
declarat circa vſum Anna ſingul. 454. & fuit
practicatum in cauſa Horatij Caſtruccij,
cum Ianuario de Martino in Banca Nuce-
rini, & conſequenter prius Aduocatus acto
ris, & poſtea rei debet proponere, & allega-
re ſimiliter, & prius acta actoris debent præ
cedere, quam acta rei Maranr. in proem. ſui
34 ſpecul. num. 11. & prius actores reſpondēt
poſitionibus rei quam è contra Benint. de-
ciſ. 60. num. 32. num. 4. & 10. nihilominus de
35 iure probatum eſt, quod actor ſequi debet
forum rei l. iuris C. de iuriſd. omn. iud. Soc. in
36 reg. 10. iuris C. de multos allegat Barb. in
opuſc.

opuſc. Princip. vtriuſque iur. lit. A. num. 29.
Duen. regul. 21. Franc. decıſ. 389. num. 1. de-
ciſ. 17. num. 7.

Et compromiſſum petere eſt forum de-
clinare, vt dixi ſupra ex Borrell. in loco alle
gato, & in ſumma quæ dicta ſunt de com-
promiſſo petito aduerſus naturalem filium,
vel pro filio naturali, non procedit quando
37 legitimatus contra ſpurium compromiſ-
ſum peteret inquit Marant. in ſpecul. par.
6. in 2. actu num. 20. poſt Blanc. ibidem nu.
3. multo fortius quando à filio legitimo, &
naturali fuiſſet petitum, & ſimiliter ratio-
nem Clericatus etenim Clerici coguntur
ad compromittendum ſeruata forma no-
38 ſtræ pragmaticæ, vt ex multis probat Bor-
rell. d. tract. d. §. 1. gloſ. 3. num. 223. & ſeque
cum alijs adductis per Intrigl. d. ſing. 188.

Verum, quia partes de per ſe omnes cau
ſas in arbitros compromiſerant voluntariè
abſque decreti interpoſicione, non fuit vl-
terius proceſſum, ſed ex allegatis veritas
eluceſcit, & hijs accedit quod dicitur ſi cau
ſa conuentionis eſſet inappellabilis, & re-
39 conuentionis appellabilis, an prolata ſen-
tentia appellationi erit deferendum affir-
matiuè tenet Cabed. decıſ. Luſit. 21. num. 9.
par. 1. contrarium tenet Muſcatell. in praxi
S. C. lib. 1. par. 3. gloſ. actorem num. 16. cum
alijs nouiſſimè congeſtis per Giurbam de-
ciſ. 3. ita deciſum aſſerentem, & nunc in fa-
cto decidendo pendet in S. C. & dicam in
3. par. Compendij verbo cauſa, ſeu executio

SVMMARIVM.

1 *Semiplena probatio oritur ex depoſitione vnius teſtis.*
2 *Teſtis artifex in facto proprio deponens an intereſſe habeat.*
3 *Probatio transfertur in aduerſarium, ob depoſitionem vnius teſtis: qua præſumptionem facit, & ſemiplenè probat.*
4 *Iuramentum ſuppletorium defertùr ex probatione ſemiplena vnius teſtis.*
5 *Iuramentum ſuppletorium cur detur.*
6 *Iuramentum ſuppletorium ex officio deferri poteſt & ad partis inſtantiam nu. 7.*
8 *Teſtes ſe offerentes ſponte ſunt ſuſpecti.*
9 *Iuramentum ſuppletorium quando reo debet præſtari.*
10 *Scriptura debitoris non recognita facit ſemiplenam probationem, & pro recognita habetur ſi nil contra apparuerat.*
11 *Iuramentum ſuppletorium ſtante ſemiplena probatione actoris præſtatur.*
12 *Creditor admittitur ad iuramentum ſuppletorium in cedula priuata.*
13 *Iuramentum ſuppletorium cur reo non ſit deferendum.*
14 *Iuramentum ſuppletorium, vt detur ſunt neceſſaria ſex.*
15 *Teſtis vnicus, vt faciat fidem exigitur, quod ſit omni exceptione maior.*
16 *Teſtis familiaris non probat.*
17 *Teſtis intereſſatus repellitur.*
18 *Facchini, ſeu brenſatores, & portatores repelluntur à teſtimonio, & eis nulla fides datur.*
19 *Trappetarij portantes etiam oleum non faciunt fidem ideo repelluntur.*
20 *Teſti dicenti portaſſe librum ſibi conſignatum non creditur.*
21 *Iuramentum ſuppletorium non datur quã do teſtis nõ eſſet omni exceptionr maior.*
22 *Iuramentum impeditur per quemlibet defectum teſtis.*
23 *Suſpectus de periurio non dicitur omni exceptione maior.*
24 *Iuramentum ſuppletorium datur perſona honeſta.*
25 *Iuramentum ſuppletorium non datùr quãdo pars vel teſtis non eſſet fide dignus.*
26 *Deciſio M. C. confirmata per S. C. quod iuramentum ſuppletorium non datur quãdo plures fuiſſent teſtes citati quorum vnus tantum examinatus erit.*
27 *Summa ducatorum otto inter modicas refertur ſummas ſecundum aliquos, ſed iudicis arbitrio remiſſum eſt.*
28 *Summa maior, vel minor iuxta qualitate perſonarum cognoſcitur.*
29 *Cauſa vnius bouis, vel ſuis inter pauperes dicitur magna.*
30 *Cauſæ leues apud Hiſpanos quæ nam dicantur.*
31 *Iuramentum ſuppletorium non datur ſi nõ interueniant omnia requiſita.*
32 *Libri mercatoris pro ſe facientes probatio admittitur.*
33 *Probatio ſemiplena eliditur quando eſſet contra eam leuis præſumptio.*
34 *Solitum per vnicum actum inducitur, vel per binum. nu. 35.*

ARGVMENTVM.

Iuramentum ſuppletorium an deferri debeat reo conuento illudq; petenti, data depoſitione vnius teſtis multos defectus patientis, nec aliter concurrentibus omnibus requiſitis pro ipſius conceſſione in fauorẽ eius

Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum.

VOTVM XXXV.

COnuento Franceſco Mariano ab Anto
nio Raymundo prætextu quod ei mu-
tuaſſet ducatos octo, vt pro illis tot ſtaria
olei conſignaret tempore recollectionis, in-
de eo elapſo tempore nullaque facta con-
ſignatione olei promiſſi petijt Antonius
Franciſcum cogi ad ſoluendum d. ducatos
octo, & dato termino in cauſa conuentus
per vnicum teſtem probauerat miſiſſe tot
ſtarea olei per Thomam valente Trappeta-
rum prout cum iuramento ipſe depoſuerat
aſſerendo illa conſignaſſe Io: Maria Caleſa
to Propoſito Apothecæ ipſius actoris, pa ri-
terque ipſum animaduertiſſe ne obliuiſce-
retur ea notare in libro, & illum replicaſſe
ſuum eſſe ſcribi facere in libro, ex hac igi-
tur depoſitione vnius teſtis de conſignatio-
ne olei oritur ſemiplena probatio ex tex. in
1 l. iuſiurandum C. de teſt. c. veniens & cap. li-
cet de teſt. cum alijs adductis per Maſcard.
de probat quæſt. 11. nu. 2. dicentem ita eſſe
communem opinionem, & probat teſtis ſa-
2 ciens artem licet in facto proprio intereſſe
prętendat Carocc. ſing. 48. quinimo teſtis v-
nius ſemiplena probatio efficitur, vt pręſũ-
ptionẽ faciat per q̃ in aduerſariũ probatio
transferatur Maſcard. de probat. quæſt. 11.
num. 9. Farinacc. latè de oppoſit. contra
3 teſt. quæſt. 63. ſicuti teſtis de auditu ita pro
ſequitur Benint. decif. Bonon. 67. num. 3.

Et ſic ſtante ſemiplena iſta probatione
per vnius teſtis depoſitionem inſtabat con-
uentus ſibi præſtari iuramentum ſuppleto-
rium, adeoquod probatio ſemiplena quan-
do reſultat ex vno teſte, quod tunc poſſit
deferri iuramentum ſuppletorium dixit ibi
4 dem Maſcard. num. 8. poſt eum ex Marant.
Muſcat. in praxi S. C. lib. 1. par. 7. gloſ. con-
cluſio num. 19. & 23. ex quo tale iuramen-
tum delatum in ſupplementum ſemiplenæ
probationis Crauet. conſ. 198. num. 10. Ma-
chell. in patroc. 35. num. 10. Donat. à Fuia
inter commun. opin. lib. 4. tit. de reb. cred.
& iureiur. num 95. & ſeq. Ioſeph. Ludou. de-
ciſ. Lucenſ. 42. num. 12. 26. & 27. Amat. de-
ciſ. Ferrar. 61. num. 1. Grat. diſcept. forenſ.
cap. 842. nu. 4. Miſyng. cent. 4. obſer. 12. n. 7.

At cum ipſe conuentus obtuliſſet ſe pro
ptum eſſe Iuramentum ſuppletorium præ-
ſtare, & ſe paratum eſſe ad omnem Curiæ
vel partis requiſitionem, vt ab onere pro-
bandi releuaretur, & conſequenter ab im-
petitis abſolui; fuit dubitatum quid iuris
5 poſtquam tale iuramentum ne dum ex offi
cio poterit à Iudice deferri Griuell. deciſ.
Dolan. 10. num. 8. & 11. Timeus in Annot.
ad deciſ. 96. ſub lit. A. verſ. clauſula perens
Magon. Luceenſ. melius Seraphin. de priui-
6 leg. iuram. priuil. 33. num. 195. Andr. Gayll.
lib. 1. obſeru. 108. nu. 3. Muſcat. ibi num. 34.
7 Sed etiam ad partium inſtantiam, vt tra
dit Seraphin. d. tract. de priuil. 33. num. 192.
Verum quia non aliter ab actore præſtari
illud aſſerebatur, ſed tantum à reo oblatum
ſic ſponte præſtari, videbatur quodammo-
do ſuſpectum, & iuramentum perſonis ſu-
ſpectis non eſt deferendum Mancin. in
tract. de iuram. par. 7. num. 4.
8 Prout in ſimili de teſtibus ſponte, & ſe
offerentibus Doct. dicunt apud Farinac. de
oppoſit. contra teſt. quæſt. 80. & eatenus prę
ſtari debet reo quoties actor per teſtes duos
probaſſet mutuaſſe centum per vnum te-
ſtem Viuius opin. 933. num. 1.
9 Præterea, quia hoc potius actori præſta-
ri comperitur, vt probat Facch. lib. 1. con-
trou. iur. cap. 18. in fine. prout alias decreui
in cauſa Viti Antonij Mancione actoris cũ
Donato Antonio Firo amore conuento ſu-
per certa apoca ab eo facta de certo debito
ex eo quod ſcriptura debitoris licet non
10 recognita per ipſum facit ſemiplenam pro
bationem pro creditore Gram. conſil. ciuil.
79. num. 2. imo ſufficienter dicebatur reco-
gnita dum nil fuiſſet contra eam oppoſitũ
Bellam. deciſ. 540. Rota in nouis deciſ. 2. de
f. de inſtr. Alex. conſ. 185. in fine lib. 6. Aym.
conſ. 275. num. 3. & ſic deciſum per Rotam
diuerſ. 88. cum alijs apud Granut. theor. 15.
num. 24. adhuc inſtabat actor pro compli-
mento probationis ſeparatum eſſe iuramẽ-
tum ſuppletorium præſtare, dum apoca
iam facta per vnicum teſtem verificata fue
rat, & proinde decreui die 10. Ianuarij 1625
illud eſſe deferendum ex rationibus addu-
ctis per Facchin. controuerſ. iur. lib. 1. cap.
18. vbi ita ſeruari aſſerit, & ſeruatum in
11 quamplurimis cauſis vidiſſe obſtante ſemi
plena probatione actoris, & huic conue-
nit etiam optima limitatio prodita à Ma-
rant. in ſpecul. par. 5. num. 53. ex Mar. Syl.
Sal. & Alex. quod quando actor probaſſet
ſemiplenè, & reus nihil, quo caſu eſſet defe-
rendum iuramentum ſuppletorium actori,
eo tamen abſente reus abſoluetur non dif-
finitiuè, ſed ab obſeruatione iudicij, ob il-
lam ſemiplenam probationem, ſic etiam
12 creditor admittitur ad iuramentum ſup-
pletorium in materia cedulæ priuatæ ratio
ne hypotecæ pro maiori cautela Mareſc.
lib. 1. variar. reſolut. cap. 79. num. 15.
13 Et ſic non reo ita faciliter illud erit de-
feren-

ferendum ex rationibus traditis per Fac-
chin.loco citato,& Muſcatell. ibi num.28.
ſed verius articulum perſcrutando Maran.
eo.ſpecul.par.6.in 9. actu ſub num. 10. in-
fine dixit, quod ſi contingerit aliquem ſe-
miplenè probaſſe,& petierit ſibi deferri iu-
ramentum ſuppletorium preuia proteſtatio
ne, quod ſi Iudex non daret iuramentum-
tunc concurrentibus requiſitis ibi relatis
faceret litem ſuam, ſicque intuendo talia-
14 requiſita in delatione iuramenti ſuppleto-
rij neceſſaria ab eodem Marant. allegato
loco prodita à num.4.ad 23.quę ſunt ſex vt
per Bella.inter comm.opin.lib.4.tit.de reb.
cred.& iureiur.n.97.ibid.Vezin.n.99.& Ioſe
ph Ludou. vbi ſupra n.14.ad 23.Seraf. dec.
946.n.6.Cornaz.dec.Luccnſ. 68.n.12.& 13.
Seraf.d.priuileg.33.n.5.eiuſq; formã deferẽ
di intuetur Imber.lib.1.inſt.forẽ.c.48.in fi.

Primò enim requiritur, vt ſit ſemiplenè
probatum per vnum teſtem omni exceptio
ne maiorem. Secundò, quod ille cui defer-
tur tale iuramentum ſit perſona honeſta
bone vitæ,quia perſonæ vilę.& ſuſpecti non
defertur. Tertiò,quod ille cui defertur tale
Iuramentum ſciat veriſimiliter veritatem
per ſenſum corporeum. Quartò,quod cau-
ſa non ſit magna.ſed modica. Quintò,quod
dicta ſemiplena probatio non ſit in aliquo
eliſa per probationes contrarias,quia tunc
non defertur. Seſtò,quod iuramentum fue-
rit petitum ante concluſionem in cauſa,
nam tunc poterit deferri, in caſu autem de
quo agebatur non omnia requiſita iſta ad-
impleta eſſe videbantur,prout ex facti ſe-
rie comprobabatur,etenim quantum ad pri
mum requiſitum ſpectare videbatur, ſuffi-
cere vnicum teſtem ad probationem,ſemi-
plenam faciendam,nihilominus exigitur ẽt
ipſum eſſe omni exceptione maiorem Bart.
15 & cæteri in l.admonendi ff. de iureiuran.&
hanc eſſe communem opinionem teſtatur
Maſcard. de probat. concluſ. 1366. num.5.
vbi in ſequenti num.6. tradit eos eſſe teſtes
omni exceptione maiores quibus nil po-
teſt opponi, & multa adhoc deduxit Mu-
ſcar.in praxi S.C.lib.1. par.7. concluſio nu.
18. & ſeq.

Sed huic teſti plures obijciebantur defe-
ctus primò,quia erat familiaris partis con
uente,& in ſua domo commorabatur, vt in
16 facto apparebat, & de iure probatum eſt
teſtem familiarem nullã fidem facere vnde
reijciendum fore Neuiſ. conſ.68.num.40.&
in ſpecie hoc attingit ibi Muſcat. num.21.

Secundo, quia ipſe in hoc habebat ſuum
intereſſe,& quodammodo principalis repu-
tabatur dum olei ſtaria confexus fuiſſet a-
17 ſportaſſe in apotecam ipſius actoris eo ab-
ſente, & teſtis intereſſatus pariter repelli-
tur à teſtimonio,vt copioſè refert Farinac.
in tract.de oppoſit. contra teſt. quæſt. 60.
num.5.& 6. Felic. allega.54.num.21.par.1.
eo magis inſpecta eius vili profeſſione ad
quod ſingulariter ſubdit dicendo Borgn.
deciſ.Fiuiz.37.num.42.par.1. quod Baſtaſa-
18 tores portatores Facchini, & deputati ad
portandum abſque cuſtodia probant rem
portaſſe licet de facto proprio teſtificen-
tur, & merito ei fides non adhibenda ob ſin
gulare intereſſe Serafin. d. tract. priuil. 33.
num.160.Vrſill.deciſ.369.num.11. & 12. &
19 in Tappetario ẽt tradit Rendell. in tract.
de paſcuis tit. de Olea, & oleo cap.18.verſ.
ſed ſi, & melius in verſ. aduerte tamen in-
ſpecie dixit non eſſe credendum Trapeta-
rio vnico teſti.

Tertiò, quia conſuetum eſt in Ciuitate-
Monopolis ſeruari per Tappetarios aſpor-
tari oleum nomine domini in apoteccas, &
Ciſternas mercatorum, & ab illis procura-
re cartulas receptionis pro eorum cautela,
quod non aliter obſeruatum fuiſſe refer-
tur,non ſine fraudis ſuſpictione, nam con-
tra ſolitum rem geſſerat,ea propter ſi non
20 creditur teſti dicenti portaſſe librum ſibi
conſignatum neque probaret poſt Farinac.
de teſtibus quæſt.60.num.26.Hect.Felic.al-
leg.10.num.24.par.1.eo magis tali teſti ob
defectus ei concurrentes, vt per eundem-
Felic.alleg. allegata num. 12.

Idcirco ex allegatis non aliter teſtis ipſe
omni exceptione maior dici poterat,quare
iuramentum ſuppletorium non aliter datur
21 quoties teſtis non eſſet omni exceptione-
maior Hieron. de Laurent. deciſ. Auenion.
105.num.3.Serafin.d.tract.d. priuil. 33. nu.
42.Muſcatell.vbi ſupra num. 20. eo magis,
quia erat pauper Feliceus alleg.59.num.15
par. 1.Socc.in reg.288 in 3.limit.

22 Imo tale iuramentum impeditur per
quemlibet minimum teſtis defectum Ma-
gon.deciſ.Florent.12.num.12.& deciſ. Lu-
cenſ.9.num.22.Serafin. vbi ſupra priuil.33,
num.49.& melius num.57.Gratian. diſcep.
forenſ.c.753.nu.32. & 33. & Muſcatell. lo-
co citato num.21. Benint.deciſ. Bonon.61.
num. 1.

23 Quò vero ad ſecundum requiſitum dice-
batur eſſe perſonam ſuſpectam de periurio
& ſic non exceptione maiorem, vt ibi Mu-
24 ſcat.num.7.dixit adeo quod cum tale iura
mentum deferatur perſonæ honeſtæ Franc.
Marc.deciſ.543.num.10. ita quod niſi eſſet
perſona omni exceptione maior non defer-
tur Ricc.deciſ.4.nu.9.par.2. & propterea iu

O 3 ramen-

25 ramentum ſuppletorium non datur quando pars, vel teſtis non eſſet fide dignus, & non eſſet probatum hoc per teſtes Cauale. deciſ.4.num.49.par.2.Serafin. vbi ſupra nu. 49. & 57. vel ſi poſſet probari intentio, vt fuit Iudicatum per M.C.ad relationem Io:
26 Aloyſij Piſcicelli tunc Iudicis de hoc mihi acteſtantis ſi plures fuerint teſtes citati quorum vnus examinatus eſſet tantum tūc non defertur tale iuramentum.

Nec facienda vis erat in tertio requiſito quia adhuc nodum fuerat præſtitum tale Iuramentum, ſed quantum ad quartum requiſitum pertinebat in quauis cauſæ conſiſtere videbatur, in ſumma du-
27 catorum octo, quæ contineri cernitur inter modicas ſummas ſi aliquotum Doctorum opinionem ſequamur, vt refert Carau.in titu 115.num.4.vbi inſequendo com munem opinionem dixit remittendum eſſe Iudicis arbitrio vt poſt Menoch. de arbitr. Iudi.Caſ.55.nu.11.& caſ.190. Muſcatell.in eadem praxi lib.1.par.1.gloſ.petitur num. 29. quapropter cum id ſit Iudicis arbitrio relictum cogitandum ſatis erat exiſtente conſuetudinc ipſius Ciuitatis in hoc, dum cauſæ minimè illc dijiudicantur, quæ non excedunt ducatos tres, quæ otetenus cogno ſcuntur, & ſine ſcriptis, & ob id non aliter modica, ſed magna dici poterat, quamuis in hoc ſatis verſari debeat iudicantis arbitrium ad cognoſcendum minoritatem, aut
28 maioritatem ſummæ nedum attenta perſonarum qualitate, vt dixit Afflict. in conſtit. In pecuniarijs ſub num. 6. ſed etiam cauſarum, vt probat Afin. in eius ptaxi Iudic.§.3.cap.31.num.32.adeò quòd quemad modum ipſe teſtificatur contingi poſſet cauſã agitari inter magnos viros, & diuites & tunc cauſa ducatorum centum diceretur modica, ſicuti è conuerſo inter paupe-
29 res cauſa vnius bouis, vel ſuis diceretur magna idemque confirmat Afflict.in conſt.cau ſa per num.3.vbi alia dixit conferentia, & Benintend.d.deciſ.67.num.2. & 5. quinimo
30 apud Hiſpanos lege particulari ſancitum eſt cauſas leues eas dici poſſe quæ non exceſſerint decem marabettinos aureos quo caſu deferendum eſſet iuramentum iſtud de quo teſtatur Parlad. rer. quotid. lib. 2. cap.18. in fine hoc eſt decem ducatorum imo centum, vt per Afflict.d.conſt. cum per quadere, nec modica dici poterat, nec magna cauſa de qua agebatur, cum inter mercatores vertebatur qui & ſi non diuites nō tamen pauperes omnino dici poterant, &
31 propterea iudicantis arbitriū ſatis in hoc verſari debuerat, ſi in hoc caſu deferendum erat iuramento petito, verum quia non aderant adimplementa omnium requiſitorum, vt ſupra deductorum congruum non videbatur illud deferre ad quod etiam Muſcat.ibid.n.26.ſupplet alia coaceruando, & idem ſequitur Ludouic. deciſ. Peruſ. 100. num. 6. eò amplius, quia iuramentum ſupplerorium per minimam ſuſpictionem impeditur Benint. deciſ. Bonon.61. num.3.& vbicumque contra ſemiplenè probanrem eſſet præſumptio aliqua, etiam leuiſſima idem deciſ.67.num.6.& maximè contra teſtes Gratian.diſcept.forenſ. cap.753. num. 32.& 33. non aliter deferendum eſſet

Et demum inſpecto quinto requiſito (cū de ſexto non erat quærendum, quia ſumma riè in eò indicio procedebatur) quoties dicta ſemiplena probatio non ſit in aliquo eliſa, iam in facto apparebat per partitam libri ipſius Actoris fuiſſe dictos ducatos conuento mutuatos ob ipſam cauſam, &
32 probatio libri, mercatoris pro ſe faciens adm ittitur late Genua, qui omnes collexit in tract.de ſcript.priuata lib.4.rub.an liber ration.Mercat.pro ſcrib.regul. fid. fac.
33 Inſuper inficiebatur dicta ſemiplena pro batio quando eſſet contra eam leuiſſima præſumptio Benint. in deciſ. 67. num. 6. & fortius ex contraria probatione, & potiſſimum, quia in ipſa Ciuitate conſuetum erat ipſos Trappetarios aſportantes oleum nominc dominorum Mercatoribus ab eis recipere notulam receptionis olei pro eorum cautela, quod non aliter apparebat in caſu premiſſo factum, idcirco eliſa videbatur probatio contraria per tale ſolitum, quod
34 pet vnicum actum etiam inducitur ad tex. in l. Mela §. ſed ſi alimenta ff. de alimen.& cib. leg. & verius per binum actum iuxta
35 communem opinionem Iacob. de Franch. in rub.feud. de hijs, qui feud. dar.poſſ.num. 65.Borgn.deciſ.28.num.64.par.2.

Vnde ex hijs conuentus fuit condemnatus ad ſoluendum actori petitam ſummam non obſtante iuramento ſuppletorio petito de menſe Februarij 1624.

Io: Baptiſta de Thoro I. C.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas iacens repræſentat perſonam defuncti.*
2 *Curator datur hæreditati iacenti.*
3 *Iudicium geſtum cum hæreditate iacente ſine curatore non tenet.*
4 *Donatarius, an loco hæredis habetur.*
5 *Hæreditas iacens vicem perſonæ ſubſtinet.*
6 *Hæreditas non adita repræſentat perſonam*

nam defuncti.

7 *Inſtantia capta cum defuncto tranſit ad hæredem, & in eum continuari nu. 8.*

9 *Inſtantia tranſit ad quoſcumque ſucceſſores.*

10 *Inſtantia cepta cum laico tranſit in Clericum ſucceſſorem illius coram Iudice laico eo maximè ſi lis fuerit conteſtata, & ſic deciſum.*

11 *Clericus comparendo efficitur reus voluntarius.*

12 *Reus neceſſarius quando dicatur.*

13 *Comparitio Clerici ſpontanea ipſum voluntarium actorem conſtituit, nec fori priuilegio frui.*

14 *Hæreditatis quæſtio coram Iudice Laico agitari debet.*

15 *Bona vacantia ad Fiſcum pertinent.*

16 *Hæreditas iacens quando dicatur.*

17 *Curator hæreditati iacenti vt rite dari poſſit qua nam requirantur.*

18 *Donatarius vniuerſalis loco hæredis eſt.*

19 *Qui ſuccedit in vniuerſum ius loco hæredis eſt.*

20 *Qui hæreditatem quoquo modo poſſidet loco hæredis eſt.*

21 *Donatarius vniuerſalis à creditoribus benè conuenitur, & ſic iudicatum etiam via executiua.*

22 *Detinens bona defuncti vniuerſaliter conueniri poteſt à creditoribus.*

23 *Requiſita in datione hæreditatis iacentis, quæ nam ſint.*

24 *Curator datus hæreditati iacenti debet ſatiſdare, ac inuentarium facere.*

25 *Hæredes nolentes adire hæreditatem poſſunt cogi ad adeundum, vel repudiandũ.*

26 *Principiato ſublato omnia principiata tolluntur.*

27 *Infecta primitiua etiam deriuatiua inficitur.*

28 *Proceſſus factus cum curatore non legitime conſtituto, an valeat.*

29 *Citatio partis requiritur in datione curatoris hæreditati iacenti.*

30 *Creditores ne dum, ſed conſanguinei ſunt citandi in datione curatoris hæreditati iacenti, & ſic deciſum per S.C.*

31 *Hæres eſt vna perſona cum defuncto fictè*

32 *Hæreditas iacens repræſentat perſonam defuncti fictè.*

33 *Clericus non tenetur iudicium ceptum cum defuncto coram Iudice ſæculare proſequi.*

34 *Clericus hæres laici coram ſuo Iudice conueniendus erit.*

35 *Clericus ſponte comparendo ſi petierit declinatoriam fori erit concedenda.*

36 *Clericus quando comparet, & allegaret ſuum intereſſe principaliter debet remitti ad ſuum Iudicem.*

37 *Remiſſio Clerici ſtatim fieri debet docto de eius intereſſe.*

38 *Clericus etiam volens non debet trahi ad Iudicem ſæcularem.*

39 *Clericus priuilegio clericali renunciare non poteſt.*

40 *Comparitio ſimplex, an prorogationem operetur.*

ARGVMENTVM

Remiſſio cauſæ petitæ per Clericum donatarium aduerſus Iudicium intentatum per creditorem donantis, contra illius hæreditatem iacentem cum eius curatore dato proſecutum, an erit decernenda.

Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in domino Deo ſpem meam.

VOTVM XXXVI.

ORlandus Cazanus V.I.D. cum eſſet creditor in certa ſumma ſibi debita Horatij Indelli litem inſtituit pro conſecutione dicti eius crediti in Regia Curia Monopolitana, curatorem prius dari faciendo, hereditati iacenti, eumque petijt condemnari in forma, compilatoque proceſſu dum in limine expeditionis reperiretur, comparuit Reuerend. Abb. Pompeus Indellus vti donatarius omnium bonorum d. Horatij, & petijt cauſam ipſam remitti ad Curiam Epiſcopalem dictæ Ciuitatis, dicebatur pro actoris parte ex pluribus nullatenus eſſe faciendam talem remiſſionem, ſed omnino procedendum ad expeditionem cauſæ prædictæ. Primò, quia ipſe litigabat cum hæreditate iacente, quæ repræſentabat perſo-
1 nam defuncti l. hæreditas ff. de acqu. r. rer. dom. Ioſeph Ludouic. in ſuis concluſ. tit. de hæred. concluſ. 1. verſ. infertur 60. Caſtr. in l. ſicut §. in decurionibus num. 11. ff. quod cuiuſcunque vniuer.

2 Et conſequenter cum curatore dato hæreditati prædictæ qui de iure dari conceditur Andr. Gayl. lib. 2. pract. obſeruat. in 130. obſeru. num. 2.

3 Alias Iudicium contra hæreditatem iacentem ſine curatore non procederet, vt ibi ſubdit Gayl. nu. 3. ſugerente neceſſitate va-

te valeret Iudicium Raynoſ. obſeruat. 51. num.32. & cum non aliter inſtitutum fuerat cum dicto donatario merito procede-
4 re poterat,nam donatarius non aliter loco hæredis habetur l. mulier bona ff.de iure dor.Raynoſ. obſeru.42.num.14. & 28.
5 Secundò poſtquam hæreditas iacens vicem perſonæ ſuſtinet ad tex. in l. non minus §.1.ff.de hæred.inſt.& in l.hæreditas ff. de acquir.rer.dom.Andr.Gayl.ibi. num.10.
6 Et conſequenter ipſius defuncti , vt dictum eſt eo magis ſi hæreditas non fuerit adita Præſ.de Franch.deciſ.101.num.28.& defunctus iam erat laicus,Iudicium iam intentatum cum curatore d.hæreditatis perſonam defuncti repræſentantes tranſit in ſucceſſorem in eodem Tribunali quo cæptum erat poſtquam inſtantia cæpta cum defuncto
7 proculdubio ad hæredem tranſit Franc. Marc.dec.321.nu.4.& deciſ.755.nu.1.to.2.
8 Et in hæredem continuari dixit Miſynger. ſingul.obſeruat.cent.3.obſeruat.45.num.1.
9 Imo ad quoſcumque vniuerſales ſucceſſores latè Seſſe deciſ.Aragon.54.num.2. Reg. Salernit.deciſ.49.num.3. Reg. Rouit. conſ. 82.n.1.to.1.& conſequenter inſtantia cępta cum ipſo defuncto laico conuento coram Iudice laico tranſit in clericum ſucceſſo-
10 rem , ita vt ibi Iudicium finiri debeat , vbi cæptum eſſet ex tex.in l. vbi cæptum ff. de iudic.firmant Aſin.in praxi iudi.82.cap.12. num.14.& 60.Andr.Gayl. lib. 1. obſeru.37. num.8.Minſyng.vbi ſupra in fine,eo magis, vt ipſi aduertunt quando lis eſſet conteſtata , quod ſequuntur vltra alios congeſtos per Cancer. variar. reſolut. lib. 3. cap. 16. num.136.Cauall.pract.quæſt.quæſt.36.Ma-Maſtrill.deciſ.131.num.21.& deciſ.79.nu.3 vbi ita iudicatum cenſuit Aſin.in praxi iudic.§.2.cap.12.num.56.Viuius opin.108.ita Iudicatum eſſe dixit Caſtill. deciſ. Sicil. 2. num.2.& in praxi hoc ſeruari,& deciſ.160. num.2.Facchin.controu.iur.lib.12.cap.43.

Tertiò dicebatur, quia vbicunque Clericus ſponte comparet non gaudebit priui-
11 legio fori , quia voluntarius diceretur actor Farinacc. in praxi crimin.quæſt.8 nu. 88.vbi plures allegat,nam tunc neceſſarius reus diceretur quando expreſſè ad cum actio dirigeretur , vel ſpecialiter vocatus eſſet Diaz in.reg.655.Et ideo dum intereſſe
12 prætendebat in hæreditate prędicta vti donatarius, & ſponte comparuiſſet debebat in eodem iudicio audiri,ſi de ſuo intereſſe ageretur,quoniam tunc ſi comparuerit voluntarius diceretur actor, vt per Soccin.in regul.10. in fine verſ. nota vnam cautelam Carol.de Graſſ.de effect.cleric. in 1. effectu
13 num. 483. Sicque comparendo diceretur eius comparitio voluntaria,& non neceſſaria vnde forum declinare non poterat Affict.deciſ.2.Bald.Caſtr.Ang.& Iaſ. in l. teſtamenta omnia C. de teſt. quos probat Camp.in cap. ad regale num. 18. & in cap. ſubditorum Affict.in conſt. de burgenſaticis col.3. & ab eo cognoſcetur , vt per Maſtrill.in eadem deciſ.79.in prin.Seraſin. deciſ.957.num.6.Farinacc.vbi ſupra num. 90.
14 Et fortius cum hæreditatis quæſtio coram Iudice laico agitari debeat Franc. Marc. deciſ.713. num.5.tom.2.

Ex aduerſo ex parte ipſius Clerici dicebatur hæreditatem prædictam, nec vacantem,neque iacentem dici potuiſſe, ita vt curatoris datione opus eſſet, etenim tunc hæreditas vacans diceretur ſi nullus naturalis , vel legitimus vſque ad decimum gra-
15 dum hæres exiſteret,quo caſu bona vacantia ſpectaret ad fiſcum ex l. 1.ff. de ſucceſſ. edict.firmāt ibi Gayl. d.obſeru. 130. num. 1. Ioſeph.Ludouic.in ſuis concluſ. tit. de præſcript.concluſ.vnica.col.1.verſ.primus caſus eſt ex Menoch.de arbi.iudi.caſ.150.Borgn.deciſ.Fiuiz.30 num 39.& 60. par. 2. Cabed.deciſ.Luſit.61.num.1.par.2.Capriol. in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.lib.5.num.1.
16 Similiter nec iacens dici poterat dum ſpes erat vt adiri poſſet,vt ibidem Gayl.tradit Ioſeph.Ludou.vbi ſupra eo maximè in ſuis non aliter hæreditas iacens reperitur, vt probat Cauall.pract.quæſt. q.646. num. 6. & ea verè dicitur vbi rerum hæreditariū dominium à nemine eſt adhuc acquiſitum Oſaſc.deciſ.55.num.12.
17 Sed dato , quod vel eſſet vacans , vel iacens adhuc requiſita in vtroque caſu non interuenerant,ita vt curator rectè dari potuiſſet , & quantum ad requiſita hæreditatis vacantis pertinet illud præcipuum attendendum erat, vt conſtito prius , quod omnes propinqui,& etiam Fiſcus ipſam repudiaſſent quod in praxi receptum eſſe teſtatur Capyc.deciſ.87.licet durè, nihilominus prout ipſe ſubdit ex alijs , & potiſſimum ex Bart.in l.ſancimus §.1.C. arb. tut. probat. num.9.quod ille diceretur decedere , ſine hærede , qui ſtatim cum moritur non haberet hæredem,vnde de hoc aliqua diſcuſſio fieri deberet,vt ſaltim fiat aliqua proclamatio ſi eſſet aliquis, qui velit eſſe hæres talis, & donec eſſet aliqua ſpes quis poſſit eſſe hæres non diceretur vacare hæreditas:quia eſt ius ſuccedendi,& fortius vacare non dicebatur exiſtente ipſo Clerico donatario
18 vniuerſale, qui loco hæredis eſt probat Anto.Fab.in eius Codic.lib.3. tit. 20. defin. 5. num.3.

num.3.Fuſc.in ſingul.lit.D.num.114. Guid. Papa deciſ.105.Dec. conſ.237. Boer. deciſ. 204.Pappon.lib.11.tit.2. Arreſt.2. nam qui
19 ſuccedit in vniuerſum ius loco hæredis habetur l.inpari §.hij. qui ff.de regul. iur. vbi Doct.Imo,& qui hæreditatem quoquo titu
20 lo poſſidet loco hæredis habetur probat Parlad. rerum quotid. lib.1. cap.5. num.9. Boer.deciſ.104.num.41.& conſequenter talem donatarium vniuerſalem à creditoribus hæreditarijs conueniri poſſe non ambigitur,vt alias iudicatum in S.C.retulit Aloyſius de Leo in l.eris alieni num.2. C. de donat. quem ſequitur Hieron. Franc. de Leo
21 deciſ.Valent.107. num.37. & ibi late iſtam proſequitur materiam,& ipſum cogi ad ſatisfaciendum creditoribus hæreditatis latè Boer.deciſ.204.num.43. prout alias men ſibus decurſis accidit practicari in S. C. ſuper liberatione depoſiti peruenti ex penſionibus certæ domus donate per Franciſcum Saluatorem, Andreæ de Occillo in cuius liberatione concurrebat D. Tullius de Hyppolito pro certo annuo reditu ex ea debito vigore pacti executiui,ex quo d.Franciſcus debitor iã erat effectus Monacus eãdẽ domũ donauerat d.Andr.cum onere ſoluendi credita alijs creditoribus nulla facta mentione de dicto credito ipſius D. Tullij,replicabant creditores ipſum non debere audiri,quia in delegatione non fuerat facta mẽtio de ſuo credito,& debebat ordinariè cogi facere dictum donatarium tertium poſſeſſorem, & non ſic ſummariè procedi ad liberationem depoſiti in præiudicium omnium,replicabatur ex quo donator nullum hæredem inſtituerat rectè poſſe contra illum perſonali,ac executiua via agi,ita Parlad.rer.quotid,lib.2.cap fin.4. par. §. 1. ſub nu.5.ideo fuit per Reg.Conſi. Alonſum Vargas proceſſum ad liberationem depoſiti de menſe Iulij 1631. in banca Figholæ,ſimili-
22 ter, & in eo tenente vniuerſaliter bona defuncti,ſeu poſſidente, vt poſſit conueniri à creditoribus hæreditarijs, quia interim vices hæredis eſt probat in vxore Mierez in conſti.Catalon. Hæc noſtra conſti. num. mihi 62. eum ſequitur Fontanell. de pact. nupt.clauſ.7.gl.3.p.3.n.24.& ſubdit vicẽ hæredis obtinere,& tanquã hæredem reputari in omnibus, & per omnia, & habere actiones actiuas,& paſſiuas per iura ibi citata.

Vlterius etiam replicabatur reſpectu hæreditatis iacentis non fuiſſe ſeruata requiſita in datione curatoris,quæ ſeruari ſolent quæ ſunt quinque. Primo vt detur curator
23 ad inſtantiam creditorum, & quod in hoc concurrat maior pars ipſorum. Secundo, quod nominatim citentur quorum intereſt prima cauſa ſucceſſionis, nec ſufficit citatio generalis. Tertio,quod citatio ſi eſt hæres extraneus non ſtatuatur terminus ad deliberandum minus centum dierum. Quarto quod talis curator facere debeat inuentarium. Quinto, quod curator ſatiſdet, vt per Capyc.loco citato ſub num.9.latiſſimè Cornazzan.deciſ.Lucenſ.143.num.3.vltra
24 alios allegatos per Ioſeph Ludouic. in ſuis commun.concluſ.tit. de præſcript. concluſ. vnica col.1. verſ. & eſt differentia Gratian. diſcept.forenſ.cap.225.num.52.& 53.Anto. de Virgil. de legitim. perſon. in iudic. cap. 11.num.11.Aut demum.exiſtentibus hæredibus nolentibus adire conſultum eſt actori compelli hæredes ad adeundũ,vel repudiandum intra certum tempus docet Parlad.rer quotid.lib.2.cap.fin.§. 1.nu.5.Andr. Gayl.lib.2.pract.obſer. in obſer. 131. n. 1.
25. In caſu autem de quo agebatur vnicus tantum apparebat creditor,qui comparuerat petendo curatorem dari, licet autem quãdo vnus adeſſet dari poſſit,vt ex Stracca ſirmat,Anto.de Virgil. vbi ſupra nu.10. nec alteri citati fuerant nominatim quorũ intereſt cauſa ſucceſſionis, quę ſpectare videbatur huic clerico donatario de iure vti proximiori,item nec quartum aut quintum requiſitum in actis apparebat adimpletum fuiſſe per curatorem,meritò corruere videbatur datio curatoris hæreditati prædictæ,vt proſequitur Berous quæſt. 122. nu. 2.cum alijs citatis ibidem ab Anton. de Virgil. num.13. vbi refert hoc in praxi non eſſe receptum conficere inuentarium. & ſatiſdare,attamen non interuenerat citatio eorum quorum intereſt quod in praxi ſeruatur in curatore ad lites tm̃. & non bonis vbi alia requiſita concurrere debẽt,nã fortè datus non fuiſſet curator vnde corruerat itaq;
26 principiato ſublato omnia principiata tolluntur Bald.in l.1.num.3.C.de lat. lib. roll. & infecta primitiua inficitur, & deriuatiua
27 Afflict. deciſ. 96. num.3. hoc eſt proceſſus compilatus cum curatore non legitime dato prout in terminis in conſimili caſu hæreditatis iacentis in qua fuerat datus curator, nec conſtabat eſſe iacentem, nec quod aliqua vrgebant periclitantia, vel graue æs alienum, ſed totum oppoſitum conſuluit
28 Gargiar.in patroc.50.par.2.annuens talem dationem curatoris nullam fore, & ſucceſſiue proceſſum cum eo inde compilatum nullum, quod ſanè adaptari poſſe videtur caſui noſtro dum oppoſitum euidenter apparebat ex quo non poterat curator dari, & potiſsimum exiſtente ipſo donatario vniuerſa-

uerſali omnium bonorum dictæ hæredita-
tis, taliter quod nec vacans hæreditas dici
poterat,& conſequenter ipſè conueniendus
erat, & tanto magis nullus reputabatur
proceſſus dum nnn fuerat ipſe clericus do-
natarius intereſſe ſormatum habens inhæ-
29 reditate citatus in datione curatoris, ete-
nim in datione curaroris hæreditaris ia-
centis requiritur citatio partis, ita Serafin.
deciſ. Rom. 1 1000. num.8. reſolutum affir-
mat ſine ea proceſſum eſſe nullum, imo ne-
dum creditores citandi erint,ſed omnes
conſanguinei alias datio curatoris d. hære-
ditatis nulla eſſet Muta deciſ. Sicil.4. num.
1.& 2. & hæc eſt ſollemnitas neceſſaria iam
diu obſeruata etiam in M.C. ſine qua datio
curatoris corrueret & proceſſus nullus red
deretur, quod eſt adeò vernm, vt requira-
tur citatio intereſſe prætendentium in da-
tione curatoris hæreditatis iacentis præ-
uia informatione, nam ſi fuerit ommiſſa,
& de facto curator datus acta rederentur
nulla inſimul cum proceſſu, & ſic in facto
euenit in hæreditate iacentis quondam
Antonij de Roberto in qua fuerat datus
curator Carolus de Mari,& dum procede-
retur ad venditionem domus inſtante credi
tore, & fuiſſet oppoſitum non fuiſſe legiti-
me proceſſum cũ curatore illegitimè con-
ſtituto fuit interpoſitum ſubſcriptum decre
tum per S.C.die 23. Iulij 1619. audita rela-
tione Iudicis D. Franciſci de Cithara per
S.C.remiſſa eſt cauſa eidem M.C. quæ pro-
uiſo prius legitime de curatore hæreditari
iacenti capta informatione & citatis hijs
quorum eſt proximior cauſa ſucceſsionis
iterum verbum faciat in S.C. & interim
locetur domus nomine eiuſdem M.C.penès
Secretarium in Banca Ruſsi nunc Saccardi
in cauſa Ioſeph de Criſcenzo. cum Ioanna
de Pernaſo,Io:Baptiſta Foreſta, & alijs, &
iterum in cauſa Iacobi Cappelli, cum Cura
tore hæreditatis iacentis quondam Barto-
lomei Balſani dum fuiſſet dictum de nulli-
tate actorum ex quo non fuerat Curator
legitimè datus præuia relatione Iudicis be-
nemeriti Io:Aloyſij Piſcicelli fuit per S.C.
deciſum remittendo cauſam eidem M. C.
quod præuia informatione citatis agnatis,
& cognatis prouideret de legitimo Cura-
tore, & iterum verbũ faciat de anno 1630.
vt ex actis in eadẽ bãca,& ſic exequtũ in di
ctis cauſis facta citatione agnatorum,&co
gnatorum in forma præuia informatione
fuerunt interpoſita decreta confirmatiua
curatorum prædictorum.

30 Ad ſecundum replicabatur non eſſe ſim-
pliciter verum hæredem repræſentare per-
ſonam defuncti, & ſucceſsiuè hæreditatem
ipſam iacentem deſunctum,quoniam fictio
ni potius aſcribendum erit, vt hæres cen-
31 ſeatur vna eadem perſona cum defuncto
probat Aſin. in d.praxi §.2.cap.12.num.50.
Barz.deciſ.Bonon.64. num.10. Surd. deciſ.
Mantuæ 315.num.12. pariterque hæreditas
32 iacens notat Coſta in tract. de retrotract.
cap.8.caſ.2. num.1.

In tantum quod eatenus opinio Doct. ſu
pracitatorum procederet reſpectu inſtan-
tiæ cæptę cum defuncto, quatenus cum eo
verè fuiſſet incoata ex multis Cæneda col-
lect. 37. num. 7. vel lite conteſtata,quam-
33 quam etiam ſi hoc eſſet in facto probatum
adhuc non tenetur clericus iudicium cæ-
ptum cum defuncto coram Iudice ſæculari
proſequi Fuſc.ſingul. 126. lit.C. Borgn.de-
ciſ.8.num.11.par.1.Macerat.variar.reſolu.
lib.1.reſolu.40.Caſtill.d. deciſ.100. num.6.
Facchin.vbi ſupra,& ita practicatur Carol.
de Graſſ.de effect.cleric.in prin.effect.num.
291. & ſic non cum perſona ficta repreſenta
ta prout erat in caſu allegato, cęterum vbi
34 de nouo eſſet Iudicium inchoandum con-
tra Clericum Laici hæredem vtique co-
ram ſuo Iudice erit conueniendus, vt com-
muniter probant Doct.relati per Caſtill.de-
ciſ.Sicil. 2. num. 1. & latiſsimè Carol. de
Graſſ.in effectu 1.num.278. vbi plures alle-
gat Doct. affirmantes hanc eſſe commu-
nem opinionem per rationes ibi adductas à
num.28.ad 290. nouiſsimè Paul. Squillant.
in tract.de priuileg.cleric.cap.7.num.60.

Ad vltimum replicari contingit compa-
ritionem ipſius Clerici fuiſſe voluntariã, &
in eadem comparitinne remiſſionem poſtu
lauerat ad ſuum Iudicem competentem
vrgente ſuo intereſſe in promptu conſtito
ex inſtrumento donationis merito nulla
vis in dicta comparitione ſacienda erat vt
coram laico cauſa terminari debuerat ex
eo quod in ſimili dicunt Doct. de clerico
35 ſpontè comparente allegante declinato-
riam quo nam caſu procuIdubio petere
non prohibetur Carroce.deciſ.19. num.73.
& Farinacc. vbi ſupra num. 91. & tunc re-
mittendus veniret, vt in terminis contra
Coctam demonſtrat Vrſil. deciſ.24. num.9.
quod clericus quando comparet, & allegat
intereſſe ſuum principaliter debet remicti
idemque confirmat in deciſ. 380. num. 5.
quem ſequitur Viuius deciſ.30. ſub num. 6.
& 7.vbi alia conſimilia deduxit, & compa-
rendo allegaret intereſſe pro quo petijſſet
remiſſionem,nam de eo docto ſtatim remiſ
37 ſio concedenda erit Gramm. deciſ. 78. in
fine Maſtrill.d.deciſ.79. num.3. ita etiam

judi-

Digitized by Google

iudicatum dixit Peregr.deciſ.145.ſub num. 14.& fortius ſi ſponte comparuiſſet abſque alia citatione allegando ſuum intereſſe, ob quod remicti poſtulaſſet, vtique remi-
38 ctendus veniret, poſtquam clericus etiam volens non trahitur coram Iudice laico ita Afflict.deciſ.85. num.1.

39 Et proinde fori priuilegio renunciare non poteſt Vrſill.deciſ.2.num.2.Griuell.deciſ.Dolan.30.num,13. Nam eatenus compa ritio ſimplex prorogationem operaretur quatenus nō de perſonis Eccleſiaſticas agitur alias ſecus eſſet, & iudicatum refert Io. Ferrar.in ſuo proceſſ.iudic.par.2.cap.10.ſuper §.inter eas verſ.tacite aſſenſum,fuit tandem cauſa remiſſa ad Curiam Epiſcopalem ſub die Settembris 1623. Monop. vt iuris erat.

S V M M A R I V M.

1 *Naute cauponei, & ſtabularij tenentur de recepto.*
2 *Capſe mercium ſigillate ſi poſtea aperte reperiantur præſumptio erit contra publicanum eiuſque familiam.*
3 *Res fuiſſe in hoſpitio,non tamen conſignate dicuntur depoſitate,& recepta.*
4 *Periculum rerum ſubtractarum in hoſpicio ad dominum illius ſpectat.*
5 *Procaccius loco depoſitarij habetur,Nauta locatoris.*
6 *Depoſitarius non ſolum pro vaſe,ſed pro rebus ibi exiſtentibus tenetur.*
7 *Valiſia an erit aperienda per hoſpitem in conſignatione illius cauponi.*
8 *Iuramento hoſpitis ſtari debet de rebus perditis in valiſia,ſeu fardello.*
9 *Cauponei naute eſt ſtabularij ſunt furaciſſimi.*
10 *Furtum occultum aſcribi non poteſt alicui niſi probetur,quod ſit male fama.*
11 *Oſtenſio rerum particularium in valiſia exiſtentium cur cauponi fieri non debeat.*
12 *Officium Procacij vergit in aſportari faciendo res ad loca deſtinata præuia mercede.*
13 *Pecunia oſtendi debet quando ſit depoſitum ſi illa in ſacco exiſteret, nec teneret depoſitum pecuniarum in marſupio exiſtentium admicti, & qualiter in hoc Notarius debet eſſe cautus in ſcriptura monetur.*
14 *Obligatio generis verificatur in omni alia licet viliſſima præſtatione.*
15 *Valiſia quando fuerit conſignata hoſpiti à caupone, vt ſibi conſignata fuit hoſpes nil habet de quo conqueri poſſet.*
16 *Officium Curſoris à Rege conſtituitur.*
17 *Contractus inter ſe non ſunt in omnibus vniformes.*
18 *Dolus dumtaxat in depoſito cadit,*
19 *Lata culpa dolo aſſimilatur.*
20 *Domini taberna, an teneantur pro veſtibus ſibi conſignatis.*
21 *Culpa tantum notatur in contractu locationis.*
22 *Culpa non præſumitur niſi probetur.*
24 *Procaccius quando actione furti tenetur.*
25 *Furtum quando probari videtur in capſa, valiſia, & ſimilium.*
26 *Res furatas in valiſia repoſitas fuiſſe ſufficit,ea non extare.*
27 *Nauta an teneatur pro rebus in naui immiſſis ab ipſo ignoratis.*
28 *Iuramento damnum paſſi quando ſtari debeat,& aduerſus quas perſonas. nu.30.*
29 *Naute caupone, & ſtabularij vtuntur opere malorum ideo ſunt de furto ſuſpecti,& caſus deciſus refertur per M.C.V.*
31 *Conditio perſonarum Iudicis arbitrio relicta eſt.*
31 *Sententia certa dari non poteſt vbi incerta eſt petitio.*
33 *Conditio iniqua alteri per alterum inferri non poteſt.*
34 *Periculum emptionis mercium conſignatarum portatori, ſeu procaccio ad mandantem pertineat.*

A R G V M E N T V M

Furti actione an teneatur Procaccius cui fuerat conſignata capſa in qua aſſerebatur ibi eſſe prætioſa, vt in certum locum aſportaretur alicui conſignanda, ſi facta conſignatione in ea non fuerint omnia inuecta reperta.

Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

V O T V M XXXVII.

FRanciſcus Arena cum conſignaſſet Frā ciſco Magiſtri Romani Procacciolo Ciuitatis Monopoli quādam capſulam vulgo ſcatulam plenam intus velis auro contextis,

xtis, & partim ſine auro, in certo numero,
& huiuſmodi deſcriptum in eius libro, vt
illam aſportaret Bari, & breui manu con-
ſignaretur ordinario Procaccio, adhoc, vt
conſuetum eſt ſic ibi practicari, & conſe-
quentur N.Neapol. degenti daretur, & ſic
exequutum punctualiter, ſed poſt modum
facta conſignatione prædictæ capſulæ præ-
fato N.Neapol.compertum fuit aliqua ve-
la deficere in capſula, ob quod fuit ipſe Pro
cacciolus coram me conuentus à prædicto
Franciſco de tali furto rerum deficientiũ,
& ad illarum reſtitutionem,vel pretium ſol
uendum, hæſitari inde contigit quid iuris,
licet aut ex parte ipſius actoris aſſereretur,
quod naute caupones; & ſtabularij tenean-
1 tur de recepto quando recipiunt iuxta offi-
cium ſuum, vt dicit Bald.in l. 1. §.ex hoc edi
cto ſub nu.2.verſ.in tex.ibi non tenebuntur
ff.naut. caupon. ſtabul.

Multo fortius iſte Procacciolus teneri vi
debatur,quoniam ex neceſsitate ſui officij
electus videbatur ab actore, taliter, quod
2 eius culpæ adſcribi non poterat mala ele-
ctio, & præſumendum erat contra illum
ſicut in ſimili de publicano intercipiente ca
pſas mercium ſigillatas dicitur,nam ſi po-
ſtea reperirentur apertè,& ſine ſigillo erit
præſumptio contra illum,& ſuam familiam
latè Ferrect.de Gabellis num. 137.

3 Imò etiam,quod non fuerint conſignate
res immiſſe in hoſpitio, vel in naui dican-
tur depoſitate, & receptæ ex l. 1. §. fin. ff.
naut. caup. & ſtabul. notat Anchar. lib. 1.
q.famil.q.61.n.3.& hoc inſpecto eorum offi-
cio, taliter quod ſuccedente furto ipſi tenẽ-
tur d. l. 1. & l. 1. ff.de furt. ſiuè fuerit com-
miſſum ab eius familia, ſiuè ab habitanti-
bus cum eis iuxta deciſa per Afflict. deciſ.
82.cum aliis adductis ibi per Anch. num.
4.& 7. ſubdentẽ ad eos ſpectare omne peri
4 culum cum videantur obligari recipien-
do bona ea ſalua fore,ita etiam Procaccius
qui loco depoſitarij habetur ex traditis in
terminis per Farinace.deciſ.crimin.208 &
ita in depoſitario concludit Mantic. de ta-
cit.& ambiguis lib.10.tit.6.num.3.ſed Nau
5 te, qui merces vehendas accipiunt, & ex
hoc mercedem locatores dicuntur Stracca
Mercat.tit.de Nautis 2. par. num.1.

Secundò,& fortius quod ſi benè talis ca-
pſa fuerat conſignata clauſa,& ſigillata nul
la tamen facta conſignatione rerum ibi re-
poſitarum, & Procacciolo non oſtenſarum
adhuc obnoxius videbatur ex tex.in l. 1. §.
ſic iſta ff.depoſ.dum ibi quærit I.C.an facto
depoſito vaſis plenis & ſigillati, ſiuè oſten-
derit deponens res ſiue non teneatur depo
6 ſitarius nedum pro vaſe, ſed etiam pro re-
bus ibi repoſitis, & concluditur affirmati-
uè, quod etiam admictunt poſt Bonif. in
tract.crimin.rub.de furt.aduerſ. naut. num.
5.Marſil.conſil.23.num.7.Maſcard. de pro-
bat.concluſ.832.num.14.licet ſub diſtinctio
ne hoc probat Mozzius de contract. tit. de
depoſit num.8.cum aliter non ſit neceſſe,
7 quod hoſpes aperiat valiſiam cauponi, ita
quod caupo ſciret quæ res eſſent in valiſia
& ita ſe habet communis opinio prout ex
Iaſ.Gomeſ.Ruyn.Pariſ.Plot.& Iul.Clar.no-
uiſſimè ſectatur Carocc.in tract. de depoſi-
to par. 1.rub.de in litem Iur.num.7. vbi in
fine concludit ex Menoch.& Viuio ſufficere
te ſolam conſignationem Valiſiæ Clauſe
etiam quod non aperiatur oſtendendo par-
ticulariter res in ea exiſtentes iuxta com-
munem opinionem de quo ſatis per eun-
dem Farinacc.in fragmen. verbo caupo il 2.
num.4 .fol.51.tom.1.nouiſſimè Caball.re-
ſol.crimin. .caſ. 70. de hac eadem materia
latius loquens infert ad eos etiam qui
cameras locandas aduenis locat.ſi tenean-
tur pro bonis furto ſubtractis,& quid ſi cla
ua domus fuerit conſignata,& alia conſimi
lia noeat.

Tertio comprobatur ex eo,quod commu
niter dixerunt Doct.de hoc de fardello itẽ-
que valiſia conſignata Nautæ,vel cauponæ,
8 & ſimilibus, vt ſtetur iuramento deponen-
tis de rebus ibi exiſtentibus fortè ammiſſis
atque ſubtractis vltra Alex. ad Bart. d.l.1.
§.ciſta verſ.ſi ciſta col.2.Bald.d.l.1.§. reci-
pit autem ff.naut.caup.ſtabul.Bertacch.in
repert.verbo deponens §. 10. & verbo vali-
ſia Anchar. vbi ſupra num.9. Maſcard. ibi-
dem prolſsius,& Carroc. loco allegato nu.
6.& Cæuall.pract. q.cap. 685. Franc. Marc.
deciſ. 32. num.1. tom.2. Farinac.vbi ſupra
num.43.Mantic.ibidem num.4. & 7. latiſsi-
mè Plotus,de in litem iurando §.10.num.6.
cum ſeq. vbi latius hanc materiam exara-
uit cum limitationibus Mozzius vbi ſupra.

Quinimo ex hijs omnibus per ea quæ in
facto apparebant fuiſſe capſam Procaccio-
lo conſignatam clauſam, & ſigillatam, &
per eum conſignatam ordinario Procaccio
Bari exiſtenti, & demum Neapol.cui fuerat
mandata conſignari eodem modo, ad am-
miſſarum rerum reſtitutionem, & ſi ille
ſpecialiter oſtenſe non fuiſſent pro quibus
rectè iuramento ipſius actoris ſtare opor-
tebat.

Quamquam ex parte rei conuenti plura
contingiſſent, & in facto, & in iure probari
adhoc a vt tali vexatione liberaretur, ea ſi
quidem ante omnia præſuppoſita conclu-
ſione

Digitized by Google

ſione cauſata ex diuerſitate perſonarum, adeò, quod alia eſt qualitas Nautarum, Cauponum, & ſtabulariorum; etenim caupones nautæ, & ſtabularij iſtiuſmodi ſunt furaciſſimi refert ibidem Maſcard. num. 11. quorum genus furaciſſimum eſſe dixit ibi Caruall. num 3. ad quod facit tex. expreſſus in l. 3. §. ſi vero res ff. naut. caup. ſtabul. ibi vt innoteſceret Prætorem curam agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominum, ideſt huius generis ſubdit ibi gloſ. & alia eſt qualitas Procaccij, qui ſunt perſonæ integre bone opinionis, & fideles conſtituti ad tale miſterium pro communi vtilitate, & eis confidi oportet, vt experientia docet, & ideò furtum occultum non poteſt aſcribi alicui ni ſi probetur, quod ſit male famæ ex Bald. in l. 1. C. loc. col. 2. & Iaſ. in l. in actionibus
10 fide in lit. iur. probat Almont. Ciazz. diſcept. forenſ. crimin. diſcept. 26. nu. 65.

Et propterea mirandum non erat ſi ad oſtenſionem rerum particulatium deponẽs non teneatur talibus perſonis, dum inſpecta eorum natura periculoſum eſſet facere talem oſtenſionem, ne detur materia huiuſmodi hominibus ſtruendi inſidias viatoribus vt ex Iaſ. Par. & Plot. notat ibi Ancar. ſub 11. in fine. Itẽ nec detur occaſio etiam ipſi hoſpiti furandi Boſſ. in tit. de furto aduerſ. naut. caup. ſtabul. ſub nu. 4. in fine.

Quod non aliter admiſſi videtur Procaccio cui debet fieri particularis oſtenſio particularium rerum, vt cautius negotietur ad tex. in l. In ciuile C. de furt. etenim facta ei ſpeciali, & generali conſignatione in libris eorum adnotantur res omnes aſportandæ, & eorum periculo cederent, ſi fuerint ſub tracte, aut ammiſſe, dum eorum inſtitutum eſt illas ad locum deſtinatum aſportare pretia mercede, vt experientia comprobatum eſt, & teſtatur Farinacc. d. deciſ. crim. 208. num. 3. quinimo, & ad earum, diſtinctim æſtimationem, ſeù pretium, vel valorem aſtringi poſſent, cautela eſt pro amborum ſecuritate particulariter res oſtendere, & deſcribi facere in libris eorum, vt de eis ratio reddi poſſit, quemadmodum quando depoſitum fit in ſacco debet pecunia oſtendi ita ex Tiraq. docet Vrſill. dec. 205. n. 11. pue in depoſito pecuniarum vt non admictatur illud fieri in marſupio nulla prius apparente numeratione ex multis probat Carocc. d. tract. de depoſit. par. 2. q. 12. nu. 2. & 3. hinc moneri docet praxis Notarium non debere ſcribere pecuniam fuiſſe præſentem niſi marſupium viderit apertum, & teſtes eam viderint numerari, ſed tamen poteſt ſcribere tantam pecuniam eſſe in marſupio, vel ſacculo, vt contrahentes aſſeruerũt ex multis Mantic. de tac. & ambig. lib. 18. tit. 6. num. 17. de quo ſatis per Cabal. reſol. reſol. crim. caſ. 130. & tunc abſque dubio teneretur, cæterum dum in genere capſa, vel ſaccus plenus, & ſimile in genere fuerint data, & tunc obligatio illius generis tolletur genus dando hoc eſt capſam, vel ſaccum, ſeù ciſtam, aut dando viliſſimum,
14 quod eſt in dicto genere exemplo demoſtratur in l. ſi fideiuſſor ff. mand.

Et ideo dũ iſte Procacciolus capsã ſic in genere accẽpiſſet ſibi conſignatã Bari aſportandam, vt ordinario Procaccio conſignaretur & inde Neap. N. aſſignaretur ab eo, & ita adimpleuiſſe oſtẽdiſſet in prõptu ex apoca receptionis facta ab eodem Procaccio Bari degente de capſa, ſeù ſcatula ligata, imo ſigillata, proculdubio excuſandus veniebat à prætenſis per actorem, eoque fortius cum facile prætendi potuiſſet nulla facta ſpeciali rerum conſignatione ibi pretioſa adeſſe, quæ non aliter in ſe vera erant, quod ſanè in detrimentum ipſius Procacci tenderet, & eſſet potius in damno q̃ in lucro ſoluendi ea quæ non ſibi fuerant conſi-
15 gnata ſpecialiter, in tantum quod in fortiori dixerunt Doct. caſu quoties Valiſia fuerit conſignata hoſpiti à Caupone prout ſibi conſignata fuit, hoſpes nil habet de quo Iure conqueri poſſet Farinacc. loco allegato num. 48. vltra Plotum eodem loco citato num. 9.

Nec proinde actio aliqua criminalis ſcilicet furti aduerſus Procaccium ordinariè competere videbatur quemadmodum contra perſonas, vt ſupra expreſſas primo ex diuerſitate perſonarum vt dictum eſt poſtquam officium, ſeu miniſterium Procacci dependet ob executionem Officij Curſoris Maioris, quod eſt officium nobile in Regno maxime quia à Rege conſtituitur Freccia de ſubfeud. lib. 2. rubr. quis dicat Dux num. 41. cum alijs apud Reg. Rouit. in rub. de offic. Mag. Poſtarum, quod ſanè per eius Curſoris Maioris miniſtros exercetur per diuerſas Regni partes quibus res conſignãtur hinc inde aſportande ſoluta mercede earum iuxta taxam deſuper factam, & in hoc nullatenus actio aliqua criminalis competere videbatur, cum ſit contractus po-
17 tius locati, & conducti quam mandati, aut depoſiti, poſtquam contractus inter ſe non ſunt in omnibus vniformes iuxta gloſ. in l. ſed addes §. 1. verſ. excuſata ff. loc. porro ibi per exẽpla demoſtrat ꝙ idẽ diuerſo iure cẽſeri debere in locato, vel cõcordato, aut vẽditione, & ob id ſi depoſitarius nedum pro

P vaſe

vaſe, quam etiam pro rebus ibi exiſtenti-
bus teneri videatur quas deponens petere
non prohibetur, hoc enim procederet ra-
tione cuſtodiæ, & in eo caſu depoſiti dolus
18 dumtaxat, præſtatur l. 3. §. ſi vero res ff.
naut. caup. & ſtabul. & ibi gloſ. notat in ver
bo dumtaxat, & lata culpa quæ dolo aſſi-
19 miletur ad tex. in l. 1. §. culpa ff. ſi quis lib.
fact. eſſe iuſſ.
Ad quod eadem gloſ. not. in l. quicunquè
§. ſed & cum ſullo ff. de inſtit. act. verſ. reli-
ctus dixit ad conſumendum ea quæ domi-
nus in taberna reliquerat, & vt conſumen-
da cæteris ſuis condiſcipulis imperraret
ſubdit dominum teneri de veſtimentis quæ
20 ipſi domino tradita erant, quia quod per
ſe debuit cuſtodire alij imperito commiſit:
nam mala electio eſt in culpa c. vtile de
reg. iur. in 6, at in contractu locationis, vel
conductionis culpa tantum notatur, vt ha-
21 betur in d. §. ſi vero, & in l. damni §. ei qui
ff. de dam. inf. & culpa non præſumitur niſi
probetur Afflict. deciſ. 13. num. 18.
22 Imo fortius in tali actione dominus non
tenetur de fractura niſi cuſtodiam promi-
ſiſſet l. dominus horreorum ff. loc. culpa au
tem nequaquam notari poterat neque a-
ſcribi illo Procacciolo, cum capſam eodem
modo ſibi conſignatam conſignaſſet ordi-
nario Procaccio à quo receperat fidem re-
ceptionis, & tunc teneri videbatur etiam
furti actione, quoties illam non conſignaſ-
ſet d. Procaccio neque de conſignatione
aliquid demoſtraſſet, ad tex. in l. ſi mandaue
24 ro §. ſi tibi ff. mand. ad quod etiam facit
tex. in l. 2. ff. ſi menſ. fal. mod. dix. vel in ſui
commodum illam applicaſſet, vel conſum-
pſiſſet d. §. ſi tibi, & melius habetur in l. 1. §.
ſi te rogauero ff. depoſ. vnde benè actione
locati potius quã furto agi potuiſſet, quod
oſtenditur in caſu l. ſi procurator ff. mand.
Secundo, quia deficiebat delictum in gene-
re non enim furtum probatur per fractio-
nem oſtij capſæ parietis, & ſimilium, niſi pro
betur extitiſſe pecuniam, vel res poſitas
prius fuiſſe Maſcard. concluſ. 8. num. 4. Ro-
lan. conſ. 51. num. 17. vol. 1. cum alijs apud
Alm. Ciact. diſcepr. forenſ. crim. in diſcept.
26. à num. 18. vbi plura, nam oportebat ve-
rificare res ibi fuiſſe repoſitas ex Gramm.
conſ. 24. nu. 2. nec ſufficit probatio res non
extare non raptas, vt ibi per Almenr.
Nec demum in hoc facti themate rectè
concluſio Doct. ſupra relatorum admicti
competitur, vt Iuramento damnum paſſi
probari poſſint res detentas in capſa, nam
& ſi id procedere videatur aduerſus perſo-
nas ipſas, vt ſupra relatas non tamen pro-
cedere cernitur aduerſus Procaccium, a-
deò quod cum gloſ. in l. 1. §. fin. verſ. illate
27 ff. naut. cap. & ſtabul. quærat an nauta te-
neatur etiam de rebus immiſſis in nauim
quas ignorauit, & concludit negatiue quã
gloſ. improbat Iul. Clar. in §. furtum in fine
dum concludit, quod adhoc, vt ſit locus iu-
ramento non eſſe neceſſe, quod hoſpes ape
rierit Valiſiam Cauponi, ita quod caupo
ſciret res quæ eſſent in Valiſia, nam hoc
procederet in ſimilibus perſonis ſ. nautis
Cauponis, & ſtabularijs adeò eſt verũ iuxta
28 communem opinionem Doct. ibi relatam,
quod ſtabitur Iuramento hoſpitis contra
dictas perſonas, cum huiuſmodi genus ho-
minum furaciſſimum ſit ad quorum impro
bationem hoc iuridice erit obſeruandum,
29 quia vt plurimum opera malorum vtuntur
l. 4. §. proficiſci ff. de offic. proconſ. Mantua
in paralipomen. cap. 7. verſ. quia opera idro
ſunt perſonæ tales de furto ſuſpectæ Plo-
tus, vbi ſupra num. 12. quapropter incum-
bit principaliter Nautis naufragium pro-
bare iuxta formam traditam à Stracca de
aſſecur. gloſ. 28. num. 2. alias furtum potius
cenſeretur commiſſum ſub hoc velamine
naufragij ſic eueniente caſu naufragij alle-
gati p Nautã bonorum Marchionis Oriuli
Sed ex eius parte fuit verificatũ alia vaxella
eodem die à dicta parte diſceſſiſſe, & Neap.
incolumia attuliſſe ex quibus fuit Nautæ
probatio infirmata vnde per M. C. fuit tor
tus, ſed non confeſſus ad trtremes traſmiſ-
ſus de hoc anno 1632. menſe Maij ad rela-
tionẽ Iudicis Moles, & ratio eſt quia cõtra
ſe nauta habẽt iuris præſumptionẽ ex alle-
gatis. Fari. in frag. p. 1. verb. caupones n. 21.
Et tamen in hoc expreſſe Doct. limitatio
nem tradiderunt non procedere in ſpecta
ipſorum bona qualitate, vt ſæpe ſæpius con
tingere poſſet aliquem nautam, ſeù Caupo
nem, vel ſtabularium bonæ famæ, & quali-
30 tatis, & in hoc ceſſaret allegata concluſio,
vt contra ipſos ſtare debeat iuramento de-
ponentis, ita Anchar. loco allegato ſub nu.
11. Maſcard. ibi num. 15. Carroc. loco citato
ſub num. 10. verſ. & ſi viator Cæuall. vbi ſu-
pra ſub num. 3. Franc. Marc. vbi ſupra Fari-
nac. ibidem ſub num. 45. vbi plures allegat
vltra Plotum ſupra relatum ſiècontra erit
ſuſpicienda conditio petentis ſi bonæ famæ
aut malæ eſſet quæ omnia ſanè iudicantis
31 arbitrio putarũt remictẽda allegati Doct.
& Menoch. de arbitr. iud. caſ. 208. Ferrect.
vbi ſupra circa hoc ſpecificè probat, quod
præmiſſo iuramento mercatoris ſtabit Iu-
dex ſic procedendo de equitate ciuiliter,
quando dolus abeſſet alias ſecus, & ideo in-
ſpecta

ſpecta conditione iſtorum de Procaccio non videbatur contra eos poſſe tale ſimplex iuramentum admicti, niſi aliunde probatum fuerit res ibi depoſitas extitiſſe, quod non alirer probari potuit; poterat enim contingi non aliter ab ipſo Procacciolo, ſed ab alijs aſportatoribus hoc fieri damnum, & dum ſub incerto verſabatur non poterat certa ratio reddi, adeò quod cum incerta petitio proceſſerat certa nõ poterat dari ſentẽtia l. hæc ſentẽtia C. de ſent. quæ ſine cert. quant. gloſ. in l. 1. §. ſi quis argentum veſ. iuranti ff. depoſ. nec iuſtum erat vt alteri per alterum iniqua conditio inferatur l. non debet ff. de reg. iur. & ad propoſitum noſtrum refert Gratian. diſcept. forenſ. cap. 500. num. 17. quod commiſſio emptionis mercium facta mercatori, ſi per
34 eum acceptetur, & merces conſignentur portatori, ſeù Procaccio, vel ſimili facit, quod periculum ſpectet ad mandantem, & pretium debet ſolui emptori pro ſumma inter eos taxata; propterea abſolui eum ab impetitis die 3. Octobris 1624. Monop.

Io: Baptiſta de Thoro I. C.

SVMMARIVM.

1 *Animalia Bruta puniuntur aliquando, cũ quibus coitus habetur, & caſus occurſus refertur.*

2 *Animalia cur puniantur aliquando ob delicta in ea per homines commiſſa.*

3 *Animalia pro homicidijs aliquando punita fertur.*

4 *Imperium in belluas exerceri nefas eſſe.*

5 *Animalia ſenſu carent.*

6 *Animalia pro noxa dantur, aut eorum dominus eſtimationem noxiæ offerre tenentur.*

7 *Maleficium damnum dare dicitur.*

8 *Damna ab animalibus inferuntur, & exempla oſtenduntur remiſſiue.*

9 *Dominus animalium pro eis ſemper tenetur, & quomodo.*

10 *Animalia quilibet ſua tenetur cuſtodire ne damnum inferant.*

11 *Actio de pauperie, vel in factum quæ competit pro damnis animalium quando detur.*

12 *Dominus animalium offerendo illa liberatur, & qualiter id procedat.*

13 *Animalia ſi non fuerint oblata pro noxa qualiter ſuccurratur damnum paſſo.*

14 *Animalia damnum dantia licitum eſt retinere donec pretium ſoluatur.*

15 *Animalia damnum dantia pignorari, an liceat.*

16 *Animalia damnum dantia occidere, an liceat, referuntur conſuetudines certorum locorum in aliquibus animalibus obſeruata.*

17 *Statutum permictens occidi animalia damnum dantia in fundo alieno, an benè procedat.*

18 *Domini agrorum damnum paſſi animalia in illis reperta quid agere debent, ne priuatam vim commictant.*

19 *Obſeruantia aliquarum partium. & huius Regni refertur, qualiter procedere debeant domini damnum paſſi ab animalibus.*

20 *Animal damnum dans ex ſuaſione hominis impulſum per exempla oſtenditur.*

21 *Damnum dans per medium animalium ipſe tenetur.*

22 *Animal ſi proprio motu damnum dederit dominus non tenetur ad aliquid, & quando refertur caſus occurſus.*

23 *Tex. in §. 1. inſt. ſi quad. paup. fec. dic. ponderatur, & declaratur.*

24 *Damnum emendari debet à Cuſtode animalis negligente, non à domino illius.*

25 *Dominus animalium tenetur pro illius dãno ſi illud coegerit impellendo, vt damnum faceret, & per exempla demonſtratur.*

26 *Animalia ferocia detinens an teneatur ſi damnum dederint, quomodo, & qualiter procedat.*

27 *Dominus animalium an teneatur ſi ſua natura ferocitate damnum dederint.*

28 *Animal damnum dans ob ſuæ naturæ ferocitatem, an pro noxa dari debeat.*

29 *Dominus animalis damnum dantis ſi illud interfecerit, an noxali actione tenetur.*

30 *Agitatio Taurorum, & ſimilium probibita, & quomodo.*

31 *Animal alicuius percutiens ad illius æſtimationem tenetur, & ad intereſſe.*

32 *Animal occidens ad ſui defenſionem ad nihilum tenetur, vel ſi ex iracundia motus ex cauſa illius fecerit.*

33 *Ioculatores cum animalibus ſi damnum dederint puniuntur, exemplo oſtenditur.*

34 *Furta commictens ſub prætextu conuiuij, & potus, vt dormirent domini bonorum puniuntur, & caſus deciſus refertur.*

35 *Contractus, vel renunciatio facta ab eo qui doloſè in bibendo deceptus. an valeat.*

ARGVMENTVM.

Animal irrationale homicidium commictens puniri an poſſit, vel verius

rius pro noxa dari, & qualiter dam-
na ab eis illata reſarciantur; pariter-
que eiſdem ab alijs animalibus, &
hominibus data reficiantur,

Inclina ad me aurem tuam accelera, vt eruas me.

VOTVM XXXVIII.

SVcceſſo obitu Petri de Mileto, qui cum
in Molendinis Ciuitatis Monop.inſiſteret
atque vellet certam quantitatem frumen-
ti molere,dum vellet quandam mulam Vi-
ti Antonij Indelli ibi exiſtentem capere,
vt ad molendum,duceret iguorans eam eſ-
ſe calcitroſam,de facto illa calcē in eū intu
lit ob ꝙ inde illico mortuus extitit,& inde
Gratia de Babo illius vxor non ſolum cri-
minalem quærelam inſtituit aduerſus Vi-
tum dello Vecchio de tali homicidio eo,
quod culpa ipſius euenerat,poſtquam ſi be
nè ipſe Vitus comendaſſet eidem Petro Mo
lendinum, vt inde caperet mulam prædictā
& moleret frumentum (ex quo ipſe Vitus
in ſuam domum ire dormitum aſſerebat)
non aliter illum certiorem fecerat de vi-
tio mulæ calcitricis,adhoc vt ſe præcauere
potuiſſet, ſed pariter contra mulæ domi-
num pro intereſſe paſſo litem inſtituit, ip-
ſam pro noxia conſignare,& capta de om-
nibus informatione per ea quæ ſcripta in
iure reperiuntur aliquando Bruta puniri ob
delicta ab eis patrata, ſic enim legitur in
1 cap.mulier 15.q. 1. animal cum quo coitus
habetur debere comburi, vt per Iul. Clar.
in §. fornicatio verſ. cum animali, & in §.
fin.quæſt.99.ſub num.8.Carrer. in eius pra-
xi crimin.§.homicidium vlt.ſub num. 110.
vbi citat Marſ.ſequitur Guazzin. in tract.
ad defenſam cap. 38. defenſ. cap.5. num.9.
Monac.deciſ.Lucc.9. num. 92. Ioſeph. Lu-
dou. deciſ. Peruſ. 77.num.9.Phicard. inter
commu. opin. lib.3.tit.de lege Aquil.num.
3.Franc.Marc.deciſ.775. num.3. tom.1.ad
quod ſubdit Clar. d. quæſt. 99. repræ-
hendendo Auto.Caiuſ.in Apoſt. ad Angel.
in §.item lex Iulia inſt.de publ.Iud.non de-
buiſſe deridere quendam præpoſitum, qui
cum quidam alienigena cognouiſſet equā,
& aufugiſſet, nā fecit abſcindi capud equę,
& in loco eminenti effigi,& viſum fuit etiā
temporibus noſtris tempore regiminis Ill.
Comitis de Beneuento quendam fuiſſe la-
queo ſuſpenſum prætextu,quod aſinam co-
gnouiſſet carnaliter quæ inde fuit combu-
ſta, ſed hoc non admirandum cum id fiat
potius in criminis deteſtationem, & non
2 aliter,vt refert Franc. Marc.deciſ.962.num.
9.Caualc.de Brachio Regio par. 6. in frag-
ment.105.Reuſner.deciſ.17.num.46. par.1.
ac etiam vt eo conſumpto indigni facti me
moriam hominibus amplius non refricet,
ita Franc.Clapper.in tract.de Imper.& iu-
riſd. concluſ. 4. num. 6. & rationem de hoc
reddit Ignat.del Villar.in ſua ſylua reſponſ.
lib.1.in 4. reſponſ. vbi etiam tradit de qui-
bus bonis pretium ipſius animalis erit ſol-
uendum: quamquam in alijs delictis præſer
tim homicidiorum de quo noſtrum eſt in-
3 ſtitutum,refertur animalia etiam bruta
cōmictentia homicidia immo,& res inani-
matas lege veteri puniri,& haberi inter ſe-
ptem maxima vitia Deo exoſa homicidiū
texte Decian.in tract. crimin. tom.2. lib.9.
cap.17.num.10.& ſeq.& non mirum ſi alias
in contingentia facti referat Guid.Pap. de
ciſ.238. vidiſſe in Burguudia quendam Por
num ſuſpenſum in patibulo eo quod pue-
rum occidiſſet quem etiam refert Clar.lo-
co allegato Guazin. vbi ſupra Battand. in
praxi crim.regul.132.nu.2.
4 Sed verius Doct. putant non aliter poſſe
Imperium in beluas exerceri,& ſic ſe habe-
re communem opinionem ex Sapia in l.im-
perium num. 6.ff. de iuriſd. omn.iud.pro-
bant ibi Clar. & Phicar. loco citato Clap.
5 & Ignat. Villar. ibi num.6. ex quo animal
iniuriam facere non videtur cum ſenſu ca-
reat inquit text. in l. 1. ff. ſi quad.paup.fe-
ciſſ.dic.Battand. vbi ſupra num. 4.
Sicque ex diſpoſitione legis duodecim
tabularum aliter diſpoſitum patet in d.l.1.
ff.ſi quad.paup.fec.dicat. ibique lex voluit,
6 aut dari idquod nocuit, ideſt animal,quod
noxiam commiſit,aut æſtimationem noxię
offerri ibi gloſ. notat damnum tantum eſſe
in obligatione ſicut in ſeruis delinquenti-
bus dicitur,vbi allegat iura concordantia,
& habetur in l.2.ff.ad l.Aquil.Plotus qui a-
lios citat de in litem Iuran. §. 53. num. 9.
7 Sed pro agnitione totius materiæ dam-
norum illatorum per animalia, vt omnia
innoteſcant, poſtquam etiam maleficium
dicātur damnum dare ad tex. in l. ex male-
ficio ff.de action.& obligat.& inſt.de oblig.
quæ ex qua ſi del.naſc. Bonifac. de Vital.in
rubr. de damno dato num. 62. Bonacoſſ.in
q.crim.verbo de damno dat per totum.
Opere pretio duxi in quatuor partes
principales ipſam materiam diſtingui poſ-
ſe,primo enim conſideranda erint damna
quæ fiunt per animalia rebus alienis,ſecun-
dò pariter attendenda erint damna ab il-
liſmet illata conſimilibus animalibus, ter-
tiò quan-

tio quando damna occurrerint à prædictis
animalibus perſonis inferri,& demũ quar-
to quando eis per homines damna irro-
gantur.
8 Quantum autem ad primum diſtinctio-
nis caput pertinere agnoſcatur dum dam-
na ab animalibus rebus inferuntur quem-
admodum id per varia exempla oſtendit
Boniſac. d. titul. à num. 11. cum ſequent.
9 Semper domini ipſorum de iure teneri vi-
dentur, vel ad dandum animal pro noxia,
vel noxiæ æſtimationem offerri d. l. 1. in
prin.ff.ſi quad.paup.fec.dic.vbi gloſ.in ver-
bo offerri ibique etiam Doct. & Boniſ. vbi
ſupra num.13.Pet. Iacob. in eius praxi tit.
de act.de pauper.ſub num.5.& Caleſ. conſ.
95.inter conſ.crim.diuerſ.tom.2. num.1.&
2.Borrell.de Magiſtr.edict.lib.4. cap.6. nu.
46.Matth.Coler.deciſ.168. num.1. Beſſian.
in Conſue.Aluern.cap.28.art.21.nam qui-
libet animalia ſua cuſtodire tenetur ne dã-
num dent frugibus Griuel. deciſ. Dolani
148.num.2.
Sed cum diſtinctione actionem compe-
tentium pro dictis dannis,damna paſſis re-
ſarciuntur adeoque cum ipſa actio de pau-
perie,vel in factum quæ competit cuius in-
10 tereſt l. actio ff. eo.Boniſ.num.10. hoc eſt
directa quæ cõpetit aduerſus quadrupleta,
& vtilis pro alijs animalibus ſimplicibus,
vt ibi exemplũ poſuit de Gallina, & anſere
nu.12.Beſſia.c.28. art.25.Bonacoſſ.vbi ſup.
11 Quinimo dominus animalium ea offeren
do pro noxia à damni reſarcione liberabi-
tur Caſſan.in conſuet. Burgund. tit. des iu-
ſtices §.6.num.17.Battand. ibidem num.3.
Rendell.in tract. de paſcuis defenſ. & aquis
cap.4.par.4.verſ.vndecimum an dominus,
ſed hoc quoties ipſa animalia de per ſe dã-
num fecerint, ſecus tamen ſi ea fuerint à
domino immiſſa ex l.in delictis ff.de noxal.
& d.l.1.§.1.ſi quad.paup.fec.dic.probat ibi
Boniſ.num.67.Petr.Iacob. in eius praxi tit.
de Act.de pauper. ſub num. 5.
12 Et ſi oblata non fuerint tunc vigore ipſa
rum actionum damnum paſſi agere non
prohibentur ad æſtimationem, damni, vel
dandum animal pro noxa ad tex. in cap. ſi
læſerit extra de iniur.& cap.fin.de præſcri
pt. verb. l.qui ſeruandum §.ſingulares Bo-
niſ. vbi num.26. Caualc. in tract.de Brach.
regio par.6.num.494.verſ.cæterum quando
13 Adeò verum eſt quod licitum erit de iu-
re damnum paſſo animalia retinere donec
ſibi damnum ſoluatur, vt probat Petr. Ia-
cob.vbi ſupra verſus finem verſ.nunc eſt no
randum,& ex Bart. & Abb. confirmat Boſſ.
in tit. de damno dato num. 10. Specul. in
tit.de iniurijs §.2.num.23.& in tit.de acto-
re §.1.num.59.Borgn.deciſ. Fiuiz. 26. num.
58. & 59. par.2. Caſſan. vbi ſupra num. 11.
Muta dec.Sicil.27.n.24.Cancer.varia.reſol.
tom. 3.cap.10.num.60.& vltra Mollign. in
tract. de retent. quæſt.96. Plot. vbi ſupra
num.7. Petr. Perkio, de iure ſiſtend. cap.4.
num.24. Campagn. in cap. adhoc num. 87.
Borrell.vbi ſupra num.55.Rendell.d.cap.4.
in princ.nec proinde licitum erit ea percu-
tere ex l.quintus Mutius ff.ad l. aquil. pro-
bat ibidem Petr.Iacob.& ſequitur Boniſ.lo-
co alleg. num. 27. & 78. latè Borgn.deciſ.
Fiuiz. 1. num. 28. par. 5. Cæpoll. de ſeruit.
14 Ruſt.præd.cap.9.ſub num.29.Beſſian.ibidẽ
ſed ſi pignorari nequeant canibus ea abige
re licebit etiam cum ipſorum damno Mat
th. Coler. deciſ.Germ.136.num.39.
15 Hinc peſſima illa conſuetudo, quæ in
multis regni partibus inoleuit animalia
inuenta damnificando lædi reprobatur pro
ut percepi in Ciuitate Theani, & conuici-
nis locis quando ibi aſſidebam vti Iudex
damnum paſſi aſportare capud, vel ſpatu-
lam porci officiali,& erit liberatus,& pari-
ter vidi idem ſeruari in Prouincia Calabriæ
Citrà nedum reſpectu porcorum, ſed etiam
baccinarum traſportari illis Coſciam Audi
tori, vel Gubernatori, quod mihi durum
videbatur, & contra caritatem proximi ſic
acriter procedi in ijs,dum iuris remedium
promptum extat damna reſarciri illico niſi
fortè aliter ex conſuetudine eſſet introdu-
ctum & ſiquidem occidere prout in an eri
bus inuentis in horto alicuius oſtẽdit Bſoer.
in conſuet. Burdegal.tit.10.§.5. gloſ.1. vbi
de conſimilibus agit, vel extaret ſtatutum
16 permictens ea occidere quoties in fundo
alieno reperirentur prout eſt Bononiæ te-
ſtatur Marſil.ſingul.225. quem ſequitur a-
lios citando Bertazol. filius in addit. ad
conſ.crim. 117. eius patris tom. 1. & de
hac eadem conſuetudine occidendi porcũ,
& dandi capud Camerario etiam loquitur
Io:Arnon.dial.25.quem ſequitur Rendel.in
tract. de defenſ. & paſcuis Vnin. cap. 9.
verſ.qua ratione fol. 204. qui in 4.p.c.6.in
princ.probat ex l.Longobardorum hoc eſ-
ſe conceſſa.
17 Quapropter vnum in hac retentione
animalium notandum dixit Per. Iacob. ad
euitandum id quod contingere poſſet ne
dominus animalium contra damnum paſ-
ſum vrgere poſſet propria auctoritate pi-
gnoraſſe, & conſequenter vſurpaſſe magi-
ſtratus officium commictendo vim priua-
tam,vt cautius in hoc procedatur, vbi addi
tio lit.B.tradit quod ſi bene Normandiæ,

Digitized by Google

& in pluribus locis ſeruatur animalia dam-
num dantia licitè poſſe retineri donec dam
num fuerit emendatum. Tamen ſecus in
18 Burgundia vbi ſeruatur, quod denuncietur
Curiæ loci damnum,& ſiue fuerit emenda-
tum, ſiue non certa pena fiſco applicatur,
in Regno tamen noſtro ea aſſignari debent
Baiulo, vt in conſtit. peruenit vbi Andr. &
Affliſt.& in conſt. animalia Affliſt. in con-
ſtit. pacis cultum col.12.in princ. verſ. 20.
eos ſequitur Camp. loco prælleg. Muta in
cap.Ferd.1.num.39. tom.3. excepto tamen
ſi fuerint inuenta in terris ſanis ſaldis, &
apertis quoniam tunc pena locum non ven
dicaret, & ita deciſum per Sacr. Conſil. te-
ſtatur Regen. Lanar. conſ. 98. numer. 8.
19 Ad ſecundum caput quoties animalia
ipſa inuicem damnificentur,& in hoc pari-
ter ſub diſtinctione procedendum eſſe arbi
tor, nam ſi animal damnum dans fuerit ex
alterius hominis ſuaſione & impulſione co-
actũ vt per exempla oſtendunt Pet. Iacob.
vbi ſupra ſub num.1.& Bonif. ibidem num.
58.Caualc. vbi ſupra num. 593. latè Iodoc.
in ſua praxi crimin.cap.142. num.2.4.& 6.
20 Et tunc qui cauſam damni dederit teneri
videtur, & per exempla demoſtrant ibidem
Caualc. & Iodoc. ſin autem ex alio anima-
le, nec dominus,nec animal puniendi Ludo
21 uic.ibi num.7.& 8. cæterum ſi ſuo proprio
motu damnum inferret vtique dominus il-
lius ad æſtimationem teneretur, vel illud
pro noxia dare,vt dicunt præfati Doct. d.l.
ex hac lege,& l. 1. latè Guazin. vbi ſupra
num.10. vbi hoc eleganter declarat quali-
ter procedat:quapropter dum contigiſſet
in vice Ducali Curia Mondragonis quen-
dam Carolum N. conuẽtum prætextu quod
eius bos cornu percuſſerat Aſellum compe
dibus detentum ob quod mortuus fuit, &
inſpecta probatione non dubitabatur quin
dominus animalium ad emendam tenere-
22 tur per tex.in §.1.inſtit.ſi quad.pauper fec.
dec. ibi aut bos cornu petere ſolitus.
Vnde reſultare videbatur dubium ex ver-
bis illius tex.ibi ſolitus quaſi, quod neceſſe
erat ſolitum probari, ita ſolitum eſſe bo-
uem cornu percurere, ſed ibi Gloſ. dicit,&
ſi non ſit ſolitus adhuc teneri, verum quia
non aliter culpa domini, ſed ſui paſtoris
dormientis hoc contingerat, vt probatum
extiterat,ideo emendationem damni ei po-
tius quem domino pertinere videbatur, ita
Iod[illegible]in praxi crim.d.cap.142. nu. 3. & 5.
[illegible] d[illegible] in conſ.102.num.10. ſed Bonif. in
[illegible] damn. dato num. 79. in ſpecie iſtum
[illegible] ſoluit dicendo ſpectare ad do-
[illegible] eligendo talem paſtorem, &

ita iudicaui die vltimo Aug.1615. Theani
vbi quandoque vti Iudex aſſidebam.

Sed quantum ſpectare videatur ad ter-
tium caput diſtinctionis de quo noſtrum
erit tractare, & in hoc quoque proceden-
dum eſſe arbitror ſub hac diſtinctione, aut
damnum homini illatum ab animali pro-
ceſſerit ex facto alterius hominis,aut facto
ipſius animalis damnum dantis, vel facto
ipſius hominis damnum paſſi, reſpectu pri-
mi capitis certum eſt, quod quando dam-
num animalis proceſſerit facto hominis ip-
24 ſum cogendo,ſeu impellendo, vt puta irri-
tando canes in aliquẽ ipſũ teneri dicũt Ia-
cob.Nouell. in praxi crim.§.ſi quæratur ſ.
50.n.12.Rendel.d.c.6.f.266.verſ.venatores
autem Plaza epit.delict.cap.26.nu.9.& in
cane rabigo loquitur Petr. Calefat. vbi ſu-
pra, vt non teneatur dominus concludit,
vel curendo cum equa damnum alicui in-
tuliſſet non clamando caue caue Boniſac.
ibi numer. 45. Nouell. ibi numer.7. Et
per alia exempla adducta per eundem
Petr.Iacob.vbi ſupra num.2. verſ. item re-
25 ctè. & Nouell.vel ſi ferocia animalia quis
tenuerit puta Vrſum,Leonem,Panteram,
& ſimilia,quæ minimè reneri poſſunt adhoc
vt damnum alicui inferatur l. generaliter
l.hij ff.de edil.edict.Bonif.vbi ſupra num.16
Additio ad Rebuff.in l.1.C.de venat.ferar.
lib.11.tit.4.allegat tex.in l. qui vulgo ff.de
edil.edict.vt teneantur dñi pena 200.ſolido
rũ ſi mors hominis ſubſequatur Plazza vbi
ſupra nu.10. vbi cenſuit eos poſſe arceri ab
ingreſſu Ciuitatis ſequitur Menoch. de ar-
bitr.caſu 568. ſubdens niſi ipſi ligata duce-
rent in vinculis ne damnum inferant.Farin.
in frag.p.1.verbo canem fol.47.Matth.Co-
ler.d dec.168.nu. 10. Iodoc. ibi. nu.9.ſimi-
liter, & Tauri non offenduntur in damno
inuenti Rendell.eo cap.4. fol.249. verſ. ſed
quod ſi Thauri.

Et in his caſibus nullatenus animal pro
noxa datur, ſed is tenetur,qui cauſam dam
ni dedit per actionem in facto dempta a-
ctione de pauperie,vt probat Gram.conſil.
ciuil. 139. num.5. vltra Bonif. ibi ſub num.
13.& Iodoc.in praxi crim.c.142. n.24.& 8.

Sed ageretur lege aquilia contra ipſum
ductorem damni l.item mela §.item cum
eo ff.ad l.Aquil.Petr.Iacob. ibi ſub num. 2.
quod ſanè limitari videtur quoties non ſtu-
dioſè hoc contingiſſet ex parte domini,ſed
caſu præter eius voluntatem,acciderit ſini-
ſtrum ab animali occaſionem aliquam per
pendente ex facto hominis,vt in exemplo al
lato per d.Petr.Iacob.vbi ſupra ſub num.2.
in fine verſ.item ex prędictis,& Caualc.loc.
alle-

allegato loquens in miniſcalco,& Cozono,
qui ex eorum officio tangunt equos qui cũ
eſſent calcitroſi damnum dederint,aut ſi a-
nimal damnum dederit impulſu alterius
nullatenus reſarciri debet per dominum
animalis l. 1.§. ſi inſtigatu ff.ſi quad. pau.
fec.dic.Paul.Marehd.conſ.102.num.10,p.2.
26 Sin autem animal ex propria eius ferocita
te dãnificaret, ꝙ intelligitur ideſt crudelita
te propria,& nõ ſui generis,vt explicat Pet.
Iacob. ibi in princ. & præſertim mule qua-
rum natura eſt ferocis,vt in d.l.1.ff.ſi quad.
paup. fec. dic. & potiſſimum calcitroſa ad
tex.in l.bouem in princ.ff.de edil.edict. in
princ. ibi item mulas quæ peſſundant vbi
gl. ſubdit ideſt pede percutiunt propterea
reſpondit Bonif.eodem loco num. 13. quæ-
rendo huiuſmodi, ſed quid ſi animal tuum
dat damnum in perſonam alicuius, vt quia
equus recalcitrat, & frangit crus, vel bra-
27 chium Reſp.ſi commota feritate,& contra
naturam ſui generis facit, vt teneris vt di-
ctum eſt vel dare pro noxia, vel emendare
ff. eo. l. fin. ſi autem inſtigatus alterius ille
tenetur,vt ſupra dixi, & venit inæſtimatio-
ne damni æſtimatio expenſarum factarum
in medicatura,& curatione vulneris,& ope
rarum quibus caruit ſi erat homo alicuius
artificij vt ff. eo. l. ex hac, & de hijs qui ad
Eccl.confug.l. fin. hæc ille,de quo ſatis per
Roman.conſ.378.poſt eum Baiard.ad Clar.
d.§.fin.quæſt.99.num.9.per tex. d.l.ex hac,
& melius ad rem noſtram facit tex. in l. ſi
ex plagijs §.quidam boues ff.ad l. aquil.ex
quibus omnibus motus iudicaui intereſſe
deberi,& conſequenter d. Vitum Antonium
compellendum ad mulæ exhibitionem, vt
vendi potuiſſet pro ſatisfactione damni præ
dicti die 4. Februarij 1625. interea partes
inuicem ſe concordauerunt pro certo pre-
tio conuento, adeò quod ſi dominus anima
lis damnum dantis illud interfecerit ſibi ip
ſi ſatisfacit,nec aliter actione noxali tene-
28 retur, vt in cane rabico equo mordente
probat Caleſ.d.conſ.95. nu. 3.
Sed quoties facto ipſiuſmet hominis dã-
num paſſi hoc contingerit, vt animal dam-
29 num ſibi inferat nulli dubium erit quin
propriæ ſuæ culpæ erit aſcribendum,& non
animali aliquod ſiniſtrum ſentienti prout
ſæpe ſæpius contingere ſolet in agitatione
Taurorum,Bufalarum,& Baccarum de quo
etiam teſtatur Nauar. in eius ſumma cap.
15. num. 18. vbi refert pluries ex hoc con-
tingiſſe mortes pugnantium, ideo poſtea
ex Bulla Pij V.fuit hoc expreſſè inhibitum
ad euitandum mala prædicta.
Et denique reſpectu hominis percutien-
tis animal alicuius ſi doloſè hoc fecerit vti
30 que ad illius æſtimationem teneretur ad
quanti plurimi animal 30.proximis diebus
valuerit §.illud inſtit. ad l. Aquil. & l.ſi ſer-
uus §.tertio antem,& l. quemadmodum ff.
eo.latè Matth.Coler.deciſ. German.181. in
princ.Simon Vlric.obſeru.81. & ſimiliter ſi
fuiſſent animalia ipſa vulnerata, etenim
vulnerans ad expenſas curationis ipſorum
pretium, ad damnum intrinſecum lucrum
ceſſans ad æſtimationem operarum amiſſa-
rum,& amictendarum, & ad intereſſe cica-
tricum, & deformitatum teneri vulneran-
tes probat Plotus in tract.de in litem iura.
§.41.num.13.idemque ſi ex artis imperitia
quomodocunque animal fuerit offenſum
iuxta deciſionem à me traditam in prima
parte noſtri Compendij verbo miniſcalcus,
aut vero ad ſui defenſionem non aliter ad
aliquid teneri comperitur, vt ex Ioan. de
Amic.conſ.117.probat Guazzin. loco cita-
to num.11.poſt Plotum loco allegato n.14.
31 Aut demum ſi iracundia motu ex ani-
malis morſu, vel calce, & ſimilia quis illud
occiderit,vel vulnerauerit,prout in caſu re
lato ab Anna ſing.173.equus in eo, qui oc-
ciderat equum ſibi mordentem nam fuit
per M.C. abſolutus, nã iuſto dolore motus
fuit.Et demum ſi cum animalibus damnum
in perſona alicuius dederit non aliter ſtu-
dioſè,ſed fortè caſu contingente, vt acci-
dit meo tempore in Ciuitate Caſtri Maris
de Stabia in quodam ioculatore,qui cum
32 ſerpentibus ioculando, vt remedium con-
tra venenatos venderet illud experiendo
in perſonam ſui famuli quem mòrderi fece-
rat ab aſpide, ſeu vipera in ligua, & tume
facto illico,ſi ei non fuiſſet ab alijs aroma-
tarijs occurſum certe oberat, interea do-
minus fuit carceratus, ſed quia ex oppor-
tunis remedijs occurſus illeſus euaſit,non
fuit aliter contra eum proceſſum, poterat
enim extraordinarie puniri ſi caſus contin
giſſet ad tex.in l.fin.ff.de extraordin. crim.
& ſic iudicis arbitrio Plazza epitom.deli-
cti cap.20.ſub num.10.Menoch. de arbitr.
iudic.caſ.368.num.2.refertur inſuper caſus
in d.l.fin.de circumlatoribus,qui ſerpentes
conferunt, & ponunt ſi cui ob eorum me-
tum damnum datum ſit pro modo admiſſi
actio dabitur ſunt verba tex.& ibi gloſ.no-
tat ſ. ſubito alicui, vt metu repentino fu-
giat, ſuaque dimictat, vt interim alius oc-
33 cupat, facit pro illis nouiſſimè inſurgenti-
bus,qui conuiuare nituntur homines ad bi-
bendum,& comedendum,& in potu vel eſu
ponunt certas ſpecies ad dormiendum di-
ſpoſita vulgo nuncupata(l'addobio)quo gu
ſtato

ſtato inter potum, vel eſum ipſi continuò dormiunt, & interim conuitantes eorum bona ſubripiunt,& cum accidiſſet hijs proximè præteritis annis de hoc plures fuiſſe inquiſitos demum ſeruatis ſeruandis fuerunt ad triremes damnati per certa tempora per Circumſpectum noſtrum Reg. Scipionem Ronitum tunc Regium Conſil.& delegatum ſicut ex actis in Banca Tartagliæ apud Ancllum Sporrellum Scribam percipitur,& hijs conuenit,quod dixit Gloſ.in l. 34 dolum C.de dolo de eo qui dabat vinum album quaſi aquam rubeo mixtum, vt ſic imbriaretur bibẽs, & inde fideiuberet,& ex hoc dolus reſultabat,propter quod contractus facillimè reſcindi poterat, vt concludit in terminis Anto.Henrigius in tract.de fideiuſſ.cap.7.num.127. vbi allegat d. gloſ. & ante eum Viuius in deciſ.105.num.1.vbi infert ad illos,qui vtuntur aqua candellata vt decipiant, & inebriant in conuiuijs conuitatos, & refert vidiſſe quẽdam Clericum tali verſutia inebriatum, renunciaſſe vnicũ beneficium quod retinebat Eccleſiaſticum, quæ omnia duxi eſſe cogitanda in actu practico,quia in dies de hijs occurrit diſceptari in Tribunalibus.

Io:Baptiſta de Thoro I.C. Neapol.

SVMMARIVM.

1 *Tutori ſatis erit dicere vbi de ſollemnia producta ſunt.*
2 *Acta Curia ſatis erit allegare.*
3 *Acta induunt notorium.*
4 *Allegare non ſufficit niſi probetur.*
5 *Allegauti incumbit onus probandi.*
6 *Acta in archiuium conſeruari debent de iure municipali.*
7 *Acta ciuilia, & criminalia Iudex edere tenetur de Iure.*
8 *Actuarij tenetur copiam actorum dare non autem originalia.*
9 *Acta originalia penès Curiam detinentur.*
10 *Acta exhibi non debent,quia ſemel fuit exhibita.*
11 *Praxis M. C. recenſetur in allegatione ſolemnium,& inuentarij facienda.*
12 *Aſſenſum allegare, an ſufficiat inuentarij beneficium allegare non ſufficit niſi probetur.*
14 *Hæres moroſus cogitur ad exhibitionem inuentarij.*
15 *Hæres particulam tam inuentarij de qua eſt controuerſia edere tenetur.*
16 *Iudici totum inuentarium exhibendum.*
17 *Tutor an totum inuentarium edere teneatur.*
18 *Inſtrumenti exhibitio quando fieri debeat.*
19 *Reus inexceptione actor eſt.*
20 *Actor non tenetur edere ſcripturas ad fundandam intentionem rei.*
21 *Arma de domo rei non ſunt ſumenda.*
22 *Scriptura à Notario petenda,vel reſici debet expenſas ſolutas Notario in ſcriptura.*
23 *Teſtamentum cur edi debeat.*
24 *Inſtrumenti editio tam à Notario quam ab hærede, & tertio tenente illud fieri debet.*
25 *Actor edere tenetur ſcripturas ſuper quibus ſe fundat.*
26 *Inſtrumentum edere tenetur,qui ex eo agere vult,& vincere.*
27 *Editio peti debet ab eo cui intereſt.*
28 *Inſtrumentum edere,qui tenetur ſuis ſumptibus cogetur.*
29 *Inſtrumentum integrum exhiberi debet.*
30 *Apoca integra erit exhibenda.*
31 *Inſtrumentum falſum in vna parte eſt falſum in toto.*
32 *Protocollum aliquando exhiberi debet, & quando.*
33 *Inſtrumento non creditur niſi exhibeatur protocollum dummodo petitum fuerit.*
34 *Pars inſtrumenti tantum exhiberi debet, & Iudici totum.*
35 *Editio non fit quando per calumniam peteretur, aut quando eo vſurus non ſit num. 36. vel quando à principio notitia haberetur inter contrahentes maxime non quo rd alios nu.37.*
38 *Intereſſe in capitale redigi poſſe non ambigitur.*
39 *Inſtrumentum liquidum liquidat aliud inſtrumentum,& ſic ſeruatur.*
40 *Inſtrumentum faciens mentionem de alio non probat.*
41 *Inſtrumenti tenor regiſtratus in alio non facit fidem niſi regiſtretur auctoritate Iudicis parte citata.*
42 *Inſtrumentum inſertum in priuilegio Principis non probat niſi fuerit inſertum de conſenſu partis.*
43 *Inſtrumentũ per quod fit relatio ad aliud debet etiam illud exhiberi idem in chirographo nu.44.*
45 *Tabellioni dictum ſtandum erit dum de liquiditate agitur, & de relatione alterius inſtrumenti in eo facta.*
46 *Inſtrumentum liquidum probatur ex duobus inſtrumentis.*
45 *Inſtrumentum referens ſe ad aliud an probet.*
48 *Inſtrumento ſe referenti ad aliud creditur ſi inter eaſdem partes conſentientes, & non*

non contradicentes fuerit ſtipulatum.

49 *Deciſio M. C. V. affertur contra petentem exhibitionem alterius inſtrumenti ad quod relatio facta fuerat, & confirmata per S.C.nu 53.*

50 *Inſtrumenta plura in vno contenta pro vno reputantur, & quomodo.*

51 *Tenor chirographi ſufficit in inſtrumento inſeri.*

52 *Inſtrumentum in quo de alio fit mentio non eſt neceſſe de primo cōſtare quando ſecundum propter aliud emiſſum eſſet, nec producatur.*

54 *Actorum perditio teſtibus probari poteſt, imo etiam iuramento nu. 54.*

56 *Agi de nouo debet quando acta ſunt deperdita, & ſic deciſum.*

57 *Actorum perditio cui obeſſe debet.*

58 *Iudicandum qualiter erit, ſi de nouo iudicium fuerit inſtitutum, & inde reperta poſtea acta priſtina.*

59 *Deciſ.M.C. citatur quando acta priſtina, fuerint reperta, & aliud inſtitutum iudicium fuerit.*

60 *Copia libelli quando ſumptibus actoris, aut rei erit danda & an ſolum in Iudicijs ordinarijs ſed ſummarijs proceuat la te diſſeritur.*

61 *Nomina teſtium an explicari debeant.*

ARGVMENTVM.

Exhibitio, ſeù editio inuentarij, ſolemnium, & inſtrumentorum an & quando fieri debeat ad inſtantiam vtriuſque ſcilicet actoris, vel rei, in totum, vel in partem, vel ſufficiat allegare pœnes quem reperiuntur.

Iuſtum adiutorium meum à Domino, qui ſaluos facit rectos corde.

VOTVM XXXIX.

MVltoties in quamplurimis Regni Curijs demanialibus, & Baronalibus ventilari cernitur altercatio exhibitionis inuentariorum, ſolemnium tutorum inſtrumentorum, & ſimilium ſcripturarum, & de Iure probatum eſt aliquando exhiberi debere, aliquando oſtendere denuntiare, aut allegare pœnes quos inueniuntur, & perſepe hæc omnia confunduntur, aliud eſt producere, & aliud allegare, ita Gratian. diſcept.forenſ.cap.767,num.31.nam allegatio præſupponit rem extare, alias ad probandum compellendus erit allegans, ideo allegare, & non probare, vel nihil allegare parificantur Coler. de proceſſ. par. 1.cap.10.num.156 & vt omnia particulariter innoteſcant non ſine magno labore per eaq; mihi contingerāt in ſimilibus diſcuti, & præſertim in Curia Regia Monopolitana in cauſa vertente inter Mariū Caleſacum, & Not. Antonium de Intino Procuratores Montis de Spues d.Ciuitatis cum Io: Franciſco Chiantera hærede quondam Viri Antonij Chianteræ poſt ſequeſtrum factum ad inſtantiam dictorum Procuratorum, cum fuiſſet inſtatum pro exhibitione inuentarij replicatum extitit ex parte d. Io: Franciſci ad exhibitionem non aliter teneri. ſed tantum allegare pœnes quem reperiebatur inuentarium, & eius opinio fulgiri videbatur ex hijs quæ tradit Vrſill. in deciſ.177.num.5.quem ſequutus eſt Muſcat.in praxi S.C.lib.1.par.3. gloſ. compa-
1 rentis ſub num. 1. quod quando à tutore repetuntur ſolemnia ſat erit dicere, vbi ſolemnia producta ſunt, pariterque ſuffragabatur de conſimili, quod de actis Curiæ dicitur, quē cum inducant notorium ſufficiat
2 quod allegentur probat Paul. Meren.conſ. 7.num.24.par.1 conſ.57. num. 4. conſ. 60. num.9.conſ.78. num. 12. conſ.79. num.29. par.2. quo circa dum ipſa notorium indu-
3 cant cap.fin.de habit.cler.Anto.Gayl.lib.2 de pace publ.cap.6,num.15.& lib.1. obſer. 31,num.10.obſeru.113.num.3.obſeru.134. num.13.Gargiar.in patroc.2.num.4.par.1. patr.13.num.11.& patroc.63.num.3.par.1. Cumia in Ritu Sicil.cap.17.num.64.Borgn. deciſ.28.num.61.par.2.deciſ.46. num.454.
4 p.1.(licet allegare nō ſufficiat niſi probetur Maſcard.de probat.concluſ.930.num.4. &
5 alleganti incumbit onus probandi Carau. in ritu 179.num.9.) non tamen procederet in notorio: quoniam allegans notorium non probat idem Maſcard.concluſ.78. nu. 50. ideo ſola allegatio actorum ſufficiat, ex quo cum ipſa pœnes Actuarios reſideant
6 quorum onus eſt actitare, & illa in Archiuijs conſeruare de Iure municipali Carau. in ritu 30.n.3. ea ſi quidē edere nemo tene-
7 tur. ſed ſiū aliquos Iudex acta edere tenetur cuilibet intereſſe habenti tam Ciuilia, quā Criminalia vt poſt Marant. in ſuo ſpecul. par.6. de Actor.edit.num.61. & ſeq. Cumia d.rit.Sicil.cap.46.num.34.Gratian.diſcept. forenſ.cap.262,num.41.probat idem And. Gayl.d.lib.1.obſeru.134. num.1. ſeù verius
8 in Regno Actuarius illorum, hoc eſt copiā illorum, ſi petatur exemplum non tamen acta ipſa originalia Franc.Marc.deciſ.367. num.

Digitized by Google

num.1.tom.2.Cumia in d.rit.d.cap.46. nu.
37.Caual.pract.quæſt.cap.827.num.2.nam
9 acta originalia pœnes Curiam remanent
eorum tamen copia datur parti idem Ca-
10 rau.in ritu 69.num.1. & ritu 96. num.1. eo
quod ipſa non exibentur cum ſemel ſint e-
dita in Iudicio Io. Ferrar. in praxi Iudic.
par.1.lib.2.cap.5.verſ.ſimiliter acta ſol.93
11 hinc inoleuit praxis in M. C. quod quando
petuntur ſolemnia exhiberi, vel inuentaria
ſufficeret allegare in qua banca dictæ Cu-
riæ fuerunt geſta, vt illorum copia haberi
poſſit, & ſic in alijs Curijs procedere non
ambigitur, ſicuti pro cautela conceſſum
eſt, vt allegetur aſſenſum interueniſſe in-
12 quit Pariſ.de reintegr.feud.cap. an ſi repe
riatur num.13. fol.187. ſed licet in eadem
Ciuitate non omnia inuentaria conficiun-
tur ab Actuarijs, ſed à publicis Notarijs
cũ interuẽtu Iudicis ordinarij ſicuti in plu-
ribus inuentarijs ibidẽ interueni, videbatur
eadem ratio militare, vt ſufficeret allega-
tio Notarij illa conficientis, adhuc tamen
videbatur ipſe conuentus ad exhibitionem
inuentarij omnino teneri, eo quod ſupra re
lata concluſio,& in praxi recepta loquitur
in ſollemnium adimplemento facto per tu-
tores, vel curatores, non tamen in editione
inuentarij, quod eſt diuerſum, quapropter
inuentarij beneficium allegare, non ſatis
13 eſt, niſi probetur Barz.deciſ.Bonon.73. nu.
13. & talis probatio alleganti incumbit
non mirum ſi ad inuentarij exhibitionem
hæres moroſus aſtringi debeat firmat Mon
14 ticul.in tract.de inuent.hæred.§. nono prin
cipaliter num.157.fol.mihi 98.benè verum
eſt, quod ſi ſumus in hærede non totum in-
uentarium debet exhiberi, ſed tantum
15 illa particula edenda erit de qua eſt con-
trouerſia inter partes, reliquæ tamen par-
ticulæ, vti impertinentes reijciuntur; ſed Iu
dici dumtaxat totum erit edendum, ita
16 Bald.in l.fin.num.2.C.de præc. Imper. of-
fer. quem ſequitur Io: Ferrar. in ſua praxi
Iudic. par.1. lib.2. cap.5. verſ. porro in in-
ſtrumentum in fine fol. 92. ater. in tutore
autem conſultum eſt ſolum principium ex-
17 hiberi illudquè in genere ex Bart. in l. tu-
tor, qui repertorium ff. de adm. tutor fir-
mãt Borgn.in tract.de tutor.& curat.num.
64.Sola in conſuetud.Sabaud.tit.de minor.
gloſ.vnica num.23.Barz.deciſ.89.num.13.
ſed hoc bene procederet quando ipſe con-
uentus fuiſſet actor, & ſe fundauerit in in-
uentario prædicto, ac ſimilium tunc ad edi-
18 tionem compelleretur ſicuti in exhibitio-
ne Inſtrumenti dicitur Cancer.var. reſolu.
cap.19.nu.15. tom.2. Imo & ſi fuiſſet actor
per eaquè oppoſuit comparendo, & inſtan
do pro diſſequeſtratione ſtante fideicom-
19 miſſo, ob quod reus actor in exceptione di
ci potuerat l.1.ff.de excep. quemadmodum
actor non tenetur edere ſcripturas ad fun-
20 dandam intentionem rei Macerat. lib. 2.
var.reſolut.in 6.reſolut. num.12. ita ad ex-
hibitionem realiter aſtringi non poterat
ſtante quod nominauerat Notarium pœnes
quem reperiebantur, quem adire poterant
actores pro exemplo, cum iuſtum non vide-
21 batur, vt ſuis ſumptibus copia inuentarij
exemplaretur, ſicut alias ſcripturas edere,
nam arma de domo rei non ſunt extrahen-
da latiſſimè proſequitur Gintba deciſ. Si-
22 cil. 94.nu.3.porro ſi illud poſſit à Notario
haberi, tũc debet pars illud petere à Nota-
rio, vel debet reficere expenſas ſolutas No
tario in ſcripturam Ludouiſ. deciſ. Rom.
189. num.4. & tunc ſufficeret allegare, &
hoc quando verè fuiſſet confectum inuenta
rium alias oporteret probari confectum
fuiſſe docet Theſau. quæſt. forenſ. lib.1.q.
10.ſub num.30. hinc cauti procuratores fi-
dem ſimplicem producunt in actis pro re-
leuatione integri inuentarij adhoc ſi toto
opus erit, pars Notarium adire poterit, pro
ut inter cætera fuit deciſum in cauſa Pom-
pei de Rinaldo, cum Elionora de Iudice per
S.C. præuia relatione M.C. vt dicam in 3.
par. noſtri Compend. verb. inuentarium.

Benè verũ eſt, quia cũ ipſe cõuẽtus funda
uerat ſuam intentionẽ ſuper fideicommiſ-
ſo reſultante ex teſtamento, adhuc ſi illud
23 non allegaret compellendus erat: quia te-
ſtamenta continet publicam vtilitatem
ideo teſtamentum edi debet, & ad edeu-
dum cogi probat Franc.Marc.deciſ.18.in
fine tom. 2. & deciſum reliquit Anto. Fab.
in eius Cod.tit.de eden. deſin. 1 prout fuit
coactus ad illius exhibitionem: Sed altera
non Modica fuit controuerſia in eadem
Curia exorta in cauſa Macedonij Sfortiæ
cum Io:Dominico Sanſone, & alijs in qua
fuit difficultatum, quod cum ipſe Io:Domi-
nicus fuiſſet conuentus vigore cuiuſdam
inſtrumenti affictus Terræ Poligniani in
quo ſe obtulerat ſoluere (inter alios credi-
tores) eidem Macedonio certam ſummam
ducatorum vti creditori ipſius Ciuitatis,
replicatum fuit pro parte conuenti, vt inte-
grum inſtrumentum exhiberetur, non tamẽ
particula illius ſufficiebat, nam poterat re-
leuari, ex lectura totius inſtrumenti, & cer-
tum eſt, quod editio inſtrumenti non ſolum
24 fieri debet à Notario, & ab eius hærede,
ſed etiam à tertio quocunque tenente in-
ſtrumenta, ac alia acta ad cauſam ſauentia
Io:de

Digitized by Google

Io:de Amicis conſ. 226. num.8. multo magis ab actore, qui tenetur edere omnia ſuper quę ſe fundat ad tex. in l. 1. ff. de eden.
25 & adhoc prolixius per Muſcat. in praxi S. C.lib.1.par.3.gloſ. mentionatorum per totam vltra Maranr.in ſuo ſpecul.par.6.verſ. Actorum editio per totum, & Magon. deciſ.Floren. 5. vbi Additio Timei lit. B. probant etiam teneri actorem exhibere inſtrumenta, vel alia quando aliunde ſuam intentionem fundare non poſſet ad quod optimè Anto.Fab.in eius Cod.tit.de eden.defin.16. num. 7. dixit, quod Inſtrumentum edere
26 debet quiſquã, ſi ex inſtrumẽto agere vult, & vincere, quinimo ex hijs conſpicitur editionem eſſe petendam ab eo cui intereſt,
27 ita cenſuit poſt Rom.conſ.83.Franc.Marc. d.deciſ.18. nu.1.to.2. inſtrumẽtorum enim editionem petere poſſe ad quem pertinet, vel quando ipſo mandante, vel rogante fuetit confectum, & melius idem Faber lib. 3. tit 9.defi.33.n.3.dixit ꝙ inſtrumẽtorum editiones, & deſcriptorum petere poſſunt omnes quorum intereſt, quò fit vt cum quis exhibere teneatur non ſolum tenetur inſtru-
28 mentum edere ſuis ſumptibus idem Franc.Marc.deciſ.557.num.12.tom.1.Mutadeciſ. Sicil.55. num.12. quemadmodum etiam in inſtrumento deciſum tradit Theſaur.Iun.lib.1.quæſt.forenſ. quæſt.10. num. 30. excepto ſi fuiſſet filia, vel deſcendens ſui prætendens in hæreditate quia ſumptibus hæreditatis inuentarium exhibetur, vt deciſum inquit, ſed etiam illud integraliter, & totum edere compellitur c.cum per-
29 ſonæ, & per illum tex.dixit Fran. de priuileg.in 6. Ang. in d. l.1.§.edere cum gloſ.ff. de eden.quos refert Barz deciſ.Bonon. 89. num.1. quemadmodum etiam ſeruari vidimus in exhibitione apoce, vt ipſa integra
30 exhiberi debeat in recognitione facienda deciſum patet apud Præſ.de Franch. deciſ. 304. Ex aduerſo replicari poterat, vel talis exhibitio integraliter dicti inſtrumenti facienda erat vt inde falſitas notari potuiſſet & tunc benè procederet, vt totum exhiberi debeat, quoniam inſtrumentum falſum in vna parte in omnibus falſum præſumetur Iaſ. in l.Ciuitas nu.17.ff.ſi cert.per. Iacob.Ferrar.in d.ſua praxi 2.tom.in additione.ad d. cap.5.verſ. ad verba totam fol. 114. aterg. Fuſcus ſingul.42. lit.1.Soccin.Iun. conſ.40. num.10.& conſil.41. num.4. volum. 2. Inuno non ſolum totum inſtrumentum, ſed etiam protocollum in hoc caſu erit exhibendum iuxta deciſa per Capyc.deciſ.40. num.1.& 4.Maſcard. de probat. concl.915. num.3.& 5.aut ſi pars vellet allegare diſcrepantiam copiæ ab originale Cauale. deciſ. Roman. 179. num. 2. non mirum ſi inſtrumento non credatur, niſi protocollum exhibeatur, ſi tamen petatur edi Machell. patrocin. 12. num. 9. aut quando Iudici præſentari, ſeu edi deberet Andr. Gayll. d. lib. 1. obſeru.106.num.20.dixit integrum eſſe edendum, cæterum ad partis inſtantiã non niſi copiam clauſulæ controuerſæ edere compelleretur ſubdit Andr. Gayl.vbi ſupra & ſic pars Inſtrumenti quando ea pars ad rem facit de qua diſceptatur idem Barz.d.deciſ.89.ſub num.1.& 9.ſequitur Magon.d.deciſ.5.num.10. ſed quia pars iam Inſtrumenti præſentata erat quæ pertinebat ad rem diſcutiendam, non videbatur potuiſſe cogi actorem ad totius Inſtrumenti exhibitionem, vt potuiſſet coniunctus ſe defendere cum armis illius quæ non ſunt ab ipſius domo eruenda, vt dictum eſt, ſed ſatis erat Notarium nominare, vt ab eo potuiſſet totum Inſtrumentum habere
35 alias præſumeretur talis editio per calumniam petita quò nam caſu Inſtrumenti editionem per calumniam petens ſub iuris prætextu, quod deſiderat non erit audiendus Ant. Fab. in d. ſuo Codice d. tit. de edendo defin. 11.num.1. & ſic fuit obſeruatum, aut
batur ex tex. in l. ſed ſi pater ff. ad S. C. Ma
106 ced. tradit Zanger. vbi ſupra n. 47. & ſo-
lutioni loco habetur datio fideiusſionis
Magon. deciſ. Florent. 57. num. 3. & conſe-
quenter intereſſe creditori ipſum filium
famil. in carceribus prius ſe præſentare,
dũ concordare non intendebat, poſtquam
contra eum excutio fieri poteſt, vt
capiatur, & incarceretur niſi cedat bonis,
107 & fortè inueniet amicum, qui ſoluet pro
eo dixit Caſt. in l. ſi dubitet §. filius fam.
ſub num. 2. ff. de fideiuſſ. & pariter in bonis
iuxta diſtinctionem proditam per Doct.
nam, & ſi contrahendo poſsit obligari, ſi
poſtea emancipatur conueniri poterit in
quantum facere poſsit deducto negeat
108 Caſt. in l. qui cum ſe patrem fam. ff. de
re iudic. num. 2. & deciſio tradita per Reg.
Rouit. procedit in caſu ſuo, quando con-
tractus ab initio eſſet nullus, merito con-
uali-

ualidari non poterat ex ſequenti ratifica-
109 tione, ſecus tamen quando alia noua interuenerit obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta vſu fructuaria omnium bonorum, an percipiat vſum fructum ex emolumentis protocollorum.*
2 *Vſus fructuarius omnium bonorum an tenecatur adſoluendum æs alienum.*
3 *Emolumenta protocollorum non ſunt in fructu neque in bonis.*
4 *Vſus fructus protocollorum in ſpetie relinqui poteſt.*
5 *Protocolla an inter imobilia conumerentur.*
6 *Gabella an debeatur de fructibus protocollorum.*
7 *Debitorum ſolutiones ad vſūfructuarium vniuerſalem ſpectant.*
8 *Vſus fructus protocollorum non competit.*
9 *Vſus fructus librorum non datur.*
10 *Concordia opinionis Bart. & aliorum refertur, circa legatum vſus fructus, an contineat fructus protocollorum.*
11 *Vſu fructuaria non tenetur ſoluere æs alienum.*
12 *Hæreditariæ bona vendi quandoque debēt pro ære alieno reſeruata, rata legati vſus fructus, ſimiliter ſi eſſent debita teſtatoris.*
13 *Vſu fructuaria omnium bonorum an poterit inſtare vt vendantur bona ob æs alienum, dum integrum vſum fructum eorum prætenderet.*
14 *Protocolla ſunt in proprietate Notarij.*
15 *Sequeſtrum an fieri debeat in perceptione emolumentorum protocollorum, ne diminuantur.*

ARGVMENTVM.

Protocolla Notarij in hæreditate remanſa, cuius vſu fructus vxori relictus fuerat; an etiam eorumque protocollorum vſus fructus relictus videatur, vt ipſa inde potuiſſent ad inſtantiam creditorum Notarij ſequeſtrari ne deteriorētur, ad hoc vt de illis ſatisfieri eis potuiſſet.

Fiat cor meum imaculatum in iuſtificationibus tuis, vt non confundar.

VOTVM. XXXXV.

IN hæreditate quondam Notarij Franciſci Pauli Chiaues inter cętera bona aderat ſedes eius protocollorum, & ſcripturarum pertinentium ad officium Notariarus, & cū per ipſum fuiſſet eius vxor Laura Tauara vſu fructuaria ſuorum bonorum relicta, ſi fortè viueret poſt obitum eius filij Baldaxaris Chiaues ſine filijs quandocumque, & poſt mortem dictæ Lauræ ſuccederet Didacus Chiaues eius frater vtrinque coniunctus, & ſubſtitutus poſt mortem eiuſdem Baldaxaris, Orta fuit contentio inter creditores ipſius Not. Franciſci, Pauli, & dictam Lauram, & petierunt ſedem ipſam exhiberi ad finem ſequeſtrandi, & emolumenta inde peruenienda deponerentur pœnes quem adeò quod ſi vſus fructus ex protocollis dietim perciperentur ſemper diminuerentur, & nullatenus ita comodè ſedes vēdi potuerat, vt ſatisfieri potuiſſent, quamuis autem
1 ex parte ipſius vſu fructuariæ diceretur extare quæſtionem in ſpetie adductam per Bart. in l. diuortio §. ſi vir nu. 3. ff. ſolut. mat. quem ſequuti ſunt Pariſ. de Reintegr. feud. cap. fuerunt conceſſa ſub num. 9. fol. 55. & in tract. de Reaſſumpt. inſt. Rubr. 31. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 9. tit. 6. num. 15. Guid. Pap. deciſ. 541. in fine Boer. deciſ. 19. ſub num. 5. Conſil. Gizarell. deciſ. 34. num. 35. quod ſi Notarius relinquerit ſuam vxorem vſufructuariam omnium bonorum non tamen conſequeretur vſumfructum, quod percipitur ex exemplatione protocollorū ea ratione motū id, quod ſemel tātum percipitur, & non renaſcitur non dicitur eſſe in fructu, ſed redditus protocolli eſt huiuſmodi ergo &c. Attamen contrariam ſectantur ſententiam Caſt. ibi num. 3. Rom. & alij paſſim ſcribentes non aliter ei denegandum eſſe illorum vſumfructum, ea ratione moti quoniam ad vſum fructuarium non ſolum pertinent commoda, quæ ſunt in fructu imo etiam alia licet non renaſcerentur, nec renaſcātur ex tex. in l. vſufructu legato in prin. ff. de vſuf. & ſequūtur idem Canoniſtæ in cap. cūm P. Tabellio de fide inſt. & melius Felician. in tract. de cenſibus tom. 2. lib. 4. c. vnico ſub num. 15. verſ. quoad nimium reſolutio Franc. Marc. deciſ. 856. p. 1. Caualc. de vſuf. mulier. relict. ſub num. 88. in fine cum alijs adductis per Stati l. Pacific. in tract. de Salu. interd. inſpict. 3. cap. 2. num. 825. reiecta opinione Bart. hanc dixit negatiuam communē opinionem, quam etiam ſectatur ibidem Mantica.

2 Præ-

2 Præterea, quia vſusfructuarius omnium
bonorum nõ tenetur ad ſoluendum es alie-
num ad tex. in l. 1. C. ſi cert.pet. l.2. de hæ-
red.act.Iaſ. Dec. Bellon. & Socc.quos pro-
bat Viuius in eius ſylua commun. opin. in
opin.146.vbi num. 2. ex Barbar.& Caſt. no-
tat hoc ſpectare ad hæredes ſatisſacere de
bonis hæreditarijs creditoribus,eamque opi
nionem multos coaceruando Doct.trad.Ce-
uall. commun. contra commun.quæſt. 191.
tom.primo num.1. & 2.Crauett. conſ. 187.
Sed pro creditoribus replicabari contingit
opinionem Bart.eſſe veram atque commu-
nem, vt ſcilicet fructus protocollorum ne-
quaquam vxori vſufructuariæ generali de-
3 beantur ex quo illi non dicuntur eſſe in fru
ctu neque in bonis noſtris ita ex Baez. Socc.
Barb. & alijs probat Guttierez in tract. de
tutel.& curis p.3.cap.27.num.31. Bertacch.
4 de Gabell.c.2.nu.63.& Pariſ.d. Rub.31. n.4.
vbi cõcludit niſi inſpetie fuiſſet legatus v-
ſufructus protocollorũ illũ nõ deberi vſu-
fructuario omnium bonorum Cauale.vbi ſu-
pra, eo quia protocollum eſt in dominio ip-
ſius Notarij, & poteſt libere donare, & le-
gare Oſac.deciſ. Pedemont.16.n.5. & quam-
5 uis protocolla inter mobilia connumeren-
tur, vt probat Menoch.de pręſmpt. lib. 4.
pręſumpt.142.num.15. non tamen eius fru-
ctus vere fructus dici poſſunt ex rationibus
ſupra dictis,hinc eſt quod fructus protocol
lorum,quia inter fructus non connumeran-
6 tur non aliter pro eis gabellã debetur au-
ctoritate Bart. in l. quędam ff. de eden. pro-
bat Iul.Ferrett.in tract.de Gabell. & public.
num. 559. quemadmodum neque decima
pro illis deberi concludit ibidem Guttier.
num.33.& melius num.35.

7 Quo verò ad debita certum eſt ipſorum
ſolutiones ſpectare ad vſufructuarium vni-
uerſalem,& ita concludit Guid.Papa vbi ſu-
pra verſ. eſt verum vbi in ſpetie loquitur
de vxore relicta vſufructuaria omnium bo-
norum eamque opinionem ſectatur Ceuall.
vbi ſupra nu.3.Kircou.inter commun. opin.
lib.6.tit.de vſuf.legat.num.22.

8 Ex quibus omnibus concludi videtur tũ
inſpecto vſufructu protocollorum, non ali-
ter illum ſpectare ad vxorem vſufructuariã
omnium bonorum cum pro illis non com-
petat vſusfructus,vt quoque probat Mau-
9 grell. ad Bart. in Rub.C.de fruct. & expenſ.
in princ.quemadmodum nec vſufructus li-
brorum Affli. deciſ.342. & ſic iuxta diſtin-
ctionem Bal.in d.l.diuortio §.ſi fundum quẽ
pbat cũ alijs Statil. Pacif.vbi ſupra n.827. &
ſequ.ſubdẽs quod ſi pecunia ex protocollis
redacta ad vſufructuariũ perpetuo pertine-
10 ret procederet opinio Bart. opin. negatiuã
probantis,ſecus ſi ad eundem quoad pote-
ſtatem vtendi, & fruendi dumtaxat durante
vſufructu pertineret, nam eidem ſpectaret
ſicut aliæ pecuniæ vt aliorum opinione pro-
11 bat;tum etiam inſpecta ſolutione æris alie-
ni,quæ ad vſumfructuariam ſpectare noſci-
tur (non, vt vere ipſa teneri videatur de
vſufructu ſoluere hoc eſt legata de quo per
12 Aym.d conſ.187.ſed vendi res hæreditarias
pro illorum ſatisfactione conſeruata rata
legati vſufructus probat Coſta de Portione
Rate quæſt.213. & quæſt.145.n.2.)ſed etiam
debita æris alieni contracta per teſtatorem
hoc eſt, vt diſtrahantur tot proprietates vſ-
que ad quantitatem debitam, & de reſiduo
percipi vſusfructus iuxta communem ſentẽ-
tiam Doct.relatorum per Ficard.inter com.
opin.d.lib.6.& tit.de vſuf.rel.num.68.& cum
cum hac opinione reſidet Aym. vbi ſupra
col.1. verſ.in qua re conſiderandum Ceuall.
vbi ſupra num. 6. & 7. non obſtante vxoris
13 vſufructuariæ contradictione prætendentis
velle vſumfructum integrum bonorum re-
manſorum per eaque etiam tradit Capyc.
deciſ.184.num.5. quia etiam protocolla ſũt
14 in Notarij proprietate probat Pariſ.d.Ru-
brica 31.num.1. Et demum quia ex præce-
ptione emolumentorum dictim protocolla
diminuebantur in præiudicium, creditorum
iure tamen optimo ſequeſtrum concedi de-
15 buerat,per ea quem concludit Abb.in cap.
2.nu.29.de ſequent.poſſeſſ.& fruct. cum alijs
recollectis per Maſcard.de probat:concluſ.
12.q.8.num.4.dicentem quod petens ſeque-
ſtrationem debet notum facere iudici peri-
culum aliquod ſubeſſe, vel ne res cõſume-
tur,vel ne debitor efficiatur non ſoluendo,
aut huiuſmodi;ideo iuſſi ea ſequeſtrari,& re-
poni pœnes Not. Franciſcus Nitium Cãcel-
larium Monop.cum prohibitione;ne incon-
ſulta Curia exemplare deberet ſcripturas
die 15. Martij 1624. poſt modum in cõcur-
ſu creditorum peracta graduatione ea fue-
runt liberata Iacobo Borraſſa creditori di-
ctæ hæreditatis incompotum ſui crediti de
menſe Iunij eiuſdem anni Monop.

SUMMARIUM.

1 *Solutio probatur per confeſſionem credito-
ris.*
2 *Confeſſio facta in inſtrumento etiam in
enuntiatiuis ſemiplenè probat in fauo-
rem abſentis.*
3 *Verba enuntiatiua ſemiplenè probant ma-
ximè, quando eſſent iurata, & quãdo hoc
admittatur, & quomodo n.4. & 5.*

6 *Verba*

Digitized by Google

6 *Verba enuntiatiua probant contra enuntiantem.*
7 *Verbum ſatisfacere in iure qualiter accipiatur.*
8 *Solutio eſt quelibet ſatisfactio creditore volente, & paria ſunt ſatisfacere, & ſoluere.*
9 *Repetitio datur vbi eadem ſumma bis fuerit ſoluta.*
10 *Solutio proportionata ad vnum debitum Creditur facta in extinctionem illius non alterius debiti.*
11 *Diuerſitas facti, diuerſitatem iuris diſpoſitionem inducit.*
12 *Diueſitas ſũma operatur ex iuris diſpoſitione, vt adaptetur ſumma cui conuenit.*
13 *Solutio præſumitur facta, vt cedat, in computum intereſſe.*
14 *Confeſſio facta verbis enuntiatiuis non aliter probat.*
15 *Confeſſio facta verbis enuntiatiuis non præiudicat pupillo.*
16 *Confeſſio tutoris de recepto nullam vim facit in præiudicium pupilli, niſi denumeratione aliter appareat.*
17 *Actus ſolutionis alius eſt & diuerſus ab actu confeſſionis.*
18 *Confeſſio inſtrumentalis ad vnũ effectum prolata inter eaſdem partes, nocet quoad alios.*
19 *Confeſſio verbis enuntiatiuis reſpectu nominatorum in contractu probat, non aliorum.*
20 *Confeſſio verbis enuntiatiuis facta quoad alios plenam fidem non facit, ſed tantum ſemiplenam probationem.*
21 *Verba enuntiatiua quoad tertium non probant, & pro non ſcripta habentur etiam ſi iuramento ſint firmata num. 22.*
23 *Verba enuntiatiue propter aliud emiſſa non inducunt diſpoſitionem, ſed tantum faciunt præſumptionem ad fauorem tertij abſentis num. 24.*
25 *Verba enuntiatiua non inducunt probationem maxima inter alias partes.*
26 *Confeſſio incidenter, & ad alium finem facta non probat debitum, nec ille in cuius fauorem tendit agere ad quantitatem confeſſatam poſſet.*
27 *Verba enunciatiua, quando transferunt onus probandi in alium.*
28 *Verba enuntiaua, quando probarent inter eaſdem partes, & qualiter intelligatur.*

ARGVMENTVM.

Satisfactio debiti, an probetur per verba aſſertiua creditoris in alio inſtrumento, vel ſcriptura poſita, & ſi ſumma non eſſet equalis, ſed diuerſa.

Eructabunt labia mea hymnum cum docueris me iuſtificationes tuas.

VOTVM. XXXXVI.

INtentato iudicio iuris aſſiſtendi à D. Ioan. Baptiſta de Aponte filio legitimo, & naturali atque vniuerſali hærede quondam Io. Thomæ de Aponte ſuper bonis quondam Scipionis de Bari, quæ ad præſens poſſidebantur per Franc. Paulum, & Scipionem de Bari vigore inſtrumenti de ſuper celebrati cum conſtituto, & præcario pro ſumma ducatorum 35. cum intereſſe decurſo. probatiſque extremis, vt conſuetum eſt in termino probatorio inſtructoque proceſſu, dũ in limine expedisionis reperiretur cauſa, compertum fuit fuiſſe quandam copiam inſtrumenti celebrati inter Portiam de Bari cum N. celebrati præſentatam, in qua aſſerebatur per ipſam Portiam vti tutricem ex quo alij ducati triginta fuerunt exacti à Scipione de Bari debitore dictæ hæreditatis &c. & propterea attenta ipſa confeſſione ita enuntiatiue facta in d. inſtrumento. tractari minimè poterat de conceſſione petitæ aſſiſtentiæ, non enim in iure improbatum
1 eſt ſolutionem probari per confeſſionem creditoris ex congeſtis per Maſcard. de Probat. concl. 1324. num. 22. etenim confeſſio facta in inſtrumento etiam in enuntiatiuis ſemiplenè probare in fauorem abſentis
2 ex Bart. doctrina relata per Ripam in l. admonendi num. 154. de iureiur. & alijs probat Mancin. in tract. de confeſſion. cap. 1. nu. 58. latè Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 33. Simi-
3 liter, quia verba enũtiatiua ſaltim ſemiplenè probant Rota Auen. ſi num. 1. & 2. & maximè, quando eſſent iurata vtique probarent
4 contra enuntiantem ex Aſſli. Iaſ. Dec. Aym. Marcãb. & Coraſ. probat Mancin. in tract. de iuram. p. 4. effect. 151. n. 2. Garg. pratroc. 19. n. 6. p. 2. & patr. 47. n. 7. p. 1. inter eaſdem partes
5 Muta deciſ. 81. num. 17. hoc eſt quatenus neceſſe eſſet ad validitatem actus principaliter geſti in ipſo inſtrumento, nõ autẽ quatenus

tenus ad probationem enuntiati illius veri-
tatis,quando contingeret de illo tractari In-
trigl.conſ 1.num.7. & ſic non nocet Magon.
6 deciſ.Florent.9.nu. 25. quapropter non erit
dubitandum quin verba enuntiatiua proba-
rent contra enuntiantem Bart. in l. ex hac
ſcriptura num.16. ff. de donat. Gargiar. pa-
troc.18.num.77.p.1.

7 Præterea dum de ſatisfactione oppoſitum
apparebat, certũ eſt in iure tale verbum eſ-
ſe intelligendum quocumque modo obliga-
tio creditoris ſit ſoluta,probat tex.in l.ſolu-
tionis, & l. ſatisfactio ff. de ſolut. Troijſ. in
ritu 169.num.23. Cauenſ. in ritu 189.num.6.
Graſſ.in tract.de exception.in 25.except.nu.
83.Mantic. de tacit. & Ambig. lib. 20.tit.5.
num. 22. & 29. etenim ſolutio eſt quælibet
8 ſatisfactio creditore volente Rota Genuæ
deciſ.4.num.11.Cartar.deciſ.Genuæ 15.n.27.
& proinde paria ſunt ſatisfacere , & ſoluere
l.quod ſi nolit. ff. de edil.edict.§.illud cum
alijs apud Graſſ.de except.in d.except.25.n.
125. Ex aduerſo aut pro parte creditoris
plura deducebantur iura tam in facto, quã
in iure probantia eius intentionẽ ad diluen-
dam aſſertam ſatisfationem ita probatam,
& primo actenta diuerſitate ſummæ poſt-
quam ſumma petita erat ducatorum 35.
cum intereſſe decurſo , & ſumma prætenſa
ſoluta erat ducatorum 30. etenim ſi eadem
ſumma eſſet proculdubio in illam cauſam
cederet,ita ex bona ſolutione eiuſdem quan
titatis,vt detur repetitio dicit Gloſ. in l.ne
9 caſu C.de diſcuſſ. lib. 10. Alex.in tract.de
confeſſ. cap.12.nu.3. tunc enim ſolutio pro-
10 portionata ad vnum debitum crederetur
facta in extinctionem dicti debiti non autem
diuerſi Magon.dec.Flor.13. num.26. & huic
adiiciebatur altera releuatio ex quo perſo-
nalis creditor erat creditor eiuſdem debito
ris in alijs ſummis , & particulariter in an-
nuis ducatis nouem pro capitali ducatorum
centum,quod apparebat ex inſtrumento alio
producto , vnde quemadmodum diuerſitas
ſũmæ operatur ex iuris diſpoſitione , vt di-
11 uerſitatẽ inducat Pariſ.cõſ.99.n.38.vol.3.ita
etiam ipſa diuerſitas ſummæ operatur ex
iuris diſpoſitione , vt adeptur ſummæ cui
conuenit Menoch.de Præſumpt.lib.3. præ-
ſumpt.136.num. 58. adeò quod dum in tali
12 confeſſione non fuerat à creditrice expeſ-
ſum in quam cauſam cederet , præſumendũ
erit in dubio cedere in compotum intereſſe
ad tex.in l.1.C.de ſolut.latè Anna alleg.112
num.1.cum alijs recollectis per Gratian. di-
ſcept.forenſ.cap. 224. per totum Maſcard.
latè de Probat.concl.1325.Conſil. Theodor.
allegat.5.num.3.Muta deciſ.42.nu.8.Borgn.
deciſ. Piuiz.22.num.533.p.3.Sempron.Aſcia
in tract.de ſolut. in duriorem cauſam Gloſ.
6. per totam Conſil.Fab. Anna conſ.30. nu.
1.4.5.& 6.Zanzer. in tract. de except.cap.1.
p.3.cap.6.de except.ſolut.num.249.

13 Præterea dicebatur talem confeſſionem
ita enuntiatiuè factam ex pluribus non pro-
bare primo , quia non fuerat facta ad hunc
finem,ſed pro cautela ipſius Portiæ tutricis,
quæ enuntiatiue talia verba protulerat , ex
quo alij ducati triginta &c.confeſſio enim
verbis enuntiatiuis facta non aliter probat
14 ita Maſcard.in eo tract.concluſ.388.num. 1.
Mancin. vbi ſupra num.1. Et conſequenter
15 pupillo præiudicare non poterat iuxta no-
tata in l. certum §. ſed an ipſos ff. de confeſ.
& per multa ita concludit Anna alleg.11.ni
16 11.Carocc.deciſ.20. nu.1. Quemadmodum
enim confeſſio tutoris, & ſimilium de rece-
pto nullam fidem facit in præiudicium pu-
pillorum , niſi de numeratione aliter appa-
reat ita ex multis comprobat Maſcard. d.
tract.concluſ.370. num.1. Cum alius ſit a-
17 ctus ſolutionis,& actus cõfeſſionis diuerſus
eſt l. ſi ex cautione C.de non num.pec. Affl.
18 deciſ.402. num. 7. Secundo, quia confeſſio
inſtrumentalis ad vnum prolata effectum
inter partes eaſdem nocet quòad alium Af-
flict.deciſ.83.ſub num.9. prout quoque in
qualibet confeſſione probatum extitit:pro-
baret enim reſpectu nominatorum in con-
19 tractu,non autem aliorum,vt per Maſcard.
d.tract.concluſ.360.num. 3. & in aſſertione
facta per hæredem ita etiam ex Ruyn.pro-
bat Phanuec.de Inuent. in præfat. numero
20.& quatenus quòad tertium confeſſio ſe
20 extenderet , tunc enim non aliter plenam
fidem faceret , ſed tantum ſemiplenam pro-
bationem facit fauore tertij ex Bart.in l.ad-
21 monendi ff.de iureiur.& Iaſ.in l.ex hijs ver-
bis C.de milit.teſt.probat Bellac.inter com.
opin.lib.9.tit.de verb.ſing.num.344. ſed ve-
rius talia verba enuntiatiua quòad tertium
non probant Menoch.lib.3. præſumpt.133.
num.1.Macerat.lib.1.reſol.38. nu.7. Merlin.
22 deciſ. Lucenſ. 36. num. 6. & pro non
ſcriptis habentur, etiam ſi iuramento ſunt
firmata Mantic. de tacit. & Amb.lib.2. tit.6.
nu. 13. Tertio, quoniam talia verba enun-
23 ciatiua propter aliud emiſſa ne dum diſpo
ſitionem non inducunt , vt per Maſcard. d.
tract.concl.41.num.17.Viuius in ſylua com.
opin.in opin. 440. verba , & inter commun.
opin.tit.de teſtament.num.281. Bellac. inter
commun.opin.lib.9.tit.de verb.ſing.nu. 344.
24 ſed tantum facere præſumptionem ad fa-
uorem tertij abſentis Menoch. ibidem Ma-
ſcard.concl.621.num.21. & concluſ.368.nu.

11. Crau.

11.Crau.Ruyn.& Alex. quos probat Mace-
rat.var.reſol.lib.2.reſol.11.num.59. Sed ne-
25 que inducunt probationem, vt poſt Oſaſc.
decif.76.num.12.Maſcard.d. tract. concluſ.
388.num.1. Franc.decif.387. nouiſſimè Ge-
nua in tract.de verb.enuntiat. lib.3. quæſt.3.
num.1.& maximè inter alias partes nullam
probationem facere dixit Laurent.dec.Auc.
26 56.num.17. itaque confeſſio incidenter,&
ad alium finem facta non probat debitum,
nec poteſt ille ad cuius fauorem tendit age-
re ad quantitatem confeſſatam Surd. decif.
50.num.6. eo enim caſu talia verba transfe-
27 runt onus probandi in alium Maſcard. d.
tract.concluſ.621.num.34.Macer.lib.1.reſol.
11.num.9. Mantic.de tacit.lib.2.tit.6.nu.10.
& dato,quod verba enuntiatiua(licet proba
28 rent inter eaſdem partes)intelligitur reſpe
ctu actus ſuper quo interponuntur, ſed ſi
contingat poſtea principaliter diſputari de
validitate enuntiati non probant ita Reg.de
Ponte conſ.30.num.14.volum.1.& conſ. 95.
nu.15.& 16. tanto fortius,quando hoc con-
tingerit inter tertios diſceptari.

Ex quibus omnibus iudicaui die 13. Maij 1624. conuentos fore condemnandos ad ſoluendum petitos ducatos 35. vna cum intereſſe ex mora, atque expenſis, pro quibus fuit præſtita aſſiſtentia in forma,ſaluis iuribus eis competentibus contra Porciam de Bari penes Ayetam Act. Ioannes Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

SVMMARIVM.

1 *Res locata libera dari debet,vt vti frui poſſit.*

2 *Emptor tenetur tradere rem liberam, & vacuam.*

3 *Conductor non tenetur ad ſolutione mercedis ſi res libera locata non tradatur.*

4 *Mora modica in conſideratione non eſt.*

5 *Remiſſio conductori impedito conceditur, etiam ſi impedimentum facto tertij contingerit.*

6 *Conductor plurium rerum à conductione diſcedere poterit, ſi vti re frui non poſſit.*

7 *Conductores non valentes re relocata frui, ad ſoluendum penſionem non obſtringuntur,ſed remiſſioni locus erit.*

8 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.*

9 *Factum ſuperioris non locatoris,ſed conductoris danno afficit.*

10 *Conductor agire non poteſt contra locatorem pro ceſſatione aque ex facto Principis.*

11 *Crates ferrea in feneſtris teneri, vel illas reponere non probibetur,niſi contradictio ineſſet.*

12 *Tex. in lege ſi merces §. 2. ff. loc. expenditur.*

13 *Conductori, an liceat recedere, vel ad penſionem teneatur, ſi habitatio incommodetur.*

14 *Conductori licet à conductione diſcedere vrgente impedimento,non tamen ex leui cauſa.*

15 *Colonus poterit culturam diſerere, iuſta cauſa ſugerente.*

16 *In quilinus ex iuſta cauſa poteſt à re conducta diſcedere, ſecus in cauſa voluntaria.*

17 *Colonus ſi diſcedit ex cauſa neceſſaria à re conducta, non tenetur ſoluere penſionem.*

18 *Colonus diſcedens à re conducta,pro rata temporis tenetur ad penſionem.*

19 *Locator tenetur ad omne damni intereſſe, quando per eum ſtetit queminus conductor re locata vti poſſit.*

20 *Conductor impeditus facto locatoris eligit an velit recedere à locatione, vel agere ad intereſſe.*

21 *Conductor ſi impediatur vti frui, ſtatim agit pro omni tempore.*

22 *Conductori non licet recedere voluntaria à re conducta,ſecus tamen neceſſitate ſugerente.*

23 *Deciſio M. C. affertur contra conductorem recedentem à domo prætextu figurata cauſa voluntaria, vt teneatur ad totam penſionem.*

24 *Conductor integram mercedem ſoluere tenetur, ſi ei nullo impedimento obeſſet receſſerit.*

25 *Conductor ad integram penſionem tenetur, quando ſuo facto impediretur vti frui re locata.*

26 *Deciſio M.C.refertur contra inquilinum nolentem in habitare in domo prætextu accõmodationis non facta in ea ad omnino, vt teneatur ad integram penſionem.*

ARGVMENTVM.

Conductor, an poſſit à contractu diſcedere, & è domo migrare iuſtis cauſis vrgentibus culpa locatoris potius contingentibus, vt ſi rei conductæ non fuerit totaliter facta conſignatio per exiſtentiã bonorum aliorum, & per

S fene-

feneſtrarum fabricationem, dum
eas cancellis ferreis accommoda
re potuiſſet, vt prohibitioni pa-
reret.

Iudica iudicium meum, & reddime me.

VOTVM. XLVII.

FActa locatione cuiuſdam domus vna cũ
tribus Magazenis per Franciſcum Indel
lum Ioanni Thomæ Cimino pro certa
mercede inuicem conuenta, pendente con-
ductionis tempore, præfatus conductor è
domo ex fractauit & miſit clauem domino
domus prætendendo ad conuentam merce
dem non aliter teneri, & ſibi licuiſſe ex fra
ctare ex duabus cauſis potiſſimis, quarũ
prima erat reſpectu Magazenorum códu-
ctorum dum ibi repoſita videbantur certa
bona Nicolai Antonij Guidæ, qui eis vſus
fuerat per tres continuos menſes, detinen-
do d. bona quæ poſtea ſubſtulerat, ob quod
non fuerat illico clauis tradita tempore
1 conſignationis domus, quo tempore pote-
rat illa alteri ſub locare, at cum vti frui
non potuiſſet magazenis, præuia proteſta-
tione facta cum domino, vt ſibi ſolui face-
ret mercedem abipſo Nicolao Antonio,
& pro eius fundamento videbatur facere
tex. in l. ex conducto §. fin. ff. loc. in quo l.
C. oportet enim præſtari agrum conducto-
ri, vt frui poſſit, & alibi tex. in l. ſi merces §.
fin. ff. eo ibi cet apud emporem quoque ea-
dem pactione, & colono frui, & inquilino
habitare liceat: quinimo talis fruitio rei
locatæ conſiſtere videtur, vt ea vacua tra-
datur, ad quod facit tex. in l. ſi fundus ff. eo
ibi, is qui prius quam vacuus traderetur,
2 & paulo poſt eum vacuum mihi tradi, quẽ-
admodum enim emptor tenetur tradere
rem liberam, & vacuam, etiam ſi dictum
non ſit Tiraquell. de Retract. conſang. §. 1.
Gloſ. 9. num. 56. ita & locator, adeò, quod
conceſſum eſt conductori, vt ei præſtetur
frui, quod conduxit ad tex. in l. ſi quis do-
mum, & propterea cum non fuerint maga-
zena vacua conſignata, nec claues illorum
3 traditæ, vt frui potuiſſet illis conductor,
certum eſt ad mercedis ſolutionem non
eſſe obligatum; quamquam Gloſ. in d. l. ſi
quis domum verbo licere reſpondeat non
autem ad ex honerationem mercedis tan-
tum, & ſic contra l. ſi fundum in fine ff. eo
ibique concordando cenſuit d. l. ſi quis do-
mum procedere, quando ſcienter alienum
locaretur ſecus ſi ignoranter, nam in pri-
mo caſu non aliter ageretur ad ex honera-
tionem mercedis, vnde ſi locator paratus
eſſet aliam æquè bonam domum dare ad
habitandum excuſaretur; ſecus ſi ignoran-
ter hoc proceſſiſſet, vbi etiam Bart. idem
notauit, at in caſu propoſito ſcienter loca-
ta apparebant magazena propia non alie-
na (licet aliorum bonorũ copia plena) cu-
ius occaſione conductor vti frui non potue
rat, nec alteri illa ſublocare, quod ſanè
4 per modicum temporis ſpatium ita vt ta-
lis mora efficere non potuiſſet ex tex. in
l. ſi in lege §. colonus ff. loc. ibi nihil ex obli
gatione paucorum, dierum minuet, Mo-
rot. conſ. 35. nu. 29. ſed per ſpatium trium
menſium, quod ſatis in conſideratione erat
habendum: imo remiſſio cur cócedenda
5 impedito vti re conducta, etiam ſi illud im
pedimẽtum facto tertij contingiſſet Ray-
nos. obſeru. 57. num. 17. quo fit vt condu-
6 ctor plurium rerum deſcedere poſſet à cõ-
ductione, ſi vti frui non poſſit, vt Imol. in
conſ. 34. refert Surd. deciſ. Mantuæ 295. nu.
16. Adhuc tamen conductores, qui non po-
7 tuerunt, & frui prædijs ſublocatis non ſunt
obſtricti ad ſoluendum aſſictus probat
Mantica deciſ. Rom. 146. num. 2. eis, neç
propterea tenentur conductores ad pẽſio-
nem domus qua non poſsũt vti abſque eo-
rum culpa Gratian. cap. 740. num. 20. Hie-
ron. de Leo deciſ. Valent. 174. num. 6. ſed
remiſſioni penſionis locum eſſe ex multis
fundat Peguera deciſ. Catal. 214. & hoc
etiam ſuffragabatur ex proteſtatione alias
8 ab initio facta, quæ ſiquidem conſeruat ius
proteſtantis c. cum M de conſt. Coſta ſicu-
lus conſ. 7. nu. 65. cum alijs apud Zanger.
de excep. cap. 1. p. 3. nu. 231. Secunda vero
cauſa in qua tota vis conſiſtere videbatur
erat illa, quia dum ipſa domus, feneſtras
haberet ſupra mare deinde ſuperueniente
prohibitione facta per Anibalem Macedo
nium Præſidem Terræ Hydruntinæ, ac ſpe-
tialem Commiſſarium deſtinatum per ſuã
Eccellentiam ſuper Caſtris, & torrelletijs,
alijs Terræ Bari, vt feneſtræ aſpectum ha-
bentes ad mare ſupta triginta palmos
clauderentur, & vltra dictum numerum
exiſtentes ferreis cãcellis, ſeu cratis mune
rentur, inde locator audita prohibitione
claudi fecit feneſtras illas fabricando, dũ
cãcellis ferreis eas munire debuerat cum
eſſent ſuper numerum palmorum 30. & ſic
obſcurando domum ob quod habitari non
poterat, ſi benè ex parte ipſius locantis re
plicaretur hoc ſibi non obeſſe cum id fa-
cto ſuperiori proceſſerat, quemadmodum
ſi

9 ſi facto ſuperioris aliquid contingiſſet de
plenitudine poteſtatis non locatori afficeret damnum ex tex. in l. Lucius Titius ff.
de Euict. Afflict. deciſ. 54. Aym. conſ. 95. lib.
1. Caballin. de Euict. §. 5. num. 56. ad quod
facit optima deciſ. Maſtrilli 299. Macerat.
lib. 2. var. reſol. in 16. reſol. num. 8. & in ſpe-
10 tie, quod conductor ſicuti, & agere non
poſſit cõtra locatores pro ceſſatione aque
ex facto Principis Gratian. diſcep. forenſ.
cap. 989. num. 8. ita ex cauſa facti prænarrati prouenientis ex facto Principis, hinc infertur ad quæſtionem de facto ſæpius contingentem, quod licet quis cogi non poſſit
11 ad tenendum crates ferreas in ſuis feneſtris, nec ad eas reponendũ quatenus prius
extarent, & fuiſſent amote, niſi tamen probaretur contradictio, & impedimentum ſecus eſſet ita ex Cepoll. de ſeruit. Vrban.
Præd. cap. 55. probat Gratian. diſcep. foren.
cap. 752. nu. 81. Nihilominus locator nulla excuſatione iuuari poterat, dum ferreas
cancellas apponi facere potuiſſet, & illas
fabricãdo domum obſcurauerat, hoc enim
ſua culpa contingerat non ſuperioris; poſtquam de iure cautum eſt, non poſſe locatorem obſcurare, vel officere luminibus rei
locatæ etiam ab extraneo ex tex. notabili
12 in l. ſi merces §. 2. ff. loc. cuius verba ſunt
hæc ſi vicino edificante obſcurentur lumina cenaculi teneri locatorem inquilino
vbi Doct. communiter ſummant tex. quod
ſi habitatio incommodatur licet inquilino
13 recedere, & ad penſionem pro rata tenetur, quamquam Gloſ. ibidem intelligendũ
putet tex. multum non modice ſuper verbo
obſcurẽtur, & hoc iudicis arbitrio remiſsũ
eſſe vedetur, & in hanc ſententiã inclinauerunt Ang. in l. is quibinas ff. de vſuf. Cepoll. d. tract. Rub. de ſeruit. Vrban. præd. ca.
62. verſ. item quæri poteſt Padill. in l. altius
num. 30. C. de ſeruit. & aqua Marſil. hoc ſpecificè commendando dixit ſepius in facto
euenire in ſing. 154. quos omnes probat
Carroc. in tract. de loc. & cond. p. 6. except.
11. tit. ne lumin. offic. fol. mihi 274. Et
propterea de iure quoque determinatum
eſſe conſpicitur, conductorem poſſe ex
cauſa à contractu conductionis diſcedere
14 vrgente tamen impedimento non ex cauſa
leui Gloſ. in l. 1. §. ſi penſio ff. de migr. cum
alijs apud Maiã cõſult. 23. n. 18. & inde co-
15 lonum culturam fundi cum iuſta cauſa
deſerere, vt per Gloſ. Bart. Bald. &
Caſt. in l. ſi in lege §. ſi dicens ff. loc. vbi
16 Bald. præcipuè notat, quod ſi inquilinus
habet iuſtam cauſam recedendi à re conducta, quod poteſt migrare, & ſic recedere
à locatione propter cauſam neceſſariam
17 de nouo ſuperuenientem, ſicuti è contra
hoc permictitur locatori, ſecus in cauſa voluntaria Gratian. cap. 534. num. 48. & 50.
Hieron. de Leo ibidem nu. 7. & ſubdit Bart.
in l. 1. §. 1. de migran. quod ſi colonus diſce-
18 dat de neceſſitate à re conducta, quod non
tenetur penſionem ſoluere, niſi pro præterito tempore quos omnes probat Bellac.
inter comm. opin. lib. 4. tit. de loc. & cond.
num. 103. Ideo circum ſcripta, ne dum prima cauſa, vt ſupra relata, ſed etiam ſecundaria videbatur iure licito licuiſſe iſto
inquilino à contractu locationis diſcedere,
& migrare ex domo, ſoluta penſione pro
rata temporis iuxta conſ. Medicis 23. n. 5.
19 poſtquam locator tenetur ad omne intereſſe damni, & lucri, quando per eum ſtetit,
vel per illum, quem prohibere poterat,
quod conductor re conducta non fruatur
20 probat Cabed. deciſ. Luſit. 80. num. 9. par. 2.
& conſequenter impedimentum facto locantis eligit, an velit recedere à locatione,
vel agere ad intereſſe ita Gratian. diſcep.
21 forenſ. cap. 113. num. 44. Imò ſi impediatur
frui conductor ſtatim agit pro omni tempore re fert Pereir. dec. Luſit. 106. ſub nu. 5.
22 vnde quemadmodum nõ licet voluntariè,
conductori diſcedere à locatione, ſed benè
neceſſitate ſuadente probat Grat. diſcep.
forenſ. cap. 534. num. 48. item nec propter
modicum impedimentum locatoris idem
cap. alleg. num. 25. cœterum vbi eſſet neceſſitas aliter diceretur, prout in caſu præmiſſo, etenim non ſolum proſpectiua maris conductor priuabatur, vt interminis cõ
ſiderat Muta deciſ. Sicil. 8. numer. 8. ſed
etiam luminum obſcuritate afficiebatur
ceſſante autem legitima cauſa, aut colorata, adhuc ad penſionem totius anni
23 teneretur conductor ex allegatis, & ſic iudicatum fuit per M. C. ad relationem Io.
Aloyſij Piſcicelli Iudicis ipſius Mẽſe Nouenbris 1629. in cauſa Diamantis Pironti,
& ſororum cum Io. Bapt. Paſſaro in banca
Valli fochi cõdẽnẽdo ad ſoluendũ medietatem penſionis pro nunc, & præſtandam
cautionem pro reliquo, nam poſt quatuor
dies è domo diſceſſerat inauditis iſtis prætextu, quod peraſtracum fuerat damni ſiratus à furibus, de quo nil apparebat, imò
eius præcibus antiquus colonus fuerat ex-
24 pulſus, quare conductor integram mercedem præſtare debebat, ſi nullũ ei fuit præſtitum impedimentum, Mantic. deciſ. 35.
num. 2. adeò quod quando facto conducto-
25 ris vſus impediretur integra penſio debetur Grat. d. c. 534. num. 23. ita etiam ſine

cauſs recedente pẽſio integra debetur cui adſtipulatur alia deciſio nouiſſimè ema-
26 nata in cauſa Anelli de Auenia in qua apparebat locatam fuiſſe domum cum pacto vt accommodaretur pro primo die Maij & cum non eſſet accommodata, pluries locator ſe proteſtauerat taliter quod per M. C. fuit prouiſum ſibi licere aliam domum conducere, ſed introducta appellatione in Sac. C. per locatorem dicebatur, accommodationes non eſſe neceſſarias, vt ex in promptu apparebat, & quatenus eſſent neceſſariè ſtante proteſtatione ipſe conductor poterat facere iuxta Conſuet. Neap. vnde recedere non poterat à conductione ſicque facta relatione in S.C. per Iudicem Cioffum die 9. Iunij 1632. fuit deciſum, vt ipſa M. C. prouideret quod lapſo anno ſolueret penſionem in banca N.

SVMMARIVM.

1 *Remedium contra teſtes nolentes deponere.*

2 *Remedium contra nolentes defendere pupillos.*

3 *Remedium contra nolentes obedire praecepto prætoris mandantis aliquem in poſſeſſionem mitti.*

4 *Pater cogi poterit mulcta inducta, aut captis pignoribus, & carcerari ad maritandum filiam.*

5 *Nuptiæ cur accelerandæ.*

6 *Tutor tenetur rationes reddere, alias adminiſtratione priuabitur, & ſi deciſum.*

7 *Remedium contra mulierem renuentem recipere cuſtodes in partu.*

8 *Remedia contra non exhibentem remiſſionem, & contra nolentem contentore.*

9 *Remedium contra mulierem à prætore vocata, an ſe pugnantem putet, & venire contempſerit.*

10 *Remedium contra imiſſum in poſſeſſionem ventris nomine, vt videat.*

11 *Remedium contra non confiteri.*

12 *Remedium contra nolentem agere, conſtitutum eſt, vt agat etiam in muliere petente dotes legatas.*

13 *Remedium nouum eſt, vt quis agat agere.*

14 *Conductor agere poteſt, vt agat aduerſus eum qui ſpoliauit re conducti.*

15 *Agere via ritus quis cogi, an poſſit contra debitorem ceſſum.*

16 *Hæres poteſt liquidare inſtrumenta.*

17 *Hæres comprehenditur in iuramento præſtito per defunctum.*

18 *Hæres tenetur ſtare contractui ad defuncto iureiurando confirmato.*

19 *Hæres tenetur ad obſeruantiam iuramenti defuncti.*

20 *Hæres accuſat propena ſi non obſeruauerit quod defunctus iurauerit.*

21 *Hæres præciſe, an cõpelli poſſit, ad obſeruãtiam iuramenti præſtiti per defunctum.*

22 *Clauſula conſtituit procuratorem in rem propiam.*

23 *Ceſſionarius vigore clauſulæ prædictæ agere poteſt virili actione reſpectu ſui, & de recta nomine procuratorio.*

24 *Procurator conſtitutus in rem propiam accuſat obligationes ſimiliter, & liquidare inſtrumenta num. 28.*

25 *Ceſſionarius recta aggredi inſtrumenti executionem non poteſt.*

26 *Ceſſionaria liquidare, an poſſit inſtrumentum vigore ceſſionis.*

27 *Ceſſionarius fratris, an poſſit liquidare inſtrumentum contra fratrem refertur deciſio M.C. & S.C.*

29 *Inſtrumentum liquidatur præſente cedente, & ceſſionario, vt in praxi receptum eſt atque deciſum.*

30 *Interrogatio fit cedenti, & ceſſionario quando ſimulatio ceſſionis prætenderetur, ſic pariter in liquidatione.*

31 *Præcarium ſemper reuocari poteſt.*

32 *Concedens præcario pro voluntate ſua donec ei placuerit præſumitur conceſſiſſe.*

33 *Præcarium operatur vt creditor poſſit auctoritate propia ingredi poſſeſſionem, etiam contra tertium item contra ſingularem ſucceſſorem nu. 34.*

35 *Præcarium reuocatur eo magis quando in inſtrumento appoſitum eſſet.*

36 *Pactum reſeruationis dominij de iure validum, conditionale eſt.*

37 *Præcarium ad nutum reuocari poteſt, etiã contra tertios poſſeſſores.*

38 *Præcarium perſonale eſt, & ad hæredem non tranſit, & 40.*

39 *Præcarium morte concedentis non finitur, ſed benè morte eius cui fit conceſſio.*

41 *Præcarium tranſit contra principalem debitorem.*

42 *Clauſula cum poteſtate capiendi operatur poteſtatem agendi via executiua.*

43 *Pactum reſeruatiuum cedi poteſt, & exerceri contra debitorem ſine iudice.*

44 *Iudicium ordinariè intentatum non poteſt executiuè proſequi.*

45 *Clauſula vna via electa alia non tollatur quid operetur*

46 *Actiones directæ remanent affixæ oſſibus, ſicut character in anima.*

47 *Ceſ-*

Digitized by Google

47 *Ceſſionarius viuente cedente agere, an poſſit, vti exercitio directarum actionum.*

48 *Ceſſionarius agere poteſt directè, quando fuiſſet procurator in rem propiam conſtitutus.*

49 *Ceſſionarius vigore clauſulæ conſtitutionis procuratoris in rem propiam agit taliter quod nil cedenti remanet.*

50 *Aſſiſtentia dicitur cumulus actionum.*

51 *Actio hypotecaria eſt in rem ſcripta.*

52 *Actio hypotecaria tranſit cum re ſinè ceſſione.*

53 *Actio in rem ſcripta ſequitur poſſeſſorem.*

54 *Actio hypotecaria vti realis tranſit de ſubiecto in ſubiectum.*

55 *Actio hypotecaria datur contra tertios poſſeſſores pro tacita, & expreſſa.*

56 *Saluianum interdictum eſt mere poſſeſſorium adipiſcendæ.*

57 *Saluianum interdictum datur contra quemcumque poſſeſſorem non excuſſo principali.*

58 *Saluianum interdictum eſt in rem ſcriptum.*

59 *Remedium l. fin. C. de acquiren. poſſ. eſt poſſeſſorium recuperandæ, vt contra tertium detur.*

60 *Ceſſionarius agere poteſt contra tertios remedio d. l. fin. & ſic deciſum.*

61 *Mulier ſoluto matrimonio vtilem habet actionem pro recuperatione dotis.*

62 *Vir habet vtilem actionem ne dum ſoluto matrimonio pro conſecutione dotis.*

63 *Uxor aquirit actionem ex ſtipulatione Notarij pro conſecutione dotis ſoluto matrimonio.*

64 *Vxor ſoluto matrimonio agit contra hæredes viri in dote, vel ad cedendum iura.*

65 *Deciſ. S. C. citatur in fauorem mulieris petentis aſſiſtentiam citra ceſſionem iuriũ & ratio affertur.*

66 *Deciſ. Mag. Cur. enuntiatur in fauorem mulieris intentãtis aſſiſtentiã pro dote continuando iudicium alias intentatum per maritum in eius vita pro conſecutione dotis ac ceſſione facta pro hæredem viri in eius beneficium lite pendente.*

ARGVMENTVM.

Creditori requirenti hæredem debitoris ad liquidandum inſtrumentum contra debitorem ceſſum iuxta formam promiſſionis in inſtrumento factæ, ipſo hærede renuẽte, an ſuccurratur remedio aliquo pro conſecutione ſui crediti vel reuocãdo præcarium, aut aſſiſtentiæ remedio vtendo longè differtur.

Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum, quia omnia mandata tua veritas.

VOTVM. XLVIII.

IN facto euenit Lauram Petrucciam alias
de Maſtro Colella vendidiſſe certam do-
mum pro ducatis 36. de anno 1600. Leo-
nardo Pharaone in cuius ſatisfactionem
ipſe emptor ceſſit annuos carolenos 36.
ſingulis annis debitis à Franciſco Riccio
pacto expreſſo, quod pro conſequutione
dictorum carolenorum 36. tam dictus de
Pharaone, quam eius hæredes, & ſucceſſo-
res deberent liquidare inſtrumentum con-
tra dictum Franciſcum in beneficium ip-
ſius Lauræ, & eius hæredum pro concurrẽ-
te quãtitate debita, at cũ fuiſſet in ſtatum
pro parte Donati de Amirato viri Do-
natæ Vaſques filiæ ipſius Lauræ creditricis
& venditricis domus, quod Marcus Anton.
Pharaone filius hæres ipſius Leonandi, vt
liquidare deberet inſtrumentum in eorum
beneficium contra ipſum Franc. pro anna-
tis vndecim decurſis, & hoc præuia iudicia
li requiſitione, & cum renuiſſet, conuentus
obedire præcepto Curiæ; dubitari contin-
git qualiter erit in hoc agendum, licet cõ-
tra non parentes mandatis ſuperiorum va-
ria ſint remedia de iure prodita, vt contra
1 teſtes nolentes deponere de quo ſatis per
Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. par. 5. gloſ. iura-
menta num. 8. & 9. Imbert. Rupell. lib. 1. in-
ſtit. forenſ. cap. 41. & contra principalem
nolentem deponere, vt penes eundem Mu-
ſcat. d. lib. 1. & p. 5. Gloſ. legaliores nu. 16.
Mancin. in tract. de iuram. p. 2. a. 2. num. 10.
demum pro confeſſo habetur multos con-
gerit Auguſt. Fauſtin. ad praxim Pancinl.
p. 2. §. ſi vero fol. 115.
2 Item aduerſus nolentes pupillos defen-
dere remedia conſtituta ſunt, vt per Gloſ.
in l. hæc autem ff. quib. ex cauſ. in poſſ. ear.
3 verſ. defendat. Similiter contra nolentes
obedire præcepto prætoris mandantis ali-
quem in poſſeſſionem micti Gloſ. in leg. 3.
verſic. poteſtate ff. ne vis fiat ei, qui in poſſ.

4 Inſuper ſi filia pro rubore verginali, non
auderet petere ſe maritari, & dotari, & pa
ter eſſet negligens aut expreſsè reti-
nẽs poterit cogi, & quidem mulcta indicta
vel pignoribus captis, & etiam in carcere
poni Caſſan. in Conſuet. Burgund. tit. de
ſucceſſionis §. 12. verſ. ne returne point. nu.
5 24. nuptie enim ſunt accelerande ne quid
committant turpe mulieres Gloſ. in l. ora-
6 tione verſ. ſufficiat ff de ritu nupt. in tuto-
re pariter de iure eſt ſtatutum, vt teneatur
rationes reddere probat Paul. Montan. in
tract. de tutel. cap. 38. num. 6. & 7. alias ad
miniſtratio ei interdici debet, vt fuit de-
ciſum per S. C. die 28. Iunij 1623. in cauſa
Ceſaris de Rugerio Tutore filiorum Ca-
roli eius fratris cum creditoribus referẽ-
7 te Cõſ. Iacobo de Frãc. penes Cantonẽ. Itẽ
contra mulierem renuentem recipere cu-
ſtodes in partu texte Gloſ. in l. 1. §. ſed ſi
verſ. non agnoſcere ff. de lib. agnoſc. & l. 5.
§. meminiſſe ff. eo. Pari modo remedia cõ-
ſtituta reperiuntur cõtra non exhibentem
vt per Franc. deciſ. 271. num. 10. & ſimili-
ter contra nolentem conſentire de quo
per eundem Franc. deciſ. 310. & contra
mulierem à prætore euocatam, an præ-
gnantem ſeputet, & venire contempſerit
9 cogenda erit remedijs oportunis in ius ve
nire l. 1. §. extra ordinem ff. de vẽt. inſp. vbi
Gloſ. verb. remedijs, & in §. item prætor
pariter oſtenditur qualiter procedatur cõ-
tra mulierem nolentem venire in domum
honeſte mulieris vt inſpiciatur, ſucceſſiue
10 etiam contra Immiſſum in poſſeſſionẽ ven
tris nomine, vt redeat l. 1. §. coget ff. ſi vẽt.
nomine; prætetea contra tutorem, admini-
ſtrare renuentem officio iudicis captis pi-
gnoribus compelli debet l. 1. vbi Gloſ. in
verbo extraordinem ff de Adm. tut. & ad-
uerſus non confitentes certum captis pi-
gnoribus ſunt compellendi l. certum vbi
11 Gloſ. verſ. confiteatur ff. de confeſſ. & de-
mum contra nolẽtes ſolemnia adimplere,
12 vt dixi, ſed contra nolentem agere nullum
reperitur remedium niſi agere, vt agit
Franc. deciſ. 353. num. 5. & 6. quod eſt no-
uum remedium Gratiam cap. 20. num. 48.
quemadmodum etiam conductor poterit
agere, vt agat aduerſus etiam, qui ſpolia-
13 uit re conducta idem Grat. cap. 174. n. 26.
Giurb. deciſ. 12. num. 9. ſic quoque mulier
poteſt compelli facere hæredes, vt
agant pro reſtitutione dotis contra ter-
tios poſſeſſores etiam ſi dotes fuiſſent lega
te alicui, nam legatarius poteſt cogi face-
14 re hæredes. & ita fuit practicatum in cau-
ſa Ioanne Naſtare cui fuerunt relicti du-
cati 615. centum per Dianoram Amatru-
dam eius matrẽ, quæ inſteris eius filios cõ
pelli agere contra illos de Ropolo iure
aſſiſtendi in banca Figliolæ, ſed difficultas
contingit ſi via ritus quis cogi potuiſſet ad
agendum contra debitorem ceſ-
ſum prout in contingentia facti iam oc-
curſi latius proſequendo materiam iſtam
diſcutit Præſ. de Franc. deciſ. 353. vbi poſt-
longam diſceptationem refert deciſum
ſufficere creditorem ceſſionem, vt agere
potuiſſet contra debitorem ceſſum non
tamen compellendum eſſe ad agẽdum via
ritus ex rationibus ibi adductis, quæ deci-
ſio benè procedere videbatur vbi nulla
fuerat facta promiſſio liquidandi, ſicuti in
15 præmiſſo caſu enarrato expreſsè cautum
erat, & licet principalis promiſſor liqui-
dare promittens ab hac luce diſceſſerat po
terat eius hæres liquidare inſtrumentum
16 iuxta Ritum 278. ibique Carau. Galter.
in praxi inſtrument. prima p. 2. partis Rub.
1. num. 10. & conſequenter ad talem liqui
dationem faciendam cogendum vigore pã
17 terne promiſſionis in inſtrumẽto factæ, et iu
ramẽto vallatæ, nã hæres cõprehẽditur in
iuramẽto præſtito per defunctum Frecc. de
præſent. inſtrument. p. 11. qu. 2. num. 5. &
18 non mirum ſi teneatur hæres ſtare cõtra-
ctui à defuncto iureiurando confirmato
Bald. in l. pactum C. de collat. Paul. Alciat.
Pariſ. Couar. & Gutrier. quos probat Par-
19 lador. lib. 2. quotid. rerum cap. 4. num. 19.
& ad obſeruantiam iuramenti præſtiti per
defunctum ex pluribus Serafin. de Priuil.
iuramen. priuil. 57. & priuil. 21. num. 38. &
20 ſucceſſiuè ciuiliter accuſari poterit hæres
pro pena ſi non obſernauerit, quod defun-
ctus iurauit Affl. deciſ. 381. num. 9. Frecc.
vbi ſupra nu. 24. & 25. quos ſequitur Gal-
ter. eadem praxi 2. 2. part. Rub. vnica nu.
37. ex quo præciſè compelli non poterit
ad obſernantiam iuramenti præſtiti per
21 defunctum, vt per Seraf. d. tract. priuil. 67.
num. 22. & priuil. 74. num. 141. 342. & 202.
Mancin. in tract. de iuramento p. 4. effectu
22 5. Nec poterat ſe excuſari fuiſſe factam
ceſſionem debitoris ab eius patre ipſi
creditrici ipſam conſtituendo procuratri-
cem in rem propiam, vt conſuetum eſt
23 Marta in tract. de clauſ. p. 1. clauſ. 188. n. 1.
vbi n. 6. vbi ſubdit ipſũ agere poſſe duplici
actio ne 5. vtili nomine ſuo, & directa no-
mine procuratorio in rem ſua nomine ce-
24 dentis, ita quod ſicuti ceſſionarius in rem
propiam procurator cõſtitutus obligatio-
nes incuſare non vetatur, vt per Carau. in
Ritu 288. num. 7. Galt. d. praxi p. 2. p. num.
25. ita

Digitized by Google

25. ita etiam liquidare inſtrumētum ex quo
doctrin. Carau. vſu recepta non eſt Nea-
pol. nec in aliquibus , partibus Regni ,
25 vnde quemadmodum ceſſionarius rectà ag-
gredi inſtrumenti executionem non poteſt
Imbert.Rupell.inſtit.forenſ.lib.1.cap.4.verſ.
verum, nec ita ceſſionarius, nec liquidare
plures allegat Mauſon. in tract. de cauſis
exuquut.ampliat.21.num.19. ex quo credi-
tor poſt ceſſionem retinet directas actio-
nes,quæ veluti affixe oſſibus noſtris, nec ſe-
perabiles cedi non poſſent ex Gloſ.in l. ſi-
quis ergo vbi Caſt.de pecul. cum alijs apud
26 Intrigl.conſ.26.num.42. ita quod neque ſo-
la ipſa ceſſionaria liquidare poterat vigore
ceſſionis,vt dixit Franc.deciſ.353.num. 1. ſi-
cuti etiam ceſſionarius à fratre non poteſt
petere exequutionem inſtrumenti contra
27 fratrem ſtante ſtatuto Vrſill.deciſ.74. nu. 4.
qui licet aliter vedeatur aſſerere in deciſ.64.
num.8.ex mente Marant.vt ceſſionarius be
nè poſſit præſentare inſtrumentum liquidū
ſecundum formam ritus facto præambulo
per rationem relatā ab Ancar.q.3.p.2. n. 7.
adhuc tamen ibi ſubdit vidiſſe in praxi ob-
28 ſeruari præſentibus cedente, & ceſſionario
vocatum debitorem ad inſtantiam vcr:utq;
fortè ſecundum formam ritus fieri liquida-
tionem „& cum hac opinione reſidet Scagl.
in ritu 163.num.25. reprobata aliorum opi-
nione contrarium aſſerentium ; vt per Ber-
nard.Pandum in tract.de præſent. & execut.
inſt.p. 2. declar.23. num. 44. Carau. in ritu
286.num. 1. Maluſ. deciſ 5. num.12. Regen.
Rouit.in Rub.de inſtrum.liquid.num.10. &
29 ita alias obſeruaui contra Iacobum expertū
ad inſtātiam Nicolai Mariæ Sandalaris;ceſ-
ſionarij , & Ioann.Barbæ cedentis,& fuit no
tiſſimè iudicatum per M.C.in cauſa Princi-
piſſæ Scillæ,& Duciſſæ Atriæ, vt ſupra voto
. . etenim ſicuti in validitate ceſſionis ſub
prætenſa ſimulatione fit ambobus interro-
30 gatio Vrſill. deciſ 74.num.5.ita pariter in
præſentatione inſtrumenti via ritus, inter-
rogatio ipſorum,& debitorum fieri cōgruit,
vt benè procedat liquidatio, prout quoque
determinat Viuius in Silua commun. opin.in
opin.826.num.11. ſequitur Mauſon. vbi ſu-
pra num. 22. Cum igitur adhibita eſſent iu-
ris remedia aduerſus hęredem conuentum,
vt captis pignoribus cogeretur ad liquidā-
dum inſtrumētum iuxta promiſsionem pa-
ternam,ex quo præcisè compelli non pote-
rat ad iuramenti obſeruantiam per ea , quæ
ſuperius deducta fuerunt,actores ipſi melio
rem viam ſequentes inſteterunt pro reuo-
catione præcarij ex quo ob defectum debito
ris ceſſi non valentis ſoluere introitus vn-
decim annatarum decurſarum , & ſimiliter
prætextu defectus ipſius hæredis nolentis
liquidare inſtrumentum , ideirco putabant
31 reuocato prçcario poſſeſsionem domus vē-
dite adipiſcere: poſtquam præcarium ſem-
per reuocari poteſt l.2.§.1.ff.de præc.Tiraq.
de iure conſt.p.3 limit.24.num. 3. nam præ-
cario concedens pro voluntate ſua donec ei
32 placuerit conceſſiſſe creditur Menoch. de
præſump.lib.1.quæſt.20.nu.6. eo quod præ-
33 carium operatur quod creditor auctoritate
propia poſſit ingredi poſseſſionē cōtra ter-
34 tium etiam poſſeſſorem Capyc. deciſ.182.n.
8. & cōtra ſingularem ſucceſſorem ex Bart.
& alijs Neguſant.de pignor.4.p. nu.20. pro-
bat,& vigore eius petere aſſociationem , cū
familia , vt per 125. cont.in verbo creditor
35 & cum in inſtrumento reperiretur appoſi-
tum nulli dubium erat quin reuocari pote-
rat iuxta deciſ.Afflict.40.ſub num.13.& 16.
Marant.in ſpecul.p.6.in 6.actu ſub num. 30.
36 & eo amplius fieri poterat dum fuerat in
inſtrumento facta reſeruatio dominij donec
pretium rei venditæ ſolueretur ad tex. in l.
cum manu ſata ff.de contrah. empt. Anna
ſingul. 272. ex eo quod tale pactum facit
contractum conditionalem Magon. deciſ.
Lucenſ.31.n. 10. Sed hijs replicabat inter
principales perſonas cōtrahentes , verſari
ſecus inter ceſsionarios creditoris,& hęredē
37 debitoris , præcarium igitur licet ad nutum
concedentis reuocari poſsit Caſt.in l.2. nu.5.
C.commod.etiam contra tertios poſſeſſores
Maxill.in Conſuet.Bari tit.de ceſſ.6. bon §.
licet cedendo num. 54. non tamen eius ceſ-
ſionarij, etenim præcarium eſt perſonale ,
38 nec ad hæredem tranſit Marant.in tract.de
Remed.poſſ.1.num.60.& 61.& infra,& qua-
tenus id permiſſum eſſe videretur non pro-
cederet contra hæredem debitoris,nām præ
39 carium licet non finiatur morte conceden-
tis,finitur tamen morte eius cui fit conceſsio
Caſt.vbi ſupra num.6. Viuius deciſ.12. nu. 8.
Valaſc. de iure emphiteot.q.34. num.2. & 3.
40 non enim prçcarium ad hæredes præcario
rogantis trāſit Affl.dec.335.n.5.& 10.Marāt.
41 vbi ſupra , ſed tantum contra principalem
debitorem,vt fundat benè Marant.vbi ſup.
p.6. in 8. actu . Neque etiam pactum reſer-
uatiuum obſtare videbatur cum pro eius
exercitio non aliter via exequutiua , ſed
ordinaria agendum erat pro rei conſe-
quutione,& ob id, nec enim iuuari poterat
ex clauſula cum poteſtate capiendi adiecta
42 in inſtrumento,quæ operatur poteſtatem
agendi via executiua Neguſant. vbi ſupra
& conſequenter ſtante ceſsione ipſis actori-
43 bus facta poterant executiuè procedere
adeò,

Google

2 Præterea, quia vſusfructuarius omnium
bonorum nõ tenetur ad ſoluendum es alie-
num ad tex. in l. 1. C. ſi cert.pet. l.2. de hæ-
red.act.Iaſ. Dec. Bellon. & Socc.quos pro-
bat Viuius in eius ſylua commun. opin. in
opin.146.vbi num. 2. ex Barbar.& Caſt. no-
tat hoc ſpectare ad hæredes ſatisfacere de
bonis hæreditarijs creditoribus,eamque opi
nionem multos coaceruando Doct.trad.Ce-
uall. commun. contra commun.quæſt. 191.
tom.primo num.1. & 2.Crauett. conſ. 187.
Sed pro creditoribus replicabari contingit
opinionem Bart.eſſe veram atque commu-
nem, vt ſcilicet fructus protocollorum ne-
quaquam vxori vſufructuariæ generali de-
3 beantur ex quo illi non dicuntur eſſe in fru
ctu neque in bonis noſtris ira ex Baez. Socc.
Barb. & alijs probat Guttierez in tract. de
tutel.& curis p.3.cap.27.num.31. Bertacch.
4 de Gabell.c.2.nu.63.& Pariſ.d. Rub.31. n.4.
vbi cõcludit niſi inſpetie fuiſſet legatus v-
ſufructus protocollorũ illũ nõ deberi vſu-
fructuario omnium bonorum Cauale.vbi ſu-
pra, eo quia protocollum eſt in dominio ip-
ſius Notarij, & poteſt libere donare, & le-
gare Oſac.deciſ. Pedemont.16.n.5. & quam-
5 uis protocolla inter mobilia connumeren-
tur, vt probat Menoch.de pręſmpt. lib. 4.
pręſumpt.142.num.15. non tamen eius fru-
ctus vere fructus dici poſſunt ex rationibus,
ſupra dictis,hinc eſt quod fructus protocol
lorum,quia inter fructus non connumeran-
6 tur non aliter pro eis gabellã debetur au-
ctoritate Bart.in l. quędam ff. de eden. pro-
bat Iul.Ferrett.in tract.de Gabell. & public.
num. 559. quemadmodum neque decima
pro illis deberi concludit ibidem Guttier.
num.33.& melius num.35.
7 Quo verò ad debita certum eſt ipſorum
ſolutiones ſpectare ad vſufructuarium vni-
uerſalem,& ita concludit Guid.Papa vbi ſu-
pra verſ. eſt verum vbi in ſpetie loquitur
de vxore relicta vſufructuaria omnium bo-
norum eamque opinionem ſectatur Ceuall.
vbi ſupra nu.3.Kircou.inter commun. opin.
lib.6.tit.de vſuf.legat.num.22.
8 Ex quibus omnibus concludi videtur tũ
inſpecto vſufructu protocollorum, non ali-
ter illum ſpectare ad vxorem vſufructuariã
omnium bonorum cum pro illis non com-
perat vſusfructus,vt quoque probat Man-
9 grell. ad Bart. in Rub.C.de fruct. & expenſ.
in princ.quemadmodum nec vſufructus li-
brorum Affli. deciſ.342. & ſic iuxta diſtin-
ctionem Bal.in d.l.diuortio §.ſi fundum quẽ
pbat cũ alijs Stati l. Paciſ.vbi ſupra n.827. &
ſequ.ſubdẽs quod ſi pecunia ex protocollis
redacta ad vſufructuariũ perpetuo pertine-
10 rēt procederet opinio Bart. opin. negatiuã
probantis,ſecus ſi ad eundem quoad pote-
ſtatem vtendi, & fruendi dumtaxat durante
vſufructu pertineret, nam eidem ſpectaret
ſicut aliæ pecuniæ vt aliorum opinione pro-
11 bat;tum etiam inſpecta ſolutione æris alie-
ni,quæ ad vſumfructuariam ſpectare noſci-
tur (non, vt vere ipſa reneri videatur de
vſufructu ſoluere hoc eſt legata de quo per
12 Aym.d conſ.187.ſed vendi res hæreditarias
pro illorum ſatisfactione conſeruata rata
legati vſufructus probat Coſta de Portione
Rate quæſt.213. & quæſt.145.n.2.)ſed etiam
debita æris alieni contracta per teſtatorem
hoc eſt, vt diſtrahantur tot proprietates vſ-
que ad quantitatem debitam, & de reſiduo
percipi vſusfructus iuxta communem ſentẽ-
tiam Doct.relatorum per Ficard.inter com.
opin.d.lib.6.& tit.de vſuf.rel.num.68.& cum
cum hac opinione reſidet Aym. vbi ſupra
col.1. verſ.in qua re conſiderandum Ceuall.
vbi ſupra num. 6. & 7. non obſtante vxoris
13 vſufructuariæ contradictione prætendentis
velle vſumfructum integrum bonorum re-
manſorum per eaque etiam tradit Capyc.
deciſ.184.num.5. quia etiam protocolla ſũt
14 in Notarij proprietate probat Pariſ.d. Ru-
brica 31. num.1. Et demum quia ex præce-
ptione emolumentorum dietim protocolla
diminuebantur in præiudicium, creditorum
iure tamen optimo ſequeſtrum coucedi de-
15 buerat,per ea quem concludit Abb.in cap.
2.nu.29.de ſequent.poſſeſſ.& fruct. cum alijs
recollectis per Maſcard.de probat:concluſ.
12.q.8.num.4.dicentem quod petens ſeque-
ſtrationem debet notum facere iudici peri-
culum aliquod ſubeſſe, vel ne res cõſume-
tur,vel ne debitor efficiatur non ſoluendo,
aut huiuſmodi;ideo iuſſi ea ſequeſtrari,& re-
poni pœnes Not. Franciſcus Nitium Cãcel-
larium Monop.cum prohibitione;ne incon-
ſulta Curia exemplare deberet ſcripturas
die 15. Martij 1624. poſt modum in cõcur-
ſu creditorum peracta graduatione ea ſue-
runt liberata Iacobo Borraſſa creditori di-
ctæ hæreditatis incompotum ſui crediti de
menſe Iunij eiuſdem anni Monop.

SUMMARIUM.

1 *Solutio probatur per confeſſionem credito-
ris.*
2 *Confeſſio facta in inſtrumento etiam in
enuntiatiuis ſemiplenè probat in fauo-
rem abſentis.*
3 *Verba enuntiatiua ſemiplenè probant ma-
ximè, quando eſſent iurata, & quãdo hoc
admittatur, & quomodo n.4. & 5.*

6 *Verba*

Digitized by Google

6 *Verba enuntiatiua probant contra enuntiantem.*

7 *Verbum ſatisfacere in iure qualiter accipiatur.*

8 *Solutio eſt quelibet ſatisfactio creditore volente, & paria ſunt ſatisfacere, & ſoluere.*

9 *Repetitio datur vbi eadem ſumma bis fuerit ſoluta.*

10 *Solutio proportionata ad vnum debitum Creditur facta in extinctionem illius non alterius debiti.*

11 *Diuerſitas facti, diuerſitatem iuris diſpoſitionem inducit.*

12 *Diuerſitas ſũma operatur ex iuris diſpoſitione, vt adaptetur ſumma cui conuenit.*

13 *Solutio præſumitur facta, vt cedat, in compotum intereſſe.*

14 *Confeſſio facta verbis enuntiatiuis non aliter probat.*

15 *Confeſſio facta verbis enuntiatiuis non præiudicat pupillo.*

16 *Confeſſio tutoris de recepto nullam vim facit in præiudicium pupilli, niſi denumeratione aliter appareat.*

17 *Actus ſolutionis alius eſt & diuerſus ab actu confeſſionis.*

18 *Confeſſio inſtrumentalis ad vnũ effectum prolata inter eaſdem partes, nocet quoad alios.*

19 *Confeſſio verbis enuntiatiuis reſpectu nominatorum in contractu probat, non aliorum.*

20 *Confeſſio verbis enuntiatiuis facta quoad alios plenam fidem non facit, ſed tantum ſemiplenam probationem.*

21 *Verba enuntiatiua quoad tertium non probant, & pro non ſcripta habentur etiam ſi iuramento ſint firmata num. 22.*

23 *Verba enuntiatiue propter aliud emiſſa non inducunt diſpoſitionem, ſed tantum faciunt præſũptionem ad fauorem tertij abſentis num. 24.*

25 *Verba enuntiatiua non inducunt probationem maxima inter alias partes.*

26 *Confeſſio incidenter, & ad alium finem facta non probat debitum, nec ille in cuius fauorem tendit agere ad quantitatem confeſſatam poſſet.*

27 *Verba enunciatiua, quando transferunt onus probandi in alium.*

28 *Verba enuntiaua, quando probarent inter eaſdem partes, & qualiter intelligatur.*

ARGVMENTVM.

Satisfactio debiti, an probetur per verba aſſertiua creditoris in alio inſtrumento, vel ſcriptura poſita, & ſi ſumma non eſſet equalis, ſed diuerſa.

Eructabunt labia mea hymnum cum docueris me iuſtificationes tuas.

VOTVM. XXXXVI.

INtentato iudicio iuris aſſiſtendi à D. Ioan. Baptiſta de Aponte filio legitimo, & naturali atque vniuerſali hærede quondam Io. Thomæ de Aponte ſuper bonis quondam Scipionis de Bari, quæ ad præſens poſſidebantur per Franc. Paulum, & Scipionem de Bari vigore inſtrumenti de ſuper celebrati cum conſtituto, & præcario pro ſumma ducatorum 35. cum intereſſe decurſo probatiſque extremis, vt conſuetum eſt in termino probatorio inſtructoque proceſſu, dũ in limine expediſionis reperiretur cauſa, compertum fuit fuiſſe quandam copiam inſtrumenti celebrati inter Portiam de Bari cum N. celebrati præſentatam, in qua aſſerebatur per ipſam Portiam vti tutricem ex quo alij ducati triginta fuerunt exacti à Scipione de Bari debitore dictæ hæreditatis &c. & propterea attenta ipſa confeſſione ita enuntiatiue facta in d. inſtrumento tractari minimè poterat de conceſſione petitæ aſſiſtentiæ, non enim in iure improbatum

1 eſt ſolutionem probari per confeſſionem creditoris ex congeſtis per Maſcard. de Probat. concl. 1324. num. 22. etenim confeſſio facta in inſtrumento etiam in enuntiatiuis ſemiplenè probare in fauorem abſentis

2 ex Bart. doctrina relata per Ripam in l. admonendi num. 154. de iureiur. & alijs probat Mancin. in tract. de confeſſion. cap. 1. nu. 58. latè Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 33. Simi-

3 liter, quia verba enũtiatiua ſaltim ſemiplenè probant Rota Auen. ſi num. 1. & 2. & maximè, quando eſſent iurata vtique probarent

4 contra enuntiantem ex Affli. Iaſ. Dec. Aym. Marcãb. & Coraſ. probat Mancin. in tract. de iuram. p. 4. effect. 151. n. 2. Garg. pratroc. 19. n. 6. p. 2. & patr. 47. n. 7. p. 1. inter eaſdem partes

5 Muta deciſ. 81. num. 17. hoc eſt quatenus neceſſe eſſet ad validitatem actus principaliter geſti in ipſo inſtrumento, nõ autẽ quatenus

Digitized by Google

tenus ad probationem enuntiati illius veri-
tatis,quando contingeret de illo tractari In-
trigl.conſ 1.num.7. & ſic non nocet Magon.
6 deciſ.Florent.9 nu. 25. quapropter non erit
dubitandum quin verba enuntiatiua proba-
rent contra enuntiantem Bart. in l. ex hac
ſcriptura num.16. ff. de donat. Gargiar. pa-
troc.18.num.77.p.1.
7 Præterea dum de ſatisfactione oppoſitum
apparebat, certũ eſt in iure tale verbum eſ-
ſe intelligendum quocumque modo obliga-
tio creditoris ſit ſoluta,probat tex.in l.ſolu-
tionis,& l. ſatisfactio ff. de ſolut. Troijſ. in
ritu 169.num.23. Cauenſ. in ritu 189.num.6.
Graſſ.in tract.de exception.in 25.except.nu.
83.Mantic. de tacit. & Ambig. lib. 20.tit.5.
num. 22. & 29. etenim ſolutio eſt quælibet
8 ſatisfactio creditore volente Rota Genuæ
deciſ.4.num.11.Cartar.deciſ.Genuæ 15.n.27.
& proinde paria ſunt ſatisfacere , & ſoluere
l.quod ſi nolit. ff. de edil.edict.§.illud cum
alijs apud Graſſ.de except.in d.except.25.n.
125. Ex aduerſo aut pro parte creditoris
plura deducebantur iura tam in facto, quã
in iure probantia eius intentionẽ ad diluen-
dam aſſertam ſatisfationem ita probatam,
& primo attenta diuerſitate ſummæ poſt-
quam ſumma petita erat ducatorum 35.
cum intereſſe decurſo , & ſumma prætenſa
ſoluta erat ducatorum 30. etenim ſi eadem
ſumma eſſet proculdubio in illam cauſam
cederet,ita ex bona ſolutione eiuſdem quan
titatis,vt detur repetitio dicit Gloſ. in l.ne
9 caſu C.de diſcuſſ. lib. 10. Alex.in tract.de
confeſſ. cap.12.nu.3. tunc enim ſolutio pro-
10 portionata ad vnum debitum crederetur
facta in extinctionem dicti debiti non autem
diuerſi Magon.dec.Flor.13. num.26. & huic
adieiebatur altera releuatio ex quo perſo-
nalis creditor erat creditor eiuſdem debito
ris in alijs ſummis , & particulariter in an-
nuis ducatis nouem pro capitali ducatorum
centum,quod apparebat ex inſtrumento alio
producto , vnde quemadmodum diuerſitas
ſũmæ operatur ex iuris diſpoſitione , vt di-
11 uerſitatẽ inducat Pariſ.cõſ.99.n.38.vol.3.ita
etiam ipſa diuerſitas ſummæ operatur ex
iuris diſpoſitione , vt adeptur ſummæ cui
conuenit Menoch.de Præſumpt.lib.3. præ-
ſumpt.136.num. 18. adeò quod dum in tali
12 confeſſione non fuerat à creditrice expeſ-
ſum in quam cauſam cederet , præſumendũ
erit in dubio cedere in compotum intereſſe
ad tex.in l.1.C.de ſolut.latè Anna alleg.112
num.1.cum alijs recollectis per Gratian. di-
ſcept.forenſ.cap. 224. per totum Maſcard.
latè de Probat.concl.1325.Conſil. Theodor.
allegat.5.num.3.Muta deciſ.42.nu.8.Borgn.
deciſ. Piuiz.22.num.533.p.3.Sempron.Aſcia
in tract.de ſolut. in duriorem cauſam Gloſ.
6. per totam Conſil.Fab. Anna conſ.30. nu.
1.4.5.& 6.Zanzer. in tract. de except.cap.1.
p.3.cap.6.de except.ſolut.num.249.
13 Præterea dicebatur talem confeſſionem
ita enuntiatiuè factam ex pluribus non pro-
bare primo , quia non fuerat facta ad hunc
finem,ſed pro cautela ipſius Portiæ tutricis,
quæ enuntiatiue talia verba protulerat , ex
quo alij ducati triginta &c.confeſſio enim
verbis enuntiatiuis facta non aliter probat
14 ita Maſcard.in eo tract.concluſ.388.num. 1.
Mancin. vbi ſupra num.1. Et conſequenter
15 pupillo præiudicare non poterat iuxta no-
tata in l. certum §. ſed an ipſos ff. de confeſ.
& per multa ita concludit Anna alleg.11.nu
16 11.Carocc.deciſ.20. nu.1. Quemadmodum
enim confeſſio tutoris, & ſimilium de rece-
pto nullam fidem facit in præiudicium pu-
pillorum , niſi de numeratione aliter appa-
reat ita ex multis comprobat Maſcard. d.
tract.concluſ.370. num.1. Cum alius ſit a-
17 ctus ſolutionis,& actus cõfeſſionis diuerſus
eſt l. ſi ex cautione C.de non num.pec. Affl.
18 deciſ.402. num. 7. Secundo, quia confeſſio
inſtrumentalis ad vnum prolata effectum
inter partes eaſdem nocet quòad alium Af-
flict.deciſ.83.ſub num.9. prout quoque in
qualibet confeſſione probatum extitit:pro-
baret enim reſpectu nominatorum in con-
19 tractu,non autem aliorum,vt per Maſcard.
d.tract.concluſ.360.num. 3. & in aſſertione
facta per hæredem ita etiam ex Ruyn.pro-
bat Phanucc.de Inuent. in præfat. numero
20.& quatenus quòad tertium confeſſio ſe
20 extenderet , tunc enim non aliter plenam
fidem faceret , ſed tantum ſemiplenam pro-
bationem facit fauore tertij ex Bart.in l.ad-
21 monendi ff.de iureiur.& Iaſ.in l.ex hijs ver-
bis C.de milit.teſt.probat Bellac.inter com.
opin.lib.9.tit.de verb.ſing.num.344. ſed ve-
rius talia verba enuntiatiua quòad tertium
non probant Menoch.lib.3. præſumpt.133.
num.1.Macerat.lib.1.reſol.38. nu.7. Merlin.
22 deciſ. Luccenſ. 36. num. 6. & pro non
ſcriptis habentur, etiam ſi iuramento ſunt
firmata Mantic. de tacit. & Amb.lib.2. tit.6.
nu. 13. Tertio, quoniam talia verba enun-
23 ciatiua propter aliud emiſſa ne dum diſpo
ſitionem non inducunt , vt per Maſcard. d.
tract.concl.41.num.17.Viuius in ſylua com.
opin.in opin. 440. verba , & inter commun.
opin.tit.de teſtament.num.281. Bellac. inter
commun.opin.lib.9.tit.de verb.ſing.nu. 344.
24 ſed tantum facere præſumptionem ad fa-
uorem tertij abſentis Menoch. ibidem Ma-
ſcard.concl.621.num.21. & concluſ.368.nu.
11. Crau.

Digitized by Google

11.Crau.Ruyn.& Alex. quos probat Mace-
rat.var.reſol.lib.2.reſol.11.num.59. Sed ne-
25 que inducunt probationem, vt poſt Oſaſc.
decis.76.num.12.Maſcard.d. tract. concluſ.
388.num.1. Franc.deciſ.357. nouiſſimè Ge-
nua in tract.de verb.enuntiat. lib.3. quæſt.3.
num.1.& maximè inter alias partes nullam
probationem facere dixit Laurent.dec.Auē.
26 56.num.17. itaque confeſſio incidenter,&
ad alium finem facta non probat debitum,
nec poteſt ille ad cuius fauorem tendit age-
re ad quantitatem confeſſatam Surd. deciſ.
50.num.6. eo enim caſu talia verba transfe-
27 runt onus probandi in alium Maſcard. d.
tract.concluſ.621.num.34.Macer.lib.1.reſol.
11.num.9. Mantic.de tacit.lib.2.tit.6.nu.10.
& dato,quod verba enuntiatiua(licet proba
28 rent inter eaſdem partes)intelligitur reſpe
ctu actus ſuper quo interponuntur, ſed ſi
contingat poſtea principaliter diſputari de
validitate enuntiati non probant ita Reg.de
Ponte conſ.30.num.14.volum.1. & conſ. 95.
nu.15.& 16. tanto fortius,quando hoc con-
tingerit inter tertios diſceptari.

Ex quibus omnibus iudicaui die 13. Maij 1624. conuentos fore condemnandos adſoluendum petitos ducatos 35. vna cum intereſſe ex mora, atque expenſis, pro quibus fuit præſtita aſſiſtentia in forma,ſaluis iuribus eis competentibus contra Porciam de Bari penes Ayetam Act. Ioannes Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

SVMMARIVM.

1 *Res locata libera dari debet,vt vti frui poſſit.*
2 *Emptor tenetur tradere rem liberam, & vacuam.*
3 *Conductor non tenetur ad ſolutione mercedis ſi res libera locata non tradatur.*
4 *Mora modica in conſideratione non eſt.*
5 *Remiſſio conductori impedito conceditur etiam ſi impedimentum facto tertij contingerit.*
6 *Conductor plurium rerum à conductione diſcedere poterit, ſi vti re frui non poſſit.*
7 *Conductores non valentes re relocata frui, ad ſoluendum penſionem non obſtringuntur,ſed remiſſioni locus erit.*
8 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.*
9 *Factum ſuperioris non locatoris,ſed conductoris damno afficit.*
10 *Conductor agere non poteſt contra locatorem pro ceſſatione aquæ ex facto Principis.*
11 *Crates ferreæ in feneſtris teneri, vel illas reponere non prohibetur,niſi contradictio ineſſet.*
12 *Tex. in lege ſi merces §. 2. ff. loc. expenditur.*
13 *Conductori, an liceat recedere, vel ad penſionem teneatur, ſi habitatio incommodetur.*
14 *Conductori licet à conductione diſcedere vrgente impedimento,non tamen ex leui cauſa.*
15 *Colonus poterit culturam diſerere, iuſta cauſa ſugerente.*
16 *Inquilinus ex iuſta cauſa poteſt à re conducta diſcedere, ſecus in cauſa voluntaria.*
17 *Colonus ſi diſcedit ex cauſa neceſſaria à re conducta, non tenetur ſoluere penſionem.*
18 *Colonus diſcedens à re conducta,pro rata temporis tenetur ad penſionem.*
19 *Locator tenetur ad omne damni intereſſe, quando per eum ſtetit quominus conductor re locata vti poſſit.*
20 *Conductor impeditus facto locatoris eligit an velit recedere à locatione, vel agere ad intereſſe.*
21 *Conductor ſi impediatur vti frui, ſtatim agit pro omni tempore.*
22 *Conductori non licet recedere voluntariè à re conducta,ſecus tamen neceſſitate ſugerente.*
23 *Deciſio M. C. affertur contra conductorem recedentem à domo prætextu figurata cauſa voluntaria, vt teneatur ad totam penſionem.*
24 *Conductor integram mercedem ſoluere tenetur, ſi ei nullo impedimento obeſſet receſſerit.*
25 *Conductor ad integram penſionem tenetur, quando ſuo facto impediretur vti frui re locata.*
26 *Deciſio M.C.refertur contra inquilinum nolentem inhabitare in domo prætextu accõmodationis non facta in ea ad omnino, vt teneatur ad integram penſionem.*

ARGVMENTVM.

Conductor, an poſſit à contractu diſcedere, & è domo migrare iuſtis cauſis vrgentibus culpa locatoris potius contingentibus, vt ſi rei conductæ non fuerit totaliter facta conſignatio per exiſtentiã bonorum aliorum, & per

feneſtrarum fabricationem, dum
eas cancellis ferreis accommoda
re potuiſſet, vt prohibitioni pa-
reret,

Iudica iudicium meum, & reddime me.

VOTVM. XLVII.

FActa locatione cuiuſdam domus vna cũ
tribus Magazenis per Franciſcum Indel
lum Ioanni Thomæ Cimino pro certa
mercede inuicem conuenta, pendente con-
ductionis tempore, præfatus conductor è
domo ex ſ. actauit & miſit clauem domino
domus prætendendo ad conuentam merce
dem non aliter teneri, & ſibi licuiſſe ex fra
ctare ex duabus cauſis potiſſimis, quarũ
prima erat reſpectu Magazenorum cõdu-
ctorum dum ibi repoſita videbantur certa
bona Nicolai Antonij Guidæ, qui eis vſus
fuerat per tres continuos menſes, detinen-
do d. bona quæ poſtea ſubſtulerat, ob quod
non fuerat illico clauis tradita tempore
1 conſignationis domus, quo tempore pote-
rat illa alteri ſub locare, at cum vti frui
non potuiſſet magazenis, præuia proteſta-
tione facta cum domino, vt ſibi ſolui face-
ret mercedem ab ipſo Nicolao Antonio,
& pro eius fundamento videbatur facere
tex. in l. ex conducto §. fin. ff. loc. in quo I.
C. oportet enim præſtari agrum conducto-
ri, vt frui poſſit, & alibi tex. in l. ſi merces §.
fin. ff. eo ibi cet apud emptorem quoque ea-
dem pactione, & colono frui, & inquilino
habitare liceat: quinimo talis fruitio rei
locatæ conſiſtere videtur, vt ea vacua tra-
datur, ad quod facit tex. in l. ſi fundus ff. eo
ibi, is qui prius quam vacuus traderetur,
2 & paulo poſt eum vacuum mihi tradi, quẽ-
admodum enim emptor tenetur tradere
rem liberam, & vacuam, etiam ſi dictum
non ſit Tiraquell. de Retract. conſang. §. 1.
Gloſ. 9. num. 56. ita & locator, adeò, quod
conceſſum eſt conductori, vt ei præſtetur
frui, quod conduxit ad tex. in l. ſi quis do-
mum, & propterea cum non fuerint maga-
zena vacua conſignata, nec claues illorum
3 tradite, vt frui potuiſſet illis conductor,
certum eſt ad mercedis ſolutionem non
eſſe obligatum; quamquam Gloſ. in d. l. ſi
quis domum verbo licere reſpondeat non
autem ad ex honerationem mercedis tan-
tum, & ſic contra l. ſi fundum in fine ff. eo
ibique concordando cenſuit d. l. ſi quis do-
mum procedere, quando ſcienter alienum
locaretur ſecus ſi ignoranter, nam in pri-
mo caſu non aliter ageretur ad ex honera-
tionem mercedis, vnde ſi locator paratus
eſſet aliam eque bonam domum dare ad
habitandum excuſaretur; ſecus ſi ignoran-
ter hoc proceſſiſſet, vbi etiam Bart. idem
notauit, at in caſu propoſito ſcienter loca-
ta apparebant magazena propia non alie-
na (licet aliorum bonorũ copia plena) cu-
ius occaſione conductor vti frui non potue
rat, nec alteri illa ſublocare, quod ſanè
4 per modicum temporis ſpatium ita vt ta-
lis mora efficere non potuiſſet ex tex. in
l. ſi in lege §. colonus ff. loc. ibi nihil ex obli
gatione paucorum, dierum minuet, Mo-
ror. conſ. 35. nu. 29. ſed per ſpatium trium
menſium, quod ſatis in conſideratione erat
habendum: imo remiſſio cur cõcedenda
5 impedito vti re conducta, etiam ſi illud im
pedimẽtum facto tertij contingiſſet Ray-
nos. obſeru. 57. num. 17. quo fit vt condu-
6 ctor plurium rerum deſcedere poſſet à cõ-
ductione, ſi vti frui non poſſit, vt Imol. in
conſ. 34. refert Surd. deciſ. Mantuæ 295. nu.
16. Adhuc tamen conductores, qui non po-
7 tuerunt, & frui prædijs ſublocatis non ſunt
obſtricti ad ſolnendum afflictus probat
Mantica deciſ. Rom. 146. num. 2. eis, neç
propterea tenentur conductores ad pẽſio-
nem domus qua non poſsũt vti abſque eo-
rum culpa Gratian. cap. 740. num. 20. Hie-
ron. de Leo deciſ. Valent. 174. num. 6. ſed
remiſſioni penſionis locum eſſe ex multis
fundat Peguera deciſ. Catal. 214. & hoc
etiam ſuffragabatur ex proteſtatione alias
8 ab initio facta, quæ ſiquidem conſeruat ius
proteſtantis c. cum M de conſt. Coſta ſicu-
lus conſ. 7. nu. 65. cum alijs apud Zanger.
de excep. cap. 1. p. 3. nu. 231. Secunda vero
cauſa in qua tota vis conſiſtere videbatur
erat illa, quia dum ipſa domus feneſtras
haberet ſupra mare deinde ſuperueniente
prohibitione facta per Anibalem Macedo
nium Præſidem Terræ Hydruntinæ, ac ſpe-
cialem Commiſſarium deſtinatum per ſuã
Eccellentiam ſuper Caſtris, & torrelletijs,
alijs Terræ Bari, vt feneſtræ aſpectum ha-
bentes ad mare ſupra triginta palmos
clauderentur, & vltra dictum numerum
exiſtentes ferreis cãcellis, ſeu cratis mune
rentur, inde locator audita prohibitione
claudi fecit feneſtras illas fabricando, dũ
cãcellis ferreis eas munire debuerat cum
eſſent ſuper numerum palmorum 30. & ſic
obſcurando domum ob quod habitari non
poterat, ſi benè ex parte ipſius locantis re
plicaretur hoc ſibi non obeſſe cum id fa-
cto ſuperiori proceſſerat, quemadmodum

ſi

9 ſi facto ſuperioris aliquid contingiſſet de
plenitudine poteſtatis non locatori afficeret damnum ex tex. in l. Lucius Titius ff.
de Euict. Afflict.deciſ.54. Aym.conſ.95.lib.
1.Caballin.de Euict.§.5.num.56. ad quod
facit optima deciſ.Maſtrill. 299. Macerat.
lib.2.var.reſol.in 16.reſol.num.8.& in ſpe-
10 tie, quod conductor ſicuti, & agere non
poſſit cōtra locatores pro ceſſatione aque
ex facto Principis Gratian. diſcep. forenſ.
cap.989.num.8.ita ex cauſa facti præuarra
ti prouenientis ex facto Principis, hinc infertur ad quæſtionem de facto ſæpius contingentem, quod licet quis cogi non poſſit
11 ad tenendum crates ferreas in ſuis feneſtris, nec ad eas reponendū quatenus prius
extarent, & fuiſſent amote, niſi tamen probaretur contradictio, & impedimentum ſecus eſſet ita ex Cepoll. de ſeruit. Vrban.
Præd.cap.35.probat Gratian.diſcep.foren.
cap.752.nu. 81. Nihilominus locator nulla excuſatione iuuari poterat, dum ferreas
cancellas apponi facere potuiſſet, & illas
fabricādo domum obſcurauerat, hoc enim
ſua culpa contingerat non ſuperioris; poſtquam de iure cautum eſt, non poſſe locatorem obſcurare, vel officere luminibus rei
locatæ etiam ab extraneo ex tex. notabili
12 in l. ſi merces §. 2. ff.loc. cuius verba ſunt
hæc ſi vicino edificante obſcurentur lumina cenaculi teneri locatorem inquilino
vbi Doct. communiter ſummant tex. quod
ſi habitatio incommodatur licet inquilino
13 recedere, & ad penſionem pro rata tenetur, quamquam Gloſ. ibidem intelligendū
putet tex. multum non modice ſuper verbo
obſcurētur, & hoc iudicis arbitrio remiſſū
eſſe vedetur, & in hanc ſententiā inclinauerunt Ang. in l. is quibinas ff. de vſuf. Cepoll.d.tract.Rub.de ſeruit.Vrban. præd. ca.
62.verſ.item quæri poteſt Padill.in l.altius
num.30.C.de ſeruit.& aqua Marſil.hoc ſpecificè commendando dixit ſepius in facto
euenire in ſing. 154. quos omnes probat
Carroc.in tract.de loc.& cond.p.6.except.
11. tit. ne lumin. offic. fol. mihi 274. Et
propterea de iure quoque determinatum
eſſe conſpicitur, conductorem poſſe ex
cauſa à contractu conductionis diſcedere
14 vrgente tamen impedimento non ex cauſa
leui Gloſ.in l.1.§.ſi penſio ff.de migr. cum
alijs apud Maiā cōſult.23.n.18. & inde co-
15 lonum culturam fundi cum iuſta cauſa
deſerere, vt per Gloſ. Bart. Bald. &
Caſt. in l. ſi in lege §. ſi dicens ff. loc. vbi
16 Bald. præcipuè notat, quod ſi inquilinus
habet iuſtam cauſam recedendi à re conducta, quod poteſt migrare, & ſic recedere
à locatione propter cauſam neceſſariam
17 de nouo ſuperuenientem, ſicuti è contra
hoc permittitur locatori, ſecus in cauſa voluntaria Gratian. cap. 534.num.48.& 50.
Hieron.de Leo ibidem nu.7. & ſubdit Bart.
in l.1.§.1.de migran.quod ſi colonus diſce
18 dat de neceſſitate à re conducta, quod non
tenetur penſionem ſoluere, niſi pro præterito tempore quos omnes probat Bellac.
inter comm. opin. lib.4. tit.de loc.& cond.
num.103.Ideo circum ſcripta, ne dum prima cauſa, vt ſupra relata, ſed etiam ſecundaria videbatur iure licito licuiſſe iſto
inquilino à contractu locationis diſcedere,
& migrare ex domo, ſoluta penſione pro
rata temporis iuxta conſ.Medicis 23. n.5.
19 poſtquam locator tenetur ad omne intereſſe damni, & lucri, quando per eum ſtetit,
vel per illum, quem prohibere poterat,
quod conductor re conducta non fruatur
20 probat Cabed.deciſ.Luſit.80.num.9.par.2.
& conſequenter impedimentum facto locantis eligit, an velit recedere à locatione,
vel agere ad intereſſe ita Gratian. diſcep.
21 forenſ.cap.113.num.44. Imò ſi impediatur
frui conductor ſtatim agit pro omni tempore refert Pereir.dec.Luſit. 106.ſub nu. 1.
22 vnde quemadmodum nō licet voluntariè,
conductori diſcedere à locatione, ſed benè
neceſſitate ſuadente probat Grat. diſcep.
forenſ.cap.534.num.48, item nec propter
modicum impedimentum locatoris idem
cap. alleg. num. 25. cœterum vbi eſſet neceſſitas aliter diceretur, prout in caſu præmiſſo, etenim non ſolum proſpectiua maris conductor priuabatur, vt interminis cō
ſiderat Muta deciſ. Sicil. 8. numer. 8. ſed
etiam luminum obſcuritate afficiebatur
ceſſante autem legitima cauſa, aut colorata, adhuc ad penſionem tertius anni
23 teneretur conductor ex allegatis, & ſic iudicatum fuit per M. C. ad relationem Io.
Aloyſij Piſcicelli Iudicis ipſius Mēſe Nouenbris 1629. in cauſa Diamantis Pironti,
& ſororum cum Io.Bapt. Paſſaro in banca
Valli fochi cōdēnēdo ad ſoluendū medietatem penſionis pro nunc, & præſtandam
cautionem pro reliquo, nam poſt quatuor
dies è domo diſceſſerat inauditis iſtis prætextu, quod peraſtracum fuerat damni ſiratus à furibus de quo nil apparebat, imò
eius præcibus antiquus colonus fuerat ex
24 pulſus, quare conductor integram mercedem præſtare debebat, ſi nullū ei fuit præſtitum impedimentum, Mantic. deciſ. 35.
num.2. adeò quod quando facto conducto-
25 ris vſus impediretur integra penſio debetur Grat.d.c.534. num.23. ita etiam fine

cauſ recedente pēſio integra debetur cui adſtipulatur alia deciſio nouiſſimè ema-
26 nata in cauſa Anelli de Auenia in qua apparebat locatam fuiſſe domum cum pacto vt accommodaretur pro primo die Maij & cum non eſſet accommodata, pluries locator ſe proteſtauerat taliter quod per M. C. fuit prouiſum ſibi licere aliam domum conducere, ſed introducta appellatione in Sac. C. per locatorem dicebatur, accommodationes non eſſe neceſſarias, vt ex in promptu apparebat, & quatenus eſſent neceſſariè ſtante proteſtatione ipſe conductor poterat facere iuxta Conſuet. Neap. vnde recedere non poterat à conductione ſicque facta relatione in S.C. per Iudicem Cioffum die 9. Iunij 1632. fuit deciſum, vt ipſa M.C. prouideret quod lapſo anno ſolueret penſionem in banca N.

SVMMARIVM.

1 *Remediam contra teſtes nolentes deponere.*

2 *Remedium contra nolentes defendere pupillos.*

3 *Remedium contra nolentes obedire præcepto prætoris mandantis aliquem in poſſionem mitti.*

4 *Pater cogi poterit mulcta inducta, aut captis pignoribus, & carcerari ad maritandum filiam.*

5 *Nuptiæ cur accelerande.*

6 *Tutor tenetur rationes reddere, alias adminiſtratione priuabitur, & ſi deciſum.*

7 *Remedium contra mulierem renuentem recipere cuſtodes in partu.*

8 *Remedia contra non exhibentem remiſſionem, & contra nolentem contentore.*

9 *Remedium contra mulierem à prætore vocata, an ſe pugnantem putet, & venire contempſerit.*

10 *Remedium contra imiſſum in poſſeſſionem ventris nomine, vt rideat.*

11 *Remedium contra non confiteri.*

12 *Remedium contra nolentem agere, conſtitutum eſt, vt agat etiam in muliere petente dotes legatas.*

13 *Remedium nouum eſt, vt quis agat agere.*

14 *Conductor agere poteſt, vt agat aduerſus eum qui ſpoliauit re conducti.*

15 *Agere via ritus quis cogi, an poſſit contra debitorem ceſſum.*

16 *Hæres poteſt liquidare inſtrumenta.*

17 *Hæres comprehenditur in iuramento præſtito per defunctum.*

18 *Hære tenetur ſtare contractui ad defunctis iureiurando confirmato.*

19 *Hæres tenetur ad obſeruantiam iuramenti defuncti.*

20 *Hæres accuſat propena ſi non obſeruauerit quod defunctus iurauerit.*

21 *Hæres præciſe, an cōpelli poſſit, ad obſeruātiam iuramenti præſtiti per defunctum.*

22 *Clauſula conſtituit pro curatorem in rem propiam.*

23 *Ceſſionarius vigore clauſulæ prædictæ agere poteſt virili actione reſpectu ſui, & de recta nomine procuratorio.*

24 *Procurator conſtitutus in rem propiam accuſat obligationes ſimiliter, & liquidare inſtrumenta num. 28.*

25 *Ceſſionarius recta aggredi inſtrumenti executionem non poteſt.*

26 *Ceſſionaria liquidare, an poſſit inſtrumentum vigore ceſſionis.*

27 *Ceſſionarius fratris, an poſſit liquidare inſtrumentum contra fratrem refertur deciſio M.C. & S.C.*

29 *Inſtrumentum liquidatur præſente cedente, & ceſſionario, vt in praxi receptum eſt atque deciſum.*

30 *Interrogatio fit cedenti, & ceſſionario quādo ſimulatio ceſſionis prætenderetur, ſic pariter in liquidatione.*

31 *Precarium ſemper reuocari poteſt.*

32 *Concedens precario pro voluntate ſua donec ei placuerit præſumitur conceſſiſſe.*

33 *Precarium operatur vt creditor poſſit auctoritate propia ingredi poſſeſſionem etiam contra tertium item contra ſingularem ſucceſſorem nu. 34.*

35 *Precarium reuocatur eo magis quando in inſtrumento appoſitum eſſet.*

36 *Pactum reſeruationis dominij de iure validum, conditionale eſt.*

37 *Precarium ad nutum reuocari poteſt, etiā contra tertios poſſeſſores.*

38 *Precarium perſonale eſt, & ad hæredem non tranſit, & 40.*

39 *Precarium morte concedentis non finitur, ſed benè morte eius cui fit conceſſio.*

41 *Precarium tranſit contra principalem debitorem.*

42 *Clauſula cum poteſtate capiendi operatur poteſtatem agendi via executiua.*

43 *Pactum reſeruatiuum cedi poteſt, & exerceri contra debitorem ſine iudice.*

44 *Iudicium ordinariè intentatum non poteſt executiuè proſequi.*

45 *Clauſula vna via electa alia non tollatur quid operetur*

46 *Actiones directæ remanent affixæ oſſibus, ſicut caracter in anima.*

47 Ceſ-

Digitized by Google

47 *Ceſſionarius viuente cedente agere, an poſſit, vti exercitio directarum actionum.*

48 *Ceſſionarius agere poteſt directè, quando fuiſſet procurator in rem propiam conſtitutus.*

49 *Ceſſionarius vigore clauſulæ conſtitutionis procuratoris in rem propiam agit taliter quod nil cedenti remanet.*

50 *Aſſiſtentia dicitur cumulus actionum.*

51 *Actio hypotecaria eſt in rem ſcripta.*

52 *Actio hypotecaria tranſit cum re ſinè ceſſione.*

53 *Actio in rem ſcripta ſequitur poſſeſſorem.*

54 *Actio hypotecaria vti realis tranſit de ſubiecto in ſubiectum.*

55 *Actio hypotecaria datur contra tertios poſſeſſores pro tacita, & expreſſa.*

56 *Saluiauum interdictum eſt mere poſſeſſorium adipiſcendæ.*

57 *Saluianum interdictum datur contra quemcumque poſſeſſorem non excuſſo principali.*

58 *Saluianum interdictum eſt in rem ſcriptum.*

59 *Remedium l. fin. C. de acquiren. poſſ. eſt poſſeſſorium recuperandæ, vt contra tertium detur.*

60 *Ceſſionarius agere poteſt contra tertios remedio d. l. fin. & ſic deciſum.*

61 *Mulier ſoluto matrimonio vtilem habet actionem pro recuperatione dotis.*

62 *Vir habet vtilem actionem ne dum ſoluto matrimonio pro conſecutione dotis.*

63 *Uxor aquirit actionem ex ſtipulatione Notarij pro conſecutione dotis ſoluto matrimonio.*

64 *Vxor ſoluto matrimonio agit contra hæredes viri in dote, vel ad cedendum iura.*

65 *Deciſ. S. C. citatur in fauorem mulieris petentis aſſiſtentiam citra ceſſionem iurium & ratio affertur.*

66 *Deciſ. Mag. Cur. enuntiatur in fauorem mulieris intentātis aſſiſtentiā pro dote continuando iudicium alias intentatum per maritum in eius vita pro conſecutione dotis ac ceſſione facta pro hæredem viri in eius beneficium lite pendente.*

ARGVMENTVM.

Creditori requirenti hæredem debitoris ad liquidandum inſtrumentum contra debitorem ceſſum iuxta formam promiſſionis in inſtrumento factæ, ipſo hærede renuẽte, an ſuccurratur remedio aliquo pro conſecutione ſui crediti vel reuocādo precarium, aut aſſiſtentiæ remedio vtendo longè differitur.

Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum, quia omnia mandata tua veritas.

VOTVM. XLVIII.

IN facto euenit Lauram Petrucciam alias de Maſtro Colella vendidiſſe certam domum pro ducatis 36. de anno 1600. Leonardo Pharaone in cuius ſatisfactionem ipſe emptor ceſſit annuos carolenos 36. ſingulis annis debitis à Franciſco Riccio pacto expreſſo, quod pro conſequutione dictorum carolenorum 36. tam dictus de Pharaone, quam eius hæredes, & ſucceſſores deberent liquidare inſtrumentum contra dictum Franciſcum in beneficium ipſius Lauræ, & eius hæredum pro concurrẽte quātitate debita, at cū fuiſſet in ſtatum pro parte Donati de Amirato viri Donatæ Vaſques filiæ ipſius Lauræ creditricis & venditricis domus, quod Marcus Anton. Pharaone filius hæres ipſius Leonandi, vt liquidare deberet inſtrumentum in eorum beneficium contra ipſum Franc. pro annatis vndecim decurſis, & hoc præuia iudiciali requiſitione, & cum renuiſſet, conuentus obedire præcepto Curiæ; dubitari contingit qualiter erit in hoc agendum, licet cōtra non parentes mandatis ſuperiorum varia ſint remedia de iure prodita, vt contra
1 teſtes nolentes deponere de quo ſatis per Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. par. 5. gloſ. iuramenta num. 8. & 9. Imbert. Rupell. lib. 1. inſtit. forenſ. cap. 41. & contra principalem nolentem deponere, vt penes eundem Muſcat. d. lib. 1. & p. 5. Gloſ. legaliores nu. 16. Mancin. in tract. de iuram. p. 2. a. 2. num. 10. demum pro confeſſo habetur multos congerit Auguſt. Fauſtin. ad praxim Pancinl. p. 2. §. ſi vero fol. 115.

2 Item aduerſus nolentes pupillos defendere remedia conſtituta ſunt, vt per Gloſ. in l. hæc autem ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.
3 verſ. defendat. Similiter contra nolentes obedire præcepto prætoris mandantis aliquem in poſſeſſionem mitti Gloſ. in leg. 3. verſic. poteſtate ff. ne vis fiat ei, qui in poſſ.

25. ita etiam liquidare inſtrumẽtum ex quo
doctrin. Carau. vſu recepta non eſt Nea-
pol. nec in aliquibus , partibus Regni ,
25 vnde quemadmodum ceſſionarius recta ag-
gredi inſtrumenti executionem non poteſt
Imbert.Rupell.inſtit.forenſ.lib.1.cap.4.verſ.
verum, nec ita ceſſionarius, nec liquidare
plures allegat Mauſon. in tract. de cauſis
exuquut.ampliat.21.num.19. ex quo credi-
tor poſt ceſſionem retinet directas actio-
nes,quæ veluti affixe oſſibus noſtris, nec ſe-
perabiles cedi non poſſent ex Gloſ.in l. ſi-
quis ergo vbi Caſt.de pecul. cum alijs apud
26 Intrigl.conſ.26.num.42. ita quod neque ſo-
la ipſa ceſſionaria liquidare poterat vigore
ceſſionis,vt dixit Franc.deciſ.353.num. 1. ſi-
cuti etiam ceſſionarius à fratre non poteſt
petere exequutionem inſtrumenti contra
27 frstrem ſtante ſtatuto Vrſill.deciſ.74. nu. 4.
qui licet aliter vedeatur aſſerere in deciſ.64.
num.8.ex mente Marant.vt ceſſionarius be
nè poſſit præſentare inſtrumentum liquidũ
ſecundum formam ritus facto præambulo
per rationem relatã ab Ancar.q.3.p.2. n. 7.
adhuc tamen ibi ſubdit vidiſſe in praxi ob-
28 ſeruari præſentibus cedente, & ceſſionario
vocatum debitorem ad inſtantiam vtriuſq;
fortè ſecundum formam ritus fieri liquida-
tionem ,& cum hac opinione reſidec Scagl.
in ritu 163.num.21. reprobata aliorum opi-
nione contrarium aſſerentium ; vt per Ber-
nard.Pandum in tract.de præſent. & execut.
inſt.p. 2. declar.23. num. 40. Carau. in ritu
286.num. 1. Maſul. deciſ 5. num.12. Regen.
Rouit.in Rub.de inſtrum.liquid.num. 10. &
29 ità alias obſeruaui contra Iacobum expertũ
ad inſtãtiam Nicolai Mariæ Sandalaris ceſ-
ſionarij , & Ioann.Barbæ cedentis,& fuit no
uiſſimè iudicatum per M.C.in cauſa Princi-
piſſæ Scillæ,& Duciſſæ Atriæ, vt ſupra voto
. . etenim ſicuti in validitate ceſſionis ſub
prætenſa ſimulatione fit ambobus interro-
30 gatio Vrſill. deciſ.74.num.5.ita pariter in
præſentatione inſtrumenti via ritus, inter-
rogatio ipſorum,& debitorum fieri cõgruit,
vt benè procedat liquidatio, prout quoque
determinat Viuius in Silua commun. opin.in
opin.826.num.11. ſequitur Mauſon. vbi ſu-
pra num. 22. Cum igitur adhibita eſſent iu-
ris remedia aduerſus hęredem conuentum,
vt captis pignoribus cogeretur ad liquidã-
dum inſtrumẽtum iuxta promiſſionem pa-
ternam,ex quo præcisè compelli non pote-
rat ad iuramenti obſeruantiam per ea , quæ
ſuperius deducta fuerunt,actores ipſi melio
rem viam ſequentes inſteterunt pro reuo-
catione præcarij ex quo ob defectum debito
ris ceſſi non valentis ſoluere introitus vn-
decim annatarum decurſarum , & ſimiliter
prætextu defectus ipſius hæredis nolentis
liquidare inſtrumentum , idcirco putabant
31 reuocato pręcario poſſeſsionem domus vẽ-
dite adipiſcere: poſtquam præcarium ſem-
per reuocari poteſt l.2.§.1.ff.de præc.Tiraq.
de iure conſt.p.3 limit.24.num. 3. nam præ-
cario concedens pro voluntate ſua donec ei
32 placuerit conceſſiſſe creditur Menoch. de
præſump.lib.1,quæſt.20.nu.6. eo quod præ-
33 carium operatur quod creditor auctoritate
propia poſſit ingredi poſſeſſionẽ cõtra ter-
34 tium etiam poſſeſſorem Capyc. deciſ.182.n.
8. & cõtra ſingularem ſucceſſorem ex Bart.
& alijs Negulant.de pignor.4.p. nu.20. pro-
bat,& vigore eius petere aſſociationem , cũ
familia , vt per 125. cont.in verbo creditor
35 & cum in inſtrumento reperiretur appoſi-
tum nulli dubium erat quin reuocari pote-
rat iuxta deciſ.Afflict.40.ſub num.13.& 16.
Marant.in ſpecul.p.6.in 6.actu ſub num. 30.
36 & eo amplius fieri poterat dum fuerat in
inſtrumento facta reſeruatio dominij donec
pretium rei venditæ ſolueretur ad tex. in l.
cum manu ſata ff.de contrah. empt. Anna
ſingul. 272. ex eo quod tale pactum facit
contractum conditionalem Magon. deciſ.
Lucenſ.31.n. 10. Sed hijs replicabat inter
principales perſonas cõtrahentes , verſari
ſecus inter ceſsionarios creditoris,& hęredẽ
37 debitoris , præcarium igitur licet ad nutum
concedentis reuocari poſsit Caſt.in l.2. nu.5.
C.commod.etiam contra tertios poſſeſſores
Maxill.in Conſuet.Bari tit.de ceſſ.6. bon §.
licet cedendo num. 54. non tamen eius ceſ-
ſionarij, etenim præcarium eſt perſonale ,
38 nec ad hæredem tranſit Marant.in tract.de
Remed.poſſ.1.num.60.& 61.& infra,& qua-
tenus id permiſſum eſſe videretur non pro-
cederet contra hæredem debitoris,nam præ
39 carium licet non finiatur morte conceden-
tis,finitur tamen morte eius cui fit conceſsio
Caſt.vbi ſupra num.6. Viuius deciſ.12. nu. 8.
Valaſc.de iure emphiteot.q.34. num.2. & 3.
40 non enim pręcarium ad hæredes præcario
rogantis trãſit Affl.dec.335.n.5.& 10.Marãt.
41 vbi ſupra , ſed tantum contra principalem
debitorem,vt fundat benè Marant.vbi ſup.
p.6. in 8. actu . Neque etiam pactum reſer-
uatiuum obſtare videbatur cum pro eius
exercitio non aliter via exequutiua , ſed
ordinaria agendum erat pro rei conſe-
quutione,& ob id, nec enim iuuari poterat
ex clauſula cum poteſtate capiendi adiecta
42 in inſtrumento,quæ operatur poteſtatem
agendi via executiua Neguſant. vbi ſupra
& conſequenter ſtante ceſsione ipſis actori-
43 bus facta poterant executiuè procedere
adeò,

adeò,quod tale pactum alteri cedi poteſt, &
exerceri contra debirorem ſine iudice, vt
ibidem per Neguſ.num.21. habetur,adhuc
tamen, quia iudicium ordinarium inſtitutũ
44 apparebat ab eijſdem actoribus, ideo ſibi
præiudicauerant taliter, quod executiuè age
re prohibebantur poſt Barz.deciſ.140.n.11.
Rota deciſ.790. in nouiſſimis auctore Fari-
naccio p.4.latiſſimè Giurba, qui alios alle-
gat deciſ.Sicil.55.num.18.Lancell.in tract.de
Attent.2.p.cap.4.in 30.limit. per totam vbi
num.13.ſpecificè ita deciſum refert latiſſimè
Maſtrill.deciſ.Sicil.157.Monter.deciſ. Arag.
22.& 23. & ex Marant. ſibi contrario nota-
uit Vrſill.deciſ.326.num.5.qui videtur con-
trarium tenere, ex eo quia generaliter in
54 inſtrumentis apponitur clauſula illa vna
via electa alia non tollatur de qua per Gal-
leſ. & Corbol.relatos à Franç.deciſ.200. ſub
num.1. quoniam non reperta fuerat appoſi-
ta in inſtrumento producto ab actoribus
res ſopita ex hoc remanſerat, ſed ſolum vi-
dere reſtabat ſi intentato iudicio aſſiſtentiæ
rectè eidem deſerendum eſſet vigore ceſſio-
nis actoribus factæ ab ipſa Laura poſtquam
ſi de exercitio directarum actionum tractari
cõtingerat nullum dubium erat,quia eas e-
xercere non potuiſſent,quia cedenti reman-
64 ſerant affixe, & ille inhærebãt oſſibus ſicut
caracter in anima probat Afflict.deciſ. 335.
ſub numer 22. quemadmodum etiam
expreſsè in eodem inſtrumento producto
47 reſeruate apparebant,eo amplius,quia ceſ-
ſio ipſa ex cauſa dotium facta fuerat, & tan
to magis directarum actionum exercitio vti
non poterat viuẽte cedente, vt voluit Gloſ.
in l. ſi ſocer verſ. ceperit ff. ſolut. matrim.
adeò quod ſi fuiſſent ceſſe forſan aliter di-
48 ceretur, vt fundat Vrſill.ad Afflict.in eadẽ
deciſ.335.num.17.cum ſequen.vbi affirmare
videtur poſſe ceſſionarium agere ſi fuiſſet
procurator in rem ſuam conſtitutus,ſicuti
in facto præpoſito demoſtrabatur, ob quod
non prohibebantur ſaltim ipſi coniuges
ceſſionarij agere exercendo vtiles actiones
per remedium iuris aſſiſtendi eo quoq; ma-
49 gis, quia vigore talis clauſulæ nullum ius
cedenti reſeruatum videbatur, & nihil re-
manſerat, vt exercere potuiſſet actionẽ ce-
dens,vt ex Theſaur.& Olaſ. probauit Ale-
xius in tract.de confeſſ.lib.1.cap.17. num. 2.
& 3 propterea vltra ea,quæ in ſimili articu-
lo deducta ſunt ſupra in voto 19. ad corro-
borationem,vt ceſſionarius rectè iudicio aſ
ſiſtentiæ vti potuiſſet contra hæredes vel
tertios poſſeſſores ex illa principali axioma
quæ de aſſiſtentia enunciatur cumulum in
50 ſe actionum quarumdarum continente vl-
tra Afflict.deciſ. 383. Regen.Rouit. in prag.
1.nu.13.de aſſiſt. nouiſſimè Barbat. in tract.
de reſtitut.interd.ſeu reuoc. poſſ. in præfat.
51 num 1.hoc eſt actio hypotecaria, quæ eſt iu-
rem ſcripta Caſſanſ. in Conſuet.Burg.tit. de
retentiæ §.3. num. 4. & tranſit cum re ſine
ceſsione Affli.deciſ.8.num.8.vnde quemad-
modum actio in rem ſcripta ſequitur poſ-
53 ſeſſorem Franc.deciſ.389 num.4. ita & hy-
potecaria actio, quæ cum ſit realis tranſit
54 de ſubiecto in ſubiectum Neguſant.in tract.
55 2.membro 2. p. ſub num.32. & datur etiam
contra tertios poſſeſſores tam pro tacita
quam pro expreſſa, vt fundat ipſemet eo
tract.d.p.2. memb.4. num.132.& 2.memb.8.
56 p.num.1 & 7. concurrit pariter Saluianum
interdictum,quod pariter eſt mare poſſeſſo-
rium adipiſcendæ,vt poſt Menoch.de adipi-
ſcend.poſſ.remed.3.num.6.tenet Regen. Ro-
uit.vbi ſupra num.15.Farinacc.deciſ. 150. n.
2.tom.2. in ciuilibus, quod licet perſonale
57 ſit eſt tamen in rem ſcriptum, ibidem Me-
noch. dixit num. 37. & datur contra quem-
cumque poſſeſſorem Statil. Pacif.deciſ. 1. n.
5.poſt tract.de Saluian.interd. imo ſubnectit.
deciſ.30.num.5.deciſ.15.num.2.& deciſ. 207.
58 num.2. illud dari contra tertium poſſeſſorẽ
etiam non excuſſo principali,& deciſ.25.n.5
Farinacc.deciſ.294.num.4.tom.1.in ciuilibus
59 concurrit demum remedium l. fin. C. de ac-
quir. poſſ. quod eſt pariter poſſeſſorium re-
cuperande Menoch.in tract.de recuper.poſſ.
Remed 14.num.2.Regen.Rouit. vbi ſupra
num. 16. & eſt propiè contra tertium poſ-
ſeſſorem remedium inſtitutum ſubdit ibidẽ
Menoch.num. 71. at cum ceſsionario per-
60 miſſum ſit agere contra tertios poſſeſſores
ſicque votatum in S. C. retulit Capyc. dec.
51.num.8. & 9. ita pariter remedio iuris aſ-
ſiſtendi contra eos experiri, vt plenè fuit
deductum in d. voto 19. eo magis tam de
recuperatione dotis promiſſæ actoribus a-
gebatur pro cuius recuperatione bona præ-
dicta ceſſa fuerant ad recuperationem ip-
61 ſam nedum mulier(licet ſoluto matrimo-
nio vtilem habeat actionem ex tex.in l.Caius
ff.ſolut. matri.) ſed etiam vir nodum ſoluto
matrimonio pro illius conſecutione Gloſ.
62 in l. Meuia verbo tradidit ff. eo. vbi Doct.
quamquam dubitari potuiſſet,nec ob id li-
cere aſſiſtentiam præſtari poſſe ſine ceſſio-
ne directarum actionum contra tertios poſ-
ſeſſores poſtquam ſi bene vxor acquirit a-
ctionem ad exigẽdum dotem ſoluto matri-
monio ex ſtipulatione Notarij, vt probat
Fontan.de pact.dotal.clauſ.6.Gloſ. 1.p.1.nu.
29. ſoluto inde matrimonio vxor agit con-
tra hæredes viri, pro dote recuperanda, vt
ſoluant

ſoluant, vel cedant actionem quemadmodũ idem met num. 18. probauit, non tamen contra tertios ſine ceſſione, adhuc tamen cum fuiſſet dictum. de nullitate ſententiæ

65 ob hoc in cauſa Lucretiæ Ricchæ fuit cõtrarium deciſum per S. C. per tex. in l. Caius ff. ſolut. mat. de quo in meo compendio p. 3. verbo iudicium intentatum, & in cauſa aſſiſtentiæ pro reſtitutione dotium intẽtata contra tertium poſſeſſores Iſabellæ

66 Montagnaræ compilato proceſſu difficultabatur non adeſſe ceſſionem iurium iuxta deciſ. de Franc. 33. contra Iacobum Arcellum tertium poſſeſſorem & cum hæredibus viri, ſed ea facta in termino ante expeditionem cauſæ, ex quo eius vir alias intentauerat iudicium pro conſequutione dotis, & idem proſequuta fuerat, quod ſanè facere non prohibebatur, vt dixit ibi Fontan. num. 21. fuit ex hijs præſtita aſſiſtentia in forma per Mag. Cur. ad relationem Iudicis Aloyſij Piſcicelli die 9. Iulij de anno 1631. in banca Saleſij, vnde ex hijs fuit per me præſtita aſſiſtentia die 4. Iunij 1625. attenta ceſſione, vt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Statutum penale contra aſportantes vinum exterum in Ciuitatem Monop. enũtiatur.*

2 *Stipulans amphoras vini de vino tantum erit intelligendum non de vaſis quod limitatur.*

3 *Pœne fraudãtium Gabellas veniunt in locatione ipſarum.*

4 *Conductori gabella competit rei vendicatio pro fraude commiſſa.*

5 *Fraudare gabellas crimen eſt.*

6 *Statutum ſi numquam fuit obſeruatum, nec moribus receptum nullas vires habet, & inconſiderationi non erit habendum, ſicut ſententia, vel priuilegium num. 7.*

8 *Statutum per contrarium vſum ceſſat.*

9 *Statuta vſu non recepta non probant.*

10 *Statuta interpetrantur ſecundum communem vſum loquendi.*

11 *Statutum loquens de Ciuitate, & Comitatu non comprehendit diſtrictum.*

12 *Statutum interpetratur per obſeruantiam.*

13 *Statum in obſeruantia non receptum, nec vtentium moribus approbatum nullius eſt vigoris.*

14 *In exactione gabellarum reſpicitur, quid obſeruetur.*

15 *Gabella de modico non debetur.*

16 *Gabella non debetur de hijſque deferuntur ab aliquo cauſa ſui vſus.*

17 *Gabella ſolui non debet ob rei modicitatem.*

18 *Prohibitus portare vinum extra Ciuitatem non poterit portare vnam phialam cauſa guſtus.*

19 *Cur vinum barbaris aſportari prohibetur, & cur Galli primi Alpes tranſierint.*

20 *Extractio vini, & panis prohibita, non prohibetur pro vſu propio cauſa comedendi.*

21 *Dolus requiritur in fraudente Gabellas.*

22 *Gabella vti non ſolet ſolui, non tenetur ad vnum.*

23 *Gabella eſt odioſa ideò contra eam ſit interpetratio, ne debeatur.*

ARGVMENTVM.

Pœna fraudantis Gabellã, an locum habeat in inuento cum flaſco pleno vino extero, non ſoluta gabella, neque notitia data de illo, vt fraus præſumatur.

Fiat manus tua, vt ſaluet me, quoni am mandata tua elegi.

VOTVM. XLIX.

Cvm contigiſſet Hieronymum de Luna Affictatorem datij vini Ciuitatis Monop. reperiſſe in quadam maxaria extra Ciuitatem quandam flaſcam vino extero plenam, cenantibus ibidem quibuſdam ciuibus, & inter eos aderat Io. Antonius Zazarus à quo fuit petita pœna contrauentionis ſicuti etiam eſt facta executio, de inde reſti uta ordine Gubernatoris de quo ſentiens ſe grauatũ, ipſe Affict. tūc adijt Regiam Audientiam Bari à qua obtinuit prouiſiones vt obſeruaretur ſtatutum de ſuper factum, & veris exiſtentibus ex poſitis reducta exquutione ad priſtinum ſtatum faceret Curia Monop. ſicque capta infirmatione prouiſum fuit, vt obſeruarentur prouiſiones reſtituta executione ad priſtinum ad finem prouidendi, vnde contingit de duobus principaliter dubitari quorum vnum erat obiectum, quod poſtquam per ipſam Vniuerſitatem (accedente quoque ipſius Regiæ Audientiæ aſſenſu) conditum ſtatutum penale contra aſportantes vinũ exterum in Ciuitatem, vt ſolueretur gabella

bella alias ſub pena ibi contenta tenerentur,
tur,de quo memori eſt Proſp.Rend.ciuis in
eius tract.moderno de vinea vindem.& vi-
no tit.de comercio vini, in prædjcamento
ſitus verſ.ſtatuto cauetur fol.78. & conſe-
quenter exiſtente eorum affictu pro lucro
vini immiſſo non curandum erat de am-
phora vini,& ſic ſi eſſet pro modico ſumma
vel magna,nam ſi quis ſtipuletur ampho-
2 ras vini de vino tantum ſtipulari videtur
non de vaſis,niſi aliter ex conſuetudine
loci, & perſonarum viſum fuerit Mantic.
de tacit.& Ambig.lib.14.tit.30.nu.47. nec
aliter apparebat illius reuocatio ſpecialis
ita,quod omni iure pena ipſa exolui debe-
bat eiſdem Affictatori ad quem pertinebãt
3 pænè fraudantium gabellas,quoniam ipſæ
veniunt in locatione gabellarum ita Fer-
rett.in tract.de gabell. num.231. Guttier.
de gabell.qu.124.num.Mantic. conſ. 108.
num 28.p.2.Gratian. cap.970. num.35. &
4 non mirum ſi pro dicta fraude conductori
gabellæ competat rei vendicatio ex Bart.
Bald. Roland.à valle Ferrett. & Bertacch.
probat Ioſeph.Ludou.in ſuis comm.concl.
tit.de gabellis ver.infertur 28.Gratian.vbi
5 ſupra num.27.& 28.nam fraudare Gabel-
lam crimen eſt Farin. conſ.85. nu.40. 129.
301.& 307. Ex aduerſo autem dicebatur
tale ſtatutum nullatenus ſtare in obſer-
uantia , vt pro vino inducto interritorio
Monopolitano ſolueretur gabella, ſed tã-
tum quando intus Ciuitatem induceretur,
6 quoniam ſtatutum licet non tollatur per
non vſum , ſi tamen numquã in fuit obſer-
uantia,nec moribus receptum,ſeu vtentiũ
approbatum nullas vires habet Rolan.cõſ.
8.num.22.volum.3. nam in conſideratione
7 non erit habendum,ſicut ſententia,vel pri-
uilegium idem conſ.32.num.78. volum. 4.
8 & eo magis per contrarium vſum probant
Carau. in ritu 182.num.1, Morot. reſpon.
9 89.num.14. hinc ſtatuta vſu non recepta
non ligant , & ſic ſe habet communis opi-
nio de qua teſtatur poſt Menoch.conſ. 75.
num.9.Bonac. inter comm.opin.tit, de le-
gibus num.158.tanto magis,quia tale ſta-
tutum ex communi vſu dicebatur inter pe-
tratum pro vino conducendo intus Ciui-
tatem,& ſic in vino introducto in territo-
rio,pro quo numquam gabella ſoluta fue-
10 rat,etenim ſtatuta interpetrantur ſecun-
dum cõmunem vſum loquendi, vt probat ,
ex multis Bonacoſſ.inter com. opin. d. tit.
11 n.237. Ideo ſtatutum loquens de Ciuitate,
& comitatu non conprehendit diſtrictum ,
ex Aucar.voluit Caſſan. in Conſuet. Burg.
tit.de iuſtices §. ait territorie nu. 8.cum
legitur reſpectu vini conducti in territo-
rium Ciuitatis numquam gabella ſoluta
fuerat vnde in obſeruãtia illius orta fuit,
12 ſubſequitur, quod dum ſtatutum interpe-
tratur per obſeruantiam Dec.conſ.11.nu.
9.verſ.& ideo Soec.Iun.conſ.37.lib.3.quos
probat Ioſeph Ludou.inter com.opin. tit.
de conſue.concluſ.vnica verſ. infertur 24.
& verſ.infertur 75.propterea exiſtente il-
lius inobſeruantia in hoc capite infertur,
13 quod ſtatutum in obſeruantiam non rece-
ptum,nec vtentium moribus approbatum
nullius eſſe vigoris ita ex Alex.conſ.6.viſo
themate volum. 1. probat Cherian. inter
eaſdem com.opin.tit.allegato nu.159.cum
alijs allegatis per Caſſan.in Conſue.Burg.
Rub.8.§.1. nu. 3. propterea in exactione
14 gabellarum maximè reſpicitur quid obſer-
uetur Bertazol.conſ.ciuil.99.num.9. Alte-
rum erat obiectum, quia de re modica tra
15 ctabatur propterea gabella ſolui non de-
buerat Bertaz. filius ad conſ.7. ſui patril.
lit. B. volum. 1. & de minimis non curat
prætor l.ſcio ff.de in integ.reſt.non enim
pro tam modico peccato tantam penam
pati oportebat ex Bal.notat Præſ.de Frãc.
deciſ.229.ſub num.5. eo magis quia de hijs
16 quæ deferuntur ab aliquo ſui vſus gratia
gabella non debetur l.vniuerſi C.de Vecti
gal. l. ſi publicanus §. 1. ff. de publ. ex Iaſ.
Ruy.Rolan.Ferret.Bertach.Marco.& alijs
probat Ioſeph. Ludou.d.tit.de Gabe.verſ.
infertur 16. annuens ita ſe habere com-
munem opinionem .
17 Similiter data modicitate rei, quæ non
ſit grandis pretij gabella ſolui non debet
ex Soto,& alijs probat Guttier. eod. tract.
q. 3. num. 42. Sed huic aduerſari videtur
quod dixit Bald.in l. 1. C.quę res export.nõ
18 deb.quem ſequutus eſt Affli. in conſt. ma-
giſtros fundicarios ſub num.7.quod ſi quis
eſſet prohibitus portare vinum extra Ci-
uitatem,non poterit portare vnam fiolam
cauſa guſtus, quia quod minimũ eſt in cõ-
ſideratione eſt vbi alia concordantia alle
gat,& eundem Bald.ſequũtur Bertacch. in
tract.de Gabell.2. membro 8. p. ſub nu.2.
Ferret.in eodem tract.num.607. Muta in
cap.Sicil. Regis Martini 15.tom.3.nu. 87.
& vltra eos Arnal.Ferron.in Conſuet. Bur-
degal.tit.de fur. albur.§.3. in princ.vltra
Tiraq. in tract. de iudic. in rebus exiguus
verſ.vigeſimoſecendo tradit fol.53.in par-
19 uis vbi rationes reddit cur barbaris, vinũ
aſportari,prohibetur, ne eius liquoris gu-
ſtu admoniti arma in nos vertãt paritérq;
cur Galli primi alpes tranſierant hoc eſt
vini voluntate capti ſequitur Alex. Tren-
tac.

tac.lib.3.var.reſol.tit.de oblig.reſol.3. ſub
num. 2.verſ.quarto declaratur Rendell. in
tract. de vinea vind. & vino fol.61.col. 1.
verſ.ſic infra in verſ.igitur, qui non poteſt
col.2.ſequitur opioionem Bald.quæ proce-
dit,quando aſportaretur ad hoſtes, quod
vetitum eſt,quæ verum,quod hoc limitant
20 oon procedere, quando pro vſu propio a-
ſportaretur prout in vino tenet ibi Ferret.
& in pane loquitur etiam Bertacch. & de
alijs rebus quas quis portat pro comeden
do, & cauſa victus ample Franc. Perſonal.
in tract.de gabellis num.100.Muta in cap.
54,num.63.tom.3. In hac igitur ambigui-
tate conſiderabatur,quod licet crimen di-
eatur fraudare gabellam, vt ſupra dixi,ad-
21 huc tamen dolus in hoc ſpecificè require-
batur fraudantis Bertaz.conſ.crim.193. n.
1.tom.1.& conſ.207.num.7.ex quo impro-
be agunt ſubditi ſi iuſtum vectigal. frau-
dant,& peccant mortaliter, & tenentur ad
reſtitionem probat Cellus Bergall.in tract.
de dolo lib. 1. cap.7. num. 47. & fraus,vel
dolus colligebatur ex eo quia non fuerat
facta ſolutio gabellæ, ſeu denuntiatio, vt
probat Bertaz.conſ.199.num.10.eo. vol.1.
Sed(cum vt prædictum eſt) nõ fuiſſet ſolitũ
pro vino cauſa bibendi in maxarijs, ſeu
territorio Monop. inducto gabellam ſolui,
22 propterea vbi non ſolet gabella ſolui quis
non poteſt teneri ad penam Bartaz.d. cõſ.
193.nu. 4. eo magis quia gabella eſt odio-
23 ſa,& in dubio fit interpertatio contra Ga-
bellam,ne ſcilicet debeatur Surd.dec. Mã-
tuæ 96.num.7.& decíſ.305.nu.44.Gratian.
diſcepr.forenſ.cap.17.à num. 17. ad 23. &
allegatæ authoritati non benè aſſentit Ar-
nal.Ferron.vbi ſupra Curt. Iun. conſ. 339.
num.5.volum.3.ſed negari non poteſt quin
pro neceſſitate ſua illum aſportaret,ꝙ nõ
eſſet improbatum, ita ex Io. de Porta, &
Bertacc.probat ibi Rend. verſ. nec iuſtitia
voti eram conuentum abſolui debere, ſed
quia inter ſe partes concordauerant non
fuit vlterius proſequutum iudicium de
menſe Auguſti 1624. Monop.

SUMMARIUM.

1 *Cauſa iuſta, & noua dicitur ex vrtata cubitali.*

2 *Iniuria eſt vocare aliquem tu es bonus vir*

3 *Iniuria atrox dicitur vocare aliquem cornutum.*

4 *Iniuria vlciſci poteſt propia auctoritate quando pro illa eſſet dedecus adire Iudicem.*

5 *Iniuria non dicetur, ſi præter voluntatem delinquentis irrogaretur.*

6 *Iniuriarum actione non tenetur, qui per locum procurit vel dum certat.*

7 *Iniuria iocoſe dicta, aut ludendo non punitur.*

8 *Atrox iniuria dici non poteſt, quando cadere non poſſit in eum.*

9 *Ars arte diluditur.*

10 *Pena ordinaria locum habebit contra eũ, qui prætextu ioculationis deliquit.*

11 *Iniuria facto committitur concitando homines ad vociferãdum, vt fieri ſolet per artifices percutiendo bancas.*

12 *Offenſus dicitur ad iracundiam, & indignationem prouocatus.*

13 *Percutiens percuſſorem, videtur facere ad defenſam.*

14 *Delinquens pro exceſſu punitur.*

15 *Statutum puniens percutientem, non comprehendit eum. qui cum anphora vini vel cum vaſe vitreo percuſſerit, & ſimilibus.*

16 *Animus deliberatus non præſumitur ex inſtrumentis non aptis ad nocendum.*

17 *Percutiens cum pignata, vel cum patoria vrceolo, vel pera, claue, cucuma, & ſimilium, an puniri debeat.*

18 *Vulnuſculum leue non dicitur vulnus.*

19 *Appellatione vulneris, non venit vulnuſculum.*

20 *Leuis ſciſſura ſeu reſcagnatura non venit ſub nomine percuſſionis.*

21 *Fabricula leuis, ſeu vulnus leue, non ſunt in conſiderattone.*

22 *Deciſio M.C. affertur de conſimili caſu.*

ARGUMENTUM.

Percutiens aliquem cum amphora vino plena puniri an debeat, ſtante præuaricatione iocosè, & qua pena, & pariter in percutiente cum olearco terreo, & ſimilibus.

Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo, veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi.

VOTUM. L.

EX poſita querela per Colam Pintum cõtra Antonium Picernum de vulnere ſibi illato in faciem ab eo cum amphora vino plena, quo exiſtente carcerato, hæſitari contingit, qua nam pena veniret plectendus

Google

dus,ſed quia ex facti ſerie ſtquibat id pro-
ceſſiſſe ad ſui defenſionem, & tanto magis
pena releuanda erat; ideo præſuppoſito
prius facti themate comperiebatur ipſum
Antonium ſuum eſſe inſtitutum alportare
amphoram vino plenã per Ciuitatẽ,quãdo
vẽdentes vegetũ vini intendunt illud ven-
dere ad hoc, vt omnibus ciuibus fuiſſet
notũ,& illud deguſtare potuiſsẽt alta voce
clamãdo vbi extat vinũ ad rationẽ,tot gra
norum amphoræ,vt Conſuetum eſt in par-
tibus Apuleæ, ac Terræ Bari obſeruari,dũ
igitur prædicto ſuo miniſterio, vtebatur
ex quo ciues ſemper quod dictus Anto-
nius ſolebãt iocoſe dicere(paſſa meſſer An
tonio)& aliquando ſuper addere verba illa
(paſſa con vno corno) & ſic in dies ipſi in
cantilenam canebant, licet aliquando ipſe
Antonius ea ſimulabat verba, aliquando
iraſcebatur, & alia ſimilia, & maiora ver-
ba verecunda proferebat,at cum certo die
prædicta verba dixiſſet ipſe Cola iocosè
ipſumque impingendo, etenim cauſa iu-
ſta, & pena offendendi oritur ex vrtata
1 cubitali Farinacc.in eius praxi q.107.nu.
479. vt in caſu Pariſ.conſ.165.volum.4.ira
tamen motus prædictus Antonius phialã
vitreã vino plenã in faciem ipſius Colæ
intulit,ob quod vulneratus licet leuiter ex-
titit, & inde querelam criminalem ex po-
ſuit contra ipſum Antonium cuius cauſa
in carcerem coniectus fuit, multa enim
pro ipſius releuamine conſideranda pro-
poſita fuerunt, & principaliter, quia ne-
dum verbis, ita prolatis, ſed etiam facto
impulſus ira motus proceſſerat ad hoc fa-
ciendum,reſpectu verborum iniuriam cõ-
tinentium, dum dictum fuerat paſſa con
vno corno quaſi quod vellet ipſum tracta-
2 re vti cornutus, ſicuti dicendo alicui tues
bonus homo, hoc eſt cornutus ex Socc. &
Carau.ſul.Clar. §. iniuria in princ. Farin.
conſ.30.ſub nu. 104. vocare aliquem cor-
3 nutũ diceretur atrox iniuria ex Ripa in
l. fin. qu.7. num. 23. de reuoc.don.probat
Guttier. conſ. 24. num.2. & 20. in hoc
erat notandum,quod dixit Grammat. dec.
14.num.11.& deciſ.23.num.1.deciſ.98.n.2.
& conſ.crim.29.num.30. quod iniuriatus,
vt quia dictum fuit,quod eſt cornutus ſi a
4 diret Præſidem,pro tali iniuria eſſet vere-
cundia, quia forte poneret reum in deriſum
ideò eo caſu poterit propia auctoritate
vlciſci ſequitur Menoch.conſ.66.num.6.p.2.
& quatenus prætenderetur per quærulan-
tem id dixiſſe iocosè non animo offendẽ-
di,ex quo ita cõmuniter ciues aſſere e cõ
ſueuerãt excuſabatur,in tñ,q quando de-

5 lictum contingerit præter voluntatem de-
linquentis, tunc non per iniuriam com-
mitteretur ad tex. in l. illud §. 1. ff. de in-
iur. & cum enim dixit I. C. iniuria ex
affectu facientis conſiſtat conſequens erit
dicere hos, ſiue pulſent, ſiue conuitium di-
cant iniuriam non videri, & in fine inquit
6 quare ſiquis per iocum percutiat,aut dum
certat iniuriarũ non tenetur ibi Gloſ. in
verbo per locum latè Farinacc.in eius pra
xi quæſt.105.num. 124. Muta deciſ.36. nu.
22. & 23. nam dolo carere videbatur, &
conſequenter ad nihilum teneri,ex quo in-
7 iuria ioco dicta aut ludendo non punitur
ex multis probat Farinacc. in praxi crim.
quæſt. 105.num.125. imo etiam quia talis
iniuria in eum cadere nõ poterat, quia ſe-
nex erat, & ſine vxore ideò atrox dici non
8 poterat iniuria talis, vocando aliquem
cornutum,vt optimè reſoluit Guttieres lo
co citato, ſed hoc ſanè intelligendum eſ-
ſet, quando ambo in eandem opinionem
inclinauerant iocosè colludendo inuicem
iniurias inferendo,iuxta illud Catonis, qui
9 ſimulat verbis nec corde eſt fidus amicus
tu quoque fac ſimile ſic ars deluditur arte
& ira proceſſit tex. in l. qua actione §. ſi
quis in colluctatione ff.ad l.Aqul ſecus ta-
10 men ſi data opera delictum committere-
tur prætextu ioculationis, quoniam tunc
pena ordinaria, plecteretur, vt ſentit ibi
Gloſ.not.in verbo gloriæ cauſa,aut ſi iocula-
tioni non conſentiret offenſus,vt caſu no-
ſtro præſupponebatur, in quo ne dum ap-
parebat hijs verbis relatis quærelatum of-
fenſum fuiſſe,ſed etiam facto hoc eſt alios
11 concitando ad vociferãdum, vt probatur
in l. item apud §. ſi feciſſe ff.de iniur.vbi I. C.
dixit feciſſe conuitium non tantum is vide
tur,qui vociferatus eſt verum is quoque
qui concitauit ad vociferationem alios,
vel qui ſummiſit, vt vociferetur vbi Gloſ.
allegat alia iura concordantia, idcirco ſi
tu me prouocaſti verbo, vel facto,vt dice-
rem tibi iniuriam, ſed punienda prouoca-
tio vbi etiam ſi tranſeunti per viam, aut
plateam artifices, vt mos turpis eſt eis v-
numquemque ſubſannare percutiunt ban-
cas,vt alio modo ſonando,& clamando fa-
ciunt ſtrep tum, an teneatur actione iniu-
riarum quod ſic ex Luca de Penna in l.er-
rat C.de Caſt.pecul.notat Io. Baptiſta Pa-
lomba de regim.official.regul.8.ſub nu.32.
& ſic offenſus ipſe dicebatur dũ ad iracũdiã
& indignationẽ prouocatus fuerat Bartaz.
12 conſ.crim.245.nu.2.& 176. vbi Addit. lib.
6.tom.1.& conſ.534 nu. 1. tom. 2. imò &
hijs non contentus quærulans Antonium
reum

reum facto impingerat.& tanto magis ca-
lor inſurrexerat iracundiæ, ita, vt ad phiolę
illationem in faciem illius deuenerat, quo
nam caſu is qui ad iracundiam,& indigna
tionem prouocatus fuerat, vt dictum eſt
13 excuſandus veniret. vltra, quod de iure
certum eſt, quod qui immediatè percutit
percuſſorem videtur facere ad defenſam
vt eſt caſus ad propoſitum in l.ſi ex plagijs
§. 1.ff.eo.vbi Gloſ. not.b. quamquam in
hoc viſum fuit aliquantulum excediſſe re-
percutiendo cum phiala plena vino quini-
14 mo pro tali exceſſu vtique puniendus ve-
niret per ea, quæ notat Viſill. decis. 206.
num.14. adhuc tamen ex quadam neceſſi-
tate ſe tuendi, cum aliter ſe defendere ne-
quiuerat ea occaſione ſuggerente ampho-
ram, ſeu phialam iactãdo percuſſerat: qua
propter ad tollendam difficultatem pro
reſolutione dubij nõ mihi inutilis viſa fuit
doctrina Ang.relata per Camp.in cap. Re-
15 gni, vt inter ſubiectos nu.17.18.& 19.quod
ſtatutum nõ comprehendit illum, qui per-
cuſſit aliquem cum amphora vino plena,
vel cum vaſe vitreo vel terreo Barbat.de
præſtant.Cardin.p.2.q.5. ſub num. 30. ſe-
quitur Caball. reſol.criminal.caſ.63. num.
3.& 17. hinc etiam infert Anna in conſt. ſi
quis aliquem n.61. ex Ang.Bart. & Hipol.
quod vulnerans aliquem cum langena
aquæ, aut vini, aut cum pera plena panibus
non punitur pena illius Conſt. idemque af-
firmat ſequẽdo Marſi.Ricc.in deciſ.Arch.
Neapol.130.num.5.p.8. ex quo iſta non
ſunt arma, nec principaliter inuenta ad
nocendum, ſed ad aliam operationem vbi
etiam allegat Addit. ad Angel. de Maleſ.
in Rub. eno ſtocco ferreo ſub num. 1. vbi
cenſuit, quod ſtante ſtatuto ſiquis offende-
rit aliquem cum armis, vel re aliqua apta
ad nocendum prout eſt Peruſij non aliter
comprehenderetur is quis percuſſerit cum
amphora plena vino, vel cum vaſe vitreo,
ſeu terreo ſubdens ſemel practicatum fuiſ-
ſe in vno, qui percuſſerat cum pera in
qua erat panis,& exiuit ſanguis,& non fuit
punitus tamquam percutiens cum armis
Caball. vbi ſupra num. 17. & in hoc ſatis
verſari debet iudicis arbitrium ſi mors ſe-
quatur, aut vulnus læthale, vel non lætha-
16 lenam & ſi non præſumatur animus deli-
beratus ex ſimilibus inſtrumentis, vt exẽ-
plificando etiam demonſtrat Farinacc. de
homic.q.126.nu.152. & 153. in percutien-
te cum claua, ſeu cucuma adhuc tamen ſi
pena ordinaria ſtatuti non poſſit puniri,
ſaltim tamen pena extraordinaria, qua-
propter in caſu, vt ſupra relato, quia modi

ca in erat ſciſcura, ſiue vulnuſculum acce-
dente partis remiſſione fuit iuſſum, vt car-
cer cederet loco pene die 6. Iunij 1625. &
iterum in conſimili caſu occurſo præuia
quærela Petri de Intino fuerunt citati Nar
dus, & Orlandus de Orlando prætextu,
quod cum ipſe Petrus exiſteret in campa-
nea ſonando ciaramellam,& prohibitus à
prædicto Nardo, ne ſonaret, eo quia com-
puta cum operarijs componebat, & au-
dire eam non poterat, cui replicauerat di-
cendo non poſſo pigliarme liguſti mici ex
quibus verbis ira commotus ipſe Nardus
Oleolum accipiendo intulit in faciem ip-
ſius Petri ex quo oculi ſiniſtri contuſio ap-
paruit cum paruo vulnuſculo, & ſimiliter
dum dubitaretur de pena imponenda ob
exceſſum ex prædictis apparebat nullate-
nus puniri potuiſſe iuxta conſtitutionis te-
norem, quia cum vaſe terreo percuſſerat,
ſicuti in, eo qui percuſſerat cum pigna-
17 ta, vt refert Alex.conſ.76. volum. 1. & in
illo, qui percuſſerat vxorem cum patina
in caſu Decian.in tract.crimin.tom.2.lib.2
num 8. vbi ſimilia adduxit allegando eun-
dem Angel. in l.armatos ff. ad l. Iul. de vi
de eo qui offendit cum vrceo vini, vel cum
pera plena, vt non diceretur cum armis
offendiſſe,& ſimiliter quod cum claue, vel
cucuma, vt tradit I.C. in l.1.§.ſed ſi ff. de
ſicar.Farin.ibidem. & circa hoc etiam ra-
tio haberi debuerat ad vulnus, ſi eſſet ma-
18 gnum, vel paruum, vt præſupponebatur,
quia leue vulnuſculum, non dicitur vulnus
19 Camp.in cap.ad hoc num.119.& appella-
tione vulneris, non venit vulnuſculũ,& ap-
20 pellatione percuſſionis ſanguinolente, non
venit leuis ſciſſura, ſeu raſcagnatura pro-
bat Muſcat. in praxi crimin.de cognit. ſeu
probat: delict. Rub. de vulner.&c. num.5.
21 ante cum Affli.in d. conſt. ſi quis aliquem
num.2. ſicut leuis febricula, vetus quarta-
na, vt modicum vulnuſculum non ſunt in
conſideratione refert Verall. deciſ. Romæ
91.num.2.p.2. latè Gratian.diſcep.forenſ.
cap.200. num.19. accedebat etiam cauſa
percuſſionis cauſata, ex malis moribus of-
fenſi, qui dederat cauſam edicto arg. l. 1.
ff.de poſtul. dum computa cum operarijs
offenſor redebat ipſe offenſus cum ciara-
mella ſonando illum perturbauerat: fuit
ex hiſ eodem modo ex carceratus exiſten-
te pariter offenſi remiſſione, & longeua
ua carceratione in penam ceſſa, prout etiã
in conſimili caſu iam occurſo de proiecen
te phialam vino plenam in faciem alicuius
euenit in M.C.V. in cauſa Andreæ Palumbi
Piſcatoris, qui fuit abſolutus per d. M.C.ad

T tela-

relationem Iudicis Thomæ Locterij in annis 1627. vt ex actis in banca ſlauti, & credo ob paruitatẽ vulneris, ceterũ vbi magna eſſet offenſio ſic commiſſa, pena ſibi locum vendicaret exilij, aut compoſitio accedente partis remiſſione.

SVMMARIVM.

1 *Informatio non procedit ſi non dicatur in ea res ſpectare iure dominij.*
2 *Maritus non vxor agit furti actione, pro furto commiſſo in rebus dotalibus*
3 *Tempus delicti attenditur in delictis.*
4 *Actio furti datur domino rei ſubtractæ, alias non competeret.*
5 *Vſufructuarius habet cuſtodiam.*
6 *Actio furti competit proprietario, non tamen vſufructuario.*
7 *Eccleſia agit actione furti pro rebus ſubtractis, prælato ipſo defuncto.*
8 *Emptor non agit furti actione, ante traditionem.*
9 *Actio noua naſcitur, mutata perſona debens.*
10 *Actio noua furti, conceditur nouo domino rei.*
11 *Actio noua competit ob mutationem dominij idemque in conditione furtina numero 12.*
13 *Succeſſor nouus agit conditione furtiua.*
14 *Vſufructuarius an agit actione furti, & loco domini agit, & conuenitur.*
15 *Beneficiatus in vita, æquiparatur vſufructuario in morte vſuario.*
16 *Vſfructus eſt propietas penes Eccleſiam.*
17 *Solutio facta prælato ante tempus, an noceat ſucceſſori.*
18 *Teſtis dum tractat de ſe ex bonerando, & liberando non probat.*
19 *Teſtis particeps examinatur, vt principalis in ſe, & teſtis in alios, vt probet ad inditiandum reum.*

ARGVMENTVM.

Accuſare, an poſſit dominus rei deterioratæ, poſtquam effectus eſſet dominus pro delicto commiſſo antequam eſſet rei prædictæ dominus.

Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuã, & cuſtodiam illam in toto corde meo.

VOTVM LI.

DE duobus principaliter dubitari contingit in quærela criminali expoſita per Cl. Franciſcum Troilum contra Vitum Antonium de Gregorio Chiſntara de inciſione ſeu deuaſtatione certarum arborum oliuarum ſui beneficij, tunc tempore ſequeſtrati per Curiam Epiſcopalem Monop. eo quia in ea lis vertebatur depreſentatione beneficiandi, & erat contentio inter præſentantes interim fructus percipiebantur à Commiſſario, Apoſtolico, inde lite deciſa, & poſt beneficij collationem ipſi factam, dictam quærelam criminalem expoſuit contra prædictum, replicabatur per ipſum quærelatum dictum quærulantem carere actione quærelandi principaliter, quia eo tempore quo præſupponebatur tale delictum commiſſum non fuiſſe dominum, & tale territorium ipſum quærelatum poſſediſſe tuuc temporis ſequeſtri ordine dicti Commiſſarij Apoſtolici, & colligiſſe oliuas de ordine ipiſius, vt ex fide eiuſdem commiſſarij percipiebatur, attenditur n. tẽpus dominij, vt agi poſſit actione furti, ita quod in informatione furti debet dici ꝙ talis res pertinebat ad
1 talem iure dominij, vel quaſi alias non procederet quærela ex Marſil conſ. 129. Ioan. Baptiſta Palomb. in tract. de reg. offic. reg. 14. nu. 59. hinc eſt, quod maritus agit actio-
2 ne furti commiſſi in rebus dotalibus non vxor l. interdum ff. de furt. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 6. Gloſ. 1. p. 1. num. 41. ea propter dũ tẽpore collectionis ipſe clericus nõ erat dominus neque fructuarius, ſed ſperabat illud habere ex litis pendentiæ exiſtentia, ideo ſicuti eo tempore delicti, quod ſatis at-
3 tendi debet l. 1. ff. de pen. agere non poterat, ita nec poſtea ſuperueniente dominio in eius poſſe ad ſimilitudinẽ agere nolentis furti, nam dicit tex. in l. ſi pro fure ff. furti actio ff. de cond. furt. ij itaque cui furtum factum eſt, habeat actionem furti, & conditionem, & vendicationem habet, & ad exhibendum actionem vbi Gloſ. in verbo, & vendicationem dixit, ſi eſt dominus, & ſequitur Boſſius
4 in tit. de furtis num. 44. vbi alios citat, ergo ſi non eſt dominus nullam habebit actionẽ pro furto commiſſo Bart. in l. ſi abducta nu.
5 2. C. de furt. Ex quo vſufructuarius habet rei cuſtodiam tantum Criuel. deciſ. 37. num. 3. Præterea de iure eſt determinatum, quod
6 actio furti propietario potius, quam vſufructuario competit ad tex. in l. ſi fur. ff. de vſuf. Franc. deciſ. 96. num. 2. & deciſ. 160. nu. 17. & 18. hinc eſt, quod Eccleſia eſt domi-

no bonorum ad prælatum peruentorum
intuitu Eccleſiæ, ideo ſi Prælato mortuo bo-
na recuperentur per hæredes eius, Eccleſia,
agit actione furti, vel rei vendicatione, vt
domina Maur. Sen. alleg. 5. num. 1. & alleg.
67. n. 2. Nihilominus erit totum appoſitum,
8 nam ſicuti emptor non agit furti ante tradi-
tionem l. eum qui ff. de furt. Anna alleg. 97.
nu. 8. ita & iſte ſucceſſor, & ratio, potiſſima
illa eſſe videtur, quia perſona domini mu-
9 tata de nouo naſcitur actio furti remanente
prima tamen dixit Gloſ. in d. l. ſi pro fure §.
conditio verſ. poſt mortem ff. de cond. furt. l-
ua in finalibus verbis per tex. in l. interdum
in primo reſponſo ff. de furt. ad quod
etiam facit tex. in l. ſi dominium ff. eo. ibi ſi
dominium rei ſubrepte quacumque ratio-
ne mutatum ſit, domino furti actio compe-
tit &c. ſubdit Gloſ. verbo domino 5. nouo
ex noua contrectatione, & verſus finem di-
10 xit ſic, & nouo domino rei noua datur actio
vt & ſupra de condit. furt. l. ſi pro fure §. fi.
ſequitur Mantua in ſua apoptegm. iuris 103.
p. 2. verſic. ſecundo, quia quod etiam notandum
eſſe dixit Bart. d. l. ſi dominium ſub num. 1.
ibi aliam pro ea, quæ eſt facta poſtquam ad
eum prouenit dominium, & iſtud eſt valde
not. & ſubdit in fine per iſtam rationem, nã
ſicut mutatione dominij naſcitur noua actio
furti ad penam applicãdam parti, &c. quem
ſequitur Caball. reſol. crimin. caſu 163. nu. 2.
& idẽ Bar. cõfirmauit in l. ſed nec legatarius
ff. de cond. furt. ſub num. 1. ibi niſi dominium
eum ſim. & illud, quod operatur rem ad di-
cendum reuerti illud etiam operatur muta-
tio dominij, quod eſt valde notandum, &
idem in d. l. ſi abducta dum quærit, ſi actio
furti competat ſucceſſori, tenet competere
11 ex mutatione dominij vnde noua actio ori-
tur, quod ſanè confirmare videtur in diſtin-
ctione per eum facta in d. l. ſed nec legata-
rius & l. ſi abducta ſequitur Caſt. in l. ſiue
manifeſtus §. tamdiu nu. 11. ff. de cond. furt.
12 & ſimiliter in conditione furtiua procedere
quoque affirmat Pet. Iacob. in ſua praxi tit.
de cond. furt. ſub num. 2. verſ. item non cu-
ratur, ſi reaſſumpſit hodie dominium ab a-
ctore in alium ſucceſſorem &c. vbi dixit,
quia actor eſſet hodie dominus, ſed nec ſin-
13 gularis ſucceſſor in quem aliqua ex cauſa
translatum fuerit dominium rei furtiuę, po-
terit agere conditione furtiua etiam, ſi fit
legatarius per d. l. ſed nec legatarius, nec de-
mum ſemper veram eſſe putarunt Doct. a-
ctionem furti ſpectare propietario, & non
14 vſufructuario, nam etiam vſufructuarius a-
git actione furti ad tex. in l. creditoris §. 1. ff.
de furt. Capyc. deciſ. 184. num. 5. & beneficia
15 tus in vita æquiparatur vſufructuario, & in
morte vſuario ex Gloſ. in c. præſenti de
offic. ord. in 6. probat Farin. deciſ. 240. nu. 6.
in ciuilibus volum. 1. in tantum, quod vſu-
fructus eſt Prælati dum viuit, propietas ve-
ro, ſeù dominium eſt penes Eccleſiam Maur.
Sen. alleg. 6. num. 2. alleg. 5. nu. 1. alleg. 45. nu.
16 7. ſicque fructuarius loco domini agit, & cõ-
uenitur ex Caualc. de vſuf. mul. rel. num. 4.
probat Rendell. in tract. de paſcuis &c. p. 4.
c. 4. n. 16. quod eſt adeò verum, quod ſi fue-
17 rit facta ſolutio ante tempus non nocebit
ſucceſſori, ſed debet reſtitui, & ſolui vero do
mino pro tempore ſuo Borgn. deciſ. 32. nu.
54. lib. 2. & ſic interminis deciſum refert
Epiſcopus Ricc. deciſ. Archiep. Neap. 164.
p. 4. vbi multa ad propoſitum adduxit lo-
quens de ſolutione facta Prælato moribun-
da, vt non valeat in præiudicium ſucceſſori
ante eum Hieron. de Laurent. deciſ. 117. ſe-
quuti ſunt Graſſ. de excep. in 25. excep. num.
103. Anton. de Amatis var. reſol. in reſol.
29. Altera vero dubietatio oriebatur ex
informatione inde capta, poſtquam ipſe quæ-
rulatus in ſua depoſitione aſſeruit non ali-
ter mandaſſe fieri arborum deterioratione,
ſed tantum mandaſſe eius famulo, vt oliuas
colligiſſet, & quamuis ipſe famulus in ſua
teſtificatione, aſſeruiſſet ſibi iniunctum mã-
datum etiam ad diſramandum arbores, &
poſt diſramatione ſuperueniſſe ipſum quæ-
rulatum approbando factum, & continuaſſe
ipſum diſramationem, id enim ad ſe releuã-
18 dum dixerat: quapropter iſte teſtis dum
tractat de ſe ex honerando, ſeu liberando
non probat Gram. conſ. crimin. 35. num. 33.
Bertazol. conſ conſ. crimin. 71. nu. 29. conſ.
225. num. 16. tom. 1. conſ. 251. num. 32. conſ.
499. num. 17. to. 2. multos alios allegat Fa-
rinacc. de teſtibus quæſt. 60. num. 18. & 19.
debebat enim prius examinari vti principa-
19 lis in ſe, & teſtis in alios vt probaret, & face-
ret inditium ad totturam contra quem de-
ponit Gramm. conſ. 14. crim. num. 6. ſimili-
ter ad inquirendũ probat Graz. in tract. de
conſ. rei contra fiſcum c. 64. Ex defectu pro
bationum fuit igitur quærulatus habilitatus
in forma die 20. Nouembris 1624. Monop.
Io. Bapt. de Thoro I.C.

SVMMARIVM.

1. *Stuprum attentatum puniri, an debeat, & qua pena.*
2. *Stuprum violentum attentatum etiam non ſequuto effectu, & qualiter punitur.*
3. *Mulieri aſſerenti vim paſſa, vel tentatam pro ſtupro creditur.*

4 *Vis fieri dicitur mulieri ſtupratæ, dum ipſa magno clamare auxilium implorat.*
5 *Violentia non dicitur, ſi non interuenit reſiſtentia.*
6 *Stuprum qualiter probetur.*
7 *Clamor exigitur inſultato pro ſui defenſione.*
8 *Inſultatus prouocatus præſumitur, qui in rixa non conquærebatur.*
9 *Vociferatio mulieris eſt maximum inditiũ ad probandum delictum ſtupri.*
10 *Stuprum nullatenus punitur, ſi non probatur vim illatam fuiſſe, & quid ſi violentia interfuerit, non probetur.*
11 *Stuprum violentum, an dicatur per fractionem boſtij domus.*
12 *Violentia exigitur in ſtupro violento facta in perſonam.*
13 *Puniri, an debeat actentatum ſtuprum.*

ARGVMENTVM.

Stupri actentatio an puniri debeat, & quando pœne locus eſſet.

Auerte oculos meos ne videant vanitatem in via tua viuifica me.

VOTVM LII.

Contra Iacobum Tinella fuit capta informatio de actentato ſtupro in perſonam Roſæ Antoniæ Ciaramellæ, quam plu ries ſollicitauerat, & demũ viſus fuit quo dam ſero exire de domo ipſius puellæ, nam ibi abſconſus ſtabat huius rei cauſa, & diſcopertus ab alijs de conuicino exiuit pro vt etiam affirmauerat eadem puella, dubitari contingit, ſi puniri deberet, nec ne ex
1 ſolo illo actentamento, & videbatur affirmandum prout determinari videtur in l. ſi quis non dicam rapere C. de Epiſc. & cler. & melius probatur in l. 1. §. qui puero ff. de extra ordin. crim. vbi pro ſtupro actentato pena ordinaria non aliter ſibi locum vendicat, ſed extraordinaria, eo maximè, ſi ad aliquem actum deuentum fuerit, per quem tex. & alia iura, ita concludit Farinacc. in ſua praxi Crim. tit. de delict. carnis quæſt. 147. num. 73. ſubdens nu. ſeq. ex Cum. Dec. Bart. Bett. Afflict. & Baiard. idem procedere in ſtupro violento actentato vbi allegat Peguetam deciſ. Catal. 7. vbi apparet fuiſſe punitum, & bannitum à Principatu Cataloniæ per quinquenniũ quendam, quod inuitam puellam reclamantem in via publica inuenerat amplexando eiuſq; pudicitiam actentando, quem ſequitur Fõtanell. de pact. nup. Gloſ. 5. clauſ. 5. p. 2. nu. 20. ſubdens iterum in alio actentante ſtuprum in virginem imaturam emictendo ſemen intra crura fuiſſe per ſeptenniũ damnatum ad triremes, & in hoc delicto ſtupri ſecundum aliquos punitur affectus, etiam non ſequuto effectu ex Farin. Muſcae. & alijs probat Muta dec. Sicil. 77. n. 20
2 Incontrarium, autem dicebatur, ad hoc, vt ſtuprum actentatum puniri potuiſſet exi-
3 gitur violentia, nam non aliter crederetur mulieri aſſerenti vim paſſam, vel tentatam de ſtupro, ſeu ſtupratam Crau. conſ. 41. n. 2 Grat. conſ. 52. num. 28, Gram. conſil. crim. 45. num. 1. Brunell. de ſponſal. concluſ. 18. num. 10. Bertaz. conſ. 3. volum. 1. quos probat ad Iul. Clar. Bayard. in §. ſtuprum nu. 40. Maſtrill. optimè deciſ. Sicil. 191. nũ. 33.
4 Et ſubdit ibidem Bayard. quod vis fieri videtur dum mulier magno clamore auxiliũ implorat, vt per Iodoc. in praxi crim. cap. 95. num. 6. & 10. alias non diceretur violẽ-
5 tia, ſi non interuenerit reſtentia Corn. cõſ. 24. volum. 2. & huiuſmodi ſtuprum proba-
6 tur, nempè per vociferationem, vel clamorem mulieri ex Maſtard. qui multos deduxit, probat Farinacc. vbi ſupra numer.
7 150. ſicuti in inſultato etiam exigitur ad ſui defenſionẽ, vt clamat probat Nouell. in
8 tract. ad defenſam cap. 1. num. 21. nam inſultatus, & prouocatus præſumitur is qui in rixa conquerebatur de aduerſario, & clamabat contra ipſum Farina. conſ. 142.
9 num. 12. etenim inditium maximum eſt ad probandam delictum ſtupri, & violentiæ illatæ mulieri vociferatio ipſius Merenda conſ. 58. num. 2. qua propter quando mulier 11 diu tacuerit, & diſtuliſſet accuſare, tũc accuſatus præſumeretur innocens, quia ex tarditate præſumitur dolus, & calũnia Boer. deciſ. 42. num. 20. in caſu autem præmiſſo, non aliter conſtabat de acclamatione, vt præſupponi potuiſſet actentamẽtũ, imo nec de conqueſtu mulieris actentatæ, nec de querimonia in iudicio ex poſita, inde reſultare videbatur, vel innocentia rei, vel de voluntate mulieris quo caſu ſtuprum nullatenus erit puniendum, quando realiter conſtaret mulierem conſentiſſe, nec vim
10 inter fuiſſe, ſecus tamen ſi violentia interuenerit, vel non probaretur, quia præſumeretur, vt docuit Gomeſ. in l. 80. tauri nu. 10. Ideò non puniretur, ex conſenſu mulieris Farin. vbi num. 55. nec vis facienda erit in lacitatione rei viſi exire de domo ipſius mulieris, nam in fortiori caſu conſuluit Paul.

11 Paul.de Caſt.conſ.27.num.1.& 2.volum.1. quod ſi quis frangerit hoſtium domus, & thalami, & violenter ingrediretur, ſed noluntem, & non violenter cognoſceret, non diceretur commiſiſſe incoitu violentiam, ſed violenter tantum ingreſſum fuiſſe exi-
12 gitur enim, vt violentia ſit facta perſonæ, vt poſt Dec.ibi Farin.loco citato num.31. Sed pro coronide non me latet, qnod in facto euenit alias de conſimili caſu relato per Iul.Clar. in eius praxi crim.§.fi. quæſt. 92.col.3. verſ. & ſecundum hanc, dum loquitur de regula, quod affectus puniri non debet niſi ſequuto effectu cenſuit Petrum
13 Vicarietum actentaſſe pudicitiam certæ puellæ nubilis lectum ipſius aſcendendo, & pectus tangendo, neque vlterius progrediendo fuiſſe abſolutum habita remiſſione partis, & ita in caſu prepoſito obſeruatum fuit ex hijsque probat Farin.de delict. carnis quæſt.147. quod ſtupri pena ordinaria demum intrat, quando illud ſequutum fuit, ſecus ſi tantummodo tentatum eſſet num.73. vbi num. ſeq. id procedere dixit etiam in ſtupro actentato per vim quo caſe, nec etiam pena ordinaria mortis intraret.

SVMMARIVM.

1 *Mulier aſſertioni ſtatur cum iuramento facta, imo abſque iuramento, & numer.12.*
2 *Qualitas vitæ & morum puelle ſtuprate attendenda.*
3 *Puella ſtuprata exigitur, vt ſit honeſta.*
4 *Stuprum cadit in virgine honeſtã viuente.*
5 *Honeſtas virginis ſtuprata probant.*
6 *Stuprum violentum per clamorem mulieris verificatur.*
7 *Stuprum, vt rectè probetur exigitur, vt de aliqua vi conſtet, & quod ſtuprator ſubduxerit puellam.*
8 *Vindicta remiſſa cenſetur per virum, ſi poſt adulterium ſe coniunxerint.*
9 *Violentia ceſſat quando interceſſerit conſuetudo, cum ſtrupatore.*
10 *Adulterium vnicum cenſetur, ſi per multos dies fuerit continuatè commiſſum.*
11 *Stuprum vnicum reputatur rer continuationem coitus.*
13 *Virgo præſumitur mulier tempore ſtupri.*
14 *Res dubia ſit per negationem.*
15 *Probationes in criminalibus luce meridiana debent eſſe clariores.*
16 *Stuprum probari debet per liquidiſſimas probationes hoc eſt per duos teſtes conteſtes.*
17 *Dicto ſtuprate creditur, quando ciuiliter procederetur, ſecut quando criminaliter. & ſi dixiſſet fuiſſe ſubductam.*
18 *Stuprum commiſſum in muliere vili, & abiectæ conditionis impunibile eſt.*
19 *Stuprator excuſatur ob vilitatem mulieris.*
20 *Virgo ſtuprata ſufficit eſſe à principio honeſta.*
21 *Violentia in virgine ſtuprata ſemper præſumitur interueniſſe.*
22 *Puella ſtuprata ſemper præſumitur ſubducta, & non ſponte confeſſa.*
23 *Viri inferunt vim mulieribus non verſa vice, & in dubio voluntas viri præſumitur præcedere.*
24 *Violentia ex continuata habitatione in virgine ſtuprata non aliter purgata, ſed acuta cenſetur.*
25 *Reo ſtupratori incumbit onus probandi non commiſiſſe ſtuprum.*
26 *Stuprator ex ſua confeſſione licet qualificata puniri debet.*
27 *Confeſſioni ſtupratoris, vel mulieris contrarie ſtandum erst.*
28 *Aſſertioni mulieris ſtuprate, quod fuerit rit virgo ſtãdum eır, & præſumitur grauida ex eo.*
29 *Stuprator tenetur, vel dotare puellam, vel in vxorem ducere, & an præciſe teneatur illam ducere in vxorem.*
30 *Stuprator ſub ſpe futuri matrimonij tenetur preciſè puellam ducere in vxorem idem quod ſi fuerit vidua nu.31.*
31 *Stuprum voluntarium etiam concurrente voluntate mulieris erit punibile.*
32 *Aſſertio mulieris & ſtupratoris de matrimanio inter eos ante copulam contracto illos à pena liberat.*
33 *Conſtitutio dotis puelle ſtuprate ob intereſſe ſit.*
34 *Stupator ſi nollet puellam in vxorem ducere maiorem dotem tenetur dare, & quare.*
35 *Conditio puelle per deflorationem deterioratur.*
36 *Stupum commiſſum cum vidua, an ſit punibile.*
37 *Pena ſtupri hodie eſt arbitraria.*
38 *Conditio perſone ſtuprata erit attendenda.*
39 *Stuprum commiſſum ſuaſionibus, & promiſſionibus grauius punitur.*

40 *Stuprum in virgine aliud, quod in vidua erit conſiderandum.*

41 *Deciſio M.C. ac S.C. enuntiatur contra ſtrupatorem viduæ ſub ſpe matrimonij contrahendi, quæ comprobatur deciſione Aueniononenſi num. 42.*

ARGVMENTVM.

Confeſſiones contrariè ſtupratoris & ſtupratæ exiſtentes cui magis ipſarum ſtandum erit, vt procedit poſſit contra ſtupratorem vel non procedi debeat.

Statue ſeruo tuo eloquium tuum in timore tuo.

VOTVM. LIII.

IN cauſa informationis criminalis de violenti ſtupro con muſſo in perſonam Antoniæ Campo molę ad eius quærelam expoſitam contra Franciſcum Paulum de Gregorio Chiantara petita, quæ probata fuerunt tum ex confeſſione principalis cum iuramē
to corroborata, fuiſſe à prædicto inquiſito cognitam violenter quodam ſero dum, ipſa ſola in domo perſiſteret ab ſentibus eius parentibus, & per multas alias ſequentes noctes continuaſſe commercium, quam etiam ex alijs coniecturis, & præſumptionibus, in ſurrexit dubitatio, nam capto reo, & examito acceptādo carnale, commercium aſſeruit non aliter ipſam virginem reperiſſe, ſed defloratam, & conceſſo ſibi termino defenſorio nil de prædicta exceptione probando, dubiæ redebantur ambotum depoſitiones, vt ritè, & rectè potuiſſet procedi contra inquiſitum, ex quo ambo erant principales, in hoc, reddebatur principaliter dubioſa depoſitio ipſius puellę cui, & ſi ſtari debeat reſpe
1 ctu virginitatis cum iuramento, ſuam aſſertionem conualidando, vt probāt ex multis poſt Claud. Tutium allegat. 40. num. 1. Ball. in tract. crim. lib. 3. tit. de lit. diſpenſ. caſu 13. num. 12. Farinacc. in ſua praxi crim. tit. de delict. carnis quæſt. 147. §. probatio nu. 135. & in conſ. 38. numer. 6. imò ſine iuramento prout in ſequenti num. 136. probat, adhuc tamen in hoc erit animaduertendum ad reputationem puellæ, & attendenda qualitas vi-
2 tæ, & morum, vt ſimiliter in ſequenti num.
139. demoſtrat, & iſta qualitas morum non
3 aliter deducta fuerat exigitur enim, vt ſit
honeſta idem Farinacc. num. 42. nam in vir-
4 ginem honeſte viuentem cadit ſtuprum Ma-
nent. conſ. 121. num. 11. honeſtas enim in
hoc probari debet, & qualiter Buerſ. conſ.
69. num. 38. Maſcard. de probat. concl. 1343.
5 num. 93. Ballis in tract. crim. lib. 3. tit. de lit.
diſpenſ. caſ. 13. num. 24. nec alia requiſita ad
hoc neceſſaria, vt congerit Manent. conſ. 121
volum. 2. de conſimili agens materia, ſecun-
do, neque de violentia conſtabat ex actis, vt
aſſerebatur cum per vociferationem, & cla-
6 morem mulieris ſtupratæ verificatur ſtu-
prum notat Farinacc. ibi num. 150. ex Ma-
ſcard. de probat. concluſ. 1409. num. 27. Ant.
de Ballis in tract. crim. lib. 2. tit. de lit. diſpen.
caſ. 13. num. 3. adhoc, vt ſtuprum probetur
7 opus eſt, vt coſtet de aliqua vi probat Al-
mont. Ciact. conſ. 2. num. 12. ea quod ſtupator
ſeduxerit puellam idem diſcept. forenſ. di-
ſcept. 24. nu. 49. aliter ſtuprum commiſſum
non fuiſſe ex eo quod nullus rumor in vi-
cinia certus Ludou. Gilhaus: in ſuo Arb. cri-
min. cap. 6, p. 1. §. 44. num. 3.
8 Tertiò per continuationem concubitus
reſultare videbatur eorum conſenſus, vt in
de ſtuprum violentum dici non poterat, imò
remiſſum videbatur ius accuſandi, prout in
viro dicitur dum cum vxore adultera ſe cō-
iunxerat poſt adulterium tunc remiſſa cen-
ſetur vindicta, vt probat ex Xuarez Rubeus
in tract. de adult. cap. 9. ſub num. 11. nam
quando interceſſerit mulieris conſuetudo
9 cum ſtrupatore facit præſumi ceſſare violen
tiam Almont. Ciact. diſcept. forenſ. diſcep. 24
nu. 23. Vnde quemadmodum vnicum dice-
10 retur adulterium, quod per multos dies fue-
rit commiſſum, & continuatum Caſtill. deciſ.
Sicil. 182. num. 5. ita & pro vnico ſtupro ha-
11 beri continuationem, coitus, vt firmat Ma-
ſtrill. deciſ. 218. num. 16.
Quartò ex contrarietate depoſitionum
poſtquam depoſitio ſtupratæ maximè cum
12 iuramento fidem facit, & ei creditur Farin.
loco allegato Viuius deciſ. 299 num. 17. In-
trigl. ſing. 214. lib. 1. Gilhauſ. vbi ſupra nu. 6.
13 cap. 2. tit. 21. num. 7. & ita etiam præſumitur
tempore ſtupri, quod fuerit virgo ipſa ita
aſſerendo idem deciſ. 74. num. 6. vbi Additio
& deciſ. 284. num. 5. & 2. & conſ. 38. num. 6.
dixit ita probari ſtuprum, ſed per contrariā
autem viri depoſitionem aſſerentis illam nō
reperiſſe virginem redditur dubioſa cū per
14 negationem res dubia redatur l. 3. C. quib. ad
libert. &c. Borgnin. deciſ. 28. num. 59. par. 2.
15 Garſia dicto 323. quo fit, vt cum probatio-

nes

nes in criminalibus eſſe debeant luce meri-
diane clariores ad tex.in l.fin. C. de probat.
ita ſtuprum probari debet per liquidiſſimas
probationes, nempè per duos teſtes conte-
16 ſtes latè Almont. Ciact. diſcept. forenſ.di-
ſcept.24.num.66.& 70.Denique,quia crimi-
17 naliter agebatur ſubſequitur, quod dicto ſtu
pratæ licet ciuiliter poſſet credi,quod eſſet
virgo, tamen quando agitur criminaliter in
præiudicium alterius non creditur ita ex
Alex.Franc.Roſel.& Boer. probat Almon.
Ciact. vbi ſupra num.2.& concluſ.2. nu. 17.
& ſi dixiſſet fuiſſe ſubductam ſollicitationi
bus perſuaſionibus, & promiſſionibus Ca
ſtill.deciſ 182.nu.30. Sed hijs replicari con-
tingit,& primo reſpectu qualitatis, & hone-
ſtatis non probatæ, nam & ſi non fuerat in
actis probata honeſtas, neque vilitas ipſius
probata fuerat ex qua poterat repelli:quo-
18 niam ſtuprum commiſſum in muliere vilis,
abiecte conditionis eſt impunibile per ea,
quæ adduxit Farinacc.conſ.90.num.14.tunc
enim ob vilitatẽ mulieris excuſaretur Surd.
19 deciſ.Mantuæ 149.nu.7. & per præſumptio-
nes probatur in honeſtitas mulieris Fari-
nacc deciſ. 74. in addit.lit.B.& nihilominus
etiam in caſu contrarium demoſtrat nu. 10.
& ſequen.& tanto fortius,quia ex ſama con-
uicini perceptum fuerat eam eſſe virginem
atque honeſtam ex bonis parentibus ortã,
ſufficiet enim à principio fuiſſe honeſtam
20 vt notat Farinacc.in d.praxi crimin.tit.de
delict. carn.num.81. & niſi fuerit probata
ita qualitas neutiquam puniretur reus iu-
xta ſtatutum ad quod multa adduxit Bo-
nacoſſ. in ſuis quæſt.crim. verbo abducens
Ad ſecundum replicabatur, quod ſi bene
de violentia non conſtiterat ex clamore
21 puellæ adhuc ſemper præſumitur interue-
niſſe,vt poſt Gomeſ.in l.80.Tauri ſub num.
10. verſ. ſed hijs non obſtantibus notauit
Farinacc.d.deciſ.74.num. 6. quod ſtuprata
puella præſumitur ſuducta, & non ſpon-
22 te confeſſa, & quod preſumitur in hoc
caſu violentia, & ſuductio probat Mo-
nach. deciſ. Bonon. 41. ſub num. 12.
Farinacc.deciſ.74.num.6. crim. ex eo quia
viri inferunt vim mulieribus non vice ver-
23 ſa ex Gloſ.in l.vnica verſ.ſponſa C.de eap.
virg.firmat Feder. Scotus in Rub. de noui
oper.nunt.fol.28. vbi hoc per ſimilia exẽ-
pla oſtendit,& non ab re in dubio volũtas
viri præceſſiſſe præſumitur in ſtupro,& non
mulieris Anch.q.30.nu.3.p.2. Ad tertium
dicebatur non aliter ex hac continuata
24 habitatione violentiam fuiſſe purgatam,
ſed potius augeri ad tex.in cap. noſtrates
de conſang.& Affin.ex And. Gram.& Ma-
ſcard.probat Ant.de Ballis vbi ſupra num.
23.vltra Farinacc.d.q.147.ſub num.41. Ad
vltimum replicabatur, non aliter dubiam
depoſitionem redditam eſſe dum nil incõ-
trarium fuerat probatum per reum cui in-
25 cumbebat, quod exceperat probari illud
non commiſiſſe Gilhauſ. vbi ſupra num. 7.
ſicuti in emptore affirmante vitioſas res
fuiſſe venditas, & creditore id negante
26 cui incumbit non probandi de quo per Da-
niel.Mole. lib.1.fereſt.c.45. aderat tamen
eius confeſſio licet qualificata ex qua pu-
niri poterat iuxta deciſionem relatam à
Simeone Vlrico Hartam. obſeru.33. de eo
qui confeſſus fuerat adulterium, & per al-
teram fuerat negatum in ſpecta maximẽ
informatione capta, qua propter ad deci-
ſionem præſentis articuli ſatis probari vi-
detur punctualis doctrina Iulij Clari in §.
ſtuprum verſ.ſed pone,quod ſtuprator vbi
27 hæc formalia verba dixit, ſed pone, quod
ſtuprator dicat puellam non fuiſſe virginẽ
tempore quo cum eo concubuit: ipſa vero
dicat, quod erat virgo cui eorum magis
credendum,reſpõdit,quod in dubio præſu-
mitur virgo, niſi ipſe ſtupator probet con-
trarium. & ita tenent communiter Doct.
vt dicit Abb.in cap.1.nu.5.de Adult. quem
refert Bermod.in d.tract. in alleg. poſt nu.
9. hæc illæ poſt hæc vidi Additionem Io-
ſoph Mele ad deciſ. 52. Conſil. Gizar. vbi
num.49.ex Oinot.in §. duplum num.14.de
action:eundem articulum examinat, & cõ-
cludit neganti incumbere onus probandi
alias,ſecus,ſtatur.n.aſſertioni mulieris cõ-
tra delinquentem,quod fuerit virgo,& præ
ſumitur grauida ex eo,quod ipſam cogno-
uit latè Vrſill.ad Afflict.deciſ.236.num.5.&
6. Triuiſ.deciſ.Venet.26.num. 18. vbi alios
citat vltra Boer.Alex. Farinacc.& Piguera
quos probat Ioſeph Mele loco relato vbi
hæc,& alios ad ornatum huius materie re-
collexit vltra Farinacc.d.deciſ.74. num.6.
vbi Addit. in crimin. Fuit tandem proceſ-
ſum ad vlteriora contra ſtupratorem, ſed
quia partis remiſſionem obtinuerat ex do
tatione conuenta,attenta longeua carce-
ratione ipſius ad tẽporale exiliũ miſſus cũ
poteſtate ſe concordandi die 2. Maij 1625.
29 Monop. etenim ſtuprator vltra dotem
quam dare tenetur Caſtill.deciſ. 182. num.
14. Simon Vlricus Hartam. obſeruat.
161.nu.1. vbi de alijs penis ſtrupatoribus
illatis agit,quod Phebus latiſſimè dec.178
tom. 2. Imo quod poteſt pena corporali
caſtigari firmat Farinac.quæſt.17.nu. 109.
& ex Bertan. Caſſan. Nauar. probat Mo-
nac.deciſ.Bonon.41.num.9.Muta deciſ.77.
num.

Digitized by Google

num.21. & ita fuit dicatum per Mag. C.
in cauſa Ioſeph de Alexio referente Iudi-
cem Soctomaior, in banca Tartaglie anno
1618. nam etiam ſtuprum voluntarium
concurrente voluntate mulieris erit puni-
bile ex Claro in §. ſtuptum probat Moron.
in tract. de treug. & pace quæſt. 158. nu. 14.
Ex quibus omnibus infertur ad caſum no-
uiſſimè occurſum in Mag. Cur. Vic. ad in-
ſtantiam Antoniæ Scaleæ viduæ querelãtis
Galitiũ Tortes de ſtupro cum ea cõmiſſo
ſub promiſſione matrimonij: nam ſi atten-
datur diſpoſitio iuris communis, vt tenea
tur ſtuprator, vel eam in vxorem ducere
vel dotare iuxta communem Doct. opi-
nionem Ricc. deciſ. 55. p. 3. num. 14. Muta
deciſ. 77. num. 4. Farinacc. quæſt. 147. num.
97. & 98. Nihilominus, quia præcisè illam
ducere in vxorem non tenetur, ſed alterna
tiuè, vt eam dotem, vel in vxorem ducat
teſtatur Farinacc. deciſ. crimin. 74. num. 4.
& ſequen. Attamen quando promiſſio præ-
ceſſerit de ducendo illam in vxorem, eo
enim caſu, ſiue fuerit virgo ſtuprans, & de-
florans ſub ſpe futuri matrimonij tenetur
30 illam in vxorem ducere etiam, quod ſpon-
ſalia non fuerint iurata probauit idem Fa-
rinacc. deciſ. 73. num. 4. & 5. tom. 2., quem-
admodum etiam in puncto de promiſſione
matrimonij fraudulenter facta viduæ, vt
31 inducatur ad fornicationem concludit
Marcell. Megal. in conſ. 96. ſic quæ ſtupra-
toris, & mulieris aſſertio de matrimonio
32 inter eos ante copulam contracto ipſos à
pena ſtupri liberat optimè poſt Farinacc.
quæſt. 147. num. 93. Caball. Reſol. crimin.
caſu 196. num. 12. & fortius ſubſequuto
matrimonio inter eos: Cœterum autem
vbi fuerit ſubſequuta dotatio tantum, ſiue
33 in virgine, ſiuè in vidua, quia hoc reſpicit
intereſſe particulare damnum paſſi, ob
quod dotem conſequitur Bertaz. conſ. 45 a
vbi Addit. lit. E. Non per hoc euitetur
pena delicti, vt ſupra probatum atque de-
ciſum refertur, ſed vbi, nec matrimonium,
neque dotatio fuerit ſubſequuta, tunc iu-
ris pena locum haberet habita diſtinctio-
ne perſonarum virginum, ſeu viduarum
34 vilium, & non vilium, & ſimilium, etenim
ſi fuerit virgo quia ſtuprator nollet in vxo
rem ducere tenetur maiorem conſtituere
35 dotem ea, quæ nupta fuiſſet, ſi non fuiſſet
deflorata, quia per deflorationem puellæ
conditio deterior facta fuit, vt dixit Fari-
nac. d. deciſ. 74. tom 1. num. 3. ſequitur Mu-
ta deciſ. Sicil. 77. num. 4. Sin autem fuerit
36 vidua, quamuis ſtuprum commiſſum
cum vidua vilis conditionis impunibile,
ſit de iure communi refert idem Farin. d.
conſ 90. num. 7. & ſi num. 3. contrarium aſ-
ſeueret, hoc eſt de conſuetudine ceſſare
violentia ſtuprum commiſſum cum vidua
non puniatur Fontanell. de pact. nuptial.
clauſ. 5. gloſ. 5. p. 1. num. 2. adhuc, quia illa
non ſe expoſuiſſet verecundiæ, niſi perſua-
ſione matrimonij contrahendi idcirco ſtu
prator erit puniendus, ſed pena arbitraria,
37 nam quidquid dixerint Doct. ſtupri pena
hodie eſt arbitraria, & ſic modo grauior
38 modo leuior ſubnectit Farinacc. d. quæſt.
147. nu. 96. idem Fontanell. d. tract. d. clauſ.
5. gloſ. 1. p. 2. num. 3. Et ſic conſiderata
qualitate perſonæ viduæ, ſi fuerit honeſta,
vel in honeſta, vt ibidem aduertit Farin.
num. 10. & ſeque. & ſi perſuaſionibus pro-
39 miſſionibus, & ſimilibus, quoniam tunc pe-
na eſſet, ac ſi per vim fuiſſet ſtuprum com-
miſſum idem Farinacc. eo. loco num. 34. ſed
hoc diuerſimode in vidua, quod in virgi-
40 ne, vt ponderat Claud. Bertaz. in Addit.
ad conſ. ſui genitoris 495. in principio, at
cum in caſu promiſſo probationes non fue
rant ſufficientes ad cõdemnationem, fuit
d. reus habilitatus informa de menſe Ia-
nuarij 1633. & confirmatum per S. C. ad
41 relationem mei Domini obſeruandiſſi-
mi D. Hieronymi Salamanchæ Iudicis M.
Cur. in criminalibus, vt ex actis in banca
Tartaglie penes Anellum Sportellum, &
huic conuenit deciſio Senatus Auenun.
apud Hiero. de de Laurent. 72. vbi de con-
ſimili caſu agitur de ſtrupantè viduam
ſub promiſſione matrimonij cum qua etiã
filios ſuſceperat per trienniũ, & inſtãte vi
dua fuit carceratus, nec aliter liberatus
fuit, niſi compilato proceſſu iuſtitia cauſe
diſcuteretur, vt ibi erit videre rationes
quas affert pro vidua, quæ ſatis hijs con-
ueniunt, quæ ſunt notanda. Io. Baptiſta
de Thoro I. C.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia lite pendente impetrari non de-
bent.*
2 *Innouare eſt impetrare lite pendente.*
3 *In dubio priuilegium conceſſum cenſetur
ad petitionem partis non motu pro-
prio.*
4 *Moratoria ſemper præſumitur conceſſa ad
petitionem partis.*
5 *Priuilegium conceſſum ad partis poſtula-
tionem ſuffragari non debet, & num. 14.
& 23.*
6 *Priuilegium ad petitionem partis impetra
tum debet ſtrictè interpetrari.*

7 *Pri-*

7 *Priuilegium Brunduſinum conceditur cum onere ibi habitandi per quinquennium, & operatur, vt nec in perſona neq; in bonis exequi poſſit*

8 *Priuilegium ſimile conceſſum eſt Manfredoniæ ob Turcarum incurſum, atque Ciuitati S. Seuerij, & conuicinis ob terremotum.*

9 *Priuilegium generale impetratum lite pendente, non comprehendit lites præteritas.*

10 *Priuilegiũ impetratum à debitore, ne carceretur impedit carcerationem, & exequutionem nu.38.*

11 *Priuilegium impetratum, an ſe extendat ad futuras lites.*

13 *Priuilegium impetratum lite pendente, an ad lites pendentes extendatur.*

13 *Sacre iuſſiones in medio litis fieri non debent.*

15 *Obligationes incuſantur abſque. alia citatione, non tamen in Ciuitate Monop. ex ſtilu.*

16 *Iudicium à citatione incipit.*

17 *Sententia terminat iudicium.*

18 *Sententia eſt terminus diſceptationis.*

19 *Inſtantia finitur iudicium.*

20 *Litis nomen eſt generale.*

21 *Lis pendere dicitur per citationem ad inſtantiam actoris emanatam.*

22 *Debitor pendente lite, moratoram, quando impetrare poſſit.*

24 *Priuilegium Brundiſinum mutationis cauſa conceſſum eſt ratio fertur.*

25 *Habitatio principaliter requiritur in priuilegio Brunduſino.*

26 *Priuilegium conceſſum habitare volentibus in aliquo loco, habet vim contractus nec reuocari poterit.*

27 *Iure ſuo nemo debet fraudari.*

28 *Priuilegium habitatoribus conceſſum durante habitatione durat, & ſic deciſum.*

29 *Vtilitas publica priuatæ præfertur.*

30 *Obligationes tam de iure communi, quam Regni habẽt paratam executionem, & ratio refertur.*

41 *Lis finita dicitur per confeſſionem debiti & præceptum de ſoluendo factum.*

32 *Obligatio incuſata operatur carcerationẽ debitoris.*

33 *Carceratus an priuilegium Brundiſinum impetrare poſſit deciſio R. C. enuntiatur ac altera Mag. Cur. de eius ordine prolata.*

34 *Priuilegium liberandi carceratos, vim legis ſpecialis habet.*

bus malitia hæredis percipitur, vt pro-
bat Phanuct.in tract.de inuent.p.1.nu.3.
vſque ad 5. in fine, & hoc caſu, quia hæ-
res non poſſit ante aditam hæreditatem
37 Rolan.conſ.73.volum.2.neque conueni-
ri permiſſum eſſet ante aditionem ſub-
38 dit ibi Rolan.num.19. tunc quia propia
culpa dilatio ſoluendi legata proceſſe-
rit, exiſtente interpellatione rectius ab
eo die cogendus erit fructus rei legatæ
præſtare; nam eum regulariter à die litis
39 tis conteſtatione debeatur, vt intelliga-
tur à tempore moræ commiſſi, ſi tamen
aliud nõ appareat dixit ibidem Grauell.
ſubdens: quia non tenetur hæres ire ad
40 legatarium, vel fideicommiſſarium & ei
offerre quod relictum eſt, moram nõ fa-
ciat interim fructus ſuos facit; contin-
gere enim poſſet ignorare an legatarius
aut fideicommaſſarius agnouerit, aut a-
gniturus ſit legatum, vel fideicommiſſum
ex tex.in l.1.fideicommiſſaria ff.ad Tre-
bell. quapropter cum in facto enarrato
nulla apparebat hæredis malitia in hijs
adhibita, nullo iure poterat ab eo in-
terpellationis extra iudicialis tempore
fructus ſoluere, eo amplius quia erant
legati ſub conditione, quo caſu fructus
non debentur niſi à die purificatæ con-
41 ditionis, ex multis probat Gratian. d.
cap.25. à num.13. vel melius ad diem
certam, vt ſubdit num. 14. & ſequen.nu.
15. rationem de hijs reddit, ſi benè nu.
42 18. concludere videatur non habere
locum in fructibus poſt aduentum diei,
aut conditionis ex l.fin.§.ſin autem Cod.
de communia de leg.Salic.& Socc. ibidẽ
adducti: ita quod per interpellationem
quamuis extra iudicialem moram con-
tractam fuiſſe prætenderetur per hære-
dem, ob quod ab eo die fructus deberi
conſentaneum eſſet, quemadmodum fru
ctus percepti per hæredem grauatum
poſt moram commiſſam in reſtituendo
ad fideicommiſſarium, & ad legatarium,
licet interea rerum dominium in iſtos
translatum non ſit, & apud hæredẽ ſit, &
ex multis iuribus probat Peregrin. de
43 fideicommiſſ.art.49.num. 85. nihilomi-
nus ibidem ſubnectit Peregrin. num. 86.
moram intelligendam eſſe ſecundum
aliquos per litis conteſtationem, & ſic
44 per interpellationem iudicialem ex l.1.
& fin.C.de vſur. & fruct. leg. Socc. conſ.
45 42.num.5. volum. 3. & mora iudicialis
ex litis conteſtatione contrahitur Mon-
ter.deciſ. Arag. 6. num. 22. vnde ex hijs
iudicaui intereſſe deberi à die litis con-
teſtatæ die 1. Septembris 1625.Monop.
46 prout ita quoque iudicatum cenſuit Vi-
uius deciſ.262. fructus fideicommiſſi de-
beri poſt moram incurſam poſt inter-
pellationem iudicialiter factam, vt in fi-
ne dec. habetur ex quo tempore contra-
ctæ fuerunt nuptiæ legatariorum quo
tempore, vt dixi ſupra etiam debentur
Io.Bapt. de Thoro I. C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Requiſitio de iure eſt neceſſaria cõtra fi-
deiuſſorem.*
2 *Fideiuſſor non dicitur in mora præſen-
tandi reum infra octo dies, niſi inter-
pellatus fuerit.*
3 *Forma conſtituendi in mora fideiuſſo-
rem refertur.*
4 *Citatio non requiritur in obligatione
ſtipulata penes acta*
5 *Praxis incuſandi obligationem affer-
tur.*
6 *Interpellatio non erit neceſſaria, quan-
do in contractu eſſet appoſita dies, &
pena, vbi ratio oſtenditur.*
7 *Fideiuſſor de præſentando infra certum
diem, eo elapſo tenetur.*
8 *Tex. in l ſancimus C. de fideiuſſ. quali-
ter procedat.*
9 *Stylus legem conſtituit.*
10 *Stylus Curiæ legem facit.*
11 *Stylus ſeruandus erit.*
12 *Stylus Curiæ pro lege ſeruandus.*
23 *Stylus Curiæ ad deciſionem cauſarum
allegatur.*
14 *Electio in alternatiuis eſt debitoris.*
15 *Alternatiua, quando eſſent duo quorum
vtrumque eſſet in obligatione, ſufficit
alterum impleri niſi quando vnum
ipſorum poneretur ad cautelam quo-
niam tunc electio eſſet creditoris nu-
mer. 16.*
17 *Dictio, vel eſt alternatiua.*
18 *Dictio, & ſi eſt ampliatiua, & auget
diſpoſitionem.*
19 *Deciſ. Affl. 497 ponderatur, & qualiter*
20 *Deciſio M. C. V. producitur contra
fideiuſſorem, qui ſe obligauerat ſolue-
re pro aliquo quem præſentauerat
carceratum.*

21 *Tex.*

21 *Tex. in l. ita ſtipulatus in fine verſ. ſi ſtipulatio ff. de verbo; obligat., examinatur.*

22 *Debitor ante moram, non eſt obligatus ſoluere debitum ſecus ea contracta.*

23 *Mora ipſa, non contrahitur abſque interpellatione.*

24 *Interpellatio exigitur ad conſtituendum in mora.*

25 *Interpellatio requiritur, quando eſſet dies incerta.*

26 *Interpellatio non requiritur, quando dies eſſet certa.*

27 *Interpellatio ſtatim non conſtituit in mora, ſed deſiderat aliquod temporis interuallum.*

28 *Interpellatio, in ſe continet, vt effluat tempus.*

29 *Interpellatus à Iudice, vel ab homine habet tempus congruum iudicis arbitrio.*

30 *Arbitrio Iudicis relictum eſt, tempus purgandi moram.*

31 *More purgatia celer eſſe debet, Iudicis arbitrio relicta.*

32 *More purgatio in cauſa ordinaria admittitur vſque ad petitionem ſaltim ad litis conteſtatione, imo poſt ſententiã, ſed infra modieum tempus nu. 33.*

34 *More purgatio intra modicum tempus, non eſt vltra tres menſes, ſed infra biennium in emphiteoſi, nec annum excedere debet.*

35 *Interpellatio in cauſis ſummarijs eſt relicta Iudicis arbitrio, ſimiliter in obligationibus, non habentibus certum diem num. 36.*

37 *Fideiuſſor depreſentando aliquem intra certum tempus, qualiter interpellãdus remiſſiuè.*

38 *Mora non purgatur, vbi eſt certa deis appoſita, & pena.*

39 *Mora non purgatur, vbi adeſſet inſtrumẽtum, aut obligatio num 40.*

41 *Mora non purgatur, vbi adeſſet iuramentum, & pena, & num. 45.*

42 *Mora, non contrahitur, niſi poſt lapſum diei.*

43 *Mora per lapſum diei ius tribuit.*

44 *Iuramentum habet vim interpellationis.*

46 *Mora purgatur de equitate canonica.*

47 *Interpetratio benigna erit facienda pro more purgatione.*

48 *Mora ſemper purgatur de equitate canonica.*

49 *More purgatio admittitur, non obſtante iuramento.*

50 *Mora celeri ſatisfactione purgari poteſt.*

51 *Purgatio more celeriter fit per paucos dies, quod relictum eſt arbitrio Iudicis num. 52.*

53 *Mora modici temporis, non nocet, nec erit in conſideratione nu. 54.*

55 *Mora modici temporis poteſt purgari arbitrio Iudicis, & conſequenter intra modicum tempus num. 56. & breue tempus num. 57. non tamen ex interuallo num. 58.*

59 *Mora purgatur ex interuallo, aut incontinenti arbitrio Iudicis.*

60 *Mora purgari debet intra idem tempus conceſſum, ad ſatisfaciendum.*

61 *fideiuſſor, qui non præſentauit reum infra certum tempus, nec moram infra idem purgauerat, an teneatur ad penam.*

62 *Mora purgatio facta in vltimo die termini præfixi, an valeat.*

63 *Mora ſtatim purgari poteſt ex ſatisfactione facta creditori, vel aliter adimplendo.*

64 *Mora purgatio, an operetur, vt non ordinaria pena, ſed leuiori puniatur, non ſe conſtituendo, quis in carcere ad illum effugiendum, quem intra modicum tempus redierit.*

65 *Fideiuſſor morbo alieno laborat.*

66 *Fideiuſſori magis quam principali fauendum.*

67 *Fideiuſſor promittens præſentare aliquẽ certa die, ſi poſt moram præſentauerit, an teneatur ad penam.*

68 *Fideiuſſor præſentans principalem poſt interpellationem illinc ad paucos dies, an teneatur.*

69 *Durum eſt habere hominem, & penam.*

70 *Praxis M.C. ac S.C. refertur, in fideiuſſore præſtitate principalem poſt paucos dies, non tamen ex interuallo qualiter procedat.*

71 *Diſpoſitio l. & ſi poſt tres ff. ſi quis caut. ponderatur.*

72 *Dictio pluries quot vicibus interpetratur.*

73 *Mora celeri ſatiſfactione purgatur, qualiter intelligatur.*

74 *Mora purgatio arbitrio Iudicis relicta eſt, habita conſideratione, vt ſine damno creditoris fiat, hoc eſt ne ius illius deterior fiat num. 75.*

76 *Mora purgatio, non conceditur, quando parti paſſa eſſet intereſſe, aut pena eſſet exacta num. 77. vel executio facta num. 78. niſi fuerit perfecta, & ſic deciſum num. 79.*

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor de præſentando aliquem intus carceres infra certum tempus, ſub illis verbis, & ſi non præſentauerit ſoluere debitum, an elapſo tempore, non facta præſentatione teneatur ſoluere debitum de propio, cum ipſa promiſſio, nõ fuerit alternatiuè cõcepta, & an ſit locus moræ purgationi, differitur copioſius qualiter in iure, & in praxi id ſit ſeruandum. *

Et ſit ſplendor Domin Dei noſtri ſuper nos.

VOTVM. LXII.

DE duobus principaliter dubitari contingit in duabus obligationibus penes acta Curiæ ſtipulatis, de præſentando carceratum intus cerceres infra dies decem facta præuia obligatione fideiuſſoris, cum verbis illis, & ſi non præſentauetit ſoluere ducatos centum debitos creditori, ſi elapſo tempore præſentandi nulla inde facta præſentatione debitoris intus carceres, potuiſſet incuſari obligatio, & exequi contra fideiuſſorem nulla præcedente requiſitione, ſeu citatione, aut interpellatione prout prætendebat Io. Baptiſta Zambella creditor N. contra Io. Mariam Lioci fideiuſſorem, & non eſt dubium inſpecta iuris communis diſpoſitione, quam Do-
1 ctores ſectantur eſſe neceſſariam in hoc caſu requiſitionem, ita ſpecificè ex Caſt. conſ. 101. volum. 2. probat Oſaſc. decif. Pedemont. 48. nu. 2. quod fideiuſſor promi-
2 ctens aliquem repreſentare infra octo dies, non deceretur eſſe in mota, niſi fuerit idemque confirmat ex Felyno Deciano Iaſone, & Hyppol. Vezin. pro communi opinione poſuit hanc opinionem inter commun. opin. lib. 8. tit. de fideiuſſ. num. 42. ex Caſt. in l. ſi deceſſerit ff. qui ſatisd. cog. Decian. conſ. 2. nu. 7. quibus addo Coſtam in tract. de reintegra diſt. 108. num. 6. Affli. in Conſt. baiulus in principio notab. 2. q. quẽ ſequitur Præſ. de Frãc. dec. 118. ſub n. 9. Pyrr. Maur. Arret. in tract. de fideiuſſ.
3 p. 1. ſect. 2. cap. 3. num. 89. & in hoc adhibita forma tradita per per Muſcat. in praxi fideiuſſor. par. rima modo 7. hoc eſt, vt inſeratur tenor fideiuſſonis, in citatione, & citatis principale, & fideiuſſore incuſetur pena, & vt fideiuſſor liberetur à tali fideiuſſione poſt citationem per ctam traditur formula à d. Pyrro Maur. vbi ſupra num. 120.

4 Ex aduerſo autem dicebatur non eſſe neceſſariam citationem, dum ſumus in obligatione ſtipulata penes acta, quæ habet paratam executionem, vt tradit Præſ. de Franc. decif. 656. nu. 1. & dixi latius ſupra voto. . ad quod idem met Præſ. de Frãc.
5 deciſ. 118. num. 8. tradit praxim de hoc horum tribunalium, eo quod inſtatur apud acta eiuſdem Curiæ pro incuſatione obligationis, exigitur demum incuſatio pene obligatiouis, vt per eundem deciſ. 707. num. 1. & ita communiter practicatur in M.C. ac omnibus Tribunalibus Regni, & hijs accedit, quod dixit Oſaſc. d. deciſ. 48. num. 6. reſpondendo, ad ſub allegata non eſſe neceſſariam interpellationem de iure, quando incontractu eſſet appoſi-
6 ta dies, & pena, quia dies interpellat pro homine ſequitur Marta voto 135. num. 4.
7 quo fit vt fideiuſſor de præſentando debitorem infra certum diem, illa elapſa tenetur ad tex. in l. ſancimns C. de fideiuſſ. pro
8 bat Marta voto 125. in conſimili caſu noſtro vbi num. 2. licet videatur concludere tex. illum procedere, quando promiſſio eſſet facta intra certum tempus, non autẽ quando promiſſio facta eſſet poſt tempus, hoc eſt poſt paſcatem, vt in caſu ſuo, adhuc contra fideiuſſorem concludit. & vltra eum Bellac. inter commun. opin. lib. 4. tit. de vſur. & mora num. 51. vbi plures allegat DD. ad hoc idem firmantes Intrigl. ſingul. 215. ex Viuio Afflict. Rom. 1 t. Dec. & alijs, & Io. Criuell. deciſ. Dolani 59. n. 5.

Verum, quia ex ſtilo Curiæ Monopolitanæ omnes obligationes penes acta ſtipulatæ, antequam incuſentur expediuntur citationes, deinde interponuntur decreta
9 incuſationum, vt notum eſt, quoniam ſtilus legem facere videtur, vt per Afflict. in
10 prælud. conſt. nu. 9. & maximè ſtilus alicuius Curiæ, qui ſimiliter legem facere ex Bart. probat Addit. ad Cauenſ. in primo ritu num. 8. Ricc. collect. deciſ. 1206. Euerard. in Topica loco à ſtilu Curiæ
11 Ideò erit ſeruandus ex multis probat Mantua in tract. caſuum ſtili Sacri Palatij
12 Apoſtolici in principio, & potiſſimum ſtilus Curiæ eſt pro lege ſeruandus Cauenſ.

vbi

13 vbi ſupra vbi nu.9. cenſuit ad deciſionem
cauſarum poſſe allegari,ideo fuit expedi-
ta citatio iuxta morem conſuetum eiuſdē
Curiæ. Sed difficultas altera tam in ea-
dem cauſa, quam in cauſa Donati Mariæ
Garzaneti contra Didacum Chiaues ſe
obligantem penes acta,præſentare magi-
ſtrum Donatum Rizzum infra certum tē-
pus,infra quod non aliter præſentauerat,
ſi tenebatur iuxta formam eius obligatio
nis ſoluere debitum,non enim eramus in
obligatione alternatiua ſtipulata de præ-
ſentando debitorem intra tot dies, vel de
14 ſoluendo,quo caſu electio eſſet debitoris
reg. in alternatiuis de reg. iur. in 6. vbi
Dyn. Euerard. d. Topica loco à natura
alternatiuorum num.1. Gratian. diſcept.
forenſ.cap.2 .num.1.Reg.Valenz. conſ.2.
nu.83.Criuell.deciſ.Dolani.59.& intermi-
nis iſtis loquitur Coſta in praxi conuent.
par.2.clauſ.35.num.1. Gratian. nouiſſimè
15 diſcept.forenſ.cap.338 præſertim num.6.
& 7. eo maximè,quando alternatiua eſſet
inter duo quorum vtrumque eſſet in obli-
gatione Negulant. de pignor. in primo
membro 5. p. num.6. Euerard. ibi num.7.
Afflict.deciſ.397. nu. 4. & 5. cum alijs ad-
ductis per Viuium deciſ.485.nu.2. to.3.&
tūc ſufficit alterum implere Pirr.Maur.Ar
16 ret. vbi ſupra num. 112. quod ſecus eſſet
quando vnum ad cautelam ipſorum pone
retur,tunc electio eſſet creditoris Afflict.
ibidem num.6.Viuius vbi ſupra num.7. vt
in promiſſione ſoluendi, vel dari pignora,
vt ſubdit ibi Vrſil.num. 1. ad Afflict. Eue-
rard. in d.loco. ſub num. 7. Sed verſaba-
tur in obligatione in qua vtrumque po-
ſitum erat in obligatione,vtraque dictio-
17 ne,vel,quæ de ſui natura eſt alternatiua
Doct. in cap. inter cætera de ſcript. cum
alijs allegatis per Barboſ. de diction. in
dict.360.num.2. ſed in verbis conceptis ,
& ſi non præſentauerit ſoluere, & talis di-
18 ctio, & ſi eſt ampliatiua, & auget diſpoſi-
nem cap.tanta de Simon. cum alijs citatis
Gratum.de diction. in dict. 62. & ideo ceſ-
ſante alternatiuitate, quæ optionem debi-
tori concedit, videbatur ex altera dictio-
ne, & ſi,in beneficium creditoris prolata
& conſequenter eidem competere electio
nem,& iuxta talem pronunciandum pro-
19 ut in caſu relato ab Afflict.d.deciſ.497. de
eo qui promiſerat ſoluere intra certum
tempus cum declaratione, quod ſi intra
d.terminum non ſoluerit teneretur pro d.
quantitate ſubmictere domum emptam
& cum hæc fuiſſet electio à creditore fa-
cta ob lapſum temporis præfixi, quod do-
mictere retur, ita fuiſſe pronuntiatum per
S. C.refert num.9.hinc eueniente contro-
20 uerſia in M.C.V. ex eo quod Io. Domini-
cus Gondola ſe obligauerat penes acta
Curię, in beneficium Chriſtofori Regis
creditoris Dominici de Roſa,in ducatis
400. in circa, & cum promiſiſſet ſoluere
intra menſem ducatos bis centum ex cau
ſa mutui,& reuera proceſſerat pro excar-
ceratione dicti debitoris,de quo nō conſta
bat in actis, facta indepreuentione oppo-
nendo exceptionem nonnumeratæ pecunię
& omnia in facto probando, ex quo non
præſentauerat debitorem fuit per M. C.
V.ad relationem D. Ioſeph de Herrera die
1.Iulij 1631. iudicatum, quod incurſetur
obligatio, vt ex actis in banca Paraſcan-
doli,& hoc ex allegatis per Pyrr. Maureū
in tract.de fideiuſſor.p.1.cap.3.ſect 2. ſub
num.116.ex Gloſ. potiſſimum in l.duobus
§. ſi ei qui vbi Iaſ.ff.de in iur. quod opti-
mè probari conſpicitur ex tex. ſingulari
21 in l.ita ſtipulatus in fine verſ.ſi ſtipulatio
non à conditione ff.de verb.oblig.quem
citat Gloſ. in leg. & ſi poſt tres ff. ſi quis
caut. cuius verba ſunt veluti ſi Pamphilū
non dederis dare tantum ſpondes,ſed ſi ita
concepta,ſit ſtipulatio Pamphilum dare
ſpondes,& ſi non dederis tantum dare ſpō
des, quod ſine dubio verum erit cum id a-
ctum probatur, vt ſi homo datus non fue-
rit,& homo, & pecunia debeatur, ſed &
ſi ita cautum ſit,vt ſolo pecunia non ſolu-
to homine debeatur, idem denfendendum
erit, quoniam voluntas fuiſſe probatur, vt
homo ſoluatur, aut pecunia petatur, ex
quibus verbis ſatis colligitur ſtipulationē
ipſam à pacto proceſſiſſe , & ſuccedente
inde inobſeruantia ex parte promittentis
committitur ſtipulatio, vt ad ſolutionem
teneatur,quando ſola eſſet in obligatione
& ſimiliter,ſi homo, & pecunia in obliga-
tione eſſēt,verum quia in caſu noſtro pro-
miſſio fuerat præſentandi debitorem in-
fra tot dies,& ſi non præſentauerit ad ſol-
uendum debitum teneri,quamuis vtrum-
que in obligatione eſſent adhuc vno, non
adimpleto ſubſequitur teneri ad adimple-
mentum alterius, vnde contingit ex hijs
differere,ſi purgationi moræ locus eſſet ad
euitandum ſolutionem debiti promiſſam,
22 & certum eſt ante moram ad debitum ſol-
uendum non eſſe obnoxium debitorem,
ſed tantum ad ſerui promiſſionem, vt ad-
uertit ibi Gloſ. in verbo ſoluatur, ſubſe-
quuta inde mora ſtatim pecuniam promiſ-
ſam peti poſſe affirmat eadem Gloſ. ibi
in verbo defendendum, ſed an moræ pur-

gatio admicti debeat per præſentationem
principalis, eſt veriſſimum, qnod mora
ipſa non contrahitur abſque interpellatio
23 ne probat Magon. deciſ.Florent.31.num.
6. Ideo ad conſtituendum debitorem in
24 mora exigitur interpellatio ex Alex.conſ.
102.colun.3.volum.1. firmat Veain. inter
commnn.opin.lib.4. tit.de vſuris num.53.
ibique Viuius nu.108. & opin. 523. inter-
pellatio Maſtrill.deciſ.193.nnm.16.& 23.
Ceſ.Graſſ. deciſ.43.nu.20.deciſ. 144. nu.6.
Monach.deciſ. Bonon.40.puncto7.nu.14.
Intrigl.deciſ.26.num.3. Viuius deciſ.425.
num. 2. Machell. in patrocin.28.num.25.
25 Et propterea, quando dies eſſet in certa
tunc interpellatio exigitur, vt ex Bart.Sa-
lic. Bald. & Alex. probat Michael Craſſ.
inter commun.opin.loco citato num.115.
verſ.limita quoque ibique Bellac. nu. 50.
Gratian.diſcept.forenſ.cap. 307.num. 18.
& cap.853.nu. 49. & 54. prout in fideiuſ-
ſione probat Anton.Henrig.in tract.de fi-
26 deiuſſ.cap.24.num.146. quando vero eſſet
certa interpellatio nõ requireretur, quo-
niam dies interpellat pro homine, vt ſu-
pra dixi ſequitur Cherian. inter d. com-
mun.opin.num.120. Donat. à Fina ibi nu.
61.& 95. Bellac. eodem loco nu.62.Surd.
deciſ.57.num.14. Graſſis deciſ.143.num.
57.Theſaur. deciſ.77.num. 1. Pariſ. conſ.
34.num.16.volum.1.latiſſimè Gratian. d.
cap.307.num.15.& ſequen.& cap.708.nu.
33.& 34. Mareſc.var.reſol.lib.2. cap. 125.
num.32. Carau. in ritu 163.num. 1. Pyrr.
Aretin. d. tract. ſect.10.ad conſ.in fine c.
23.num.24.in 2.p. Ant.Henrig.vbi ſupra
num.144. Reſpectu primæ diſtinctionis ca
pitis vbi interpellatio requiritur ob in-
certitudinem diei, verum eſt quod ipſa
27 interpellatio ſtatim non conſtituit in mo-
ra, ſed aliquod temporis interuallum de-
ſiderat ite Put.dec.Rom.266.num.7.lib.1.
Paul.Bellon.in tract.de poteſt.eorum, quæ
in contin.fiunt cap.73. nu.29. ex Menoc.
de arbit.caſ.36. etenim ex quiritur inter-
28 pellatio, vt aliquid effluat tempus Idem
Bellon.eod. tract.d.lib.1.cap.198. ſub n.5.
qua propter interpellatus ſiuè, à Iudice
29 ſiue ab homine habet tempus congruum
Iudicis arbitrio Cancer.var. reſolu.cap.5.
num. 120. tom. ita quod ſicut intra quan-
tum tempus mora committatur relictum
30 eſt arbitrio Iudicis Magon.deciſ.Luccenſ.
31.num.20.ita pariter eius purgatio, quæ
31 debet eſſe celer ad eiuſdem Iudicis arbi-
trium ex Decian.conſ.452.nu.25. & Affli.
probat Viuius in opin.522. mora, & inter
commu.opin.lib.8.tit.de fideiuſſ.nu.43. vb
32 hoc ſanè Iudicis arbitrium debet eſſet re-
gulatum inſpecta qualitate cauſarum, vt
ſi eſſet cauſa ordinaria quo caſu purgatio
moræ admitteretur vſque ad petitionem
imo ad litis conteſtationem Surd. deciſ.
Mantuæ 226.num.8. Donat. à Fina d. titul.
33 nu. 105. Campan.in cap. legem veterem,
imò & poſt ſententiam aliquãdo, ſed intra
modicum tempus Mantic. de tract.& am-
big.lib.22.tit. 27.num.25. Menoch.de arb.
jud.cap.7.num. 11. latè Mareſc. var.reſol.
lib.2,cap.125.num.30. & ſequen. & inſpe-
cta qualitate cauſarum purgatio ipſa in-
34 tra modicum tempus & breue, quod reli-
ctum eſt arbitrio iudicis declaratur, non
eſſe vltra tres menſes, ſed benè intra bie-
nium in emphiteoſi Caſ. Barz. deciſ.50.
nu.39. nec debet excedere annum Ioſeph
Ludou.deciſ.Peruſ.90.nu.33. quamquam
in hoc videantur expoſita verba illa celeri
ſatisfactione, vt purgatur mora, cum in-
tra modicum tempus poſt factam intima-
tionem caducitatis canonem obtulerit
emphiteota, & recuſante domino depo-
ſuerit à qua opinione in iudicando ex
Aret. non eſſe recedendum tradit Borgn.
deciſ.38.num.32 par.3. quæ & ſi celeriter
fieri debeat: relictum eſt tẽpus Iudicis ar-
bitrio ex Corbul. notat Mauſon. in tract.
35 de cauſ.execut.ampliat.5.nu.25. In cau-
ſis vero ſummarijs interpellationem re-
quirentibus, ſimiliter congrui temporis
oportunitas elargienda erit per Iudicem
reſeruata eius arbitrio Magon. deciſ. 31.
36 nu.20.& maximè in obligationibus non
habentibus adiectum diem ſolutionis, ad
hoc vt interpellari, vel exigi debitor poſ-
ſit relinquitur arbitrio Iudicis Coler. de
37 proceſſ.par.3.cap.3.num.5. & infertur ex
hoc ad obligationem fideiuſſoris depreſen
tando aliquem infra certum tempus, quo-
uis modo erit interpellandus etiam, vt ad
penam teneatur probat ex multis Pyrr.
Maur.Aretin.in tract.de fideiuſſor.p.1. c.
2.ſect.2.à num.85. cum ſequen. vbi plura
ad hoc deduxit conferentia. Vbi autem
eſſet dies certa appoſita, & pena, commu-
38 niter Doct. concludere videntur, nullate-
nus moram purgari poſſe multos allegat
Amat.deciſ. Ancon.70.num.16.verſ.quar-
to quando, Peguera deciſ. Catal. 269. nu.
1.& deciſ.129.num.14 ante eos Donat. à
Fina inter d.commun.opin.num.96. Boer.
conſ.22.num.4.& 5. Pariſ.conſ. 19. nu.195.
volum.2.Intrigl.d.ſing.215.vbi alios citat
Doct. latiſſimè Mancin. in tract. de iura-
mento p.4.effectu 13. num.26. & maximè
39 vbi ad eſſet inſtrumentum, quo caſu moræ
pur-

Digitized by Google

purgatio,non admitteretur vbi obligatio
contracta eſſet , quod habet exequutionē
paratam Decia. conſ. 452. num.16.Man-
40 cin. vbi ſupra num. 25. prout eſt etiam
obligatio ſtipulata penes acta quæ ſimili-
ter habet exequutionem paratam Carau.
in ritu 127.num.5.Franc.d.deciſ.646.n.1.
41 Similiter vbi adeſſent iuramentum, &
pena, quæ habent paratam executionem
Carau.in ritu 163 num.2. Mancin.in dict.
tract.d.p.4.in effectu 215.num 2. Serafin.
de priuil.iuramen.priuil.48.num. 22. in
quibus dies certa apponitur in ſolutione
42 facienda, vel aliquid adimplendo,ſicque
mora ipſa non contrahitur niſi poſt lapsū
diei Cabed.deciſ.Luſit.92.nu.5.p.1.vltra
eum Pariſ.conſ.alleg.num.198.mora enim
per lapsū diei vim tribuit ex verbis ipſius
obligationis, & ſuos effectus parit quan-
tumuis ſit ſtrictum iudicium Ant. Fab. in
43 eius Codic.lib.4.tit.2.def.9.num.3.Simili-
ter ex iuramenti interuentu. Etenim mo-
ra non aliter purgatur vbi iuramentum
interuenit,quia illud habet vim interpella
44 tionis continuæ Oſaſc.d. deciſ.48.num.7.
ex Franc. & alijs firmāt Coſta in tract. de
re integ.diſt.108. ſub num.6.Mancin.d.p.
4.effecti 215.num.2. & non mirum, ſi non
detur moræ purgatio ob iuramentum pręſ-
45 ſtitum tradunt nonnulli Doct. relati per
Craſſum inter com.opin.in titul.alleg.nu.
113. Viuius d.opin.522. & inter d. comm.
opin.tit.allegato ſub num.43.Mantic.de
tacit.& Ambig.lib.4.tit.31.num.53. Ma-
ſtrill.deciſ.259.num.4.Gratia.diſcept. fo-
renſ.cap.378.num.22. Ioſeph Ludou. dec.
90.num.24. Theſaur.deciſ.212. num.6. &
de omnibus iſtis Gargar.patroc.100.nu.1.
46 par.1. Nihilominus, quia ſemper purga-
tur mora de equitate canonica Decia. d.
conſ.452.num.4.Magon.deciſ.Florent.61.
num.13. Serafin.de priuil.iuramen.priuil.
48. num. 8. Gargiar.vbi ſupra numer. 17.
Coſta Sicul.conſ.56.num.24. Hond. conſ.
43.num.87.volu.2.licet ſuadente equitate
permiſſa videtur purgatio moræ Menoch.
de præſumpt.lib.1.q.34.nu.5.Gratia. cap.
47 658.num.25.& vt purgari poſſit mora be-
nignior eſt interpetratio Ioſeph Lodoui.
deciſ.Peruſ. 90. num.22. Ideo mora licet
48 fuerit pena ac iuramento adiecta inſtru-
mento,poterit de equitate canonica ſem-
per purgari Cęſ.Barz.deciſ.50.nu. 33. vbi
num.53.communem appellat,& deciſ. 62.
nu.13. Serafin. d. tract.de priuil.iuramen.
priuil.48.num.22. Gratia. vbi ſupra num.
23.Verall.deciſ.230.num.3.p.2.Ioachym.
Scayn.deciſ.Bonon.93.num. 16. Coſta vbi
ſupra nu.22.Mauſon. in eod. tract.in præ
lud.2.n.35.Ant. Henri. in tract. de fideiuſ
cap.24.nu.169. & ſequen. ſicque non ob-
49 ſtante iuramento appoſito purgatio admi
ttitur Ioſeph Ludou.vbi ſupra num. 11. &
12.Amat.deciſ.70.nu.57. Magon. d. deciſ.
61.num.27.Gratia.cap.708.num.58. Simi-
li modo per lapſum diei appoſiti in inſtru-
mento,vel obligatione præſentandi, vnde
50 contingit ſuper hoc diſceptari poſtquam
mora celeri ſatisfatione purgari poteſt,vt
dicunt Doct. Barz.deciſ.Bono.62.num.59.
Theſaur. deciſ. 212. num.5.Magon.deciſ.
Floren.61.nu.26.& purgatio ipſa celer eſ-
51 ſe debet per paucos dies Viuius in opin.
524, more Grat. vbi ſupra nu.17. Gargiar.
vbi ſupra in fine Mauſ. de cauſ. execut.
ampl.5.n.25.Grat.ibid.Coſta d.conſ.56.n.
52 51 17.quod ſimiliter relictum eſt arbitrio
Iudicis Viuius in opin.219.interd.comm.
53 opin.tit.alleg.num.119., ita quod ſi eſſet
modici temporis non aliter noceret Barz.
deciſ.Bonon.111.nu.9.Mantic.deciſ.Rom.
54 240. num.7. nec eſt inconſideratione
Magon.deciſ.Luccenſ.25. num. 34. Serafi.
de priuil.iuramen.priuil.48. num. 2. cum
55 ipſa mora modici temporis purgari poſ-
ſit arbitrio Iudicis Ioſeph Ludou. deciſ.
Luccenſ.5.num.6. & ſucceſſiuè intra mo-
dicum tempus purganda Mantic. deciſ.
56 Rom.270.num.4.5.& 6. Seraf.in d. tract.
d.priuil.48.nu.2.Gratia.d.cap.307. nu.30.
57 ſeu infra breue tempus Surd. deciſ. Man-
tuæ 221. num. 14. & deciſ. 342. num. 24.
Gratia.cap.708.nu. 54. non tamen ex in-
teruallo Theſaur. deciſ.260.num.6.quam-
quam in purganda mora incontinenti,vel
58 ex interuallo plurimum arbitrio Iudicis
relinquatur Bellon.eod.tract.& lib.1. cap.
59 73.nu.21.communiter tamen mora pur-
gari debet intra idem tempus conceſſum
60 ad ſatisfaciendum,vt probatur in d.l.ſan-
cimus , & probat Oſaſc.alleg.deciſ. 48.nu.
13. vbi refert inconſimili caſu , vt ſupra
61 relato de fideiuſſore ad præſentandum
reum infra certum tempus:quia non pur-
gatat moram infra tātumdem terminum
fuiſſe per ſenatum ad penam fideiuſſonis
condemnatum,& agebatur de obligatione
iurata, idem ante ipſum firmauit Boer. d.
conſ.22.num.1. & interminis Gratia.dict.
cap.708.num.41. & ſequen. vbi loquitur
62 de eo,qui ſe obligauerat præſentare,quan-
documque fuerit requiſitus, vel de ſoluē-
do debitum,ſi fuerit requiſitus die 15. Iu-
nij,& iuxta ſtilum ſuſceperit terminum v-
nius menſis,nam ſi fieret repræſentatio vl-
tima die Iulij valebit purgatio moræ, &

Digitized by Google

ita Romę deciſum nnm.43. refert, quam-
quam alij voluerint moram ſtatim purga
63 ri ex ſatisfactione facta creditori, vel ali-
ter ad implendo ea, quæ præſtare teneba-
tur ex l. ſi ita §. ſeia ff.de verb. oblig. vbi
Doct.comprobãt ex Theſaur. deciſ. Bellõ.
vbi ſupra d. cap.73. num.5. & 6. de eo cui
64 fuerat conceſſa purgatio moræ cum ſe die
præſtituta, non ſe conſtituiſſet in carcere
ad effugiendum careerem, quem ſi modo
redeat intra modicum tempus, non ordi-
naria,ſed leuiori pena coercendũ ex Grill.
de Relax. Carcer.§.nunc videndum nu.11.
quod multo fortius in fideiuſſore,vt con-
cludit Pyrr.Maur.d.cap.3. num.102.quia
65 morbo alieno laborat probat Anton.Hen-
rig.de fideiuſſor.cap.27. proem. numer.2.
66 Ideò magis fauendum quod principali
Magon.deciſ.Florent.92. nu.29. ad quod
ſubdit Viuius d. opin.522. & inter comm.
tit.alleg.num.43. quod fideiuſſor, qui ſub
67 pena promiſerit aliquem præſentare cer-
ta die,ſi poſt moram repræſentauerit, non
tenetur ad penam, quia potuit moram
purgare,& hoc etiam iuramento interue-
niente ex Iaſ. in l. ſi ex legati num.14. ff.
de verbo oblig. & ita iudicaſſe Therami
refert, conferunt ad hoc congeſta per
Camp. d.cap. legem veterem nu.6.ex no-
tabili deciſ. Gramm. 95. vbi loquitur de
fideiuſſore præſentante principalem poſt
68 interpellationem illinc ad paucos dies,
qui fuit abſolutus ex carcere cum durum
69 videatur quẽ hominẽ poſſidere,& penã e-
xigere l. apud Celsũ §. labeo ff.de dol.ex-
cept.ſequũtur Carauit.in ritu 163.ſub nu.
Vrſill.deciſ.130.num.7. Muſcatell. latè in
praxi fideiuſſ.p.2.in q.1.num.1. & nouiſſi-
mè Maſtrill.deciſ.259. num. 45. cum alijs
citatis nouiſſimè per Didacum de Mari in
addit. ad eundem Gramm. in d. deciſ. in
principio vbi ex mente Regen. Tap. in d.
cap. Regni aſſerit tam in Mag. C. quam in
S. C. contrarium practicari circa exitum
70 cauſæ, quòad penam incurſam, ſemper
quod fideiuſſores principales poſt paucos
dies moram purgauerint, non tamen ex
interuallo,quæ ſiquidem deciſio licet pra-
cticari videatur in alijs Curijs Regni, vt
firmat Petra ad Gramm. vbi ſupra, ſecus
tamen eſt in M.C.ex ritu ipſius particula-
ri 163. vbi non datur moræ purgatio,niſi
eodẽ die fuerit pręſentatus principalis à
fideiuſſore, vel ſequenti, vt communiter
practicatur,& aduertit ibidem Camp. n.5.
& deciſum refert Vrſill.deciſ.130.num. 9.
& in ſumma, quam vis per diſpoſitionem
71 l.& ſi poſt tres ff. ſi quis caut.cautum, ſit
purgationem moræ fieri poſſe poſt tres
dies aut quinque pluresue, dies, vt notat
72 ibi Bald.dictionem plures verificari in tri-
bus, vel quatuor quẽ ſequitur in alijs Cu-
rijs excepta M. C. infra dies ſeptem fide-
iuſſores ſunt liberati refert Muſcat.d.q.1.
num.14. & huic accedit, quod dixit Barz.
73 d.deciſ.50.nu.57. mora celeri ſatisfactio-
ne dicitur purgata, quando factum eſſet
depoſitũ intra tres dies poſt declarationẽ
74 quod ſanè relictum eſt arbitrio iudicantis
Menoch.de arb.caſ.7.nu.13.habita conſi-
deratione, vt ſine damno creditoris ipſa
moræ purgatio fiat Monter. deciſ. Arag.
48.num.36.hoc eſt ne ius creditoris dete-
75 rius factum ſit idem dec.30.nu. 30.Amat.
deciſ.70. num.16. verſ. ſecundum quando
Theſaur.dec.260.num.2.Verall.deciſ.231.
par.2.num.1.Maur.d.num.102.Gratia. c.
708. nu. 18. ad 26.vbi per exempla demo-
ſtrat,& cap.515.num.26.& cap.495.num.
76 15. etenim, quando pars damnum paſſa
eſſet,vel intereſſe,non concederetur moræ
purgatio Ioſeph Ludou.d.deciſ.90. n.26.
vel forte pena ex acta,vt aduertit ibi Pet.
aut executio facta Gratia.diſcept. forenſ.
cap.378.num.14.& 708.num.54. dumodo
ſit perfecta exequutio,& ita deciſũ refert
Grat.c.915.n.20.ante eum Mancin.d.p.1.
effect.13.num.44.& 62. & ex hijs apparet
veritas quęſtionis memoratę,quãuis par-
tes iſtę inter ſe concordauerint.

Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SUMMARIUM.

1 *Fideiuſſor nouatione liberatur.*
2 *Incuſatio obligationis de concordando partem,& fiſcum ſtatim elapſo termino fieri debet,& ſic mandatum eſt actuarijs.*
3 *Mora ſine interpellatione non committitur,eo maximè,quãdo dies,& pena fuerint appoſita.*
4 *Moræ purgatio non admittitur in obligationibus,quæ habent paratam executionem.*
5 *Moræ purgatio ex equitate canonica admittitur.*
6 *Tempus purgandi moram diuerſimodè explicatur,vel infra octo dies,quindecim, vel tres, aut quinque.*
7 *Moræ purgatio vltra tantumdem terminum,poſt paucos dies quandoque admittitur.*
8 *Mora longa purgari,non poteſt etiam de iure canonico.*
9 *Fideiuſſor tenetur præſentare principalem abſque*

abſque vlla citatione, vel requiſitione.

10 *Mora non purgatur, vbi eſt pactum reſolutiuum.*

11 *Clauſule reſolutiue impendiunt mora purgationem.*

12 *Cõſenſus preſtitus in præſentatione principalis infra certum tempus, eo elapſo non conceſſus cenſetur.*

13 *Mora purgatio, non admictitur poſt lapsũ temporis, maximè ad excipiendum poſt ius parti quæſitum.*

14 *More purgatio per præſentationem principalis, non admictitur, eo maximè quando ius partis eſſet factum deterius.*

15 *Tex. in l. ſancimus C. de fideiuſſ. declaratur, & qualiter intelligatur numero 18.*

16 *Cautela contra fideiuſſores, vt ſtatim concurri poſſunt adducitur, cum admonitione ad aſſeſſores, quæ de ſtilo Curiarum obſeruatur num. 17.*

19 *Fideiuſſor promictens tradere principalem infra certum tempus, vel ſoluere, an eo elapſo ſtatim ſoluere tenetur.*

20 *Diſpoſitio l. ſancimus C. de fideiuſſor. an hodiè ſit in vſu.*

21 *Tex. in l. & ſi poſt tres ff. de ſi quis caut, ampliatur per Cap. Regni legem veterum.*

22 *Fideiuſſor promictens aliquem præſentare infra octo dies, non diceretur, in mora, ſi non fuerint requiſitus.*

23 *Mora, non contrahitur, niſi præceſſerit interpellatio, & maximè, in facto negatiuo.*

24 *Mora purgatio ceſſat vbi dies, & pena fuerit appoſita.*

25 *Citatio, vel requiſitio fideiuſſoris exigitur ad præſentandum.*

26 *Clauſula appoſita, in fideiuſſione, vt ipſe fideiuſſor præſentare teneatur ſine citatione, vel requiſitione qualiter intelligatur.*

27 *Stilus Curiarum facit legem, & pro lege habetur, ideo erit ſeruandus.*

28 *Obligationes fideiuſſorum communiter fiunt penes acta.*

29 *Mora purgatio admictitur etiam in obligationibus penes acta, & ſic deciſum refertur.*

30 *More purgatio, etiam poſt ſententiam admiſſa fertur, & poſt incuſationem, & ſic deciſum.*

31 *Electio eſt debitoris in alternatiuis, quod etiam fideiuſſoribus competit numero 32.*

33 *Electio eſt creditoris, quando vnum eſſet, in obligatione, & aliud ad cautelam.*

34 *Promictens ſoluere ad certum diem, vel dare fideiuſſores, eo adueniente præcisè ſoluere tenetur, nec audiendus offerendo dare fideiuſſorem, ſi creditor nollet.*

35 *Mora purgatio, an etiam admictì debeat facta electione per creditorem.*

36 *Incuſatio pene requiritur, vt commictatur ſtipulatio.*

37 *Citatio, ſeu requiſitio, non requiritur in obligationibus contra principalem, & fideiuſſorem, nam ſtatim accuſata pena contra eos exequitur.*

38 *Perquiſitio per Palatium Curiæ, qua forma fieri debeat.*

39 *Obligatio antiqua, an per nouam tollatur.*

40 *Fideiuſſor liberatur, quoties fideiuſſio interpoſita fuiſſet mediante noua obligatione.*

41 *Obligatio primeua reſoluitur, accedente noua obligatione eiuſdem rei, & ita deciſum.*

42 *Mora purgatur nouatione.*

43 *Mora creditoris ei nociua, & ſibi imputatur num. 48.*

44 *Mora ex culpa creditoris non debet nocere debitori.*

55 *Mora debitoris, non debet nocere creditori.*

46 *Mora creditoris, cum mora debitoris compenſatur.*

47 *Debitor, non interpellatus, non eſt in mora, ſed creditor, non interpellans.*

49 *Pragm. 21. §. 25. de offic. mag. inſtit. an vſu recepta ſit.*

50 *Præſtatio principalis facta per fideiuſſorẽ coram Officialibus cũ proteſtatione, vt non teneatur, ad aliquid, an ei proſit.*

51 *Præſentatio principalis per fideiuſſorem quando operetur eiuſdem liberationem.*

52 *Deciſio Mag. Cur. Vic. refertur contra creditores incuſantes obligationẽ cõtra fideiuſſores, & ſi perquiſitio tantum facta fuiſſet abſque Iudicis interuentu vt ſint liberati per præſentationem principalis.*

ARGVMENTVM.

Fideiuſſores de præſentando aliquem, infra certum tempus, ſi elapſo tempore per aliquos menſes, non facta incuſatione penę,

ſed

ſed tantum perquiſitione, an moleſtari poſſint facta præſentatione principalis, purgando moram, cauſatam ex mora creditoris, non accuſantis tempore præfixo.

Adiutor, & ſuſceptor meus es tu, & in verbum tuum ſuper ſperaui.

VOTVM. LXIII.

De altera controuerſia eiuſdem materiæ purgationis moræ contingit, in Regia Monopolitã Curia diſceptari inter Io. Antonium Indellum, cum Franciſco Pino, & Pyrro Morando, nam prædicti Franciſcus, & Pyrrus ſub die 8. Iunij 1624. principaliter cum iuramento penes acta Curiæ ſe obligauerunt præſentare Io. Baptiſtam Zabellam debitorem carceratum, & ob infirmitatem habilitatum infra dies quindecim, abſque alia citatione, & requiſitione, vel deſoluendo debitum eidem Io. Antonio creditori, & pœnam fiſco pro ducatis millæ, cumque elapſi eſſent quatuor menſes à die quo d. ctus Io. Baptiſta debebat præſentari, defacto abſque vllo Iudicis ordine ipſe creditor perquiſitionem fecerat in carceribus, & de hijs habita fide à carceratis, quia tunc ipſe Io. Baptiſta carceratus non reperiebatur, nec aliter facta citatione, vel requiſitione ipſis fideiuſſoribus: neque incuſata pena fideiuſſionis p̄d̄c̄tæ inſteterat ipſe creditor penes acta Curiæ cõparendo, pro condemnatione ipſorum fideiuſſorum, eo quod non aliter præſentauerãt elapſis quindecim diebus ipſum carceratum, ſed lõgè poſt quatuor menſes audita perquiſitione facta, incarceribus, non obſtante, quod illicò de nouo facerant eundem carceratum habilitari renouata fideiuſſione, ita vt cenſeri debuerãt liberati à prima fideiuſſione, ita vt inducta videatur nouatio, quo caſu fideiuſſor liberatus cenſetur l. vbi cumquæ
1 ff. de fideiuſſ. & ſimiliter per renouationẽ factam ad tex. in l. ſi cùm Hermes C. de locat. ea propter ad fundandam eius intentionem producebatur ante omnia forma obligationis in qua apparebat ipſos conuentos ſe obligaſſe intra quindecim dies præſentare d. ctum carceratum intus carceres, vel de ſoluendo debitum, & pœnã & hoc abſque alia citatione, neque requi-
2 ſitione ex diſpoſitione Regiæ Pragm. 21. §. 23. de offic. mag. iuſtit. per quam mandatur actuarijs, quod in obligationibus deconcordando partem, & fiſcum pro pena vel de ſe præſentando, debent ſtatim elapſo termino incuſari adito prius Iudice, abſque alia requiſitione, certum eſt enim
3 quod mora, ſine interpellatione, non committitur, vt dixi in præcedenti voto eo maximè ſi dies, & pena fuerint appoſitę, vt per Afflict. deciſ. 150. num. 38. cum alijs adductis per me loco citato, ergo ex duobus fundatis concluſionibus dicebat Actor non eſſe locum moræ purgationi, primo quia certa dies, & pena adiecta fuerãt in obligatione, ſimiliter ob iuramentum præſtitum, quod pariter purgationem, nõ admictit, vt probaui eodem loco, quo cir-
4 ca ſtare ipſa obligatione, quę paratam habet executionem, & pena, & iuramentum ſimilem qualitatem paratæ executionis habentes, ſicuti citato loco deduxi, nullatenus moræ purgatio erat admictenda, ex relatis per Decium conſ. 452. num. 16.
5 Imo dato, & non conceſſo, quod purgari potuiſſet mora, id fieri permiſſum eſſet de equitate canonica infra modicum, vel breue tẽpus, vt deductum fuit per me eodem præcedenti voto ex communi Doct. opinione, hoc eſt dierum octo iuxta ſenten-
6 tiam Theſaur. deciſ. 77. num. 3. per tex. in l. ſi debitori ff. de iudic. vel tantundẽ quantum erat primus terminus ex leg. ſancimus C. de fideiuſſ. vbi Doct. & deciſum refert Cacher. deciſ. Pedemon. 48. hoc eſt infra alios 15. dies, vel dies tres, ſeu quinque, aut paucos ex diſpoſitione leg. & ſi poſt tres ff. ſi quis caut. & per Cap. Regni legem veterem vbi Camp. Vrſill. in dec. 130. nu. 7., Imo, & fortius vltra tantum-
7 dem terminum, ſicut primus terminus illinc ad paucos dies, vt deciſũ tradit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 708. num. 43., ſed quia tranſacti erant quatuor menſes à die qua præſentare tenebantur, meritò iuridi-
8 cè moram purgare, non poterant, quia longa erat mora, quæ purgari non poterat etiam de iure canonico ita Gratian. deciſ. Marchiæ 49. num. 8. & hijs accedunt congeſta per eruditiſſimum Reg. Valenz. in conſ. 16. de conſimili caſu per tractantẽ ex multis fundamentis ibi relatis pro hac parte, & ſi obijci poterat non fuiſſe præuia citatione, aut requiſitione interpellatos ipſos conuentos, & inde non teneri ex quo dies interpellat pro homine l. traiecti

tiæ

tiæ vbi Bart.ff.de action. & oblig.hinc infer
tur,quod ſi fideiuſſor intra certum tempus
ſub pena promiſerit reum præſentare Iudi
ci,ſi infra d.tempus non præſentauerit,& ſi
interpellatus non fuerit ad præſentandum
incidit in penam, & ſic diſcuſſis hinc inde
rationibus concludit Facchin.lib.9. contro-
uerſ.iur.cap.77. cum ex ſpetiali clauſula in
ipſa obligatione apparebat eos teneri ad
9 præſentandum abſque vlla citatione, vel
requiſitione de qua ſatis loquitur Muſcar.
in praxi fideiuſſor.p.1 modo 7. in princip.
10 eo, quia, ſicuti vbi adeſt pactum reſolutiuũ
non purgatur mora Verall.deciſ.235. num.
1.& 2. par. 2. Puteus deciſ. 66. in principio
11 par.3. ita etiam quando adeſſent clauſule
reſolutiuè,quæ impediunt moræ purgatio-
nem Ioſeph Ludou.d. deciſ.90. num. 27. &
36. Ideò ex tali clauſula contractus reſolu
tus videbatur elapſo tempore præfixo ad
præſentandum abſque citatione, vel requi-
ſitione,ex quo poſt illud tempus adeſt con-
12 ſenſus partium Gratian d.deciſ.49.num.11.
taliter quod dum citare, neque requirere
tenebatur actor,rectè faciendo perquiſitio-
nem intus carceres(non aliter reperto car-
cerato)nedum elapſis quindecim diebus,
ſed quatuor menſibus, iuſtè ſiquidem con-
demnari ex poſtulabat conuẽtos ad ſoluẽ-
dam debitum, nil eis ſuffragante præſenta-
tione debitoris poſtmodum facta purgando
moram,neque ſibi proficere altera fideiuſ-
ſionis reuocatio,vt prime ua eſſet ſublata,in
præiudiciũ creditoris cui ius q̃ſitũ fuerat
13 per lapſum termini maximè ad excipien-
dum,quoniam tunc moræ purgatio nõ ad-
14 mitteretur Mancin. in tract. de iuramento
p.4.in 13. effectu num.76. nam per hoc vi-
detur factum ius eius deterius, & ideò tunc
præſentatio facta per fideiuſſorem admitti
non debet, quando ius deterius partis factũ
eſſet,probat Pyrr.Maur.de fideiuſſ.p.1. cap.
3.ſect.2.num.102., licet aut è contra pro
parte ipſorum fideiuſſorum dicebatur exta
re in eorum fauorem tex. expreſſum in l.
15 Sancimus C.de fideiuſſ.vbi apertè demoſtra
tur conceſſum eſſe ſpatium ſex menſium
fideiuſſoribus, ad præſentandum reum, &
moram purgando, & ita communiter ibi
Doct. concludunt inſimul cum alijs re-
collectis per Alph. collect.129.& Cacher.
d.deciſ.48.Ricc. collect. 369. & 486. Pyrr.
Maur.Aretin.in tract.de fideiuſſ.p.1. lect.2.
16 cap.3.num. 68. hinc inoleuit cautela pro
creditoribus, vt faciant renuntiare benefi-
cio illius tex. ad finem, vt elapſo tempore
ſtatuto ad præſentandum,poſſint fideiuſſo-
res ſtatim conueniri,& non allegare bene-
ficium d.l.ſancimus,vt admonendó aſſeſſo-
17 res tradit Ang.in l.ſi quis reum num.6. de
cuſt. reor. & ita in Regno, & de communi
ſtilo curiarum obſeruari refert Marant. in
ſpecul.6.p. 8. membro num.5 quem ſequi-
18 tur alios citando Alph.vbi ſupra & ita in-
telligit illum tex.Menoc. de arb.iud. lib.2.
cent.1.caſ.40.n.3.& 4. ponens hęc formalia
verba ſiquis promiſerit aliquem tradere
infra certum tempus, vel ſoluere,ſi elapſo
19 termino. non tradidit,nõ compellitur ſta-
tim ſoluere; ſed ſex menſes habet,ad tra-
dendum,ecce quomodo ſi ipſi conuenti in-
fra dies quindecim non pręſentauerant re-
nodum elapſi ſunt ſex menſes, ſed intra
quatuor menſes,propterea non erint mo-
leſtandi prout interminis iſtis etiam loqui-
tur Gramm.deciſ. 95. annuens ita deciſum
in fauorem fideiuſſoris ob præſentationem
factam extra tempus præfixum,de qua ſa-
tis in præcedenti voto fuit actũ, & per Ma-
20 ſtrill.deciſ.259.num.45. & quamuis Ant.
Scap.in tract.de iure non ſcript.lib.5.tit.de
fideiuſſ. cap. 72. quem ſequutus eſt ibidem
Alph.dicat diſpoſitioné d.l.hodie in vſu nõ
eſſe, & nouiſſimè idẽ teſtatur Pyrr. Maur.
Aretin in tract.de fideiuſſ.p.1.ſect.2. cap.3.
num.69.& 72.in prælud., adhuc alia remi-
dia in fauorem fideiuſſorum volentium pro
bare morã conſtituta videntur,extat enim
diſpoſitio l.& ſi poſt tres ff.ſi quis caut. qua
diſpoſitum eſt poſſe admitti purgationem
21 moræ ante litis conteſtationem, cuius di-
ſpoſitionem ampliauit Rex noſter in Cap.
Regni legem veterem, vt etiam poſt litis
conteſtationem portus, aut quinque dies
poſſit fieri moræ purgatio,& talis terminus
remiſſus eſt iudicantis arbitrio,vt quoque
deductum fuit in præcedenti voto, ex quo
reſultare videbatur prius faciendam eſſe
interpellationem,ſeu requiſitionem per ci-
tationem præcedentem ex hijſque dixerũt
22 Boer. conſil. 22. numero 8. Cacher.
d.deciſ.48.num.quod fideiuſſor promittens
aliquem præſentare infra dies octo, non
diceretur in mora, ſi non fuerit requiſitus
idem Pyrr.Maur.d.tract.p.1. ſect.2. cap.3.
num.89. & ſequen. mora enim non conſti-
tuitur, niſi præceſſerit interpellatio, quod
multo magis procedit in facto negatiuo,vt
dixit ibi Olaſc. num. 1. prout abundanter
23 præfatus Regen. Valenzuela in d.conſ.pro-
ſequitur à num.18. ad 28. & propterea, ſi
24 bene dies, & pena fuerit appoſita in obli-
gatione prædicta, ita quod ceſſare videba-
tur moræ purgatio Afflict. deciſ. allegata
150.num.38.adhuc tamen ſuadente equita-
te canonica morę purgatio conceditur,qué
admo-

Digitized by Google

25 admodum concluſum apparet in eodẽ vo
to præcedenti,ac etiam exigitur citatio ,
vel requiſitio fideiuſſori ad præſentãdum ,
vt dixit Præſ. de Franc. deciſ.118. num.9.
licet autẽ huic obijceretur allegata clau-
ſula,ſine citatione,vel requiſitione,&c. ta
men reſpondit ibidem Muſcat.talem clau
26 ſulam,non fuiſſe de cõſenſu partium adie-
ctã, ſed de ordine iudicis,ideo non erat ci-
tatio ommictanda,ſaltim de equitate con-
tra fideiuſſorem , at cum non fuerit facta
merito purgatio moræ facta non diçeba-
27 tur,eo impenſius, cum ex ſtilo ipſius Cu-
riç antequam incuſentur obligationes ex-
pediri ſolent citationes die præcedenti, &
ſtilus curiarum facit legem,& pro lege ha
betur Cauenſ.in ritu primo 8. ideo ſeruã-
dus Carau.in ritu 72.num.9.nec aliter du-
bitandum erat,dum verſabatur in obliga
28 tione facta penes acta, ex eo quia fideiuſ-
ſorum obligationes communiter hodie
fiunt penes acta Muſcat. in praxi fideiuſſ.
par.1.modo 5.num.3. & proinde etiam in
29 obligationibus factis penes acta admicti-
tur purgatio moræ notat Camp. in alleg.
cap.legem veterem,in fine,& ſequitur Bel
lug. n ſpeculo princip. de offic.incar. rub.
31.§.quamuis carcer in fine, & ita deciſũ
ſequitur Par.de reinteg.feud.cap. ſequitur
2 modo in fine num.33. imo poſt ſenten-
30 tiam condemnatoriam atque incuſationẽ
fuiſſe admiſſam purgationem moræ deci-
ſum tradit vltra Annam ſing. 349. & 350.
Præſ.de Franc. deciſ. 507. vt plenius dixi
in prima parte noſtri Compendij verbo
mora .

Vlterius dicebatur iſtam obligationẽ
eſſe alternatiuam,vel depræſentando car-
ceratum infra quindecim dies, vel ſoluen-
31 do debitum,& certum eſt in iure in alter-
natiuis electionem eſſe debitoris cap. in
alternatiuis de reg.iur.in 6.Bart.in l. quã-
uis ff.de pign. act.ex tex. in l. plerumque
ff.de iur.dot.§.fin. Euerard. in topica iu-
ris loco à natura alternat. in principio
Macerat.var.reſol.lib.2.reſol.26. & pun-
32 ctualiter in fideiuſſore promictente reum
præſentare,vel debitum ſoluere,vt ſit ele-
ctio debitoris refert Coſta in praxi con-
uent.p.2.clauſ.35.num.1.& poſt eum Reg.
Valenz.d.conſ.16. at ſi electio ipſius eſſet
creditoris debitum expetere rejecta præ-
ſentatione debitoris , eſſet vtique contra
ius, ſed dato citra veri præiudicium, quod
33 eſſe poterit quoties vnum eſſet in obliga-
tione , & alterum, ad cautelam,vt tradũt
Euerard.loco citato ſub num.7. Macerat.
vbi ſupra , & melius Daniel. Moller.lib.1.
Semeſt.cap.27.num.1.vbi num.3.ex Salic.
Stracc.Dec.Negunſ.& Tyraq.de Retract.
1.p.§.3. gloſ.3.num.16. firmat,quod pro-
34 mictens ſoluere ad certum diem, vel dare
fideiuſſores,ſi eos creditor nolit,adhuc au
tem purgatio moræ admicteretur , facta
prius electione per creditorem quemad-
modum reſoluit Card. Mant. deciſ. Rom.
171.num.5. quod mora non commictitur
35 à debitore, qui eſt obligatus dare centum
in pecunia,numerata,aut in bonis mobi-
libus ad electionem creditoris antequam
creditor declarauerit, vnde poſtquam per
actorem in ſua comparitione,facta fuiſſet
electio petendi debitum à reis eo quod nõ
non reperit debitorem in carcere ex per-
quiſitione per eum facta,nulli dubium eſt
quin poterant ipſi rei debitorem præſen-
tare illinc ad paucos dies,vt ſupra proba-
tum fuit, ſed cum iam præſentatus erat
ideo non veniebant moleſtandi amplius.
Sed id quod magis vrgebat erat defectus
incuſationis pene obligationis, nam exigi
36 tur incuſatio pene obligationis, vt com-
mictatur ſtipulatio, vt per Præſ.de Franc.
dec.507.num.7. & teſtificantur Muſcatel.
d.p.1.modo 5. num.3.ex Carauit. in ritu
44. nu.13. verſ. quæro pone non aliter ci-
37 tationem, nec requiſitionem eſſe neceſſa-
riam contra principales , & fideiuſſores ,
ſed ſtatim accuſata pena contra eoş exe-
quitur, & antea tenuit ex Oſaſc. Coſta in
tract.de re integ.diſtin.108. num.6. & ita
communiter practicatur in omnibus Re-
gni Tribunalibus , & diu practicari vidi,
eo magis, quia prçceſſerat perquiſitio, li-
cet abſque mandato iudicis facta , nihilo-
minus, vt docet Carauit. in ritu 158. ſub
num.5. quoties fit mandatum alicui , ne
38 diſcedat de Palatio,ſi poſtmodum diſce-
dit actuarius facit perquiſitionem de eo
per palatium faciendo vocari per præco-
nem,quo non inuento examinatis duobus
teſtibus qualiter inuentus non fuit,fit de-
cretum,quod incuſetur pena mandati , &
eo facto incuſatur pena per fiſci procu-
ratorem ſic in carcerato etiam ſeruandũ
erat.

39 Ad vltimum,quod prætendebatur fuiſ-
ſe ſublatam primeuam obligationem per
aliam nouam obligationem eiuſdem rei
aducebantur deciſ.Theſ.125.& 202.ad or-
natum tex.d.l. cum hermes C.loc.& l. itẽ
quçritur §.qui impleto ff.eod.imo quando
40 fidçiuſſio eſſet interpoſita mediante noua
obligatione , & ſtipulatione,omnino fide-
iuſſor veniret liberandus, eſt tex. apertus
in l.vbicumque 61.ff.de fideiuſſ. ibi cum

41 vero genere nouationis obligatio trãſeat
fideiuſſorem, aut iure ipſo dicit ibi Gloſ.
aut exceptione liberandum quem tex. ſin-
gularem appellat Theſaur. deciſ. 125. nu.
15. ſicque accedente noua obligatione
eiuſdem rei reſoluitur primæua obligatio
& ſic deciſum in fideiuſſore de iudicio ſiſti
refert Anton. Fab. in eius Codic. lib. 8. tit.
de fideiuſſ. de fin. 24. cum alijs adductis
per Nouar. lib. 29. quæſt. forenſ. cap. 78. &
42 ſic etiam nouatione mora purgatur ad
tex. in l. parui ff. de cond. furt. Anton. Fab.
in eodem Cod c. l b. 4 tit. primo de ſin. 33.
num. 1. & proſequitur Pyrr. Maur. d. tract.
par. 2. ſect. 5. cap. 2. num. 9.
43 Poſtremò id quod magis vrgebat , nec
à partibus deductum, & mihi ſatisfacie-
bat pro articuli deciſione , erat mora
creditoris in accuſando obligationem, vel
conſtituendo fideiuſſores in mora, dilatan-
do ſuam prætenſionem per quatuor men-
ſes, cur enim diu tacuiſti, ſi proclamare
volueras inquit tex. in cap. primo de frigi.
44 & malef. & hoc caſu mora ex culpa cre-
ditoris debitori non imputatur Franc. de-
45 ciſ. 15. num. 2. ſicuti è contra mora debi-
toris non debet nocere creditori Capyc
deciſ. 176. num. 32. & exiſtente mora tam
ex parte creditoris, quam debitoris iuſtũ
46 erat, vt mora creditoris cum mora credi-
toris compenſaretur Afflict. deciſ. 150. nu.
47 24. & 29. imo & fortius debitor non in-
terpellatus nõ eſt in mora, ſed creditor nõ
interpellans probat Anton. Monac. deciſ.
48 Bonon. 40. num. 12. & ei imputandum ſub
ſequitur poſt deciſ. in puncto 13. num. 10.
dit probando Guttier. in tract. de tutel 2. p.
cap. 10. num. 2. quod tutor, vel curator fa-
12 ciens aliquid, quod nomine alieno eſt obli-
gatus facere, licet id faciat nomine propio
præſumitur, & cenſetur facere nomine pu-
13 pilli, niſi actus principaliter non ſpectaret
ad pupillum, ſed ad ipſum tutorem Griuel.
deciſ. Dolani 54. num. 14. & conferunt rela-
ta à Seſſe deciſ. Arago. 86. num. 4. & 6. Mant.
de tac. & ambig. conuent. lib. 7. tit. 18. nu. 12.
ad quod etiam ſingulariter Cancer. var. re-
ſol. lib. 3. cap. 1. num. 237. & ſequ. dixit quod
15 licet tutor in iudicio egerit ſimpliciter, &
nomine propio, & in iudicio tamen tantum
ius pupilli deduxerit, & tutorem eſſe con-
ſtat iudicium, ſuſtinebitur, etenim per
16 cauſæ expreſſionem videtur expreſſiſſe,
quo nomine fiat ex Tiraquel. ibi relato vbi
per alia exempla ibi adducta concluſionem
cõfirmat, & eſſe deciſũ teſtatur per illũ Sena-
tũ ita fortius in cõuentione, quãdo cõueni-
retur, vt in caſu præmiſſo, quia tutor gerit
vices duorum Pariſ. conſ. 96. num. 70. vol. 1.

Reſpectu vero petitæ reſtitutionis in in-
tegrum replicabatur ex duabus rationibus
non eſſe illi deferendũ, primo, quia litigaue-
rant per procuratorem, cum iuramẽto cõ-
17 ſtitutum, ex quo infertur, vt excludantur
minores à beneficio d. reſtitutionis, in inte-
grum, & à dicendo de nullitate actorum
Gloſ. eſt ſing. in auth. ſacramenta puberum
C. ſi aduerſ. vend. quia iuramentum minorẽ
18 repræſentat ſequuntur Foller. ad Marant. in
4. parte Specul. diſt. 16. num. 47. Gram. conſ.
61. in fine, & ita ſeruari in parlamento Del-
phin. refert Guid. Pap. quæſt. 35. & 495. in fi-
ne latè Boer. deciſ. 92. qui hanc opinionem
defendit Capell. Toloſ. q. 45. & 49. Gratian.
dec. Marchiæ 196. nu. 8. cum alijs apud Se-
rafin. de priuil. iuram. priuil. 133. nu. 3. Man-
cin in tract. de iuramento p. 4 effect. 3. nu. 3.
etenim minor mediante procuratore ab eo
19 conſtituto cum iuramento validè agit, & de
fenditur in iudicio Seraf. de priuil. iuramen.
priuil. 83. nu. 40., quamquam de hoc inue-
nerim Apoſtillam Felicis de Rubeis Reg.
20 Conſil. manu ſcriptam, ſic dicentem Bart. in
l. minorem iam voluit, quod non reſtitua-
tur in integrum minor, ſeu mulier, quando
litigant per procuratorem ab eis conſtitu-
tum cum iuramento, nam ratione iuramē-
21 ti minor efficitur maior ſequitur Iaſ. in au-
thor. ſacramenta puberum Cod. ſi adu. vend.
Boer. deciſ. 92. nu. 4. ſed contrarium tenuit
Bald. in d. auth. ſacramenta, & conſ. 309. quę
ritur vtrum adultus, & hęc verior eſt, & ſer
22 ratur in practica, & fuit per Sac. C. approba-
ta in cauſa Iacobi Anelli Romani cum
Battinello, in anno 1554. actuarius Lon-
gus hæc ille, & huic opinioni accedit Grat.
vbi ſupra num 9. & 10. & qualiter procedat
tradit ibidem Mancin. num. 5. ſecundo, quia
23 ſententia erat aſſiſtente, quæ habet, & exe
quutionem paratam Afflict. deciſ. 336. con-
tra, quam non admittitur reſtitutio in inte-
24 grum ſequitur Trentacinq. var. reſol. lib. 2.
tit. de reſtit. in integrum reſol. 2. num. 6. vt
etiam probat Muſcat. in praxi S. C. lib. 2. p. 1.
gloſ. ſententia num. 165. & p. 3. gloſ. fuerint
num. 44. hoc eſt ſi calumnioſè fuerit oppo-
25 ſita, alias ſecus ex ita Franc. dec. 86. in fine,
& cum hac diſtinctione pertranſit Barbat.
in eius tract. de reſtitut. interd. ſuper pragm.
de aſſiſt. gloſ. 1. num. 32. & 33. cum alijs apud
Gallup. in eius S. C. par. 3. cap. 6. num. 4. ca-
lumnioſa ſiquidẽ apparebat reſtitutio ipſa
petita, dum pupilli conuenti fuerant defen-

ſi à

25 à procuratore ab eis cõſtituto cum iuramẽ-
to quo na caſu reſtitutio ceſſaret ex allega-
26tis ſuperius, imo quod nõ admitteretur etiã
aduerſus executionem inſtrumenti guarẽm
tigiati probat Alex. Trentacinq. vbi ſup. n. 14.
Cancer. var. reſol. lib. 2. cap. 1. num. 244. &
cap. 2. num. 46. & 47.
Vltimo non obſtabat variatio petita per
conuentos ad M. C. cum ex fide baptiſma-
27tis apparebat eos eſſe puberes dum attinge
bãt annum decimum ſextum §. 1. inſt. quib.
mod. tut. fin. & ſic vltra 14. annum in maſcu
28lis pubertas de iure probatur, & in feminis
in 12. anno latè Franc. Fareus in tract. de
eſſent. infant. cap. 7. ideo ceſſabat priuilegiũ
29allegatum, quod dumtaxat pupillis compe
tere videtur l. vnica Cod. quando imp. int.
pug. & vid. & in conſt. ſtatuimus, vt M. C. vbi
Afflict. & in ritu 231. vbi Carauit. nouiſſimè
Nouar. in ſua praxi elect. & variat. fori ſec.
30 1. quæſt. 5. num. 1. poſtquam pupillus dicitur
qui non compleuit decimumquartum annũ
§. 1. inſt. de curat. l. pupillus ff. de verb. ſign.
aduertit Præſ. de Franc. dec. 100. latius idem
Nouar. d. tract. ſect. 1. q. 6. num. 4. Ex quibus
omnibus decreui die 27 Ianuarij 1624. ſẽ-
tentiam aſſiſtentiæ eſſe exequutioni demã-
dandam, non obſtante petita reſtitutione in
31 integrũ, ac variatione facta. Nec proinde ob
ſtare videbatur noua deciſio facta in cauſa
Liginij Marzani minoris cũ Franciſco Al-
berto, ad cuius fauorem fuit præſtita aſſi-
ſtentia per M. Curiam V. Imo facta ad iudi-
catio vigore prouiſionum M. C. coram qua
dictum fuerat de nullitate actorum, & peti-
ta reſtitutio in integrum aduerſus ſententiã
& ſic facto verbo in S. C. per Iudicem Io.
Aloyſium Piſcicellum die 16. Maij 1630.
& prouiſum quod d. M. C. de iuſtitia prouide
ret ſuper ſcripturis de nouo præſentatis, &
ſic deciſum per M. C. vt audiretur ex inte-
gro die 28. eiuſdem penes Ferdinandum
ex quo ipſe Liginius erat minor annorum
decem, & citatus ipſe fuerat perſonaliter
omiſſo tutore, quo nam caſu nulla de iure
32citatio refertur eſſe, dum tutorem habebat
Doct. in l. neque impuberes ff. de in ius voc.
Miſing. cent. 2. obſeru. 35. quod etiam in in-
33fante procedere dixit Afflict. dec. 262. Ne-
uiz. conſ. 17. Ricc. collect. 1887. quos probat
Auguſt. Fauſtin. in addit. ad praxim Panci-
roli p. 1. fol. 27. §. quarta eſt alia verſ. vbi pu
34pillus, ſimiliter nulla reddebatur, quia facta
fuerat extra Ciuitatẽ, & fieri debebat corã
duob' teſtibus, vt diſpoſitũ eſt prag. quilibet
agere de ord. iud. vbi Carau. n. 31. Afflict. in
conſt. penam eorum num. 17. quod ſi ſecus
fieret, erit nulla ita ex Rober. probat Gal-
ter. in praxi inſtrum. 3. p. rub. 2. ſub num. 47.
& in actis apparebat eſſe factam coram
vno teſte nominato, & altero omiſſo nomi-
ne, & non mirum ſi ita deciſum ſit; cęterum
35vbi tutor, vel curator adeſſet tunc ipſe tu-
tor citabitur ex Scacc. de iudic. cap. 50. nu.
23. probat ibi Fauſtin. prout erat in caſu no-
ſtro & iuxta meã ſententiam idem iudica-
36uit Sac. Conſ. dum fuiſſet præſtita aſſiſten-
tia ad inſtantiam Io. Petri, & Simeonis Na-
ſtasi hæredum quond. Dianoræ Amatrudæ
pro ducatis 150. contra hæredes quondam
Orlãdi Roppolli ſuper certis bonis, & inde
prolata ſententia in eorum beneficium, in-
ſurrexit Leonardus Ropollus minor vnus
ex filijs ipſius Orlandi aduerſus ſententiam
petẽdo in integrũ reſtitui, nõ tãtũ quia acto
res, nõ cõſtabat hæredes eſſe declaratos, ſed
pariter, quia ex ea læſũ, aſſerebat, quinimo
facta relatione in S. C. die 1. Decembris per
Reg. Conſil. D. Franc. Sapium fuit per S. C.
deciſum non eſſe deferendum petite reſti-
tutioni, in integrum penes Secretarium in
banca Io. Baptiſtæ Figliolæ.

SVMMARIVM.

1 *Bona parafrenalia, poſſunt ab vxore vendi-
cari, & quando.*
2 *Rei vendicatio competit pro bonis parafrena
libus.*
3 *Mulier habet bona viri obligata, pro bonis
parafrenalibus.*
4 *Mulier agit contra tertios poſſeſſores pro
bonis parafrenalibus.*
5 *Hypoteca tacita conceditur, pro bonis parafre
nalibus.*
6 *Mulier habet hypotecam tacitam in bonis
viri.*
7 *Bona parafrenalia inſtar dotis ſunt, nam sũt
ei acceſſoria.*
8 *Hypoteca tacita competit mulieri pro lucro
dotis.*
9 *Prælatio competit mulieri pro dote.*
10 *Dos, & donatio propter nuptias pari paſſu
ambulant.*
11 *Priuilegia dotis ſunt communicate conſtitu-
tioni quarta, & antefati.*
12 *Augmentum dotis gaudebit priuilegio dotis,
idem de appendiţijs.*
13 *Antefatum, an habeat priuilegium dotis, &
quid in bonis parafrenalibus numero
14.*
15 *Hypoteca tacita competens pro bonis parafre
nalibus, an etiam cum prælatione, & quid
in appendiţijs, & alijs nu. 16.*
17 *Bona parafrenalia, vel extra dotem, an fruan
tur priuilegio dotis.*
18 *Bona parafrenalia, quæ habent expreſſam hy
potecam pariter prælationem habent.*

19 *Bo-*

lius veluti in accontio coſanis, veſtibus, &
17 apparatis, quæ dantur ob cauſam m. trimo
nij, etiam dotis priuilegijs fruuntur ex The
ſaur. deciſ. 195 ergo ſecus in alijs bonis pa-
rafrenalibus, vel extra dotē, quæ non fruū-
tur priuilegio dotis probat Gratian. diſcep.
forenſ. cap. 671. num. 8. & 9. Farin. deciſ. ciuil.
72. num. 3. volum. 2. præſertim bona para-
18 frenalia, quæ non habent priuilegia dotis,
ſed ab illis multum differunt Fontan. vbi
ſupra num. 68. Parlad. different. iuris in dif-
ferent. 124. num. 3. & 4. Nihilominus fuit
iudicatum eſſe grad. andam eodem loco die
13. Auguſti 1624. & fuit prælata poſterio
ribus creditoribus, quamuis inſtrumenta-
rijs, ex quo in conſignatione dotis, & con-
ſtitutione dotarij, fuerunt pariter bona pre
dicta parafrenalia conſignata viro, qui etiā
ad reſtitutionem illorum, ſe obligauerat
mediante inſtrumento dotali, ſicque nedū
19 tacitam, ſed expreſſam hypotecam pro illis
conſequuta fuit iura, & hoc punctualiter
ponderat Mieres vbi ſupra limitando regu
lam, niſi expreſſam hypotecam habuiſſet, vt
eſt videre apud ipſum, Mareſc. vbi ſupra
n. 10. in fine & 11. Imo etiam ſi tacitè eſſent
hypotecata per virum conſequerentur pri
uilegium dotis ex Iaſ. in l. maritus num. 4.
C. de procur. confirmat Gargiar. in patrocin.
90. num. 4 par. 2. tacita enim hypoteca euſ-
20 dem virtutis eſt cuius eſt expreſſa, quo ad
priuilegium prælationis ex Paril. & Mant.
confirmat Gratian. diſcep. forenſ. c. 935. nu.
38. Io. Bapt. de Thoro I.C.

SVMMARIVM.

1 *Retentio conceditur mulieri bonorum viri, donec fuerit ei de dote ac alijs ſatisfactum.*

2 *Executio bonorum viri impeditur, ex comparitione vxoris, in prompta cum inſtrumento dotali, ſeu vltra proceditur.*

3 *Sententia executorialis, vel proceſſus expediti contra principalem, non poſſunt exequi contra tertios poſſeſſores, in hypotecaria vel vtili actione, niſi adeßet pactum de ingrediendo nu. 4. & quando.*

5 *Exequutio contra tertium, non conceditur.*

6 *Executiue procedi, non poteſt contra tertium poßeßorem. & ſic iudicatū. etiam ſi ageretur vigore obligationis in forma cameræ numero 7. ſed bene debet audiri num. octauo.*

9 *Creditores fatui eßent, ſi peterent executionem inſtrumenti contra tertios poßeßores bonorum hypotecatorum, ſed iuris ordine intentare hypotecam, & ſic deciſum per Sac. Conſil. num. 10.*

11 *Creditoris arbitrio relictum eſt ex bonis ſibi obligatis illis diſtinctis, quem velit, ad ſuū commodum peruenire, & contra quæ velit experire nu. 12.*

13 *Creditor habens plura bona obligata, non prohibetur modo contra alia venire.*

14 *Creditor hypotecarius poterit ad libitum executere quanam rem pignoratam velit, & hoc quò ad generalem hypotecam num. 15.*

16 *Creditor prius ſeper re ſpetialiter obligata experiri debet deinde ad generalem deuenire:*

17 *Clauſula, quod generalitas, non deroget ſpetiali, & è contra qualiter procedat.*

18 *Tex. in l. 2. C. de pignor. ceſſat vigore clauſulæ quod generalitas ſpetialitati deroget.*

19 *Electio creditoribus conceſſa de melioribus intelligitur.*

20 *Arbitrium creditoris regulari debet ſecundum leges, & eo maximè, quando non ſunt alij creditores, qui non contradicant num. 21.*

22 *Accipere ſingulas res obligatas, eſt deſtricto iure.*

23 *Arbitrium creditoris verſari debet in partem congruentem eius credito, & non totam ratione.*

24 *Iudex electione ſemel facta per creditorem ſuper vna re ſpatiali pronuntiabit, vt fiat executio.*

25 *Deciſiones S.C. recenſentur contra creditores ſemel eligentes rem aliquam hypotecatam vt amplius variari non poſſit, & numero 29.*

26 *Hæredes viri mortui pro reſtitutione dotis & antefati, non coguntur ſubſtantiam vendere, ſed tenentur cautionem vſurarum præſtare.*

27 *Electio filiorum eſt dare bona ſtabilia matri, quando pecunia haberi, non poterit.*

28 *Intereſſe antefati qualiter taxetur, & an augeri poſſit ex cauſa, deciſiones referuntur S.C.*

30 *Deciſio in M. Cur. ac Sac. C. refertur aduerſus mulierem aßecuratam pro dote & antefato ſuper domo, licet pro reſiduo petiſſet partem territorij, quod ſi vnitum venderetur plus commodi afferret creditoribus.*

31 *Mulier erit aßecuranda pro dotibus ſuper re medio appretio expertorū & nō medijs ſub haſtationibus & ſic deciſum.*

32 *Mulier aßecuratur pro rata ſui crediti in id quod poteſt deduci in re, & praxis de hoc traditur.*

33 *Deciſio S.C. adducitur contra mulierem aſ-*

ſecuratã ſuper feudo,quod rendebat ad rationem dutatorum quatuor pro cẽtenario, ſuccedente affictu illius ſi ad maiorem ſummam reditus aſcenderent, cedere debent in beneficium creditorum.

34 *Variatio,an & quando admictatur,data obligatione plurium bonorum.*

35 *Creditor donec, non fuerit ſatisfactus,ſemper poterit variare.*

36 *Creditor poterit variare de re ad perſonam, & è contra,vel vtrumque habere.*

37 *Clauſula vna via electa alia,non tollatur.*

38 *Creditor habens generalem, & ſpetialem hypotecam incipiens à generali fit in præiudicium debitoris, non tamen creditorum,*

39 *Creditor, quando habet ſpetialem hypotecam, non poteſt conuolare, ad generalem.*

40 *Creditor exequi faciendo rem ſufficientem pro omnibus, non habet regreſſum ſuper alio corpore.*

41 *Creditor.licet meliorem rem debitoris eligere poſsit, ſed arbitrio boni iuri mediocrem rem habere debet.*

42 *Creditor cui facta eſt aſsignatio ſi bona, ſibi auferantur poterit rurſum petere aſsignationem,in alijs,*

43 *Creditor,ſi non poterit integraliter ſatisfieri in vna re per ipſum apprehenſa, poterit ad aliam recurrere euictione ſequuta.*

44 *Creditor habens omnia bona cui creditoris obligata in ſolidum, non alternatiue,cum ſibi variatio, non ſit concepta experiri poterit contra vnam etiam cepto iudicio contra aliam,quod idem procedit in obligatione vigore clauſulę, quod generalitati &c. num.45.*

46 *Tex.in l.2.C.de pign. an obſtet creditori,cui per tertios poſſeſſores oppoſitum fuit de eorum poſſeſſione præuia hypotecaca ita vt tacitè videatur oppoſita excuſſio bonorum, vt prius ſuper ſpetialibus obligatis deinde ſuper generalibus procedi poſſit.*

47 *Deciſio M. C. refertur. vt facta ceſſione bonorum executorum, poſſit iterum exequi.*

48 *Creditor, non poteſt ad libitum diſponere de bonis debitoris.*

49 *Creditori erit ſatisfaciendum cum minori incommodo debitoris, & creditoris.*

50 *Res pratioſa vendi,non poteſt,dum de mediocri re poſsit ſatisfieri.*

51 *Tex. in l. creditoris arbitrio C. de diſt.pign. ceſſat, quando non eſſet conſultum alteri con creditori.*

52 *Tex.in l.creditoris arbitrio C.de diſt.pign.procedit,in ſubſidium,in feudis,ac beneficialibus rebus,*

53 *Diſpoſitio l.creditoris arbitrio C,de diſt. pig. in feudis, an locum habeat, & quando, & quid ceſſante aſſenſu num, 54.*

ARGVMENTVM.

Creditor debitoris via executiua contra mulierem petentem aſſecurationem, non agit, neque contra tertios poſſeſſores, an autem relicta exequutione rei generaliter obligata, ad ſpetialem poſſet habere regreſſum,nodum cauſa deciſa,multa ad ornatum l. creditoris arbitrio referuntur.

In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi.

VOTVM. LXVIII.

CVm fuiſſet vigore literarum exequutorialium expeditarum per Reg.Cur. Monopol.ad inſtantiam Iacobi Bo. raſsã ex inſtrumento liquidato pro ſumma ducatorũ 60.capitalis,& pro alijs ducatis decem tertiarum exequutum ſuper certa domo Iulij Cęſaris della Foreſta eius debitoris,& cum de illius venditione ageretur, comparuerũt tertij illius poſſeſſores hoc eſt Portia Vetrana vxor debitoris petentis audiri ſuper aſſecuratione ſuarum dotiũ ac alij,no.n.dubium erat de anterioritate crediti ipſius vigore inſtrumenti dotalis cum clauſulis cõſtituti,& præcarij,ac alijs neceſſariis cum hypoteca bonorum ſui viri,cuius vigore de iure conceſſa eſt retentio bonorum viri donec de dote, ac alijs iuribus dotalibus ſibi
1 competentibus ſatisfiat, de quo ſatis abunde per Mollignat in tract. de retent. quæſt. 29. ita quod ſi nollet petere aſſecurationẽ, neque exciperet non prohibetur vti retentione, vt ex Bart. & Bald. probat Muſcat. in praxi S.C.lib.2.par.3. gloſ. ad iudicantur num.65. latè Fontanell.de pact.nupt. clauſ.
2 7.gloſ.2.par.4.num.31. Et propterea executio bonorum viri impeditur ex comparatione vxoris,in promptu cum inſtrumento dotali clauſulis roborato etiam,non docto de inopia viri, vt ex Gramm.deciſ. 92. & Maxilla tradit Vrſill.deciſ.199.nu.2. Giurba

ba deciſ.Sicil.61.num.16.Muſcat.in d.pra
xi S.C.lib.2.p.3.gloſ.ad iudicantur nu. 60.
Fontanell. vbi ſupra num.61. vbi vlterius
2 progrediendo dixit, nec vltra proceditur
ad venditionem, ſi mariti bona non ſuffi-
ciunt ad dotem ſoluendam. Verum quia
ſe oppoſuerunt Sanctus Carboſius, & Vr-
ſula Foreſta prætextu.quod pars dictæ do
mus fuerat eis in dotem data ab ipſo debi
tore,& in illius poſſeſſione repieriebãtur,
quo fit, vt contra eos via exequutiua agi
non poterat, ſed plenius audiri tanquam
3 tertij poſſeſſores, eo quod ſententia exe-
quutorialis,vel proceſſus expediti contra
principales non poſſunt exequi contra
tertios poſſeſſores in hypotecaria,vel vti-
li actione ita Capyc.dec.91.num.1.& dec.
107.num.2. etiam ſi adeſſet pactum de
4 ingrediẽdo propia auctoritate,adhuc exe-
qui non poteſt contra tertium non citatũ
Anto.de Amat.var.reſol.45.n.10.executio
5 enim cõtra tertium fieri non debet Andr.
Gail.lib.1.pract.obſeru.in 70. obſeru.nu.
16.& lib.2.obſeru.128.num.1. nec execu-
6 tiue procedi contra tertium Fontanell. de
pact.nup.clauſ.3.gloſ.1.p.3.num.17.vbi ita
iudicatum refert per illum ſenatum vltra
Barz.deciſ.Bonon.108.num.33.Cenc.dec.
111.num.5.poſt tract.de cenſ.to.2.& am-
7 pliat etiam ſi ageretur vigore obligatio-
nis in forma Cameræ in deciſ.119.n.5. ſed
8 bene audiri ita Phebus in Areſt.1. in 2.to.
poſt deciſ.hinc Guttieres in repet.l.nemo
poteſt num.34.ff.de leg.1.dixit, quod cre-
9 ditores fatui eſſent ſi peterent executionẽ
inſtrumenti guarentigiati contra ter-
tios poſſeſſores,bonorum hypotecatorum,
ſed ordine iuris ſeruato debent hypoteca
riam intentare prout fuit deciſum per S.
10 C.in cauſa Nicolai Molini,& Nicolai Brã-
catij cauſã habentium ab hærede Iulij de
Anna,qui egerant in eodem S.C. & perie-
runt immicti in poſſeſſionem introytuum
Molendinorum, & in gabella piſcium
Terræ Ayete pro eorum creditis, &
obtinuerunt ſimiliter aſſiſtentiam ſu-
per alijs bonis, præſertim ſuper Terra
Abbatis Marci,quæ poſſidebatur per de-
putatos banci de Mari,qui oppoſuerunt,
fuiſſe auditos in tali iudicio executiuo, &
fuit datus terminus,& inde deciſũ, quod
non exequatur ſuper d. Terra ex nouiter
deductis,cumque ita fuiſſet decretum, vt
audirẽtur in eorũ iuribus die 22. Ianuarij.
Interea creditor expoſtulauerat velle exe
qui ſuper certis Oliuetis in ſpetiæ obliga-
tis in inſtrumento, vltra obligationem om
nium bonorum,cuius vigore iam exequu-
tum fuerat ſuper dicta domo,dubitari cõ-
tingit,ſi id fieri potuiſſet poſtquam dum
erat facta executio domus,& ſe oppoſue-
rant ſupdicti creditores petẽtes audiri in
ſuis iuribus,& nodũ lite deciſa,& poſt ele-
ctionẽ factam ſi liceret creditori variare;
nã & ſi de iure conſtitutum eſſe vedeatur
11 ex generali iuris regula hoc creditoris ar-
bitrio relictum eſſe ex bonis ſibi obligatis
quibus velit diſtractis ad ſuum commo-
dum peruenire ad tex. in l. creditoris ar-
bitrio ff. de diſtract. pign. vbi Doct. Gri-
uell.dec.Dolani 79.num.1.Mareſc.var.re-
ſol.lib.2.cap.136.num.6. Anna in allegat.
66.num.15.Gratian.diſcep.forenſ.cap.38.
num.4.Thoming.deciſ.50.lipſiæ num.3.&
5. ex quo de iure creditor in bonis debito
ris habet electionem ex d. l. probat Paul.
Stayban.conſ.100.num.19.& conſ.88.nu.
4.& creditotis arbitrio relinquitur ex fun
12 dis ſibi hypotecatis contra quẽ experi-
ri velit Franc.Marc.q.433.nu.3. imo cre-
13 ditor qui habet omnia bona obligata,non
prohibetur modo contra alia venire Cœſ.
Barz. dec.Bon. n.70.nu.47.& conſequen-
ter creditor hypotecarius poterit ad libi-
14 tum excutere,qua nam rem pignoratam
velit Cœſ.Marant deciſ.Mantuæ 45.num
16.& 30.& hæc quoad generalem obliga-
tionem Carroce.in tract.de excuſſ.bon.p.
2.q.65.n.6.& 15.adeò eſt verũ,quod quẽ-
15 admodum creditor habens generalem, &
ſpetialem hypotecam ſuper bonis credito-
ris (licet de iure Codicis videatur eſſe re-
ſtrictum arbitrium creditoris in hoc, vt
16 prius ſuper re ſpetiali hypotecata experi-
ti poſſit,deinde ad generalem conuolare
ad tex.in l.2.de pign.& hypot.Grinell.vbi
ſupra num.2.Carroce.vbi ſupra de quo ſa-
tis per Fontanell.de pact.nupt.to.1.clauſ.
4.gloſ.18.par.2.num.86. Gratia. vbi ſupra
num.11.nouiſſimè Cutellus deciſ.Sicil.13.
nu.17.) Nihilominus per clauſulam ordi-
nariam adiectam in inſtrumentis de con-
17 ſuetudine Notariorum, quod generalitas
non deroget ſpetialitati, & è contra ope-
ratur, vt non facta excuſſione hypotecæ
ſpetialis poſſit ad bona generaliter obliga
ta deueniri, vt poſt Caſſan.in Catal. Glor.
mundi p.12.conſider.99.col.8.verſ.ſed ad-
uerte ex multis probat ibidem Griuell.
num.6.& vltra eos Præſ.de Franc.deciſ.5.
18 vbi cenſuit diſpoſitionem d.l.2. locum nõ
habere exiſtente tali clauſula Carroce.lo-
co allegato num.20.Fontanell.ibid.verbo
ſed relegenda Borg. dec. 13. num.17.p.4.
Mutã deciſ.Sicil.24.nu.26. Conſil. Theod.
alleg.6.num.9. Gratian. ibi num. 12. quo

Digitized by Google

ſit, vt habens hypotecam ſpetialem poſ-
ſit eligere bona debitoris in quibus ſuum
creditum conſequatur Surd. dec. Mantuæ
44 nu.6. Muta vbi ſupra nu.26.nam com-
19 petit electio de melioribus ex Luc. de Pe-
na in l.qui cumque C.de omn.agro deſer.
lib.11.Capyc.deciſ.42.num.5.Paul.Stayb,
conſ.73. num.40. hoc idem firmat.
Ex quibus videbatur concludendum
ei licitam eſſe variationem,etiam accedẽ-
te clauſula allegata in inſtrumento adie-
cta, licet ex aduerſo diceretur tale credi-
20 toris arbitrium, & ſi liberum ſit regulari
debere ſecũdũ leges, vt notat Marta voto
16.ſub num.17. ideo licitè contra debito-
rem,eo vti permiſſum erit,& maximè quã
21 do non ſunt alij creditores, qui contradi-
cant,vt vbi dixit Marta; præterea accipe-
re ſingulas res obligatas eſſet de ſtricto iu
22 re d.l.creditoris arbitrio,ſed de equitate
ſatis eſt,quod vnam capiat ex gloſ.in l. 2.
ff.de pign.probat Anna d.alleg.66.nu. 15.
23 vel partem congruentem eius credito, &
non totam rem, vt in omnia exemplificat
Paul.Stayb.d.conſ.100.nú.24. & conſ. 73.
num. 14. adeò, quod cum fuerit facta ſe-
mel electio eam variare non poterat, do-
nec cum effectu lis ſopita eſſet; in tantum,
quod creditor quemadmodum non pote-
rit variare ſi ſemel eſſet lis conteſtata ſu-
per vna ſpetie bonorum, vel ſuper re ele-
34 cta, Iudex pronuntiauerit fore fiendam
executionem,ex doctrina Bart. in l. eum
qui certarum §.1.ff.de verb.oblig. & ita
refert Capyc.in deciſ.33.num.3.& dec.46.
num.6.quem citant Franc.deciſ. 53. num.
3.Muſcatell.in d.praxi lib.2.p.3.gloſ. ſen-
tentia num.24. cum ſequen.& ita iudica-
35 tum fuit per M. C. in cauſa Vincentij Io-
uene creditoris hæredum quond.Scipionis
Mocciæ cum illis de Campanile tertijs
poſſeſſoribus ruris, nam fuit præſtita aſſi-
ſtentia ſuper pacto de retrouendendo in-
ter partes conuento pro duc.300.referen-
te Iudic.Taſſone de menſe Nouemb.1632.
penes Ruſſum prout alias fuit iudicatum
per S.C.in cauſa Io. Thomæ Martirani,qui
petierat ſatisfieri ſuper iure luendi Terre
Cerellæ, quæ poſſidebatur per Zenobiam
Scaglione, opponentem aduerſus eum nõ
potuiſſe concedi aſſiſtentiam, ex quo dum
ipſe Martiranus vti ceſſionarius Nicolai
Milani, & Nicolai Brancatij cauſam ha-
bentium ab hæredibus Iulij de Anna, cui
Franciſcus Loria vendiderat annuos duca
tos octuaginta ſuper introytibus Molendi
norum, & gabelle Piſcium Terræ Ayetæ
poſſeſſæ, iam à d.Martirano, qui cedentes
petierant in S.C.aſſiſtentiam ſuper d.cor-
pore Turture,& Abbatis S.Marci,& immiſſi
in poſſeſſionem præuia ſententia,non pote
rat Martiranus plus iuris habere,quam il-
li, qui ſi iterum agerent repellirentur, &
obſtaret emptio ſpetialis d.Terræ Ayetæ,
& indefectum ſuper alijs bonis, ideò dum
elegerant rem non poterant variare ſuper
alijs bonis,niſi diſcuſſis primis, & ita de-
ciſũ percepi ex proceſſu illorũ,ex quibus
inferebatur ad altercationem nouiſſimè
excitatam in S.C. per D. Sueuam de Aua-
los Principiſſam Conchæ, quæ cum fuiſſet
aſſecurata pro eius dotibus, & antefato
ſuper bonis Principis, eo inde defuncto li-
tem aſſiſtentiæ inſtituit cõtra eius filium,
ſed intendebat pecuniam in dotem datam
& pariter pro antefato in emptionem illã
conuertere, ex quo plus introytus conſe-
quebatur, replicabatur, ex parte filij hoc
ſibi ſatis officere poterat, & pericu-
lum iminere ſi fieret emptio cum alijs
ſub periculo decoctionis cum dotes poſt
eius obitum ad ſe ſpectababt; præterea dũ
pecuniam præ manibus non habuerat (vl-
tra,quod ſtabilia minus venderentur) de
iuris diſpoſitione cautũ eſt, quod ſi mari-
tus promiſerit pecuniam ex cauſa dona-
tionis propter nuptias, quæ in ſubſtantia
26 viri non reperiatur,quam mulier exigere
intendebat ab hæredibus adhuc non poto-
rit,ne hæredes compellerentur ſubſtantiã
vendere, ſed tenentur cautionem vſura-
rum præſtare ex tex.celebri in Auth. ſed
ſi aurum C.de ſecun.nupt. vbi optimè Sa-
27 licet. præterea ineſt in electione filij da-
re bona ſtabilia matri, quando pecuniã
habere non poterit, vt dixit Napod. in
conſuet.ſi mulier num.22. nec obſtabat,
quod plus conſequi poterat ex pecunia
conuerſa in emptionem,poſtquam regula
28 riter intereſſe dotis taxatur ad rationem
ſeptem procentenario, & intereſſe antefa-
ti ad rationem duc. quinque,attamen ali-
quando habetur ratio intereſſe mulieris,
& tunc fit liquidatio ad rationem octo du
29 catorum octo cum dimidio,nouem, & de-
cem,& ſic pluries per S. C. deciſum refert
Molfeſ.in Conſuet.Neap.p.7.q.12.nú.6.7.
30 & ſequ. & ſic in præmiſſo caſu iudicatum
fuit in beneficium Ill. Principis filij refe-
rente Reg. Conſil. Scipione Theodoro de
anno 1632.penes Strinam. Pariterque in
cauſa Franciſci Squillani,ac aliorum cre-
ditorum Aſcanij Squillani ſuper liberatio
depoſiti pretij peruẽti ex venditione eius
Ruris ſuper qua,petierat vxor ipſius Aſca
nij aſſecurari,variando ab aſſecuratione ei
praſti-

præſtita per M. C. ſuper certa domo pro
eius dotibus,& antefato,replicabant cre-
ditores iam ipſam fuiſſe aſſecuratam ſu-
per domo, & mobilibus, nec vlterius au-
dienda ſuper rure variando,& licet repli-
caſſet ſibi domũ non fuiſſe datam præuio
appretio,& obid remanſiſſe creditricem
in ducatis 150. pro quibus ſaltim inſtabat
ſuper quadam parte territorij aſſecurari,
nihilominus per creditores replicabatur
ſatis eſſe diuerſam venditionem ruris in-
tegrè & ſatis ſemota parte illius,nam mi-
nus venderetur ſicque commiſſo appretio
p M.C. vt fieret relatio vnitim,& ſepera-
tim,ex qua compertum fuit venditionem
integram afferre magis commodum cre-
ditoribus, quã ſi ſeperatim dempta quota
30 partis aſſignãda ipſi mulieri, fuit demum
per eandem M.C.V. deciſum,vt procede-
retur ad venditionem ruris, & in pretio
audiri d. vxorem pro reſiduo præ dotis, &
inde confirmatum per S.C.præuia relatio-
ne ſolertiſſimi I. C. Ioannis Aloyſij Piſci-
celli viri patritij Neapol. benemiriti die
die 23. Ianuarij 1631. vt ex actis in banca
Sixti, quæ omnia arbitror ſatis adaptari
materiæ,vt ſupra diſcuſſe, quæ ſiquidem
deciſio cõprobatur ex hiſque tradit Paul.
31 Stayban.d.conſ.73.num.8.& 11.quod mu-
lier erit aſſecuranda pro dotibus ſuper ali
qua re medio appretio expertorum,& nõ
medijs ſub habitationibus, & ita paſſim
per Sac. C. deciſum ex Franc. deciſ.54. à
num.6.ad finem oſtendit vbi num.30. cen-
32 ſuit, quod aſſecuratio conceditur mulieri
pro rata ſui crediti,id quod non poteſt de-
duci in re, vnde praxis voluit, quod tunc
per mulierem reſtituitur reſiduum pretij
in pecunia,ſed hoc quia res ei fuerat pre-
uio appretio ad iudicata,alias ſecus, nam
ſuccedente venditione rei quod plus ven-
ditur cedit in beneficium creditorum Cu-
telli.deciſ.Sicil.5.nu.75. vt ibi Franc.nu.6.
dixit,& ſub num.14.quod probari videtur
in l. fundi Trebatiani ff. de vſuf. legat. &
ſic fuit iudicatum per S. C. in cauſa Du-
33 ciſſe Grauinæ, quæ fuit aſſecurata ſuper d.
Terra,quę vendebat ad rationem ducato-
rum quatuor pro centenario, & cum fuiſ-
ſet affictata plus, & ad rationem ſeptem
rendebat:fuit in beneficium creditorũ iu-
dicatum,vt ex actis in banca Carboni re-
ferente Reg. tũc Cõſ.Scipione Rouito quã
quam ideò Franc.eodem loco num.31. di-
34 cat doctrinam Bart. procedere data obli-
gatione bonorum plurium,prout eſt in ca-
ſu noſtro,& tandem in fine in additione
concludit vidiſſe admiſſam variationem:

35 quia donec ſatisfiet creditori numquam
poteſt dici ſolutum,ſeu diſtractum ius pi-
gnori creditori competens, propter quod
ſemper agere poſſet, quem ſequitur ibidẽ
Muſcat.qui num.30.ad rem noſtram dixit
diſtinguendo, quod quando ſumus in iu-
dicijs executiuis,vt eſt in Regno in inſtru
mentis liquidatis iuxta formam ritus, vel
in obligationibus penes acta incuſatis
quod abſque difficultate concludendum
erit, quod creditor poſſit variare circa
executionem de perſonam ad rem, & de
re ad perſonam,vel vtrumque ſimul .l. ad
36 rem,& ad perſonam proſequi,donec fuerit
integraliter ſatisfactum ex deciſis per
Franc.deciſ.200.num.5.Intrigl.ſingul. 68.
Borgn.deciſ.1.nu.15.& 31.p. 1.cum alijs
apud Graſſum de except. in præludijs nu.
63.& 64.et tamẽ admicti videbatur ad de
ciſionem articuli præmiſſi,ex eo quod quẽ
admodum creditori permiſſum eſſe videa
37 tur vigore clauſulæ in inſtrumentis ſolitæ
apponi,quod vna via electa alia non tolla-
tur Mareſcot.var.reſol.lib.1.c.38. Graſſ.
de except.in prælud.num.63. quonam ca-
ſu,& contra perſonam, & rem obligatam
experiri poſſet,ita pariter exiſtente clauſu
la,quod generalitas ſpeciali tati non de-
roget, vt ſupra dictum eſt, ſed difficultas
remanſit ſi fieri potuit lite adhuc non de-
ciſa,& pendente excuſſione bonorum exe-
cutorum in præiudicium,tam debitoris,
quam aliorum fortè creditorum in ſurgẽ-
38 tium,nam & ſi creditor ſpetialem in ſimul
& generalem hypotecam habens poſſit in-
cipere à generali, vt in caſu præmiſſo,hoc
fit in præiudicium debitoris Griuell. vbi
ſupra num.8., non autem creditorum, vt
39 pra dixi ſicque ad generalem obligationẽ
conuolare, non poterit, quando haberet
ſpetialem Maccrat.lib.1.var.reſol. reſol.
94. num.16.Minſinger.ſingul.obſeru.cent.
6.obſeru.94.num.4.& 5. Muta ibidem nu.
25.Cutell.deciſ.Sicil.13. num.17. excepto
ſi res ſpetitialiter hypotecata alteri fuiſ-
ſet obnoxia Surd.ibi num.21. ita è contra
facta electione generalis rei hypotecæ ad
ſpetialem redire non videbatur, eſſe per
miſſum in præiudicium debitoris, nondum
facta excuſſione bonorum executorum,
nam poterat contingi domum exequutã
ſufficere omnibus, & ita non debere de
40 alio corpore pretioſiori agere, dum ſuper
corpore ſufficienti ſatisfieri potuiſſet ita
in terminis reſpõdet Marta voto 130. nam
creditor quod poteſt in vna re ſatisfieri ſi
bi omnia apprehendere non poteſt Ma-
nen.deciſ.37.num.18.& creditori non

41 licet pro ſuo credito eligere rem meliorē debitoris, ſed arbitrio boni viri debet habere aliquam mediocrem Fontanell. eod. tract claũſ.7.Gloſ.2.p.8.nu. 18. ante proſequitur Paul.Staybau.conſ. 73. num. 13. & 14. Nihilominus re benè perpenſa ex facti ſerie comperiebatur certum eſſe partem domus exequuræ ſpectare debuiſſe vxori debitoris creditricis, pro ſui dotibus iure anterioritatis,& pro altera parte eſſe ſatis controuerſum ad euitandum circuitum , intendebat iterum exequi creditor rem ſibi ſpecialiter obligaram;ex quo creditor habens aliquam rem ſpetialiter obligatam tenetur ſuper illa curare ſuam ſolutionem Surd.deciſ.44.num. 3. ; nam res ſpetialiter obligata pro pignore in dubio præſumitur ſufficiens ad debiti ſatisfactionem cenſuit Carrocc.ibi num. 2. &
42 ideo quemadmodum creditor cui ſuit facta aſſignatio,ſi bona ſibi auferantur poterit rurſus petere aſſignationem in alijs bonis Manent.deciſ.Maneux 45. num. 14, 15.& in deciſ.37.num.2.& 22. fortiũs di-
43 xit,quod creditor ſi non poterit integraliter ſatisfieri in vna re per ipſum apprehēſa per ſecundum decretum, alia ſibi aſſigantur, ita etiam eidem creditori permiſſum erit ad alia bona recurrere euictione ſequuta , vel , ꝙ probabiliter imineat ita pũctualiter ad rē noſtram Coſta in tract. de re integra diſt.56.nu.3. & iterum diſt. 4.numer.13. tradit quod creditor habens
44 omnia bona ſui creditoris obligata inſolidum,non alternatiuè. quia ibi variatio nō eſt conſumpta per electionem cum creditori ſit facta poteſtas experiundi contra vnum etiam cepto iudicio contra alium ex Capyc.deciſ.219.num.6. Scappuc. de Saluian.interd.lib.2.qu.15.quod idem di-
45 cendum erit in obligatione generali, & ſpeciali vigore clauſulæ , vt ſupra relate Conſil.Theod.d.alleg.6.num.9. ex quibus iudicaui iterũ exeq in bonis ſpetitialiter obligatis die 1. Feb. 1624. eo fortius,q2
46 diſpoſitio d. l, 2. C. de pign.bene obſtabat ipſi creditori , dum fuerat per tertios poſſeſſores oppoſitum de eorum poſſeſſione,præuia hypoteca acquiſita,vndè tacitè cenſebatur oppoſita exeuſſio bonorum,vt prius ſpecialiter obligata excuti deberent quam generaliter obligata, vt refert alios addendo Gratian.in d.cap.38.num.13. & 14.imo accedente eiuſdem renuntiatione eſt verum , nam in cauſa liquidationis inſtrumenti contra Lauram de Roberto,
47 & vt contingit ad inſtantiam filiorum , & hæredum Io. Alphonſi Salinas, cum fuiſſet exequutum pro tertijs decurſis ſuper certis bonis,& intendentes ſuper alijs exequi,fuit per Mag.C. referente Iudice tunc Sanfelice nunc Reg. Conſil. benemerito iuſſum renuntiata executione primo loco facta,licet eis exequi ſuper alijs , in banca Mancini hæc volui differere ad ornatũ d.l.creditoris arbitrium,quæ non eſt totaliter ereditoribus fauorabilis,nec debitoribus ac alijs creditoribus odioſa , non
48 enim creditor poterit diſponere ad libitũ de bonis debitoris dixit Martã dicto voto 130. num. 5. ſed ſatisfieri cũm minori in-
49 commodo debitoris, & aliorum creditorũ intereſſe habentium retulit probando ibi num.2.& 6. Marta,nè vendatur res pretio
50 ſa dũ de alia mediocri ſatisfieri poſſit in in caſu ab eo relato,& probat Fontan.vbi ſupra Thomig.ibi, & ſic quandò non eſſet conſultum alteri concreditori diſpoſitio
51 illius legis ceſſaret ex Anna alleg.141.probant Ricc.collect. 141.Marta d. voto 16. num.8.Conſil.Anna filius conſ.63.num. 4. & conſ.76.num.1. Similiter, quando creditor poſſit aliunde ſibi ſatisfieri Minad. deciſ.13.quem ſequuntur Ricc.& Marta vbi ſupra, & verius talis diſpoſitio in ſub-
52 ſidium militare videtur,ſicque non habet locum in feudis niſi in ſubſiduum, neque in beneficialibus probat Marta allegato voto 16.num.4. quamuis ſit in arbitrium creditoris qui habet,& feudalia,& burgenſatica obligata agere vbi vellet Caſtill. deciſ.61. num. 3., Nihilominus diſpoſitio
53 d.l.ereditoris non habet locum in feudis, nam prius debet creditor ſuper bonis liberis experiri , & indeſectum ſuper feudis ſi ea habuerat obligata multos citat Coſta Sieulus conſ.89.nu 15.dummodo aſſenſus inter fuerit latè Paul. Stayb. conſ.88. num.5.& 6. cęterum vbi aſſenſus,non eſſet in ſubſidium admicteretur ſuper feudo, & qualiter ſuper feudo oſtendit Reg. Rouit. conſ.77,volum.2. aut demum quando res ſpetialis obligata non ſuffieeret ſubſidiaria iudieabitur,vt voluit Griuell.d.dec.79 num.3. & 4.

SUMMARIUM.

1 *Sequeſtrum fit interim quando plures cōcurrunt creditores,donec videatur quis habeat potiora ira .*

2 *Sequeſtrum eſt præparatorium iudicij,inde iudex poterit mandare ex officio, vt res in tuto teneatur .*

3 *Creditor qui dedit ſemen ad ſeminandum cęteris præfertur .*

4 *De-*

4 *Dominus frumenti ſati de eius conſenſu, remanet illius Dominus.*
5 *Noſtrum eſt id quod ex re noſtra naſcitur, & nu. 25.*
6 *Quidquid ſeminatur, in alieno agro cedit ſolo.*
7 *Sententiæ Sabinianorum, & Proculianorum refertur concordantia.*
8 *Tex. in §. cum ex aliena inſt. de rer. diuiſ. expenditur.*
9 *Hipoteca, an extinguatur, quando res obligata reduci non poſſit, ad ſuam priſtinam formam, & nu. 31.*
10 *Hipoteca, non durat ſuper materiato, non reducibili ad priſtinam materiam.*
11 *Mutuum, an dicatur, ſi dominium, non trasferatur, in accipientem.*
12 *Mutuum requirit, quod agatur, vt non reſtituatur idem corpus quod traditur, ſed aliud quod ſit in eodem genere.*
13 *Dominus rei naſcende ex ſua re mutuata, ita, quod qui debet frumentum, non dabit in pecunia, quod limitatur numero 14.*
15 *Mutuum contrahitur cum in creditum imus, recepturi in eodem genere non ſtatim ſed poſtea id, quod mutuamus.*
16 *Mutuans pro reſeruanda alijs præfertur.*
17 *Mutuans in refectionem domus cœteris præfertur, & qualiter ſimiliter, in fruente nauem.*
18 *Creditor mutuans præfertur cœteris quãdo nedum ſuper materia ſed ſuper materiato fuerit cautum.*
19 *Abbas recipiendo pecuniam pro aliqua cauſa, an in aliam illam debet conuertere.*
20 *Deciſio refertur, ſi pecunia accepta pro vna cauſa, in alia fuerit conuerſa, an potioritatem, aut prælationem contineat.*
21 *Debitor rei licet dominus ſit, tenetur actione in factum in eſtimatione.*
22 *Piſtores recipientes pecuniam, vt reddant tantum de pane cocto ſingulis diebus, nõ liberantur ſoluendo frumentum.*
23 *Obligatus dare panem coctum, non tenetur, ad frumentum, ſic promittens dare frumentum, non tenetur dare farinam.*
24 *Dominus in re ſua propia erit cęteris præferendus, & nu. 42.*
26 *Fructus percepti ex re mea, mei ſunt.*
27 *Creditor hypotecarius in frumento eſt potior cœteris in farina, vbi ratio affertur.*
28 *Debitor in frumento poterit dare farinã.*
29 *Frumentum ex ſpicis euulſum, non poteſt in priſtinam ſpeciem reduci.*
30 *Tex. in l. adeo §. Sabinus ff. de acquir. rer. dom. ponderatur.*
32 *Dominium, an perdatur, ſi res tranſeat in aliam formam.*
33 *Panis, ſeu biſcoctus, an ſit noua, aut diuerſa ſpeties à farina.*
34 *Farina, & frumentum, an eadem res dicatur ita, vt dominium ac ius prælationis continuetur.*
35 *Actio in factum, quo ad eſtimationem competit domino rei, imo & actio ad exhibendum nu. 36.*
37 *Requiſita duo requiruntur in actione furtis, ſeu conditione furtiuè.*
38 *Poſſidens, vel detentans, tenetur rem domino reſtituere.*
39 *Furtum committit rem alienam, non reſtituens. ſimiliter ſi ea vſus fuerit ad vſum, non deſtinatum num. 40.*
41 *Conditio furtiua, non datur niſi domino.*
43 *Creditor rem ſuam vendicans, præfertur quibus vis alijs creditoribus ex quacumque cauſa, & titulo venientibus.*
44 *Dominus eſt qui rem vendicat, non creditor.*
45 *Creditores ſolum admittuntur ad bona debitorum.*

ARGVMENTVM.

Dominus rei alicui datæ, vt in certum vſum applicaretur, ſi per detentorem in alium vſum conuerſa fuerit, an ſequeſtrari poſſit, & in ea ipſe præferri excluſis alijs creditoribus conceſſinarij.

Concupiuit anima mea, deſiderare iuſtificationes tuas, in omni tempore.

VOTVM LXIX.

Abbas Antonius Calepricus procurator, & Oeconomus Ill. Epiſcopi Monopolitani Io. Iacobi Macedonij, dederat tumulos 90. frumenti, Franciſco Saraceno panecterio pro victu panis Epiſcopalis menſe

menſe, ac erogatione eleemoſinarum, ſin-
gulis diebus percipiendo certam quanti-
tatem: contingit certam ſummam frumen
ti tumulorum 20. ipſum Franciſcum Semi
niſſe in eius territorio, & multas expēſas
feciſſe pro illius Gubernio, deſumptas ex
pretio frumenti, & hoc præter voluntatē
ipſius Abb. at cum in ſurrexiſſent nonnul-
li creditores ipſius Franciſci ex illius lati
tatione, fuit principaliter inſtatum pro
parte ipſius Ill. Epiſcopi fieri ſequeſtrum
de dicto frumento ſato in dicto territo-
rio, & fuit reſolutum fieri ſequeſtrum die
1 18. Aprelis 1624. nam creditores plures
res quando concurrunt eſt videndum quis
eorum potiora iura habet, & interim fit
ſequeſtrum, & expediuntur mandata hoc
benè probat Muta deciſ. Sicil. 24. num. 1.
2 & ſequ. etenim ſequeſtrum eſt preparato-
rium iudicij, & Iudex ex officio poteſt mā-
dare alicui, vt teneat rem in ſequeſtro
Borgn. deciſ. 3. num. 2. & 42. p. 1. Duenas
ſing. 663. Grau. ad Veſt. lib. 7. cap. 2. nu. 14.
Ioſeph. Ludouic. deciſ. Luccenſ. 51. num. 8.
Remanſit in ſe videre quis potiora iura
haberet, dum ipſe Franciſcus erat diuerſis
creditoribus obligatus, etiam mediātibus
inſtrumentis ac obligationibus, & proin-
de, facto tali ſequeſtro prætendebat ipſe
Illuſt. Epiſcopus præferri in frumento ſa-
to dependente, ex ſuo frumento, & non eſt
dubium, quod per ea, quæ dicunt Doct. de
creditore, qui dederat ſemen ad ſeminan-
dum, vt præferatur ceteris creditoribus,
3 etiam anterioribus tempore, ad ſemen
ipſum percipiendum ita Bellac. ex Papiēſ.
in tit. de forma lib. §. ſub ea obligatione
verſ. ſi quid autem inter com. opin. lib. 7.
tit. qui pot. in pign. hab. nu. 19. quod pro-
bat Caſtill. deciſ. Sicil. 10. num. 6. Borg. de-
ciſ. Fiuiz. 23. num. 37. p. 2. Surd. dec. Mātuæ
282. nu. 32. & ex Theſaur. filio lib. 2. qu. fo-
renſ. cap. 29. aſſequitur Barbat. in tract. de
Reſtit. interd. ſuper pragm. de Aſſiſt. gloſ.
12. num. 46. & 47. Collan. de re frument.
lib. 2. cap. 1. num. 2. Ignat. del Villar. in ſua
Sylua Reſponſ. lib. 2. cap. 3. reſponſ. 16. nu.
14. Anton. de Amat. var. reſol. in 3. Reſol.
4 num. 17. Sed in caſu noſtro non aderat
conſenſus ipſius Epiſcipi, ita quod ſi ſciē-
te domino frumenti ſatum fuerat frumen-
tum, remanebat dominus rei, vt notat
Gloſ. in l. de eo §. ſi quis verius ff. ad ex
ſib. & in §. cum ex aliena ſuper verbo, vel
ſpicas inſt. de rer. diuiſ. vbi Doct. dum de-
clarant regulam illam deſumptam ex d.
§. ſi quis, & in l. ſolum §. meum ff. de rei
5 vindic. quod ex re noſtra naſcitur noſtrum
eſt. vt procedat domino ipſo conſentiente
facit tex. in §. quod ſi frumentum inſt. eo.
tit. cœterum non aſſentiente domino, do-
minium acquiritur ſpecificanti, vt dicunt
Gloſ. allegate, & ſic ipſi Franciſco debito-
ri, ſuper quo cœteri creditores rectè age-
re poterant, & eis illud liberari vti ante-
rioribus; eo amplius, quia quidquid in alie
no fundo ſeminatur ſolo cedit §. qua ra-
6 tione inſt. de rer. diuiſ. & ſemen præſumi-
tur poſitum à poſſeſſore Surd. vbi ſupra
num. 32. Præterea ad cognitionem domi-
7 nij domini frumenti diſpoſiti ab aliquo
concordia Sabinianorum, & Proculiano-
rum ſententiarum refertur in d. §. cum ex
8 aliena, ſi ea ſpeties ad priorem, & rudem
materiam nequaquam poterat reduci, vt
demoſtratur in eo. tex. in fine ibi, aut fru-
mentum ad vuas, vel oliuas, vel ſpicas re-
9 uerti non poteſt &c. quo circa extinguere
tur hypoteca, ita Neguſant. de pign. 2. mē-
bro 2. p. num. 26. nam hypoteca ſuper ma-
teria, non durat ſuper materiato non re-
10 ducibili ad priſtinam materiam ex l. ſi cō-
uenerit in 2. §. pen. ſibi Bart. ff. de pign. act.
cum alijs apud Lunam conſ. 50. num. 59.
merito dominium potius erat penes Frā-
ciſcus, quam penes Epiſcopum, & conſe-
quenter ſuper illo poterant creditores ſa-
tisfieri eo excluſo ex reſolutione hypite-
cæ. Demum circumſcripta diuerſitate
cauſarum ob quas dominium retinetur,
aut amictatur, certum eſt non abſque ra-
tione dominium dantis ſemen ad ſeminā-
dum reſidere apud mutuantem, non tamē
reſpectu ſpeciei mutuatę, quoniam mutuū
11 non eſſet ſi dominium non transferatur
in accipientem Bart. in l. 2. §. appellata
num. 2. ff. ſi cer. ret. ſed quia mutuum requi
12 rit, quod agatur, vt non reſtituatur idem
corpus, quod traditur, ſed aliud, & quod
illud aliud ſit in eodem genere Caſt. in d.
l. 2. num. 2. & 4. vnde infertur, quod mu-
13 tuans remanet dominus rei naſcende ex
re ſua mutuata, ita quod qui debet fru-
mentum, non poteſt ſoluere pecuniam Ia-
cob. Rebuff. in l. dominus num. 1. Cod. de
Agric. & cenſ. lib. 11. Bart. in d. l. 2. §.
mutui datio num. 5. vbi id limitat. niſi in
14 caſu non exiſtentiæ frumenti, quia tunc
perueniretur ad eſtimationem ſicque mu-
tuum contrahitur cum in creditum imus
15 recepturi in eodem genere non ſtatim, ſed
poſtea id quod mutuamus Parlad. Rer.
quotid. lib. 1. cap. 3. §. 3. num. 13. & non mi-
rum ſi ob eam cauſa præferri deberet ce-
16 teris creditoribus, cum, ita ſpecialiter cō-
uentū fuerat, ad ſimilitudinem eius, qui rē
ſer-

Digitized by Google

ſeruauit, nam cœteris creditoribus anteſer-
tur Surd. deciſ. 313. num. 1. Collant. eo. tract.
lib. 1. cap. 15. num. 1. & 2. prolixius Anton.
de Amato var. reſolut. in d. 3. reſol. per totā
17 & quemadmodum mutuans pro refectione
domus, ita pariter alijs præfertur creditori
bus concurrentibus illis requiſitis, nempè,
quod pecunia nominatim, & expreſsè ita
fuerit mutuata, & quod res ſit refecta ex ta
li pecunia ad tex. in l. interdum ff. qui pot.
in pign. hab. Neguſ. de pignor. 2. membro 7.
p. nu. 13. & 2. memb. 4. p. num. 163. Minſing.
cent. 1. obſeru. 60. cum alijs nouiſſimè con-
geſtis per Viſcon in ſuis concluſ. verbo cre-
ditor mutuans vbi alia poſuit exempla,
quod etiam ad refectionem nauis extendūt
Doct. penes Franc. Steph. deciſ. Aquenſ.
68. per totam latè Rodriq. in tract. de con-
curſ. credit. p. 1. art. 7. per totum Ignat. del
Villar. vbi ſupra num. 12. Anton. de Amatis
vbi ſupra Collant. in pragm. de re frument.
lib. 1. cap. 15. per totum, hoc idem per va-
ria exempla probat præſertim in materia
de qua agitur, hoc eſt, quando eſſet cautum
nedum ſuper materia, ſed ſuper materiato,
18 vt ibi Luna n. 61. nota. Sin autē in aliā cauſā
fuerit conuerſa pecunia ſpetialiter mutuata
hoc eſt ad refectionem domus; vtique ceſ-
ſaret priuilegiū prælationis, nā licet obli-
gatio in ſe teneat cū hypoteca ſi pecunia
in vna cauſa accepta, p alia expēdatur ſec'
eſſet per ea, quæ ex pluribus cōcludit An-
19 nā in ſing. l. in Abbate accipiente pecuniam
expēdēdā in vna cauſa, & in aliam expen-
derit, vt obliget Monaſterium, dum pro cau
ſa pro quā non fuerat expenſa, ſi illa con-
tineret potioritatē, vel prælationem tunc
20 ceſſaret priuilegium prout [illegible] in contin-
gent a facti iudicauit S. C. vt retuli in mea
Compend. deciſ. Regni verbo [illegible] & ſic vide-
batur ceſſare priuilegium ſpetialitatis præ-
lationis in caſu præmiſſo, dum præter vo-
luntatem Illuſt. Epiſcopi frumentum ſemi-
nauerat Franciſcus, licet remaneret credi-
tor, remanſit Franciſcus Dominus illius, &
propterea, licet fiat ſua ſpecies quō ad do-
miniū, tamen actione in factum tenebatur
21 ad æſtimationem l. in rem ſ. 1. ff. item quę-
cumque ff. de rei vend. cum alijs iuribus ad
idem allegatis per Gloſ. in d. §. cum ex alie
na ſup verbo vel ſpicas in finalib' verbis
ſicq; creditor redebatur in actione pſonali,
& pptera ceteri creditores in frumēto fa-
to præferendi veniebāt, eoq. impenſius, quā
dum ipſe Franciſcus erat obligatus conſi-
gnare tot panes coctos ſingulis diebus, ad
illos tantum conſignandum cogi poterat,
ita q nec frumentum nec pecuniā ſoluere
tenebatur, per ea quæ in puncto retulit
Mendez de Caſtro in Rub. C. de Annon.
ciuil. in principio numero vndecimo
22 quod piſtores recipientes pecuniā, vt red-
dant tātumdem in pane cocto ſingulis die-
bus, non liberantur ſoluendo frumentum,
vel pecuniam, ſed tenentur panem coctum
reddere, ante eum Aret. Coſet. in ſuis ſin-
23 gul. verbo frumētū ibique probauit obliga-
tum dare panem coctum non teneri ad fru-
mentum, ſic promittens dare frumentum
non tenetur dare farinam ex Bald. notat
Gutter. de tutel. cap. 23. num. 9. & ſic vide-
batur Ill. Epiſcopū eſſe creditorem in pa-
cocto ſibi conſignando, & non amplius in
frumento, vel in pecunia vnde illud cede-
re debuerat creditoribus ipſis. Quamquam
ex parte Illuſt. Epiſcopi replicaretur, verū
eſſe in facto fuiſſe conſignatos tumulos 90.
frumenti eidem Franciſco, vt illud panniza-
ret pro ſeruitio menſæ Epiſcopalis e uſque
familiæ, ac erogatione eleemoſinarum pau-
peribus, non tamen dominium ex hoc tran-
ſlatum videbatur, quia nullo titulo habili
frumentum ad ipſum peruenerat. Sed vt
paulatim panes ſingulis diebus ex frumen-
to ipſo redderetur, quo fit, vt dominium
numquā receſſerat ab Epiſcopo, & con e-
quenter illius dominus eſſe non dubitaba-
tur; ſed poſtquam eo inſcio Franciſcus Pa-
necterius de dicto frumento ſeminauerat
tumulos 20. certum erat, quod tale frumē-
24 tum non erat Franciſci, ſed ipſius Epiſcopi
vnde quemadmodum dominus in re ſua
propia, erit cœteris creditoribus præferen-
dus probat Muta d. deciſ. 24 num. 7. vt in-
fra latius habetur, ita etiam in re peruenta
ex re ipſius dominus ex regula allegata,
quod ex re noſtra fit noſtrum eſt d. l. de eo
§. ſi quis, & l. non ſolum §. 1. ff. de rei vend.
26 & fructus pcepti ex re mea mei ſūt Franc.
Collant. deciſ. 642. num. 11. de re frument.
lib. 2. cap. 1. num. 2. hinc eſt, quod creditor
27 hypotecarius in frumento eſt potior cœte-
ris in farina, quia idem eſt corpus, & eadem
res Caſtill. d. deciſ. 10. num. 5. iuxta deciſ.
28 per Surdum deciſio. 139. inſuper debi-
tor in frumento poterit dare farinam, vt
tradit Maſtrill. deciſ. Sicil. 139. num. 5. Nec
obſtat ſi diceretur, quod quando ſpecies re-
duci poſſet ad priſtinam ſpetiem, quod tunc
29 erit dominus materiæ, ita quod frumentum
ex ſpicis euulſum, non poterit, in priſtinam
ſpetiem reduci, & conſequenter ſpecificanti
cedere ex d. §. cum ex aliena, & l. adeo §.
30 Sabinus ff. de acquir. rer. domin. nam ibidē
I.C. dixit cum enim grana, quæ ſpicis con-
tinentur perfectam habeant ſua ſpetiem
qui

qui excutit ſpicas non nouam ſpeciem fa-
cit,ſed eam,quæ eſt detegit, in caſu autem
præmiſſo non agebatur de frumento ex ſpi
cis euulſo, ita vt in priſtinam ſpeciem re-
31 duci non poſſet, ſed agebatur de frumento
iam ex ſpicis euulſo, licet ſato poſtmodũ,
& poterat in priſtinam ſpeciem reduci, &
conſequenter domino materiæ applicari,
dum in eamdem materiam, & formam
reduci poſſit non extinguitur hypoteca
Neguſ.de pign.d. 2. membro 2. partis nu.
26. nec etiam dominium perditur, licet
32 res trãſeat in aliam formam probat Surd.
d.deciſ.139. nu.7. & ſuam vtilitatem con-
cedit Collant.d.lib.1.cap.6.ſub num. 6. &
de conſimili agens materia Luna d. conſ.
50. num. 62. dixit panem, vel biſcoctum
33 non eſſe nouam nec diuerſam ſpeciem à
farina, ſed eandem rem,idemque corpus
34 cum ea, quemadmodum de farina, & fru
mento,quod eadem dicatur res,& perſeue
ret dominium,iuſque prælationis,etiam in
materia ſtatuti ſicque ſtricta, vt latè di-
ſcuſſum, & demũ deciſum inuenitur apud
Surd.dec.139. Præterea ex relatis per eũ-
39 *Filius fam. agnoſcendo bonorum poſſeſſionem, eamque petendo ſibi, & patri acquirit.*

40 *Subingreſſio in linea Collaterali de iure non conceditur, & nu. 42.*

41 *Subingreſſio de iure, non datur vltra tertium gradum.*

43 *Subingreſſio admictitur, quando agitur de ſucceſſione patrui. vel auunculi.*

44 *Inhibitio, cum cauſa cognitione interpoſita ligat manus iudicis.*

45 *Iudex ſuperior, dum manus apponit, inferior, non poteſt procedere.*

46 *Vbi poſuit os Iudex ſuperior, inferior, non ſe impedict.*

47 *Cauſa præoccupata per maiorem Iudicem, non poteſt ventilari coram minore.*

48 *Cauſa ſemel deuoluta ad ſuperiorem numquam exit de Curia, niſi ſuperior remictat.*

49 *Inhibitionis natura eſt vt ſuſpendat donec cauſa pendet.*

50 *Inhibens, eo ipſo, quod inhibet videtur velle, quod ſi contra fiat actus, non valeat.*

51 *Inhibitio, ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta erit timenda.*

52 *Inhibitio erit ſeruanda.*

53 *Iudex inferior faciens contra inhibitionem ſuperioris, eſt ipſo iure nullum, & num. 57.*

54 *Inhibitio habet implicitum decretum irritans, ideò nil erit faciendum nu. 55. ſed potius obediendum nu. 55.*

57 *Superiore incipiente cognoſcere de cauſa, per inferiorem cepta, ſi inferior, vltra proceſſit, erit nullum quod fecit.*

58 *Inhibitione pendente, nil erit innouandum.*

59 *Succeſſor legitimus, tacitam habet voluntatem defuncti, & bonorũ poſſeſſores in omnibus vice hæredum habentur, & num. 89*

60 *Præambola facere eſt depreheminentia M. C. V.*

61 *Conceſſo vno, reliqua pertinentia conceſſa videntur.*

62 *Conceſſo vno, omnia conceſſa videntur, ſine quibus illud integrè eſſe poteſt.*

63 *Conceſſo vno, videtur conceſſum reliquum, ſine quo conceſſio redderetur inutilis.*

64 *Qui vult vnum, vult duo vnum tacitum aliud expreſſum.*

65 *Iuriſdictione cõceſſa, cõceſſa cẽſetur omnia ſine quibus explicari nõ poteſt. quod etiã ad iuriſdictionem delegatam porrigitur num. 66.*

67 *Executor merus dicitur ille cui commictitur executio ſententia latè.*

70 *Poteſtas alicui data, non intelligitur conceſſa, niſi quatenus dans conceſſiſſet.*

71 Con-

VOTVM. LXX.

MOrtuo Ioan. Michaele Sforza ab inte-
ſtato, concurrebant in eius hæredita-
te adipiſcenda Macedonius Sforza frater
conſobrinus, & Io. Indellus nepos filius
ex ſorore, & licet per eundem Macedoniũ
prætenſum fuiſſet tam bona fideicommiſ-
ſo ſuppoſita à Reuerendiſſimo Epiſcopo
Conuerſani vigore donationum factarum
rum, ſibi ſpectare, quam etiam reliqua bo
na libera vti proximiore defuncto, pro
quibus omnibus petijt immitti in poſſeſ-
ſionem, inde productis inſtrumentis dona-
tionum, fuit interpoſitum decretum per
meum prędeceſſorem eſſe manutenendum
in poſſeſſione bonorum omnium, nihilomi
nus quia eodemmet die præfatus Ioan-
nes nepos petierat declarari ſe hæredem
eius auunculi, & cum plenè probaſſet ſuã
intentionem, fuit per eundem Iudicem
prouiſum, quod expediretur citatio per
edictum contra prætendentes ius in hære
ditate d. quondam Io. Michaelis, & affiga-
tur in valuis, de quo ſentiens ſe grauatum
ipſe Ioannes dum claro iure debuerat ad
mitti. & ſatis liquere iura ſua ex actis prę-
tendebat, tum de morte eiuſdem Io. Mi-
1 chaelis, quam de proximitate, ſatis enim
eſt ſcire mortuum eſſe ſeque proximum
cognatum fuiſſe dixit I. C. in l. in bonorũ
2 ff. de bon. poſſ. & facit tex. in l. ſed cum pa-
trono §. bonorum eo. tit. ibi nec non ab
inteſtato habentibus ius legitimum vbi
Gloſ. in verbo habentibus ſubdit, hij enim
habent voluntatem tacitam ex l. confi-
ciuntur in princ. ff. de Codicill. quamquã
ibidem Gloſ. quærendo dicat nil videtur
3 proficere ſi decernatur bonorum poſſeſ-
ſio; quia hoc ipſo, quod eam petunt, vel a-
gnoſcunt videntur gerere pro hærede C.
de iure de lib. l. puberem, & ſubdit quid
ergo facit data poſtea bonorum poſſione,
4 reſpondit videtur gerere pro herede iure
pretorio, non ciuili, & licet gerat, non ta-
men gerit plenè, niſi decernatur quod ta-
men hodie non eſt opus vt C. eo l. pen. idẽ
que affirmat Craſſ. de ſucceſſ. tom. 1. §. bo
norum poſſeſſio q. 6. memor de Gloſ. pre-
dicta vbi ſingulariter demoſtrat qualiter
5 bonorum poſſeſſio acquiratur, & reſpon-
det quemadmodum hæreditas aditione
acquiratur de iure ciuili, ita bonorum
poſſeſſio de iure prætorio, concludens nu.
2. non aliter opus eſſe decreto ex d. l. fin.
iuxta communem opinionem Doct. quam
ſequitur ex Alciat. Sapia, & Cognol., vn-
de ex hijs videbatur concludendum nul-
latenus decreto opus eſſe, & ſi apparere
conſpiceretur de legitimo contradictore
6 apparerebat de iure prętorio, & abſq; cauſe
cognitione decernebatur bonorũ poſſeſ-
ſio, ſecus tamen ſi de eo appareret, tunc e-
nim adhibita plena cauſæ cognitione de-
cernabatur, vt ex Bart. & Cagn. probãt ibi
Craſſ. num. 1. Parlad. different. iur. indiffe-
rent. 21. num. 7. Adhuc etiam iſto caſu,
7 quia vt prædictum eſt hoc non aliter eſſet
neceſſarium, ſicut olim in ſpecto iure præ-
torio, vt quoque ex nonnullis confirmat
Emanuel Xuarez inter commun. opinion.
lib. 6. tit. qui admitti num. 4. quinimo ad
dignoſcendum quid in vindi obſeruantia
permanet in hijs temporibus, cenſui cum
8 certum eſſe quod bona hæreditaria defun-
cti dicuntur ita vacare ante aditam hære-
ditatem, vt poſſeſſio nullius ſit, vt plenius
per Argel. de legit. contradict. quęſt. 9. nu.
42. & conſequenter talis bonorum poſſeſ-
9 ſio neceſſarium eſt antecedens, vt agi poſ-
ſit actione poſſeſſoria hęreditatis petitio-
ne aduerſus occupatores bonorũ Menoc.
de præſũp. lib. 4. præſump. 103. n. 2. ideo
10 non amplius curandum eſſet de tali agni
tione, intentata petitione hæreditatis, ita
quod ſi ille cui delata eſt bonorũ poſſeſ-
ſio immediatè intentauerit poſſeſſoriam
hæreditatis petitionem abſque eo, quod
expreſsè agnouerit, cenſetur prius agno-
uiſſe bonorũ poſſeſſionem ita ex Cagnol.
in rub. qui admitti nu. 96. probat Donat.
à Fiua inter dictas com. opin. eodem loco
num. 11. & in hanc ſententiam quoque
alijs relatis inclinauit Craſſ. d. §. bonorum
poſſeſſio qu. 10. & conſequenter in obti-
nenda bonorum poſſeſſione iure nouiſsi-
11 mo inſpecto decreto Prætoris opus non
eſſe concludũt Facchin. lib. 5. controu. Iur.
cap. 74. Parlad. vbi ſupra. Præterea hæres
intelligitur, qui per aditionem hæredita-
tis hæres eſt, & non alias ita ex Alex. cõſ.
1. col. 4. volum. 4. Socc. conſ. 91. viſa 2. col.
12 volum. 1. tenet Caſſan. in Conſuet. Burgun.
Rub. 8. §. 5. verb. & qui ab inteſt. Luy. &c.
verſ. imo, quod plus eſt: aditio enim eſt
13 actus, vt probat Craſſ. in tract. ſucceſſ. tom.
2. artic. acquiſit. hæred. q. 5. num. 1. & pro-
pterea ſubdit num. 2. non præſumitur niſi
probetur ſequitur Criſtof. Martius deciſ.
Senenſ. 79. nu. 2., etenim per talem actum
præſupponitur probatam qualitatem ip-
ſius hæredis, eo quod vult obtinere hæredi
14 tatem ab inteſtato neceſſe eſt probare, ſe
proximiorem eſſe ex multis hoc probat
Anna ſing. 237. . . . . . & ſic legitimã
eſſe perſonam ſuccedendi, ac etiam in iu-

dicio præeſſe, quæ pariter probari debet
15 Boer.deciſ.171.nu.19.& 20., adeò enim
eſt neceſſaria legitimatio perſonæ in omni
iudicio, quamuis ſummariiſſimo, vt nec
ſufficiat, quod ſuperueniat latè Gratia.diſcep.forenſ.cap.486.num. 6. & 7., & ideo
cum talis actus aditionis precedere debeat
poſſeſſionem bonorum., nam ſic in
16 dubio præſumitur, quod actus natura prior
præceſſiſſe præſumitur Alex.conſ.8. nu.
lib.3.Menoch.de præſump.lib.6 præſump.
7.numer. 1. ſubſequitur quod dum non
apparebat preceſſiſſe: quia eodem die non
17 fuerunt facti hoc eſt aditio, & poſſeſſionis
conſignatio, non aliter præſumitur preceſſiſſe,
ſicut idem Menoch. tradit loco
citato num.7., merito præſupponendum
erat ordine peruerſo: non eſſe opus decreti
præamboli interpoſitione, etiam ſi ſuperueniſſet
ab comprobationem poſſeſſionis
bonorum captę, & acquiſitę, quo tem-
18 pore habilitas exigebatur, ſicut per multa
exempla tradit Grat. cap. 508. num. 19.
19 nec opus erat, vt superueniret habilitas de
quo per Caſſ.d.conſ.Rub.9.§.10. num.15.
20 & ſequen. Demum acquiſitio hæreditatis
poteſt fieri ſolo animo, verbis tamen declarato
de iure l. pro herede ff. de acquir.
hæred. Craſſ.vbi ſupra q.4. num. 4. Mant.
de coniect.vlt.volun.lib. 12. tit.15. num.8.
21 quemadmodum etiam agnitio bonorum
poſſeſſionis vt idem Craſſ.tom.1.§. bonorum
poſſeſſio queſt.6.num.1. probat, &
ſequitur Mantic. vbi ſupra, & propterea
22 cum agnoſcens bonorum poſſeſſionem videatur
etiam adire de iure ciuili, ſicuti ex
multis Craſſ. in d.§. bonorum poſſeſſio qu.
11. confirmat, merito, quemadmodum in
eadem bonorum poſſeſſione alio decreto
23 Iudicis opus non eſt ex diſpoſitione l. fin.
C.de bon.poſſ.& poſt Gloſ. in d.l.ſed cum
patrono §.1.verſ. habentibus tenet Craſſ.
d.q.6.num.2., ita alio decreto opus non
erat in caſu noſtro, quod potius ſuperuacaneum,
quã vtile videbatur, ſed inſpecta
24 diſpoſitione iuris communis certum eſt
quod in omni iudicio, quamuis ſummario
neceſſaria eſſet legitimatio perſonarum
affirmauerunt Doct. in Rub. Cod. qui admicti
ex Gloſ. in l. 2. Cod. de edict. diui
Adrian. toll. & aliis citatis per Facchin.
controu.iur.lib.13.cap.31. nouiſſimè Ant.
de Virgil.in tract.de legitim.perſon.in iudic.
Comp. in prælud. num.1. adeò quod
cum in præſenti iudicio verſari videretur
25 in filio fam.petente bonorum poſſeſſionẽ,
difficultas ex hoc oriri videbatur, quod
filius fam. qui non eſt perſona legitima
ſtandi in iudicio, bonorum poſſeſſionem
petere non prohibebatur ex Iaſon. demonſtrat
ibidem Facch. ſed ex Dec. reſpon-
26 det hoc eſſe iudicium extraordinarium
in quo due perſonæ interueniunt, nempè
Iudex, & is qui petit bonorum poſſeſſionem,
quia alterum præiudicium continere
non videbatur, quo circa nec partis citatio
exquiritur iuxta Gloſ. in l.3.§.ſi cauſa
cognita, ff.de bon. poſſ. quemadmodum
27 in iudicio ordinario vbi tres perſonæ interueniunt
c. forus de verb. ſig. quamquã
non defuerint alij Doct. aſſerentes etiam
in hoc iudicio ſummario extraordinario,
eſſe neceſſariam legitimationem perſonam,
adhuc ibidem reſpondet Facch. dato
quod ſit iudiciũ extraordinarium, in quo
nemini fit preiudicium, nec tres perſonæ
28 interueniunt, ſed tamen Iudex, & is qui
agnoſcit bonorum poſſeſſionem, qui poſt
agnitionem factam in præſentia Iudicis
poteſt intentare bonorum poſſeſſoriam
hæreditatis petitionem l.1.& 2.ff. de bon.
poſſ. merito nõ requirit tantum legitimationem
perſonarum per rationes ibi deductas,
ſic in præambuli iudicio attendendum
erit, ex eo quia non eſt verè iudi-
29 cium, ſed extraordinaria probatio aditionis
hæreditatis ex Conſil. Theod. fundaui
in a.p. Compend. verbo præambolum, neque
exigitur partis citatio Carau. in ritu
181.num.5. vnde ex hijs benè petere, non
vetebatur bonorum poſſeſſionem, pariterque
decreti præamboli interpoſitionem,
attamen ex communi vſu recepto in Re-
30 gno opus erat decreto præambuli, vt in
poſſeſſionem bonorum immicteretur omiſſa
iuris ſolemnitate prædicta, prout inſteterat
interponi, ſicut communiter practicatur
iuxta Ritum M.C. 181. vbi nu.4.
Carau. in hoc aduerſari videatur non fieri
præambolum, quando heres veniret ab
inteſtato, niſi ad inſtantiam filiorum, qui
ſunt de linea deſcendenti, cœterum ad inſtantiam
eorum, qui ſunt ex linea trãſuerſali
nequaquam eo quia multi eſſe poſſunt
eiuſdem lineæ in eodem gradu, vel maiori,
vnde eſſet ſatis difficilè probare ſe eſſe
proximiorem defuncti, nihilominus, quia
de proximitate defuncti probata ſatis apparebat,
& de cõtradictore ipſo ſic in poſſeſſione
immiſſo, dum in poſſeſſionem petitam
immicti ſe oppoſuerat contra nepo-
31 tem defuncti, legitimus contradictor exiſtimabatur,
vt voluit Argel. in d.tract. qu.
1.num.7., propterea decreti interpoſitione
prius opus erat: ſed quia iam fuerat
interpoſitum prętex voluntatem prętentis
qui de omnibus grauatus appellauerat ad
S. C. in quo ſeruatis ſeruandis ad relatio-
nem

nem Reg.Conſil.Marcell.Marciani die 27.
32Maij 1525. fuit interpoſitum decretum, vi
delicet, quod decretum interpoſitum ſub
die 30. Octobris 1625. debitè exequutio-
nem mandetur, quò ad reijectionem nul-
litatum, nec non prouiſum eſt, quod partes
infra quatuor dies deducant incũbentia
ſuper omnibus hinc indepręțenſis, & inte-
rim hęredes Macedonij Sfortiæ Affaratis
manuteneantur in poſſeſſione bonorum
ſtabilium, & annuorum introytuum con-
tentorum, in inſtrumentis donationum in
actis deductarum: poſſeſſio vero bonorum
hæreditariorum Io. Michaelis Sfortiæ cõ-
ſignetur Io. Indello, præſtita cautione per
vtramque partem de reſtiruendo ad inui.
cem, quidquid per S. C. fuerit Iudicatum
tam ratione fructuum præceptorum, quã
meliorationum allegatarum, & omnium
hinc inde prætenſorum penes Murinum
Magiſtrum Act. & hoc iure optimò pro-
33ceſſerat cum cauſa cognita bonorum poſ-
ſeſſio derut l. 3. §. ſi cauſa vbi Gloſ. ff. de
bon. poſſ. Craſſ. d. q. 6. ſub num. 1. verſ. fin
autem apparebat, & commiſſa mihi cauſa
immiſſionis in poſſeſſionem dictorum bo-
norum ſpectantium eidem Ioanni in quã
cum effectu iuxta ordinem datum immiſ-
ſus fuit, ſed quia inde perierat, decretum
præamboli interponi per Curiam Regiam
Monopol. dubitari tandẽ contingit de tri-
bus primo, quia ipſe Ioannes erat filius fa
milias, nec poterat in iudicio ſtare abſque
patris conſenſu, ſecundo quia tractabatur
de linea tranſuerſali, in quo non poterat
præambolum decerni, per ea quæ paulo
ante deducta fuerant, tertio quia ex inhibi
tione facta eidem Curiæ per S. C. non po-
terat ad alium actum procedi, abſque ſpe
tiali ordine S. C. vel reuocatis literis inhi
bitorialibus factis. Reſpectu primæ obie
34ctionis replicabatur eſſe apud Doct. com-
muniter approbatum filium fam. poſſe
agnoſcere bonorum poſſeſſionem ex teſta
mento, vel ab inteſtato, etiam patre igno-
rante ex Gloſ. in l. 1. C. qui admicti ibique
Doct. quam Gloſ. communiter approbatã
eſſe refert Vaſq. de ſucceſſ. reſol. §. 1. num.
35 69., quos omnes probat Craſſ. d. §. bono-
rum poſſeſſio q. 12. num. 1. vbi addit ratio-
nem, quia hæc agnitio nõ fit in forma iu-
dicij; ſed per viam extraordinariam per-
mictitur id filio, vt dictũ eſt, ſequitur Fac-
chin. lib. 5. controuerſ. iuris c. 76. in princ.
Parlad. ibi num. 10.; quod tamen non
procederet, exiſtente legitimo contradi-
ctore, eo quia tunc cauſæ cognitio require
retur, & tunc filius non admicteretur abſ-
que cõſenſu patris ex Signor. Aret. Alex.
Rimin. Iaſ. Dec. Cagn. Ign. & Iacob. de Ni-
gris probat ibidem Craſſ. num. 2., & hoc
poterat in hac facti ſeriè, verificari, cum-
que iam ceſſauerat contradictor ex inter-
poſitione decreti S. C. non videbatur in
hoc iudicio cum cauſæ cognitione proce-
di, nullo alio contradictore exiſtente, eo
36 impenſius, quia præambolum non eſt ve-
rè iudicium, ſed potius liquida probatio
aditionis hæreditaris, vt refert Conſiliar.
Theod. alleg. 17. nu. 41., ſed ad maiorem
37cautelam alias pro ipſo filio fam. compa-
ruit Ioan. Antonius Indellus eius pater, eo
exiſtente impubere ad conſecutionẽ poſ-
ſeſsionis bonorum, cui de iure conceſſum
erat ad tex. in l. ſeruus in fine vbi Gloſ. in
verbo in fanti ff. de bon. poſſ. & eo lite pẽ-
dente effecto maiore de nouo comparen-
do (aſſentiente patre) decretum præambo-
li interponi inſteterat, imo ſi non conſen-
38ſiſſet pater data eius ſcientia præſumere-
tur iuſsũ patris interueniſſe probat ibidẽ
Craſſ. num. 5. & hoc optimo iure, nam & ſi
filius fam. cui bonorum poſſeſsio delata
39 eſt eam agnoſcendo, & petendo, nedum ſi-
bi ipſi acquirit; ſed patri etiam vſufructũ
illorum Facchin. lib. 5. controu. iur. c. 75.
hoc probat, ad ſecundum autem replica-
batur iam fuiſſe certificatam proximitatẽ
ipſius Ioannis, & in eodem gradu nullum
alium extare, ita quod non poterat im-
miſsio impediri, ſic confirmata per decretũ
S. C. ita quoque nec erat denegandum præ-
bolum, dũ ſub certo verſebatur facto, nec
de ſubingreſsione aliquid dubitandũ erat
dum in locum eius matris ipſe ſubingreſ-
ſus erat, quæ ſoror erat defuncti, & aduer-
40ſarius in eadem linea Collaterali, ſed in
tertio gradu, ob quod ſubingreſſio non
conceditur de iure in linea Collaterali, vt
per Napodan. in Conſue. Si moriatur n. 16.
Molfeſ. in Conſuet. Neap. p. 4. q. 35. num. 1.
7. & 8. & q. 37. & 42. Reg. Rouit. conſ. 2. nu.
12. Camill. de Medic. conſ. 162. num. 28.
& ſic quò ad articulũ ſubingreſsionis, qa
verſabatur ſecũdũ diſpoſitionẽ iuris cõ-
munis nõ conſuetudinarij dicebatur, quod
non datur vltra tertium gradum iuxta
41 vulgatum conſ. 1. Decij, & aliorum ſequa
cium relatorum per Reg. de Ponte conſil.
154. num. 84. volum. 2. Conſil. Georg. alleg.
12. num. 50., nec egreditur nepotem ex
fratre, vt ipſemet fatetur in alleg. 30. nu.
59. ſicque vltra nepotes idem Reg. de Pon-
te conſ. 39. num. 10. volum. 1., hoc eſt de
42iure communi, vt refert Præſ. de Franch.
deciſ. 24. num. 5. & deciſ. 149. num. 1. vbi id

limitat non procedere,quando ageretur de
44 ſucceſſione patrui, vel Auunculi, vt ex
Aym. & Rota Bonon.ibi probat, & nouiſ-
ſimè Camill.de Medic.conſ.a.num. 39. per
tex.in auth.de hæred.quæ ab inteſt. deferũt.
§.ſi igitur in fine verſ. huiuſmodi,ſicut erat
caſus de quo agebatur. Reſtabat vltima
difficultas poſtquam inhibitum alias fuerat
p̄ S.C.eidē Cur.Reg.Mooop.ne ſe intromi-
cteret in dicta cauſa, videbatur nullatenus
tale decretũ, interponi potuiſſe,nã talis in-
hibitio legitime interpoſita cũ cauſę cogni-
tione parte citata ligat manus Iudicis Ma-
rãt.p.6.tit.de appell.n.207. Iudex enim ſu-
45 perior cum manus apponit inferior non
poteſt procedere ita Anna alleg.99.num.4.
Lancell.de Actentatis 2.p.cap.10.num.5.&
facit illud vulgatũ traditum per Pacem
Scal.in tract.de conſil.ſapient. lib.2.c.5. vbi
46 poſuit os Iudex ſuperior, inferior non ſe
impediet,itē cauſa pręoccupata per maiorē
47 Iudicem non poteſt ventilati ceram mino-
ri Marant.inſpec.dic.p.6.num.20. & cauſa
ſemel ad ſuperiorem deuoluta numquam
48 exit de Curia, niſi ſuperior remictat Ant.
de Ball.in tract.crim.lib.4. de quæſt. parti-
cul.qu. 2. num. 22. Mieres in Conſt.Catal.
coll.9.cap.35.num. 11. & hoc ſtante inhibi-
tione facta per S. C. cuius natura eſt,vt ſu-
49 ſpendat donec cauſa pendet idem Lan-
cellot.eo.tract.2.p. cap.2.ampl.21.num. 12.
& proinde inhibens eo ipſo, quod inhibet
50 videtur velle, quod ſi contra fiat, actus
non valet Lancellot. dicto cap. 2. ampl.l.
10.num.4., ideo inhibitio, ſiue iuſta, ſiuè
51 iniuſta erit timenda Rota deciſ.26.num.30.
de Appell.Veſtr.in praxi Rom. lib.8.c.4.n.
10.Lancell.eo.tract.p.1.c.3.num.123.& d.c.
20.in præfat.quæſt. 5. num. 238., ideo ſer-
52 uanda erit Mantic.deciſ.168 n.2. & dec.345
n.2. & Iudex inferior faciens aliquid con-
53 tra inhibitionem ſuperioris, eſt ipſo iure
nullum Gramat.conſ.ciuil.95.num.28. nam
habere conſpicitur inhibitio implicitum
54 decretum irritans ſubdit Lancell. d. tract.
cap.4.num.435.& ampliat.10.num.6. idcir-
55 co nil faciendum eſſe addit Puteus deciſ.
395.in principio p.2., ſed potius, obedien-
56 dũ Rota in nouis dec.2.de reſcrip n.30. q̃a
q̃dquid p̄ inferiorē fit nullius erit roboris,
ad q̃ Affict.in conſt.ea,quæ ad decus n.16.
57 dixit, quod ſuperiore incipiente cognoſce-
re de cauſa per inferiorem cepta,ſi inferior
vltra procedat nullum eſt quod facit,
58 nec propterea inhibitione pendente nihil
erit innouandum Macerat.var.reſol. lib. 2.
reſol.14.num.4.Coccin. deciſ.418. num. 1.
nam cauſaret actentata idem deciſ.90.nu.1.

315.num.1.deciſ.199.num.1. Verall. d. 93.
tom.2.num.1.Lancell.d.tract.cap.3.nu.123.
Sed replicabatur ex aduerſo nulli eſſe du-
bium, quod dum S. C. declarauerat bona
ſpectare eidem Ioan. in quorum poſſeſsio-
nem immicti mandauerat, tacitè ipſum le-
gitimum ſucceſſorem declaraſſe cernabatur
59 ex quo ipſi legitimi ſucceſſores tacitam ha-
bent voluntatem defuncti Gloſ. d. l.ſi cum
patrono §.1.verſ. habentibus,quo circa ex
immiſſione, in poſſeſſionem bonorum de-
functi eorum hęredes atque ſucceſſores im-
plicitè dicebatur ad tex.in l.2. ff.de bonor.
poſſ.notat Graſſ.d.§.bonorum poſſeſſio qu.
18.num.1., qua ſiquidem ſtante implicita
declaratione ex eo quia S. C. non eſt ſoli-
tum heredum præambula facere, cum id
ſit ex præeminentia ſolius Magnæ C. vt
60 dixit Carau. in ritu 181. & aliarum Curiarũ
Regni ex inueterata conſuetudine, ideo in
conceſſione facultatis immictendi illum in
poſſeſſione videbatur etiam conceſſiſſe
præamboli declarationem, quod eſt decla-
ratio aditionis hæreditatis liquida probatio
vt dixi ex connexitate actorum, & ad idem
61 pertinentia,nam conceſſo vno reliqua per-
tinentia conceſſa videntur probat Andr.
Gail lib.2.pract.obſeru.in obſeru.68.nu. 4.
& conceſſo vno, omnia conceſſa cenſentur
62 ſine quibus illud integrè eſſe nõ poteſt Ia-
cob.Gall.conſ.58.num.8. & iterum conceſ-
ſo vno videtur conceſſum reliquum, ſine
63 quo conceſſo redderetur inutile Ang. in l.
cui iuriſdictio num.5.ff.de iuriſd. omn. iud.
64 plerumque qui vult vnum vult duo, vnum
tacitũ aliud expreſſum Ann.in repert. c.1.
de Vaxall. decrep.etat.& in alleg. 35.nu. 11.
65 ſicuti etiam iuriſdictione conceſſa, cenſen-
tur pariter omnia eius conceſſa, ſine qui-
bus explicari non poteſt Carau.in rit. 295.
num.28. ita etiam in iuriſdictione delegata
66 quæ extenditur etiam ad connexa idem
Gail lib.1.obſeru.70. num. 4., quamquam
autem in decreto commiſſionali de hoc nil
diceretur, niſi vt conſignaretur poſſeſſio
d.bonorum, ita quod merus executor dice-
67 retur ille,cui commictitur executio ſenten-
tiæ iã latè Caſt.in l.ſi vt proponis in princ.
68 C.de execut.rei iud.taliter, quod vltra cõ-
miſſa ſuum officium extendere non pote-
69 rat, eo quia poteſtas alicui data non intel-
ligitur conceſſa niſi quatenus dans conceſ-
70 ſiſſet Franc.dec.213.n.49. & hoc ſanè pro-
cederet,in ſimplici,ac nudo executore, non
autem in ordinario Magiſtratu,quando ali-
quid ei commicteretur exequendum, qua
71 propter ſi ex natura rei conceſſe aliud exi-
geret, in conſequentiam cenſeretur com-
miſſum

Digitized by Google

miſſum, & ita videtur conceſſa omnia; quæ
ad id Bart.in l.2.n.5.ff.de iuriſd. omn. iudic.
hinc Caſt.in d.l.ſi vt proponis num.2. dixit
72 quod ſi Princeps mandaret Iudici, vt aliquẽ
ad ſoluendum compelleret, tales litere in-
telliguntur, ſi ille confiteretur, vel ſi nega-
ret, ſi fuerit cognitum, probatum, & lata
ſententia contra eum, & Euerard. in Topi-
ca, loco à conceſſione antecedentis, &c. ſub
num.2. in princ. ſatis ad propoſitum dixit
73 quod is cui aliquid committitur principali-
ter, nedũ poteſt de eo cognoſcere, ſed etiã
de eo quod venit acceſſoriè, ad acceſſorium
cauſæ ſibi commiſſe, per tex. in cap. prudẽ-
tiam ſ. vero de offi. deleg. & ibi plura exẽ-
pla deduxit conformia, non mirum ſi vno
conceſſo reliqua pertinentia cõceſſa videa-
tur Gail vbi ſupra, quod ſanè redum in ci-
74 uilibus, ſed fortius in criminalibus procede
non ambigitur, vt conceſſo vno, & omne
75 id conſetur cõceſſum, ſine quo illud expe-
diri non poteſt, arg. l.2. ff. de iuriſd. omn. iud.
l. oratio ff. de ſponſal. Caball. reſol. crim. ca-
76 ſu 62. num.2. vbi in ſequ. num.3. notat, quod
cui mandatur ſequentia, videntur mandata
præcedentia, & è contra ex tex. in l. ad rem
mobilem, & l. ad legatum ff. de procurat.
perque concludit ex Afflict. in Conſt. ſi quis
mulier, quem etiam ſequutus eſt Carrer. in
pract. crimin. ſ. quinto excuſat nu. 27. verſ.
ſed an in caſu, quod licet armorum vſus ſit
77 prohibitus, attamen dum per Conſt. Regni
ſit iniunctum vicinis ſuccerere mulieri ac-
clamanti, ob vim paſſe, pariterque debent
ipſi occurrere cum armis, ſine quibus vio-
lentiam nequeunt tollere. quia nemo debet
ſe exponere periculis, idem erit quando
lex permictit bannitum occidere. permictē-
re videtur ei arma deferre ad occidendum,
ex Afflict. in Conſt. intentionis num. 6. Me-
noch. de arb. iud. caſu 394. nu. 78. & alijs fir-
mat Palma in ſua praxi diuerſ. iuris &c p.2.
gloſ. 17. num. 32. vbi num. 33. idem in eo cui
cuſtodia ciuitatis demandatur, vt quoque
arma ei portare permiſſum ſit Bald. in l. nã
ſalutem ſ. fin. ff. de offic. præfat. vigil. ex qui-
bus inferebatur, quod ſi per Principem fue-
rit conceſſa gratia indultus, vt delictum ma-
nifeſtetur, cenſeri debet omne id quod pro
manifeſtatione erit neceſſarium, & ſic cum
contingiſſet fuiſſe commiſſum aſſaſſinium
in Ciuitate Surrentina præteritis proximè
annis, & ſocius, quidam vellet ſe indultare
vt manifeſtaret delictum, & ſic iniunctum
officialibus illius ciuitatis concedendi fa-
cultatem ſocio illud detegenti, demum ha-
bita plenius ab eo confeſſione, fuit d. ſocius
tormentis expoſitus, pro confirmatione
ſuæ confeſſionis, vt contra principalem
reum probationem faceret, & ſic exequu-
tum, at cum in tempore ſyndicatus perſi-
ſteret Cæſar de Raho V.I.D. illius Iudex
fuit de prædictis à Gratiato ſocio imputa-
tus cõtra ordinem fuiſſe proceſſũ ad tortu-
ræ illationem, cum hoc ſpecificè in reſcri-
pto non exprimebatur, ideo iuridicè tortu-
78 ra inferri non poterat prout ex Caſſan. &
Simanc. dixit allegando in Iul. Clar. in ſ. q.
21. num. 13.
79 Ex aduerſo replicabatur ex parte ip-
ſius Iudicis, hanc torturam ſocio rei non
dari ad penam dari ſed ad eruendã veritatẽ
l. edictum vbi Bart. ff. de quæſt. Præſid. de
Franch. deciſ. 459. nu. 3. vbi etiam deciſum
tradit in terminis de eo qui vt delictum pu-
blicaret, gratiã habuit de pena quòad ſe, ſi
80 poſſit torqueri, vt faciat inditium contra
ſocium, & licet de hoc fuiſſet dubitatum, cũ
tortura ſit maxima pena, nihilominus ho-
die indiſtinctè ſeruatur contrarium ex de-
ciſ. Pand. de ſyndic. in verbo tortura ſ. tor-
tura grauior ex tex. in l. quiſquis ſ. fin. C. ad
l. Iul. Maieſt. iuncta l. 3. eo tit. quem ſequuti
ſunt Bavard. Capibl. Caball. & Ricc. quos
probat Auditor Baldaſſ. de Angel. ad Cõſil.
Gizzarel. deciſ. 78. num. 18. vltra eos Ma-
ſtrill. deciſ. 244. num. 10. optimè Anton. de
Ballis in tract. crimin. lib. 4. de quæſt. parti-
cul. quæſt. 10. num. 35. prout ſic Mediolani
ſeruari teſtatur ibidem Iul. Clarus, quod
eſt adeò verum, vt eius depoſitio ſatiſfice-
81 tur in tormentis, præſertim ſi de propuerit
ſpe indultus promiſſi, vt ex Caball. reſol.
crimin. caſu 79. confirmat Regen. Rouit. in
prag. 5. num. 9. de recept. Malefact. in ad-
dit. nouiſſima, hoc ideo dixi, quia de iure ſo-
cius criminis non admictitur in teſtem cõ-
tra conſocium, nec cum adminiculis facit
indicium ad torturam, ſed ad inquirendum
tantum, ex multis probat Almont. Ciaccius
diſceptat. forenſ. cap. 8 num. 1. & 2. per mul-
tas rationes ibi adductas, & ad hoc, vt faciat
indicium ad torturam octo ibi traditi per
eum num. 20. concurrere, debent, eo magis
quia ob delictum patratum efficitur in fa-
83 mis, vt ſubſequitur num. 25. hoc tamen vt
probet, & valeat contra ſocium eius depo-
ſitio, debet cum iuramento deponere atque
84 tortura Bertazol. Conſ. crimin. conſ. 332.
num. 7. volum. 2. ſequitur Ciactius vbi ſu-
pra num. 62., & eo impenſius ſi fuerit pe-
tita impunitas ab eo, vt conſequatur indul-
tus, ſeu gratia Principis, quia ex hoc videre-
85 tur intereſſatus nullatenus fidem faceret,
nec inteſtem reciperetur, quia ſub ſpe im-
punitatis procederet latè Guaz. in tract. ad

 de

Digitized by Google

defenſam in defenſ.20.cap.24.num.1.& per
totum, niſi in tortura omnia confiteretur
ad conualidationem eius depoſitionis, vt
ſubdit ibi Guazzin.num.10., quare dum
Princeps indulgendo mandaret ſocio reue-
lanti impunitatem, ſeu gratiam delicti, vt il-
lud manifeſtaret, hæc manifeſtatio ſimpli-
citer facta per eius depoſitionem nil rele-
uaret fiſcum, vt potuiſſet contra principalẽ
proſequi, niſi conualidetur eum iuramento
atque tortura, vt contra principalem pro-
ſequi potuiſſet, ſicque conceſſa hac facul ta-
te aggratiandi, Guidandi, & indulgendi offi-
ciali, cenſetur conceſſa cum omnibus illis
requiſitis, vt confeſſio illius valida redda-
tur contra inculpatum, & ſic dum ille Iu-
dex proceſſerat ad torturam iſtius ſocij ꝓ
corroboratione, ſuæ confeſſionis iure legi-
86 timo fieri potuiſſet, & ſic facta relatione in
Collat Conſ per Reg.Conſil.D.Franciſcum
de Ocampo fuit deciſum non eſſe procedẽ-
dum contra d. Iudicem, vt apparet ex actis
in banca nunc Seneſcalchi, & ſic benè pro-
cederet hæc deciſio nedum, quia modum in
hijs conſuetum Iudex obſeruauerat, imo ſi
torturam non intuliſſet pro conualidatione
confeſſionis, vt fidem faceret contra prin-
cipalem litem ſuam feciſſet, ſed etiam, quia
87 non aliter ipſum ex hoc grauauerat, quo-
niam tortura iſto caſu moderata eſt inferẽ-
da, vt ibi Guazzin tradit num.11. prout ob-
ſeruauerat Iudex, ſicque deueniendo ad rẽ
noſtram, inſuper dicebatur S. C. cauſa co-
gnita mandaſſe poſſeſſionem bonorum cõ-
ſignari, eo quod benè probatum fuerat per
ipſum Ioannem eſſe nepotem ipſius defun-
88 cti, ac proximiorem, & proinde abſque cau
ſæ cognitione, non poterat poſſeſſio ipſa
concedi ad tex.in l.3.§.ſi cauſa vbi Gloſ. ff.
de bon.poſſeſſ.præſupponendo tacito legiti-
mo eſſe ſucceſſorem, quod in omnibus vi-
ce hæredum bonorum poſſeſſores habentur
89 l.2.ff.de bon.poſſeſſ. Craſſ.d. §. bonorum
poſſeſſor quæſt.18.num.1., & maximè in
acquirenda poſſeſſione, vt ſubdit num.7.,
vbi num.9. diſputat, ſi propriè, vel impro-
90 piè contineatur appellatione hæredis bo-
norum poſſeſſor de quo ſatis per Menoch.
de Præſumpt.lib.4.præſumpt.70.nu.29., &
hoc ſatis erat ſufficiens eidem S. C. cum ad
ipſum ſpectare non videatur, præambula
hæreditaria facere, ſed ad Mag. C. ex eius
præeminentia, vt dicit Carau.vbi ſupra, &
ſimiliter ad omnes ad alias Curias inferio-
res, quapropter mandando conſignari poſ-
ſeſſionem, præſupponit ſuum antecedens
conſtito de præambulo iuxta vulgatam, re-
91 gulam, qui vult conſequens &c.l. illud ff.
de acquir.hæred., vel quia circa ipſam cõ-
ſignationem poſſeſſionis non erat neceſſa-
rium, dum conſtabat ex actis ipſum eſſe ꝓ-
ximiorem defuncto, porrò ipſa præambula
regulariter fiũt per hæredes, vt poſſint de ti
tulo hereditario docere et exigere à debito
92 ribus hæreditarijs, ac cogere illos ad ſol-
uendum iuxta formam decretorum de ſu-
per interponendorum, & ſic liquidare in-
ſtrumenta, & inculare obligationes Scagl.
in ritu 163.num.64.& ritu 282.nu.2. Carau.
in ritu 181., ſic viſum fuit S. C. non fore
neceſſariũ pro cõſequutione poſſeſſionis bo
norum, quinimo ſic reſcribendo ſimplici-
citer poſſeſſionem conſignari abſque aliæ
93 ſollemnitate præamboli procedi potuiſſet
ſicuti Papa mandando alienari bonæ Eccle-
ſiæ non requiritur aliæ ſollemnitates niſi
expreſsè in mandato, vt perpendit Anna
ſing. 373. Papa, ex Franch.Abb.Dec. & Ca-
pyc., Cœterum, ſi pro ſua cautela voluiſſet
interponi facere decretum præamboli, ad
effectum vt ſupra, non prohibebatur per
Curiam fieri ex eo quod ceſſauerat cauſa
94 appellationis, ob quã fuerat inhibitum. &
proinde ceſſante cauſa appellationis ceſſa-
bat appellatio, Tiraquell.in Reg. à ceſſant:
cauſa p.1.num.39. Imo dum S. C. commi-
ſerat id quod plus erat hoc, eſt immiſſio in
95 poſſeſſionem, cenſeri vtique debet, quod
minus erat pariter conceſſum arg.tex. in l.
ſi pupillus §.qui actum ff.de nouat, ex regu-
la vulgata ſi de quo magis, &c. Auth.multo
magis Cap. de Sacroſ. Eccleſ. fortius illud
quod erat neceſſarium ad conſequutionem
bonorum hæreditariorum, hoc eſt legitima
tio perſonæ, vt agere potuiſſet contra debi-
tores hereditarios, vel bonorum indebitè
poſſeſſores, qua propter & ſi vbi heres age-
re, vellet probata morte, diceren-
tur legitimata eius perſona, vt probat no-
96 uiſſimè Ant. de Virgil. in tractat: de legit.
perſon.cap.12. numer. 1. in Regno autem
per neceſſe requitur decreti præamboli in-
terpoſitio Carau.vbi ſupra Scagl.in ritu 163.
97 num.64., eo fortius quia erat conſequu-
tiuum ad petitionem, & probationes iam
alias factas ante inhibitionem: ſed verius
inhibitoria ipſa proceſſerat ex appellatio-
ne interpoſita ab ipſo Ioanne, dum poſtu-
laſſet declarari ſe hæredẽ ipſius Ioan. Mi-
chaelis, & conſequenter illius bona ad ſe
ſpectare vti proximiorem, ſed cum fuiſſet
denegatum per meum prædeceſſorem ali-
ter interponendo decretum, iam quod iu-
re legitimo ad ipſum ſpectare bona prædi-
cta declarauerat S. C. poterat quoque de-
cretum præamboli interponi, & ſic ceſſaret
alle.

Digitized by Google

98 allegata inhibitoria, quia non contra appel-
lata, ſed in fauorem appellationis illud ten-
debat, ſic punctualiter cenſuit Lancellot. in
eodem tract. d. p. 2. cap. 20. limit. 4. num. 3.,
quod inhibitio operatur in hijſque ſunt cō-
tra appellationem, non in hijſque ſunt in
99 fauorem appellationis ex Franc. in cap. cum
teneamur col. 4. verſ. ſecundus intellectus
100 nu. 21. de appell. vltra, quod quando Iu-
dex ad quem remictit cauſam Iudici à quo
certiſſimè ceſſat inhibitio facta optimè fun-
dat idem Lancell. eod. tract. d. ampl. 21. nu.
3. & in tertia limit. in princ. quemadmodum
etiam quoties Princeps ad ſe auocaret cau-
101 ſā, manus Iudicis ordinarij viderentur le-
gate Anch. quæſt. 6. p. 2. num. 4., attamen
non ligarentur manus illius ſi poſtea pro-
102 uiſionem ad illum Iudicē remicteret ſub
ſequitur num. 25., & conſequenter omnia
in contrarium adducta facillimè corruere
cernuntur, præſertim nō obſtat quod de in
hibitione dictum eſt, cum iam cauſa deciſa
fuerat per S.C. & ceſſabat appellatio, vt di-
xi, & talis decretatio præamboli veniebat
in conſequentiā, fuerat n. principaliter iuſſū
per S.C. conſignari poſſeſſionem dictorum
103 bonorū, quinimo arbitrium tributum in
cauſa principali eſſet, etiā tributum in cau-
ſa emergenti, & dependenti affirmat latiſ-
ſimè Menoch. de arb. iud. caſ. 167. iuxta re-
104 gulam vulgatā ſi de quo magis, &c. Auth.
multo magis Cap. de Sacroſ. Eccleſ., nec
obſtabat ſecundum fundamentum electio-
nis fori factæ tempore quo erat minor, quo-
niam per aduentum maioris etatis corrue-
rat ex mutatione etatis, ſicuti beneficia pe-
105 tita in cauſa minoris, iā effecto maiore, q̄
non conceduntur, vt per Afflict. deciſ. 210.
nu. 2. vbi alia ſimilia produxit, ibique Vr-
ſill. & de electione facta per viduam tempo-
106 re viduitatis, deinde nuptā, vt per Carau.
in ritu 233. num. 12., Nec obſtabant, quæ
dicta ſunt de præcedentia actus præamboli,
adhoc, vt qualitas cenſeretur ineſſe tempo-
re conſignationis poſſeſſionis bonorum, ex
quo iam probata fuerat qualitas proximita-
tis, & hæc ſufficiebat S.C. pro determinatio
ne altercationis, adeò quod hæres adita hæ-
reditate fingitur retro fuiſſe hæres, & do-
107 minus Ang in l. nam, & ſeruius ſ. quine-
gotia num. 1. ff. de neg. geſt. vltimo non ob-
ſtat altera ratio adducta, nempè, quod ſuffi-
cere debeat ſolus animus adeundi hæredita
tem, ita quod alio decreto opus non erat
108 quoniam valdè hoc idem improbatur
per Philipp. de Caſol. in tract. de teſtamen.
& ſucceſſ. ſub num. 8. verſ. ſed & arguendo
vbi per multa demoſtrat non eſſe ritè cau-
tum per legem 12. tabul. hæredem ex ſim-
plici volūte adire, ſed aprehenſione opus
eſſe, vt dominum quæratur, exigitur enim
109 (cū ipſa ſit facti, vt dixi) quod animus fa-
cto oſtendatur, ſicuti per exempla demo-
ſtrat Mant. d. tract. eod. lib. 12. tit. 12. per to-
tum, & præſertim, quando per petitionem
hæreditatis proponit, idemque ſi fecerit a-
ctum præparatorium ad petitionem hære-
110 ditatis idem eo. lib. 12. tit. 9 nu. 14., quo
circa in Regno in praxi receptum eſt peti-
tionem eſſe neceſſariam vna cum informa-
tione capta, vt decretum Iudicis præambo-
li, ſic nuncupati, interponi potuiſſet ad finem
liquidandi inſtrumenta, & obligationes in-
cuſandi, vt dixi, & debitores tuti ſint de ſo-
lutionibus hæreditatibus faciendis, ideo nō
aliter ſuperuacuum, ſed neceſſarium, demū
renunciatio inhibitorialibus expeditis ad in
111 ſtantiā ipſius Ioannis benè procedebat,
quia quilibet ſuo fauori renuntiare l. cum
pater ſ. libertis ff. de leg. 2. cum alijs addu-
ctis per Barboſ. in opuſc. Princ. iuris lit. F.
nu. 38., non tamen re non integra, & poſt
ius parti quæſitum, quoniam tunc fauori
alterius nemo renuntiare poterit in ipſius
præiudicium probat Minſing ſingul. obſer.
cent. 5. obſeru. 63. num. 10., hinc etiam ap-
112 pellatis nequit renuntiare appellationi in
præiudicium eius, cui ſua prodeſt appella-
tio Præſ. de Franch. deciſ. 658. num. 1., Sed
quia talis renuntiatio nil proderat dum
cauſa fuerat remiſſa per d. S.C. eidem Re-
giæ Curię, quo nam caſu tacita reuocatio in-
hibitionis facta cenſetur ex remiſſione
cauſæ factæ per Iudicem ad quem, Iudici à
quo, nam cenſetur ſublata atque reuocata
ita ex Rota deciſ. 65. alias 461. de Appell.
in nouis firmat Lancell. d. tract. p. 2. c. 2. limi.
2. num. 6., nam tamdiu durat inhibitionis
effectus, quamdiu appellatio pendet Rugi-
nell. de appell. ſ. 2. gloſ. 2. c. 9. num. 24., ſic-
que omnibus hijs plenè diſcuſſis auditis par
tibus fuit interpoſitum decretum præam-
boli die 15. Menſis Iulij 1625. Monopol.

Io. Bapt. de Thoro I. C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica dicitur localis, quando expri mitur locus.*
2 *Capit. Regni, vt ſine procedit in Ciuitate Neap. tantum.*
3 *Pena oſculātis mulieres extra Ciuitatem Neap. quæ, nam ſit.*
4 *Cap. Regni, vt ſine, fuit ampliatum per pragmat. ſpetialem per totum Regnum.*
5 *Delinquentes Neap. non remictuntur ad*

eius

eius officiales quod procedit etiam, ſi in territorio, aut caſalibus Neapol. delinquiſſent.

6 *Mulieres, an comprehendatur in ſtatutis penalibus.*

7 *Bulla Sixti V. de reſiſtentia loquens, an comprehendat feminas.*

8 *Femina, non ita acriter puniri conuenit, etiam in grauibus, ſicuti maſculi.*

9 *Femine inſultantes, cum armis prohibitis eaque euaginantes, in aliquem, an puniantur.*

10 *Prag. 1. de iniurijs da maſculis tantum loquitur.*

11 *Lapidatio iniuria afficit & proinde ſtatutum puniens inferentem iniuriam comprehendit feminam.*

13 *Pena iniuriarum eſt arbitraria.*

14 *Pena iniuriarum de Iure communi, non reperitur eſſe corporalis.*

15 *Tortura pro iniuria, an detur.*

19 *Crimen leue eſt, proicere lapides contra aliquem.*

17 *Pena triennium, non conuenit mulieribus.*

18 *Pena mitigatur mulieribus delinquentibus.*

19 *Statutum puniens dolum praſumptum contra feminas mitius agit.*

20 *Femine, non excuſantur à pena impoſita per ſtatutum.*

21 *Femina ob delictum falſe monete diſterrate. ſi iterum contingerit delinquere ad mortem condemnatur, & ſic deciſum per M. C.*

22 *Femina includuntur in pragm. fractationis ob cauſam falſa moneta.*

ARGVMENTVM.

Pragmatica 2. de iniurijs, an comprehendat feminas, & extendatur extra Ciuitatem Neap. eiuſque Caſalia, pro impoſitione pænæ petriate à muliere facta.

Beatus vir cuius eſt nomen Dominus eius.

VOTVM. LXXI.

AD querelam Dianoræ Capitaniæ repe-
riebantur inquiſitæ Carmoſina, & Lu-
cretia Maijellare, prætextu, quod certa die
ſubjcolore cuiuſdam cauſæ proijeciſſent la-
pides in feneſtram, quærelantis, ipſamque
iniuriantes, quæcum ſe defendere vellet, eā
ipſe inquiſite, per capillos acceperant, male
tractando, & alia ſimilia patrando, cum-
que in carceribus perſtitiſſent, & de pene
inflictione ageretur, dicebatur pro quære-
lante eſſe pragm. 2. de iniurijs vbi expreſ-
sè loquitur de petriatas faciētibus, & con-
tra eos rigoroſa pena ſtatuta refertur, hoc
eſt triremiū, ac alterius pene ad arbitrium
Proregis reſeruatæ, hinc dubitari contin-
git, ſi talis pragmatica locum habeat per
totum Regnum, cum videatur eſſe localis
vt locum habeat in Ciuitate Neapol. & Ca-
ſalibus, vt ex verbis illius perpenditur ibi
habitante in detta Città ſoi borghi Caſali,
& diſtritto, & ita ſpecificè ipſam procedere
1 teſtatur ibi Regens Rouit. num. 3., ſicque
cum ſit penalis, nō vtique extendenda, ve-
niret de loco ad locum abſque ſpetiali le-
ge ſic in ſimili videmus ex Cap. Regni, vt
fine, condito contra oſculantes virgines ſub
colore matrimonij, vt ſit pena mortis natu
2 ralis, & loquitur de hijs, qui ſimilia patrāt
delicta in Ciuitate Neapol. de quo memi-
nit Vrſill. deciſ. 276 num. 2., & ſuccedente
inde caſu deoſculationis extra Ciuit. Neap.
fuit dubitatum, qua nam pena erat afficiē-
3 dus delinquens, propterea reſcriptum fuit
Suæ Maieſtati eſſe penam relegationis, &
aliam pecuniariam iuxta eius qualitatem,
vt habetur penes Afflict. 276 ibique Vrſill.
4 in addit. num. 1., quare fuit neceſſe pro-
mulgari pragmatica ſpetialis de hoc, vt per
totum Regnum imponeretur pena mortis
contra deoſculantes virgines, ob eam cau-
ſam iuxta diſpoſitionem allegati cap. vt pa
tet in pragm. 1. de oſcul. mulier. per vim, &
hoc in contingenti caſu refertur obſeruan-
tia per Præſ. de Franc. deciſ. 336. nu. 6., Sed
non abſque ratione delicta patrata Neap.
ſunt plus punienda cum reputētur grauio-
ra ob aſſiſtentiam Eccellentiſſimi Proregis
qui videtur principaliter offendi ex hoc, id-
5 circo Mag. C. non conſueuit delinquentes
Neapol. remictere ad eius officiales, & hæc
conſuetudo procedit etiam ſi in delinquē-
tes in territorio, ſiue Caſalibus ipſius Ciui-
tatis, vt per eundem Franch. deciſ. 129. nu. 2
vnde ex hijs remanet abſoluta dubietas al-
legata, ipſam ſ. pragmaticam non ſibi vē-
dicare locum alibi, quam in Ciuitate Nea-
pol. eiuſque Caſalibus atque diſtrictu. Re-
ſtabat poſtremò videre de altero articulo
ſi in ea comprehenderentur femine, & licet
diceretur dūm non habet locum niſi in Ci-
uitate Neap. etiam ſi expreſsè in ea mentio

facta

Digitized by Google

facta eſſet de feminis nullatenus compre-
henderetur, nihilominus Campagn. in cap.
ad hoc num. 102. & 103., ex multis corro-
6 borare videtur opinionem affirmatiuam,
vt mulieres comprehendantur in ſtatutis
penalibus, ne delicta remaneant impunita,
quamquam in præcedenti num. 101. videa-
tur contrarium aſſerere, nihilominus rem
7 melius attingendo Carroc. dec. 6. dum quæ-
rit ſi Bulla Sixti V. ſuper reſiſtentia com-
prehendat mulieres, ex adductis hinc inde
rationibus atque replicationibus videtur
concludere, & ſi non comprehenſe, videan-
tur excluſæ, vt non puniantur per multa
iura ibi adducta præſertim. Ne delicta re-
maneant impunita, ſed cum moderaminæ
penæ impoſitionis: quoniam feminæ non ita
8 acriter puniri conuenit, etiam in grauiori-
bus, ſicuti maſculi, vt ibi per exempla oſtē-
dit, à num. 20. ad 24., & demum per ea,
quæ deciduntur à Phebo in Arreſto 119.
to. 2. ſuarum deciſ. vbi refert pronuntiatum
9 contra feminas inſultantes cum armis pro-
hibitis illaſque euaginantes cōtra aliquem,
vt cōtra eas procedi poſſit ex Dec. Menoc.
Surd. Anton. Gab. Oſaſc. Burſat. & Greueo
ibi relatis, hoc ideo fit cum ſit pena certa
pro tali delicto impoſita, vt poſſit etiam
contra mulieres exequi non per viam extē-
10 ſionis ſtatuti, Reuera pragmatica allegata
de maſculis tantum loqui videtur, vt ex il-
lius verbis percipitur ibi l'audacia delli ma
leſatturi, & paulo inferius non ſia perſona
alcuna, & ſic in genere maſculino, quod nō
aliter comprehendit femininum maximè
in materia penali, quæ eſt exorbitans per
ea, quæ probat ibi Camp. nec ibi pena im-
poſita triremium cōuenit mulieribus, qua-
re ex ſequentibus verbis, & altre pene, no-
ſtro arbitrio reſeruate, videtur penam eſſe
arbitrio Iudicis relictam, & nō eſt dubium
11 quod hæc lapidatio ſit iniuria, & iniuriarū
actione teneri videtur lapidator ex tex. in
l. ſi ſtatua ff. de iniur. quem ad hoc ponde-
rat in contingenti caſu Foller. in eius praxi
crimin. 4 p. 3. p. Rub. & ſi confitebuntur nu.
108. quem ſequitur Reg. Rouit. vbi ſupra
12 inde ſtante ſtatuto puniente inferentem in-
iuriam, comprehendit etiam feminam Bo-
nacoſſ. in quæſt. crim. verbo iniurijs verſ. ſta-
tutum, quod punit, & certum eſt penam
13 iniuriarum eſſe arbitrariam, & extendi po-
teſt vſque ad mortem poſt Boſſ. in titul. de
iniurijs num. 30. Fab. Montel. in praxi arbit.
par. 4 numer. 66. Menoch. de arbit. iud.
caſ. 263. adhuc tamen pro delicto prædi-
14 cto de iure communi non reperitur pena
corporalis impoſita, vt ſpecificè apud Ma-
rant. conſ. 121. & teſtificatur idem Regen.
15 Rouit. ibidem in princ. adeò, quod nec tor-
turæ locus erit, vt ibi Foller. teſtatur, imo
16 iniuria leuis, & leue crimen eſt lapides con-
tra aliquem proicere Viuius dec. 368. n. 5. &
proprerea iuxta arbitrium, in præmiſſo ca-
ſu regulandum fore propoſui delinquentes
eſſe mulieres, quæ data paritate cum maſcu
lis mitius puniuntur ordinariè, vt per exē-
pla deduxit Carroc. loco allegato, & cum
cauſa proceſſerat ad ſic delinquendum
pro defenſione verborum eis illatorum ex
quibus indignate delinquerant, item ex pe-
na triremium non conuenienti ſexui, vt
conſidetat Carroc. vbi ſupra num. 19. in-
ſpecta longa carceratione decreui, vt car-
cer cederet in penam, & de vicinio ex fra-
ctarent die 18. Auguſti 1625. nam regula-
18 riter, vt percepi ſolet imponi pena exilij
contra ipſas meliores faciētes prętriatas p
M. C. & ſic mitiganda erit pena mulieribus
delinquentibus iuxta concluſa per Paul.
19 Merend. conſ. 9., etenim ſtatutum puniens
dolum præſumptum mitius erit agendum
cum femina, qua cum maſculo ex Bald. in
l. quicumque C. de ſer. fug. & Tiraquel. fir-
mat Bonacoſſ. in q. crim. ver. abuſio, cęterū
autem, quando expreſsè fieret mentio non
20 ſolū de maſculis, ſed etiam de feminis ceſ-
ſaret omnis diſputatio, & ſtatutum locum
haberet, taliter quod femine non excuſa-
rentur à pena impoſita, ſicuti exēplo oſtē-
ditur in pragmatica 9. §. 12. de monet. vt
21 contra maſculos, & feminas alias inquiſitos
& condemnatos ſi denuo reperti fuerint
in eorum poſſe ſtilea ad fabricandum fal-
ſam monetam poſſint ad mortem condem-
nari, & ſi teſtes de viſu non extarent præ-
dicta ſufficerēt, & cum id nuper contigiſſet
in perſonam Cornelię funicelle alias inqui-
ſitæ de falſa moneta, & condemnata ad do-
mum penitentiæ per decennium, inde ob-
tempta gratia carcerationis dummodo ex-
tra Regnum ſe conferret, demum iterum
pro eodem delicto capta, ac repertis ſtileis
in eius domo fuit laqueo ſuſpenſa die 22.
Settembris 1628. ad relationem Caroli Ca-
liſani Iudicis Mag. C. V. benemeriti, non
enim dubitatur, quin femine includantur in
22 pragm. ex fractationis ob hanc cauſam fal-
ſę monetæ, ſicuti nouiſſimè diſcutit Eliſeus
Danſa I. C. ſolertiſſimus in tract. de pugna
Doctorum, &c. rub. de falſa moneta cap. 2. à
num. 5. ad 15.

Io. Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Refectio domus ad locatorem ſpectat.*
2 *Inquilinus inpēſas factas in per eū, in domo repetit, quando eſſent neceſſariè.*
3 *Retentio competit inquilino, pro expenſis, mercedis debite.*
4 *Conductor, non tenetur de ſuo cooperire tectum, facere ſcalas, feneſtras oſtia, & purgare puteum, & viam adaptare, & collectas ſoluere, ſed locator.*
5 *Vſufructuarius ſi impendit, repetit expenſas.*
6 *Vſufructuarius non eſt dominus.*
7 *Legatarius, non tenetur expenſas facere in domo, cui fuerant relicti fructus ad refectionem, ſed hæres.*
8 *Legatum factum ad vſum, dicitur legata propietas, & qualiter procedat.*
9 *Verbum gaudere quid ſignificet.*
10 *Verbum gaudere luce ad gaudimentum eſt motus quidam incertus reſpiciens fauorem legatarij.*
11 *Verbum gaudere incontractibus appoſitū ipſius naturam intuetur.*
12 *Contractus ad gaudimentum eſt contractus innominatus.*
13 *Contractus ad gaudimentum eſt contractus pignoratius.*
14 *Laudemium, an debeatur ex contractu ad gaudimentum.*
15 *Contractus ad gaudimentum, an ſit licitus vel ſuſpectus.*
16 *Contractus ad gaudimentum eſt permiſſus de generali conſuetudine, & maximè in Regno nu. 17.*
18 *Permutatio vſus, & godimenti rei, nec pignoratio, an propie dicatur alienatio.*
19 *Contractus ad godimentum, dicitur contra fruitio.*
20 *Fructus percipit, qui habitat.*
21 *Contractus ad godimentum apud Germanos, dicitur antichreſis hoc, eſt contra fruitio,*
22 *Fructus in ſortem, quando imputantur.*
23 *Fructus compenſantur inuicem, incōtractu ad godimentum.*
24 *Tex. in l. curabit C. de act. emp. quando locum habet.*
25 *Fructus, non debentur ex pecunia mutuata.*
26 *Vſura eſt fructus pecuniæ mutuatæ.*
27 *Pecunia, non parit pecuniam.*
28 *Pecunia dicitur fructus rei, quæ locari conſueuit.*
29 *Contractus ad godimētū apud italos, apud Germanos, dicitur antichieſis rem in aliud genus contractus transformat.*
30 *Creditor in uicem uſurarum, fructus lucretur pro vſu pecuniæ alicui mutuatæ, & num. 32.*
31 *Contractus ad godimentum de iure ciuili eſt permiſſus.*
33 *Refectio domus ad vſufructuarium ſpectat,*
34 *Theſaurus inuentus in agro, ad dominum, vel ad vſufructuarium ſpectet.*
35 *Fructus, & redditus, ac commoditates rei ad fructuarium ſpectant.*

ARGVMENTVM.

Refectio domus datæ ad godimentum, an ſpectet ad concedentem, vel ad conceſſionarium.

Et factus eſt mihi dominus in refugium: & Deus meus in adiutorium ſpei meæ.

VOTVM. LXXII.

INito contractu ad godimentum inter magiſtrum Donatum Riccium, cum Franciſco Fera, qui dederat domum ad godimentum pro ducatis centum receptis ab ipſo Magiſtro Donato, hoc eſt de triennio in triennium, illinc ad certos meſes conqueſtus fuit in iudicio, conueniri faciendo ipsū Franciſcum, quia domus refectione egebat itaquod faciliter habitari nō poterat, ad cogendum ipſum pro refectione prædicta cui replicauerat ad ipſum nullatenus ſpectare reficere, ſed ad poſſidētē, ideo incidit ſuper hoc dubitari cui realiter ſpectare videbatur refectio eſt, 13 inſpecta iuris ꝓbatiſſima cōcluſione dicāt refectionē dom' ad dñm
1 ſpectare, & ſic ad propietariū, ex hiſque diſcutit Carroc. in tract. de loc. & cond. p. 4. tit. de neceſsit. vſus queſt. 5. vbi examinat articulū ſi ad locatorem, vel conductorem ꝑtineat refectio domus, & concludit ad locatem pertinere, & ſic ad dominum per iura allegata inferius à Borgn. deciſ. 44. num. 49.
2 p. 1., hinc eſt, quod inquilinus, ſi impenſas fecerit in domo illas repetit dummodo ſit neceſſaria refectio ex l. impenſe & l. neceſſarie ff. de verb. ſign. probat Napod. in conſuet. ſi quis conduxerit verb. neceſſaria de locato latè Carrocc. in tract. de locato p. 5.
3 tit. de expenſis vbi etiam adiunxit competere inquilino retētionē mercedis pro expenſis

penſis latè Mollignat. in tract. de Retent. quæſt. 116. ad quod etiam Borgn. d. deciſ.
4 Piuiz. 44. num. 49. p. t. dixit quod conductor non tenetur de ſuo cooperire tectum, facere ſcalas, feneſtras oſtia, purgare puteum, & viam adaptare, nec collectas ſoluere, ſed locator ex tex. in l. ex conducto, & l. ſi merces §. ſi vicino ff. loc. ac alijs ibi adductis, & ſi ſoluerit poterit repetere, vt nu. 54. probat, eo maximè ſi fuiſſet expenſum in neceſſariam refectionem domus, ſine qua vti frui non potuiſſet re conducta, quemadmodum nu. 57. declarat, ita pariter hoc idem procedere videbatur in vſufructuario ad quē
5 ſpectat refectio, & ſi de ſuo impendit repetet ex multis, probat Surd. de aliment. tit. 6. quæſt. 3. nu. 74. ex eo quia fructuarius non
6 eſt Dominus Anton. Fab. lib. 3. tit. 23. de fin. num. 2. idemque in legatario cui fructus rei
7 ad vitam relicti fuerunt, vt non teneatur ad expenſas refectionum domus deciſum retulit Pereyr. deciſ. Luſit. 111., ſed hæres, vt colligitur in l. fundi Trebatiani ff. de vſuf. legat., quapropter ſi concedonarius ipſe conuctus Dominus dicatur, & proprietarius per ea, quæ dicunt Doct. quod legatum fa-
8 ctum ad vſum dicatur legata propietas Alex. conſ. 223. num. 5. lib. 2., cum alijs adductis per Durant. de arte teſtan. tit. 6. caut. 23. nu. 2. Anna ſing. 304. ex Cremenſ. ſing. 34. Surdus de alimen. tit. 1. q. 100 num. 4. Caualc. in tract. de vſuſ. mulier. relict. num. 98. Blaſc. memorab. 10. num. 3. Fuſar. conſ. 176. num. 15. Marta in ſumma leg. p. 3. q. 12. art. 2. num. 17. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſump. num. 8. Mantica de coniect. vlt. volun. lib. 9. tit. 2. n. 30. maximè ſi eſſet legatum ex-
9 traneis factū ſecus ſuis, & verbum gaudere denotat quamcumque poſſeſſionem, & quēcumque vſum, & in materia ſucceſſionum denotat inſtitutionem ſimplicem Alexan. conſ. 18. num. 14. volum. 5. Pariſ. conſ. 52. nu. 21. volum. 2. Decian. conſ. 113. num. 7 vol. 3.
10 Imo tale verbum in gaudimentum eſt quidam motus incertus reſpiciens fauorē legatarij Iaſ. in proem. feud. in col. 35. & ideo tale legatum etiam ad hæredes traſmictitur ſecundum Bald. in l. ſi habitatio ff. de vſuf. Bar. Angel. & Iaſ. quos probat Iul. Ferret. in addit. ad different. Iur. ciuil. & Longobar. Bar. in tit. vt marit. hab. fil. poſſ. relinq. vxor. fol. 63. videbatur ex hoc ad ipſum ſpectare verum, quia inſpecta prima opinione agi videbatur in contractu locationis, & conductionis, reſpectu vero, ſecundę opinionis de actu in vltima voluntate geſto, duxi tandē
11 eſſe intuendam naturam ipſius contractus quam intuetur Carrocc. in tract. allegato p. 2. in tit. de promiſſ. locan. q. 4. in princ. vbi dixit, quamuis videatur talis contractus tacita locatio, & conductio, verior eſt opinio
12 quod ſit contractus innominatus ex l. ſi rē §. ſi cū vnum ff. de preſc. verbis quem pro ſingulari commēdat Roman. ſing. 520. ſed verius ſecundum aliquos talis contractus
13 eſt pignoratitius, quemadmodum in eo cōtractu non transfertur dominium, ita quoque in hoc ita ex Minſing. cent. 6 obſeru. 71. probat Ricc. variar. reſol. in reſolut. 307. n. 3. vbi in principio ex d. Minſing. Koppen. & Rege. t. Rouit. probat ipſum contractum eſſe licitum, & a iure permiſſum ob incertum fructuum euentum, & concludit pro-
14 pterea in caſu ſuo non aliter deberi laudemium Greueus ad Gail lib. 2. obſeru. pract. concluſ. 2. num. 5., quamuis, vt dicatur Pignoratitius, non aſſentiat Andr. Gail lib. 1. obſeru. 3. num. 2. vbi differentiam conſtituit inter eos, ſed benè concordat ipſum eſſe
15 licitum, neque prohibitum, ſed ſuſpectum Anton. Fab. in eius Codic. lib. 2. tit. 26. de fin. 3. num. 4. ac de vtriuſque opinionis controuerſia memor eſt Greueus eod. loco num. 2.
16 & 3. vbi concludit de generali conſuetudine Germaniæ immemorabili eſſe permiſſum
17 & ſic etiam in hoc Regno receptum vſu quodam eſſe quotidie videmus Regen. Rouitus in pragm. 1. de vſur. num. 11. Nouar. lib. 1. q. 106. nu. 4. ne ali tamen non poteſt,
18 quin permutatio vſus, & godimenti vineæ item nec pignoratio propiè dicantur alienationes etiam ad effectum caducitatis Seraf. decis. 1356. num. 5. Ego autem in hac ambiguitate cenſerē ambos eſſe rerum vſufructuarios, poſtquam qui domum recipit
19 ea vti frui permiſſum erit ideò contra fruitio talis contractus appelatur, vt infra dicetur, ꝙ expreſſim probat Felician. de cenſibus lib. 1. cap. 10. num. 13. per iura ibi addu-
20 cta, ita quod ſi inea habitaret, adhuc fructus percipere videretur l. ſi is qui §. 1. ff. de pignor. vbi Bar. & Bal. eum alijs allegatis per Franc. deciſ. 160. num. 5. Carrocc. vbi ſupra & Gail, Surdus deciſ. Mantuæ 270. numer. 2. aut ſi non habitaret, & alteri domum locare vellet ſimiliter fructus penſionum colli-
21 geret, & ita antichreſis contractus nominatur, qui nil aliud eſt, quam contra fruitio Ant. Fab. in eius Codic. lib. 4. tit. 13. definit. 7. num. 2. Greueus vbi ſupra in princ. qui eum ſequitur alios citando authores, nam eſt ſpecies pignoris ita dati, vt donec pecunia ſoluatur, pignore creditor vtatur, fruatur inuicē vſurarū comodo Io. Borcholt. in tract. de
22 vſur. cap. 6. num. 2., quamquam eodem loco dicat Carrocc. eos in ſortem computari ex

ex doctrina Bart. in l. ſi is cui bona §. ſi antefato. ff. de pign. Alex. & Aret. ibdem relati, procederet, quando pretio mutuo pecuniā data fuerit ſuper domo, aut pariter in re pignorata Ne;, uſ. de pigno. p. 5. memb. 5. n. 2. Alphan. collect. 1693, ſed in caſu iſto aliter verſari videtur .ſ. in cōtractu quodam tertiæ ſpetiei, qui in ſubſtantiam con-
23 tinet vſum rerum inuicem permutatarum, quorum fructus inuicem compenſantur arg. l. curabit C. de act. empt. & hoc ratione lucri ceſſantis quo caſu lex prædicta locū
24 habere videtur ex Cap. deciſ. 19. Polid. Ripa obſer. 1. Mohed. dec. 3. de vſur. probat Rice. Collect. deciſ. 199. & optimè Gail vbi ſupra in terminis noſtris, & ſimiliter ex parte re-
25 cipientis pecuniam, licet pro vſu illius fructus, non debeantur Afflict. deciſ 83. num. 7. nam eſſet vſura ex quo vſusfructus pecuniæ
26 vſura eſt idem deciſ. 284. ſub num. 1. quia pecunia non parit pecuniam Maſtrill. dec.
27 Sicil. 16. num. 10. procederet in mutuo cum quo non videtur iſte contractus concordare, neq; cū pignoratione, ſeù cōtractu emptionis, vel venditionis, aut locationis, & ſimilium, ſed quia prouenit ex re conceſſa dicitur fructus, hinc pecunias dicitur fru-
28 ctus rei, quę locari conſueuit Surd. dec. 282. num. 34., ſed in contractu ſic vulgato ad gaudendum apud Italos apud Germanos
29 Antichriſim, quę anticriſis rem in aliud genus contractus transformat refert Griuell. deciſ. Dolani 83. num. 3.; & in hoc contractu iure licito permiſſum eſt, vt creditor in-
30 uicem vſurarum fructus lucretur pro vſu pecuniæ alicui mutuatæ, vt teſtificātur Griuell. vbi ſupra num. 1. Gail vbi ſupra in princip. & Anton. Fab. d. lib. 2. tit. 26. defin. 3. num. 2. & lib. 4. tit. 18. de fin. 15. num. 9. vbi cenſuit eſſe ſpetiem pignoris, vt creditor fructus pignoris percipiat loco vſurarum ex noſtris Apicell. in tutam. paup. tit. 2. ſub num. 49. Rendell. in tract. de Olea, & Oleo poſt tract. de paſcuis cap. 6. in princip. Minſing. d. obſeru. 71. num. 1. ſubdentes de iure
31 ciuili talem contractum eſſe licitum ſub nu. 2. & eſſe pariter vſitatiſſimum, quapropter pro firmo erit ſubſtinendum ambos perci-
32 pere fructus ex rebus permutatis, & ſimiles eſſe vſufructuarijs, ſubſequitur ad eum ſpe-
33 ctare refectionem domus ex tex. celebri in l. inter fructuarium ff. de damn. infect. ibi fructuarius ideo, quia refectio ædium ad ipſius onus pertinet per quem ita cōprobat Gloſ. in l. damni in fecti §. quia reficiendi ff. eod. & iterum in l. æquiſſimam verſ. facere poteſt ff. de vſuſ. & quemad. quis fru. idemque firmat Emanuel Mendez de Caſtro in Rub. de Annon. ciuil. lib. 11. num. 61. refectionem ſpectare ad vſufructuarium ex tex. in l. hactenus ff. vſuf. & hijs etiam conuenit, quod decidit Caballin. milleloq. 9. de Theſauro
34 inuento in agro, vt ſpectet ad dominum nō ad fructuariū, etenim q̄a fructus tantū omnes, & redditus, & commoditates rei ad ip-
35 ſum vſufructuarium pertinerēt Gloſ. d. leg. fundi Trebatiani verſ. differentia ex multis probat Xuares inter commun. opin. lib. 3. tit. de vſuſ. num. 3. & conſequenter omnes refectiones rei agere, ex qua commodum recipit, vt abundanter pro ſequitur Garſia de expenſis cap. 11. per totum, & ſic iudicaui ad eum pertinere ex allegatis.

S V M M A R I V M.

1 *Inhibitio rite, & rectè interpoſita, ligat manus Iudicis alias ſecus.*
2 *Inhibitione ſequuta, & admiſſa ligantur manus Iudicis.*
3 *Inhibitionis natura eſt ſuſpendere, donec cauſa pendet.*
4 *Actus, non valet, ſi ei contra fiat, vt ſi Iudex inferior aliquid faciat, contra inhibitionem nu. 5.*
6 *Inhibitio, ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta erit timenda.*
7 *Inhibitio ſimpliciter conceſſa, operatur vtrumque effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum.*
8 *Inhibitione pendente, nil erit innouandum.*
9 *Lex loquens de cauſis, an ad præterita, & determinata trahatur.*
10 *Statutum loquens de cauſis motis, & mouendis ad cauſas appellationis, an extēdatur.*
11 *Cauſa, dicitur illud, quod deductum eſt in iudicio.*
12 *Sententia terminat iudicium.*
13 *Sententia eſt terminus diſceptationis.*
14 *Inhibitio canonice facta, numquam reſpicit præterita, ſed futura.*
15 *Inhibitio cauſam trahit ab appellatione.*
16 *Appellatio iuriſdictionem ſuſpendit.*
17 *Inhibitio Iudicis appellationis in totum ſuſpendit officium Iudicis cauſæ principalis.*
18 *Inhibitio præſupponit iuriſdictionem.*
19 *Inhibere quilibet habens iuriſdictionem ordinariam, vel delegatum poterit.*
20 *Inhibens eſſe debet ſuperior, & quod ſit maior illius cui, inhibetur.*
21 *Appellatio regulariter in omnibus cauſis admittitur.*

22 *Appel-*

22 *Appellari non licet, in cauſis executiuis.*

23 *Appellatio in cauſis executiuis admictitur, quòad effectum deuolutiuum, non ſuſpenſiuum.*

24 *Caſus inquibus appellatio admictitur, quo ad deuolutionem tantum remiſſiuè, & qui ſint recenſentur.*

25 *Inhibitio fit aliquando, cum clauſula citra praiudicium executionis, vel non impediatur executio.*

26 *Appellatio in cauſis penſionum domorum, & alimentorum, non datur.*

27 *Inhibitio fieri, non poteſt, dum non pendet.*

28 *Litere inhibitoriales, non afficiunt Iudices quibus non ſunt praſentate.*

29 *Tex.in l. officio ff.fam.erciſ. expenditur.*

30 *Sequeſtrum fieri debet, quando immineret periculum dilapidationis.*

31 *Inhibitio, non comprehendit iura diuerſa, quia eſt ſtrictè intelligenda.*

32 *Appellatio, non debet admicti in cauſis in quibus, non eſt licitum appellare.*

ARGVMENTVM.

Inhibitoriæ generales dictantes, non debere procedi in cauſis alicuius, an proſint pro cauſis exequutiuis priuilegiatis.

Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

VOTVM. LXXIII.

IN duabus cauſis contingit dubitari ſi aduerſus executionem bonorum exequutorum, vel exequencorum ex cauſis priuilegiatis hoc eſt affictus, penſionum, mercedũ, alimentorum, & ſimiliũ, poſſint præſentari inhibitoriè generaliter conceſſe aliquibus ne in eorum cauſis ciuilibus criminalibus, & mixtis aliquis officialis ſe intromictere, debeat, & primo contingit in cauſa Ioann. Antonij Finiglioſæ vti ciuis Neapolitani contra, quem fuerat exequutum pro affictu domus, & pro dictis commiſſarij ad iſtantiam Franciſci Guidanij, & ſe oppoſuit non poſſe contra eum procedi vigore prouiſionum M. C. mandatium ſtante Ciuilitate Neapol. in cauſis ipſius Io. Ant. ciuilibus, & criminalibus, & mixtis nullus Officialiũ ſe intromictere debeat, ſecũdo in cauſa illarũ de Palmerio monialiũ in Monaſterio Sãcti Leonardi, quæ fuerant ſequeſtrari certam quantitatem olei ex cauſa alimentorũ eis debitorum in certa quantitate pecuniarum ſeruata forma conuentionis inter eos habita, & aduerſus illud ſe oppoſuit Ioann. Palmerius præſentando prouiſiones Regij Conſiliarij Octauij Piccolellis quibus mandabatur Curiæ Monop. ac Regijs Audientijs, quod ſtante pendentia litis in S.C. in cauſis contra eum non procederent, vnde exhijs videbatur dicendum, quod inhibitio ſuperioris legitimè interpoſita cum cauſæ
1 cognitione, & parte citata, ligat manus iudicis, alias ſecus quando appellatio eſſet, iniuſta, & friuola ita Marant. in Specul. par. 2. verb. appellatio num. 207. ad quod Lancel. de Actent. p. 2. cap. 20. in præfat. num. 237. dixit, quod inhibitione ſequuta, & admiſſa p
2 Iudicẽ, vt nõ poſſit amplius in cauſa procere eius natura eſt, vt ſuſpẽdat do ec cau
3 ſa pendet idẽ Lancell. de Actent 2. p. c. 20. ampl. 21. num. 12. adeò quod videtur velle inhibens, quòd ſi contra fiat actus non va-
4 leat Lancell. d. cap. 2. ampl. 10. num. 4. & ſucceſſiuè Iudex inferior aliquid faciens cõtra inhibitionem ſuperioris, eſt ipſo iure
5 nullum Gramm. conſ. 95. num. 28., quia ex hoc attentare videretur: propterea ſiue iu-
6 ſta, ſiuè iniuſta timenda, vt probaui ſupra voto 70. & per ea, quæ plenius diſcutit in ſimili Reg. Rouir. conſ. 35. n. 3. cum ſeq. to.
7 2. ex quibus concludi videbatur inhibitonẽ ſimpliciter conceſſam appellanti operari vtrumque effectũ, tam ſuſpenſiuum, quam voluitiuum ita ex Menoch. conſ. 762. nu. 5. & 8. volum. 8. notat Gratian. diſcep. forenſ.
8 cap. 383. num. 2. to. 2., & conſequenter pendente inhibitione nihil erit innouandum, ita Macerat. lib. 2. var. reſolu. 14. reſol. nu. 4. Coccin. deciſ. 418. num. 1. Ex altera vero parte replicabatur nil afficere iſtas inhibitorias generales, ſed ſpetialib' opus eſse, ex eo quia loq̃bãtur de cauſis, hoc eſt motis, vel mouendis, non autem de ſopitis, aut finitis de quorũ exequutione agebatur, ſic
9 lex loquens de cauſis non trahitur ad præterita, quę ſunt deciſa ſententia, aut tranſactione, ſiuè ſolutione, vel præſcriptione ex Aret. conſ. 104. col. vlti. Caſſan. in Conſuet. Burg. in fine operis in concluſ. & approbat. tex. verb. enter num probat Io. Gran. de Bello exul. tit. de Relat. 39. num. 3. pariter
10 que ſtatutum loquens de cauſis motis, vel mouendis ad cauſas appellationis non extenditur Aſin. in praxi Iudic. §. 22. cap. 4.
11 numer. 4., etenim cauſa dicitur illud ius

Cc dedu-

adductum in iudicio Marant. in Specul. p. 5.
num. 66. & terminatur per ſententiam, quæ
12 terminat etiam iudicium Franc. deciſ. 364.
13 nu. 7. eſtque terminus diſceptationis idem
deciſ. 346. num. 2., & non ab re inhibitio
14 canonicè facta numquam reſpicit præteri-
ta, ſed tantum futura Lancell. de acten. p. 2.
cap. 20. in præfat. num. 14. de quo ſatis ſupra
in voto 54. num. 9. & 12. Quò vero ad inhi-
bitorias particulares certũ eſt inhibitionẽ
15 trahere cauſam ab appellatione ita Hercu.
in tract. de Actent. cap. 3. ſub n. 16., quæ
16 ſiquidem appellatio, licet iuriſdictionem
ſuſpendere videatur Caran. in ritu 265. nu.
20. & 30. Duena reg. 42. multo fortius ipſa
inhibitio cuius natura eſt, vt ſuſpendat, do-
nec cauſa pendet Lancell. de Actent. 2. p. c.
20. ampl. 21. num. 12. & ſucceſſiuè ipſa inhi-
17 bitio Iudicis appellationis ex toto ſuſpen-
dit officium Iudicis cauſæ principalis idem
in eodem tract. p. 3. cap. 30. num. 99., nam
18 inhibitio præſupponit iuriſdictionem idem
p. 2. cap. 19 in præfat. quæſt. 2. num. 24., & ſi
inhibere poſſit omnis qui habet iuriſdictio-
19 nem ordinariam, vel delegatam Lancelt. d.
quæſt. 2. num 34. exigitur tamen, vt inhibẽs
20 eſſe debeat ſuperior ei cui inhibetur Mace-
rat. var. reſol. lib. 2. reſol. 10. num. 12. & ita
vt ſit maior iuriſdictione illius, cui inhabe-
tur ſubſequitur ibidem Lancell num. 35. &
in hoc ſatis aduertendum eſſe duxi ad ap-
pellationem interpoſitam quæ cum in om-
21 nibus cauſis conceſſa eſſe videatur regula-
riter ad tex. in l. & in maioribus C. de Ap-
pell. Socc. in regul. 24. Nicell. in concord.
Gloſ. concord. 6. Diaz. reg. 35. quos etiam
probat Duena regul. 45., Nihilominus in
cauſis ordinarijs omni io appellationi inter
poſitæ erit parendum, de quo nunc non eſt
noſtrum tractare, ſed in cauſis executiuis
22 aliter dixerunt Doct. eſſe procedendum, à
quibus appellari non, licet, ad tex. in l. ab
executore C. quando appell. non recip. &
l. ab executione ff. de Appell. cum alijs ad-
ductis per Alphan. Collect. 175. & inter
cœteras limitationes traditas per Soccin.
vbi ſupra in prima limitat. docet quali-
ter interponi debeat ſententia ne appelle-
ter, & de hoc conſtituit aliam Regulã Due-
na reg. 41., quatenus concederetur Appel-
23 latio tunc quòad effectum deuoluitiuum, nõ
autem impeditiuum executionis concedere
tur ex Couar. pract. quæſt. cap. 23. in fine
Ant. de Canar. de execut. inſt. quæſt. 46. &
47. & Didac. Peres notat Parlad. Rerum
quotid. cap. fin. 5. p. §. 15. num. 1., ſed copio-
24 sè vltra eos omnes caſus huiuſmodi naturę
congeſsit Ruginell. in tract. de Appellat. in
Gloſ. 7. c. 2. ſub §. 2., hinc eſt quod expreſ-
25 ſa cauſa appellationis coram Iudice inhi-
bente eiuſque qualitate, expediuntur inhi-
bitoriè cum clauſula citra pręiudicium exe
cutionis, vel dummodo, non impediatur
executio ita ex Vant. & Lancell. probat
Muſcat. in praxi S. C. lib. 2. par. 1. Gloſ. in
poterit num. 22. verſ. ſimiliter alia, ſed cum
hoc non fuerit ſeruatum in caſibus allega-
tis ſpecificè de qualitatibus ipſarum cauſa-
rum corã Superiore Iudice appellationis
expreſſum, neque dictum, ita quod faciliter
obtempte fuiſſent inhibitiones modo quo
ſupra merito, militare non poterant, nec
propterea dubitandum de earum qualita-
tibus eas eſſe ſummariè cognoſcendas, atq;
26 executiuas eſſe, tum reſpectu penſionum
domorum de quibus ſatis deductum patet
ſupra voto 62., tum etiam reſpectu ali-
mentorum Maranta in Specul. par. 4. diſt. 9.
num. 168., pro quibus peculialiter, non
fuerunt inhibitoriè obtempte, neque de ip-
27 ſis coram Superiore lis pendebat, ita quod
neque inhibitio fieri poterat, vt dixit Lan-
cell d. tract. 2. p. cap. 20. q. 5. num. 205., &
propterea eis non ſuffragari poterant gene-
rales inhibitoriè in forma præſentate, quæ
ſolent notificari iudicibus, vt in futurum in
contingentia caſus non ſe intromiſtere de-
berent, etenim literę inhibitoriales non af-
28 ficiunt Iudicem cui non ſunt præſentate,
ex Lancell probat Macerat. lib. 1. var. reſol.
in reſol. 105. num. 9., ſed in ſurgentibus
actoribus, cauſãs contra tales proponentes
prouideri, vt ſtatibus inhibitorialibus adcãt
ſuperiores inhibẽtes, vt cõtingit mihi plu-
ries ſeruari in Ciuitate Theani præſertim
in cauſa illorum de Galluccio baronum
Thorę Neapolitanorum, & ſimilium, at cũ
in caſibus allegatis, nec fuerunt deductè
cauſæ per viã appellationis coram ſuperio-
re, neque pro ipſis expedite litere inhibito
riales, proceſſi ex allegatis ad vlteriora in
cauſa de menſe Ianuarij 1625. tum pro exe
cutione affictus domus, tum reſpectu ſe-
queſtri fieri petiti per ipſas ſorores de Pal-
29 meriq; ex tex. in l. officio ff. fam. erciſc. ibi
caſus exprimitur Iudicis officium eſſe, iu-
bere hæreditariam rem venire, & pecuniã
ex pretio redactam ei numerari cui legata
ſit, vt in caſu de quo agebatur contingit,
30 ideo ſequeſtro opus fuerat, ne dilapidare-
tur res ſequeſtrata ex hiſque tradit Ma-
ſcat. de probat. concluſ. 1034. num. 4. cauſę
igitur prædictæ erant diuerſæ ab expreſſis
in inhibitoria, quocirca inhibitio non com-
31 prehendit iura diuerſa, quia ſtrictè erit in-
telligenda ita Seſſe dec. Arag. 418. num. 34.

to.4., eo amplius, quia dictę cauſæ penſionis domorum, ac alimentorum non impediuntur per appellationes eorum executio, non enim appellatio admitti debet,& maximè in caſibus in quibus de iure appellari non licet: quia tunc appellatio non ſuſpēdit effectum ſententiæ, & Iudex a quo poterit innouare Gloſ. in cap. non ſolum de Appell. in 6. cum alijs apud eundem Marant. d. Specul. p. 6. Rub. de Appellat. num. 183.

SVMMARIVM.

1 *Mulier poterit à principio aſſecurationem petere accipiendo etiam ſcienter virum pauperem, nedum ob viri ab ſententia numero 2. ſed etiam ob eius propiam.*

4 *Cautela pro muliere petente aſſecurationem dotis, & impedire executionem affertur.*

5 *Mulier debet omnino probare maritum vergere ad inopiam, vt obtineat aſſecurationem.*

6 *Mulier nedum petere poſſit dotis aſſecurationem per viam actionis, ſed etiam exceptionis.*

7 *Mulier, an poſſit impedire executionem prætextu aſſecurationis petitæ, producto instrumento, in promptu nodum docto de viri inopia.*

8 *Maritus implicitus in pecunijs acceptis ſub vſuris dicitur vergere ad inopiam.*

9 *Deciſio S. C. qua fuit mulier aſſecurata, non probata inopia viri, ſed tantum coſtito quod vir multaS quantitates pecuniarum ſub vſuris tenebat, affertur.*

10 *Retentio in dubio competit mulieri ratione hypothecæ.*

11 *Retentio mulieri competit in bonis viri obligatis, pro dotis ſolutione, etiam ſi eſſent bona feudalia.*

12 *Mulier ob viri vergentiam ad inopiam, nedum dotem petere poſſit, atque donationem propter nuptias, ſed intromiſſionem & impedire executionem factam numero 13.*

14 *Terminus ad probandam ſimulationem contractus, conceds an debeat mulieri petenti aſſecurationem dotis, ſi cauſa creditorum, in limine expeditionis reperiretur.*

15 *Inſtrumento ſtari debet, donec contrarium probetur.*

16 *Mulier in iudicio aſſecurationis recta via agit, & excipit.*

17 *Mulier poteſt impedire executionem factam contra virum prætextu aſſecurationis petitæ.*

18 *Creditor poſterior, non habet ius offerendi, contra electionem rei facta per vxorem.*

19 *Mulier maritata forì electionem habet, ſi eut vidua.*

20 *Mulier poterit ſupplere pretium rei acceptæ. vel accepta dote illam creditori dimittere.*

21 *Periculum viri erit, ſi ad eius ſuggeſtionem mulier contractum fecerit damnoſum.*

22 *Permutatio, vt ſit valida exigitur, ne ſit mulieri damnoſa.*

23 *Maritus ex æſtimatione rei dotalis (quæ emptionem facit) efficitur debitor pretij.*

24 *Aſſenſus impetratus ſuper alienatione ſun di dotalis, tollit obſtaculum, & nouum ius tribuitur.*

25 *Datio inſolutum vice fingitur emptionis.*

26 *Aſſenſus regulatur à contractu ſuper quo interponitur.*

27 *Permutatio rei dotalis in pecunia, & pecunia in rem abſque damno mulieris valet.*

28 *Metus allegatus, non probatus, non obſtat.*

29 *Pretium rei permutatæ diminutum an cedat viri damno.*

30 *Damnum ſpectat ad virum quod ſua culpa accidit.*

31 *Damnum rei dotalis, an & quando ſpectet ad virum.*

32 *Aeſtimatio, an faciat emptionem, ſi pretiū non correſpondet rei.*

33 *Leſio vltra dimidiam, an dicatur in æſtimatione rei.*

34 *Mulier decepti in æſtimatione rei dotalis quando ei ſuccurratur, vel viro.*

35 *Res æſtimatæ in dotem datæ, ſoluto matrimonio, non reſtituuntur vxori.*

36 *Aeſtimatio, ſi fuerit iuſta, emptionem conſtituet.*

37 *Læſio attenditur tempore traditionis, & non alio tempore.*

38 *Mulieres conſanguineæ in teſtes productæ non probant.*

39 *Datio in ſolutum eſt venditio, & vicem ſuſtinet emptionis, & venditionis, & num. 52.*

40 *Dare eſt dominium transferre.*

41 *Res data in dotem pro eius reſtitutione præſumitur in ſolutum data.*

42 *Dominium translatum cenſetur in datione in ſolutum ſequuto appretio.*

Cc 2 43 *Da-*

43 *Datio inſolutum, continet in ſe venditionem.*

44 *Quantitas pecuniæ iu dotem promiſſa, pro qua fundus datur iu ſolutum, tunc pecunia erit dos.*

45 *Maritus efficitur dominus rei iu dotem data æſtimata.*

46 *Aeſtimatio facit fundum deſinere eſſe dotalem.*

47 *Promiſſio alternatiuè facta per virum reſtituendi fundum vel eius pretium, an fundus reſtitui debeat, eum ſit in eius facultate reſtituere alterum ex illis nu. 48.*

49 *Vxor, in ſubſidium aget ad rem æſtimatã in dotem datam.*

50 *Res æſtimata in dotem data, non remanet amplius pro dote obnoxia, niſi in ſubſiduum, & ſic iudicatum.*

51 *Mulier agere poteſt ad bona data in dotẽ æſtimata, in ſubſidium, & pro eis datur rei vendicatio.*

53 *Datio in ſolutum eſt ficta traditio*

54 *Dominium in venditione imaginaria, non tranſit, neque in contractu inualido num. 55.*

46 *Dominium dotis penes vxorem verum eſt & penes virum fictitium.*

57 *Maritus conſtante matrimonio eſt dominus, & legitimus adminiſtrator dotis, ſed mulier domina naturaliter.*

58 *Aeſtimatio, an in dubio faciat emptionem & nu. 60.*

59 *Aeſtimatio rerum dotalium facit emptionem, & ita præſumitur.*

61 *Aeſtimatio, quando verè faciat emptionem.*

62 *Dominium mulieris per æſtimationem rerum dotalium non alteratur.*

63 *Dominium rerum dotaliũ reuertitur ipſo iure ad mulierem quando maritus, non eſſet ſoluendo.*

64 *Dominium in recipientem transfertur.*

65 *Dominium rerum æſtimatarum in dotem datarum tranſit in virum, & ſit irreuocabiliter.*

66 *Periculum omne atque damnum, & lucrũ rerum in dotem daturum æſtimatarum tranſit in virum.*

67 *Vxor pretium rerum æſtimatarum conſequetur ab hæredibus viri, etiam ſi in ſtrumento promiſſum ſit bona reſtitui, ſeu quantitas pecuniæ nu. 68.*

69 *Hæredes viri, non tenentur reſtituere bona in dotem data æſtimata.*

70 *Aeſtimatio, non facit emptionem ex coniecturis vrgentibus.*

71 *Aeſtimatio, non facit emptionem ſi dictum eſſet, quod res in dotem date reſtituantur.*

72 *Aeſtimatio, non facit emptionem, ſi pretiũ non eſſet condignum.*

73 *Iniuſtitia pretij æſtimationis rerum dotalium excludit emptionem.*

74 *Aeſtimatio rei dotalis, non facit emptionem, ſi maritus, non haberet bona, vnde ſoluere debet.*

75 *Bona ſemper remanet dotalia in poſſe mulieris, & ſi eſſent æſtimata, quando emptio vera, non fuiſſet.*

76 *Mulier ipſo iure præſeruatur illaſa, tam in delegatione, quam in nouatione, & datione in ſolutum.*

77 *Permutare fundum dotalem, non eſt permiſſum mulieri.*

78 *Permutatio in melius facta valet, & alienatio diceretur.*

79 *Res permutata alterius loco ſufficiatur eiuſque naturam ſuſcipiet n. 80. & priuilegium habet nu. 81.*

82 *Alienatio rei dotalis à viro ſolo facta, nõ valet etiam aſſenſiente vxore.*

83 *Mulier vendicat fundum emptum ex pecunia dotali in ſubſidium.*

84 *Mulier conſtante matrimonio, an fundum vendicare poſſit, & quando, & ratio affertur nu. 85.*

86 *Mulier, an poſſit relicta re dotali ſibi debita, eligere alia bona.*

87 *Electione ſemel facta per mulierem, non conceditur variatio.*

88 *Mulier habens bona in fundum dotis cõſtituta ad alia, non habet regreſſus.*

89 *Mulier opponens ſe executioni, quæ ſit in bonis viri, an elegendo, alia audiri debeat.*

90 *Mulier, quæ vult recuperare bona ſibi hypotecata, pro dote, non poteſt eligere, vbi vellet, ſed hoc Iudicis arbitrio relictum eſt.*

91 *Creditoris arbitrio eſt bona debitoris diſtrahere, quæ voluerit, ſed hoc in præiudicium debitoris, non creditorum num. 92.*

93 *Tex. in l. creditoris arbitrio C. de diſt. pignor. limitatur.*

94 *Mulier agẽs ſiue ꝓ reſtitutione dotis, ſiue ꝓ aſſecuratione, debet prius bona, quæ apud ſe habet excomputare, et inde agere, contra tertios.*

95 *Mulier agere, non vetatur, contra tertios poſſeſſores, pro dotis conſequutione.*

96 *Mulier, an poſſit impedire executionem bonorum viri, prætextu aſſecurationis petitæ, deciſiones inuicem oppugnantes referuntur.*

97 *Mu-*

97 *Mulier poteſt ſatisfieri ſuper alijs bonis præſertim dotalibus diſtractis, quod non eſt permiſſum creditoribus.*

98 *Mulier habens bona ſpetialiter hypotecata, non poterit eligere prædium generaliter hypotecatum, ante excuſſionem pignoris ſpetialis.*

99 *Deciſiones M.C. ac S.C referuntur mandantes mulieres petentes aſſecuratione prætextu impedire venditionem bonorum, ut in pretio audiantur, quando vtilitas creditorum immineret ex venditione.*

100 *Probatio, in aſſiſtentia exigitur, quod reſpicit, & ſit in bonis, & de bonis debitoris.*

101 *Probatio, quod res fuit in bonis, & de bonis debitoris, non requiritur, contra tertium poſſeſſorem habentem cauſam à debitore.*

102 *Venditor vendendo, videtur acquiſiuiſſe poſſeſſionem prius.*

103 *Poſſeſſio probatur per locationem, & perceptionem fructuum, non per ſimplicem locationem.*

104 *Diſcuſſio non requiritur vbi per euidentiam rei probetur defectus.*

105 *Excuſſio, non requiritur quando notoriè conſtaret, debitorem non eſſe ſoluendo.*

106 *Exceptio excuſſionis, non admittitur, contra inſtrumentum guarentiggiatum.*

107 *Deciſio M.C. adducitur contra tertium poſſeſſorem, vt non ſit neceſſe probatio rem fuiſſe in bonis, & de bonis debitoris quando haberet cauſam ipſe à debitore ad obtinendam aſſiſtentiam.*

ARGVMENTVM.

Mulier, an poſſit impedire venditionem bonorum exequutorum per creditorem eius viri prætextu aſſecurationis dotium, relicta via agendi pro eius fundo dotali conſtituto nulliter à viro alienato, ſuper quo ſatisfieri poterat, eligendo bona exequuta.

Intende in adiutorium meum, Domine Deus ſalutis meæ.

VOTVM LXXIV.

Liquidato inſtrumento per Leonardum Antonium della Scalera, contra Franciſcum Paulum Turri pro capitali ducatorum centum, & pro alijs ducatis 27. pro tertijs decurſis, exequi fecit vigore literarum executorialium ſuper certa domo ſpetialiter ſibi obligata, & dũ in actu ſubhaſtationis iudicium reperiretur Comparuit Gratia Barbarito eiuſdem debitoris vxor, petendo aſſecurari pro dot, & quarto ſuper eadem domo exequuta, & interim eam ſibi retinere liceret, & quam iis reſpectu petitæ aſſecurationis in fo. tior bus terminis concludere videãtur communiter Doct. contra opinionem Bart. in l. ſi conſtante 6. q. principali ibi Iaſ. nu. 46.
1 ff. ſol. matrim. quod poſſit mulier petere aſſecurationem dotis à principio accipiẽdo ſcienter virum inopem, vbique per Alex. & Lup. in c. per veſtras §. 4. de donat. inter vir. & vxor. quod probat V. ſill. dec. 365. num. 2. alios citat Ioſeph. Ludou. dec. Luccenſ. 22. num. 7. & 17. quem ſequutus eſt Viſcont. in ſuis concluſ. verbo mulier regulariter col. 4. verſ. an autem mulier Io. Sainſon. in conſuet. Turon. tit. 25. §. 23. Glo. 1. col. 3. verſ. ſed quid ſi ab initio Cauagnol. in obſeruat. decre. Montisferr. 17. §. 4. caſu 8. latiſſimè Viuius in eius Sylua commun. opin. 533. vbi omnes alios caſus, p quibus deruṫ ipſa reſtitutio dotis conſtante matrimonio recenſuit Molſ. in Conſuet. Neapol. par. 6. quæſt. 5. num. 20. &
2 36. facit optima deciſ. Auenion. de Lau-202. de muliere ob abſentiam viri aſſecu-
3 rata, & multo fortius, in caſu occurrentis inopiæ ad tex. d. l. ſi conſtante vbi D. ct. cũ alijs citatis per Alph. collect. 1661. Ricc. collect. 142. Rol. conſ. 9. num. 1. volum. 1. & tex. in l. vbi adhuc C. de iure dot. Alph. collect. 836. Viſcont. vbi ſupra in princip. Reg. de Ponte deciſ. 19. num. 19. Giu. ba. deciſ. Sicil. 16. num. 1. Muta deciſ. Sicil. 23. Io. Sainſon. vbi ſupra Franc. Steph. deciſ. Aquenſ. 41. nu. 2. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 1. p. 2. num. 10. vbi ita deciſum refert, & d. clauſ. gloſ. 2. p. 3. num. 16. & 18.
4 Similiter deciſum refert, hinc cautela mulieri traditur, vt in ſua petitione dicat ſe paratam oſtendere, quod maritus cepit malè vti ſubſtantia ſua, & ſic effectus eſt caſus conſignationis dotiũ, & ita recta via agere contra tertios poſſeſſores, vel impedire executionem ad inſtantiam creditorum faciendam ita Præſ. de Franc. dec. 92.
5 num. 17. & 18., nam mulier omnino pro-

bare debet maritum vergere ad inopiam,
vt mereri poſſit reſtitutionem Anto. Fab.
in eius Cod. lib.4.tit.21.defin.18. num.27.
ſimiliter etiam per viam exceptionis pro
bata viri paupertate, etiam citra declara-
riam petere, non prohibetur dotis aſſecu-
rationem Anto. Fab. in eius Codice lib.5.
tit.7. defin.10. nu.3. & 4. Barbat. in tract.
de reſtitut. interd. Gloſ.2. num.49. & quod
impediat executionem, vt in caſu noſtro
probat, ex alijs Giurba vbi ſupra num. 10.
& deciſ.61. num.15. & 16., & magis ſpe-
cificè Muſcat. in praxi S. C. lib.2.p.3. gloſ.
ad iudicantur num. 60. quæſtionem inter-
7 minis poſuit, de muliere impedire volente
creditorē viri & exequi volentem vigore
inſtrumentorum liquidatorum, vel obliga
tionum incuſatarum, vel ſententiæ, & re-
fert, quod producto inſtrumento in prom-
ptu de ſuis dotibus cum clauſula conſti-
tuti, & præcarij, etiam non probata ino-
pia viri poſſe impedire executionem ipsā
ex Gram. deciſ.92. Marilian. deciſ. Lanuæ
81. ita pariter deciſum tradit Fontanell.
vbi ſupra num.9. Stayb. conſ.73. numer. 5.
Imo dato, quod non conſtaret de vergen-
8 tia inopiæ ſed quod maritus pecunias ſub
vſuris tenebat, vt dixit Napod. in Conſue.
Neap. vbi dos de iure dot. ſub nu.35. verſ.
item ſi res, & Alex. in l. ſi conſtante nu. 14.
ff. ſol. matrim. ex Angel. in §. illud num. 14.
auth. de æqual. dot, Carroc. de excuſ. bo-
nor. p.2. cap.35. nu.16., vt fuit practica-
tum in cauſa Duciſſæ Grauinæ cum cre-
9 ditoribus eius viri quorum aliqui reſcin-
derant contractus, & fuit aſſecurata per
S.C. ad relationem Regij tunc Conſil. Sci-
pionis Rouiti nunc benemeriti Regentis
Regiam Cancellariam mei Domini ob-
ſeruantisſimi, vt ex actis in banca Carbo-
ni die 26. Iunij 1624.
10 Reſpectu autem retentionis dicebatur
abſque dubio eam competere ratione hy-
potecæ ad tex. in l.1. Cod. etiam ob chiro
graph. notat Anna alleg. 136. ſub num. 8.
& melius alleg. 80. num. 9. cum alijs apud
Statil. Pacific. deciſ. 211. num. 8. poſt tract.
11 de Saluian. interd. vbi pariter in 2. inſpect.
cap.2. num. 218., hoc idem aſſeuerat, &
præſertim competere annectitur mulieri
in bonis viri ſibi obligatis eius vigore hy-
potecæ pro ſolutione dotis, illiuſque reſti-
tutione, ac iurium dotalium ita ex Ne-
guſant. d. tract. de pignor. 2. p. memb. 4. nu.
25. verſ. amplia Borgn. de vſuf. mulier. tel.
nu. 204. verſ. & ideo non eſt mirum Boer.
deciſ. 31. num.4. probat Mollign. in tract.
de Retent. q.327., vltra Gram. deciſ. 58.
num.3. & 12. deciſ. 92. num. 19. Ludou. dec.
Perug. 12. num.18. & deciſ. 109. Coler. dec.
Germ. 287. num.17. & 24. Theſaur. deciſ.
207. Magon. dec. Luccenſ. 64. num.6. & dec.
Florent. 68. Viuius deciſ. 317. Intrigl. deciſ.
Sicil. 4. num. 21. Borrell. conſ. 56. num.79.
Statil. Pacif. d. tract. loco relato num. 211.
& latius in 3. inſpect. cap.4. nu.18. ibique
plures allegat Viuius deciſ. 413. etiam ſi
12 eſſent bona feudalia Anna d. alleg. 136.
num.6. & 13. Stayban. vbi ſupra Regen. de
Ponte conſ. 82. nu.15. p.1. Fab. Anna cōſ. 63
13 & conſequenter ob iſtam cauſam inopiæ
reſtitutionem dotis petere Gram. conſ. ci-
uil. 92. num. 14., & multos ad hoc allegat
Muſcat. in praxi S.C. lib.2. p.3. gloſ. adiu-
dicantur num. 65. Ant. Fab. in eius Codice
lib.5. tit.7. defin.47. num.4. & 5., Imo ne-
dum dotem vendicare, ſed donationem
propter nuptias, eo caſu poterit conſtan-
te matrimonio Mantic. de tacit. & am-
big. lib.2. tit.2. num.4. Phebus deciſ. Luſit.
152. nu.34. tom.2. Molfeſ. vbi ſupra Barb.
ibidem num.35., & pariter immisſionem
petere atque impedire executionem tertij
vt probat Statil. Pacif. d. inſpect.2. cap.2.
num.56., Quamquam ex parte Actoris
replicari contingiſſet omnia, vt ſupra al-
legata in ſe vera eſſe, nihilominus quia ſa
tis apparebat ipſam mulierem cautā eſſe
pro eius dote, ſuper certo oliueto nuncu-
pato ad paterno olim per eam inſimul cū
ſuo viro pro alio eorum oliueto permutato,
to, cum Magiſtro Paulo Barbarito mediā-
te aſſenſu regio, adeò quod cum oliuetum
prædictum inſolutum, & pro ſoluto ac ſo-
luti nomine pro ducatis 300. datum fue-
rat, illudque poſtea commutatum cum al-
tero oliueto maioris qualitatis, & pretij,
vt ex fide expertorum comprobatum ex-
titerat accedente regio aſſenſu ac contra
ctus ratificatione, & ſpecialiter, in fundū
dotis conſtitutum pro dotibus, & iuribus
dotalibus ipſius Gratiæ in caſu reſtitutio
nis illarum, ſeruata forma capitulorum
matrimonialium, nullo iure poterat im-
pedire executionem factam ſuper domo
neque illius venditionem, ſic variando de
vno corpore ad aliud in præiudicium cre-
ditoris, debebat igitur prius de ſuis iuri-
bus experiri ſuper oliueto in ſpecie obli-
gato in fundum dotis conſtituto, ac inſo-
lutum dato præuia æſtimatione experto-
rum, quæ omnia iuſtam venditionem con-
ſtituere videbantur, & deinde ſubſidium
ſuper alijs bonis agere, quatenus iura id
permitterent prout latius fuit diſcuſſum
ſupra in voto 68. propterea nequaquam
impe-

impedienda, erat venditio exequutionis
factæ, per exiſtentiam cautelæ mulieris,
ſed replicabat vxor, ipsâ non aliter cautã
14 eſſe de oliueto iã poſtea vendito per eius
virum. & talo inſtrumentum permutatio-
nis fuiſſe ſimulatè geſtum, & in fraudem
in ſui præiudicium, ad cuius probationẽ
terminum ad impugnandum petierat, qui
denegari non poterat, licet cauſa reperi-
retur in limine expeditionis ex relatis à
Muſcat. in d. ſua praxi lib. 1. p. 7. gloſ. præ-
ſentatas num. 25. & gloſ. concluſio nu. 12.
nam de iure probatum eſt, vt ſtari debeat
15 inſtrumento donec contrarium probetur
l. cum precibus vbi Gloſ. & Doct. Cod. de
probar. & conceſſo ſibi termino ad impu-
gnandum die 11. Iulij 1625. factiſque qui-
buſdam friuolis probationibus nil tamen
in aliquo releuantibus, ex prænerrato fa-
cto de pluribus dubitari contingit, quæ
facilius ex ſequentibus percipi poterant,
Nam, & ſi pro ipſa Gratia hæc infraſcri-
pta breuiter allegata in iure fuerint, non
tamẽ deſijt creditor ſua iura replicatio-
ne iuridica roborare, quæ autem pro ipſa
Gratia fuerunt deducta ſunt, v3. Gratia
Barbarito habet intentionem fundatam
contra creditorem Franciſci Pauli Turri
ſui viri decocti, pro aſſecuratione dotalis
fundi alienati, & antefati, primo conſtat
per teſtes examinatos tam in primo ter-
mino, quam in ſecundo beneficij d. Franc.
Paulum deterioraſſe conditionem ære
alieno grauatum, non facere copiam ſui
neque onus matrimonij ſubſtinere, in quo
iudicio aſſecurationis recta via poteſt mu-
lier agere, & excipere Gratian. dec. Mar-
chiæ 194. nu. 20. maximè contra credito-
17 rem viri ad inopiam vergentis, & impedi-
re executionem ex deciſ. S. C. per Thom.
Gramm. 92., quæ practicatur in Regno
Maxill. in Conſuet. Bari incip. Marito ad
inopiam nu. 24. & ſequentibus, quo etiam
caſu eligente vxore aſſecurari, ſuper certa
18 re ſui viri non habet poſterior creditor ius
offerendi deciſum refert Afflict. dec. 199.
Vinc. de Franc. deciſ. 54., & cum eodem
19 caſu mulier cenſeatur inſtar viduæ habere
fori electionem deciſum in S. C. refert Io.
Franciſcus de Leonard. in praxi offic. c. 13.
num. 46., eſtque in ipſius mulieris electio-
20 ne facto eius rei in qua vult aſſecurari ſup
plere pretium, vel accepta dote, & dona-
tione propter nuptias rem creditori dimi
ctere notanter Bald. conſil. 40. volum. 1.
ſecundo principaliter aduertendum non
obſtare ipſi Gratiæ, quod ipſa ſimul cum
marito dotales oliuas permutauerit cum
Franciſco Barbarito impetrato regio aſ-
ſenſu, nam multis modis patet, reſponſio
primo eſt, oliuetum dotale datum fuiſſe
æſtimatum pretio ducatorũ. 300. per quã
æſtimationẽ periculum omne mariti eſt,
21 & cum ad ſuſtegionem eius, mulier con-
ſtante matrimonio non ideo minus peri-
culum viri eſt, ſi quod damnum contingat
tex. eſt punctualis in l. cum maritus primo
reſpõſo ff. de pact. dotal. & in permutatio-
ne, vt ſit valida præſertim attenditur ne
mulier ſit in damno, ſed vtilis permutatio
22 ſit tex. in l. 27. vbi Gloſ. de iure dot. ad
quem ſe remictit Add. ad Vinc. de Franch.
deciſ. 34. num. 13., Quibus legibus con-
cordat idem Regium beneplacitum, pro
quo expoſitum fuit futuram permutatio-
ne, non ſolum æquiualentem, ſed eſſe ma-
ioris vtilitatis, & ſequitur decretum (li-
ceat dummodo bona permutanda ſint
æquiualentia, quæ remaneant pro ſecuri-
tate dotium, & iurium dotalium dictæ
mulieris) in inſtrumento ex aduerſo præ-
ſentato, ſed totum oppoſitum apparet, &
aduerſarius fatetur, in ſuis articulis, quo-
niam oliuetum dotale fuit datum æſtima-
tum, vt ſupra dictum eſt, & coſtat in capi-
tulis matrimonialibus hijs verbis .ſ. per
la ſumma di duc. 300. l'aſſegna è da inſo-
lutũ, & ſoluti nomine à detto futuro ſpo-
ſo ſtagliate d'accordio opere quatero d'o
liue, in permutatione autem ponitur va-
lor duc. 200. nõ eſt igitur equiualens cum
Gratiæ dos erat duc. 300. & pretij diminu-
tio cedere debuerit damno mariti, pro-
pter æſtimationem, quæ facit venditionẽ,
23 & maritus dominium conſequutus ſum-
mæ velut pretij debitor efficitur, tex. eſt
formalis in l. quoties C. de iur. dot. iuncta
d. l. cum maritus primo reſponſo Franc.
deciſ. 81. num. 9. & concordant teſtificata
ad fauorem dictæ Gratiæ circumuentæ, &
euidentiſſimè læſæ per aſſertam permuta-
tionem in ſumma duc. 100. & ſic contra
24 formam regij aſſenſus, qui quidem aſſẽſus
fuit impetratus ad remouendum obſtacu-
lum legis prohibentis alienationem fun-
di dotalis, vt per eum nouum ius tribuatur
impetranti iuxta notabilem diſtinctionem
in materia alienationis feudi relatam à
Regen. Rouit. in Rub. de feud. à num. 66.,
Imo ſtante inſolutum donatione, non fuit
opus regio aſſenſu, cum datio inſolutum
25 vice fungatur emptionis vul. tex. in leg. ſi
prædium C. de Euict. & aſſenſus Regis re-
26 gulatur à contractu ſuper quo interponi-
tur Frecc. de ſubfeud. lib. 2. qu. 2. num. 14.
tertio principale fundamentum Gratiæ
nullam

nullam habet replicationem, namquam Franc. Paulus eius maritus ad effectum ſatiſfaciendi ſuis creditoribus vendidit oliuas in permutatione habitas in loco paterni iunctim cum alijs proprijs Alphonſo Cirullo die 27. Settembris anni 1620. ſine interuentu Gratiæ: vnde omnibus prætermiſſis, quæ ad fauorem Gratiæ poſſunt adduci rectè petit aſſecurari pro integra ſumma dictorum duc. 300. pro anteſato, & alijs petitis præſertim ſuper domo dicti ſui viri cui pignori, & hypotecę incumbit, & ita &c. Proſper Rendella, ſed hijs replicabatur ex ſequentibus allegationibus Franciſci Palmerij I.C. benemeriti aduerſus Gratiam Barbaritam prætendentem aſſecurationem ob inopiam viri ſuper domo executa ad inſtantiam Leonardi Ant. de Scalera creditores Franciſci Pauli Turri viri eiuſdem Gratiæ, & præſertim ex cauſa fundi dotalis aſſignati pro pretio duc. 300. & alienati, dato, q vir ſuam deteriorauerit cōditionem, obſtat quod dicta bona dotalia fuerunt permutata cum alijs bonis Franciſci Barbariti, quem bona permutata permanſerūt,
27 in fundo dotali, & valere permutationem fundi dotalis in pecuniam, & pecuniæ in rem abſque damno mulieris. eſt tex. in l. ita conſtante ff. de iure dot. l. ſi mulier in fine ff. de pact. dot. Afflict. deciſ. 336. fuitq; corroborata permutatio ipſa Regio aſſenſu dummodo bona permutanda ſint ęquiualentia, que permaneant pro ſecuritate dotium iuriumque dotalium dictę mulieris, vt ex inſtrumento liquet, quod autem bona permutatę fuerint æquiualentia, & quod Gratia non ſit paſſa damnum, imo vtilitatem conſequuta deponunt æſtimatores per Curiā deſtinatos ac alij duo teſtes: qui vno ore affirmant bona dotalia vix fuiſſe valoris bis centum tam tempore matrimonij de anno 1614. quam tempore permutationis de anno 1616. prout etiam hodiè è contra bona permutata maioris eſſe pretij. Firma igitur remanente permutatione facta in vtilitatem mulieris abſque dolo Franciſco Barbariti, permutantis, qui de anno 1621. vendidit eademmet bona pro eodem pretio ducatorum 300. Ioanni Marię de Porta ſoluēti plus iuſto pretio, prout idemmet, vt teſtis deponit, vltra inſtrumentum venditionis
28 nec mine, aut metus allegatæ potuerunt interuenire in contractu permutationis legitimo, quem non aliter fuerunt probatæ: quæ omnia comprobantur ex eadem dec. Afflict. 336. per totam. Non opitulatur Gratiæ prædicta ſi aſſerat, quod bona dotalia fuerunt in dotem aſſignata æſtima-
29 ta pro duc. 300. & ob id quod diminuto pretio damnum debet eſſe viri l. cum maritus ff. de pact. dotal. l. cum dotem C. de
30 iur. dot. quia damnum illud ſpectat ad virum, quod dolo, vel culpa ipſius accidit Gloſ. in d. l. cum maritus verſ. faceret, & in l. ſi inter virum verſ. diminuta C. de iure dot. item damnum illud ſpectat ad virū
31 quod poſt matrimonium, non autem ante matrimonium accidit Gloſ. d. l. cum dotem verſ. fiant ex tex. in l. plerumque §. ſi ante ff. de iur. dot.: At fundus dotalis aſſignatus pro ducatis 300. non eſt minoratus in pretio matrimonium neque culpa aut, dolo mariti, ſed ſemper tempore traditionis, ſicut, & permutationis, & hodie fuit valoris ducat. 200. tantummodo imo maritus, vt ſatis probatum eſt ex depoſitionibus æſtimatorum, & teſtium, & ex inſtrumento venditionis, in quo apparet æſtimatio in macinaturis octo cum dimidio prout verè fuerunt, & ſunt, nec tēpore permutationis erant macinaturæ decem, ſed abſque appretio in inſtrumento permutationis ſit aſſignatio de macinaturis decem, vel circa, vt ex dicta permutatione apparet, ex qua aſſertione dependet, & regulatur contractus, & ęſtimatores, & teſtes benè declarant ſemper dicta bona fuiſſe eiuſdem pretij, & quātitatis, ſed inſurgit Gratia aduerſus permutationem cum non fuerint bona permutata valoris 300. duc. quorum maritus effectus eſt debitor, dominium conſequutus fundi dotalis l. quoties C. de iure dot. maximè inſolutum datione, quę facit emptionem, & vēditionem fundi dotalis æſtimati in qua non attenditur læſio in pretio, & æſtimatione infra dimidiam iuſti pretij, Quibus reſpondetur illam inſolutum dationem, non feciſſe emptionem, & venditionem, & læſionem in prædictis attendi infra dimidiam iuſti pretij ex ſequentibus probatur inſolutum dationem, non fuiſſe emptionē cum nihil de tranſlatione dominij in virū nec de pretij reſtitutione fuerit actum; imo ex pacto promiſit maritus in capitulis matrimonialibus conſeruare dotes in conſtantia matrimonij, & illas reſtituere prout fuerint receptæ, quare cum fundum acceperit vir, fundus venit in reſtitutione, qui licet ęſtimatus ſit, æſtimatio non facit
32 emptionem l. ęſtimatis ff. ſol. matrim. l. ſi inter virum C. de iure dot. & apertè ſibi adverſatur emptio dominijq; tranſlatio cū conſeruatione in conſtantia matrimonij, clara

Digitized by Google

clara ſunt verba, ſed quæ dubietas remaneret, quæ facit emptionem, & obliget ad pretij reſtitutionem intelligenda erit concluſio, quod æſtimatio facit emptionem, quando pretium, & æſtimatio correſpondet valori rei, non autem cum multo minori, vel maiori æſtimatione daretur fundus æſtimatus ita Curt. in repet. l. ex conuentione num. 11. & 12. C. de pact. de mente Bald. Salyc. & aliorum Iaſon. ibidem ex Gloſ. in l. 1. §. 1. ff. de ſuperfic. Pariſ. conſ. 81 volum. 3. num. 11. dicit eſſe communem, quod æſtimatio nõ facit emptionem quoties pretium non correſpondet valori rei, & eſt opinio Azonis, quod hoc caſu detur
33 læſio infra dimidiam relata ab Afflict. deciſ. 270. his verbis, item conſtituitur dos facta, & non facta æſtimatione: quod ſi in æſtimatione decipiatur alteruter etiam minor 25. annorum, etiam ſine alterius dolo etiam infra dimidiam iuſti pretij vbi
34 ſpeciale fit in dote, ſuccurrendum eſt ei: quia bono, & equo non conuenit lucrari aliquid cum damno alterius, aut damnum ſentire cum alterius lucro, & in dicta deciſ. fundus æſtimatus fuit habitus pro empto, ex eo quod tempore dotis datæ, neq; plus valebat, nec minus ſicut in princ. pio, & fine deciſ. prædictæ, in qua ſubdit nu. 5. dictum Azonis procedere, quando tempore traditionis bonorum, & æſtimationis eorum fuiſſet mulier decepta, etiam infra dimidiam, & licet loquatur, de muliere decepta de agitur in deciſ. Azonis doctrina ſi decipiatur alteruter, ſiue vxor, ſiuè vir, & Curt. ſupra relatus declarat quoties
35 pretium non correſpondet valori rei, tam in minori æſtimatione in qua leditur mulier, quam in maiori æſtimatione in qua læſus reperitur maritus Gratiæ in tertia parte pretij, quæ eſt propè dimidia; Barboſ. in l. æſtimatis ff. ſol. matrim. in princ. colligit primam concluſionem, quod vbi res in dotem dantur æſtimatæ ſoluto ma-
36 trimonio non reducuntur res vxori, quam limitat num. 21. ex communi traditione, vt æſtimatio inducat venditionem, ſi fuerit iuſta alias ſecus ex tex. in l. quoties C. de iure dot. ibi, & iure æſtimatæ, ſunt, & adducit multos Doct. & licet ibidem opponet, quod æſtimatio rerum dotalium inducat venditionem, etiã ſi æſtimatio non fuerit iuſta concordat, & declarat in vera venditione non ſuccurri, niſi læſio contingat vltra dimidiam, tamen mulieri læſæ æſtimatione, rei ſuccurritur, etiam ſi læſio ſit intra dimidiam, intelligendo prout intelli-
37 git Afflict. ſuper relatus ſi fuerat læſio tē-pore traditionis & nu. 24. ex traditis aſſerit ſuccurrendum marito læſionem infra dimidiam ex natura actionis dotis in qua bonum, & æquum præcipuè obſeruatur, nequis locupletetur cum aliena iactura ex l. iure ſuccurſum §. fin. ff. de iur. dot. & emendandum eſſe id, quod ex lucro aliter videtur habere: Cum ergo liqueat dotale prædium tempore traditionis, & permutationis, & hodie fuiſſe, & eſſe valoris ducatorum ducentorum tantummodo, ſequitur permutationem fuiſſe legitimè factã, & ad vtilitatem mulieris, & ſuper bonis permutatis maioris pretij extantibus remanſiſſe, & remanere mulierem, aſſecuratam, vt deponunt æſtimatores, & teſtes quibus adhibenda eſt fides; nulla enim alienatio apparet de re dotali, & ſi qua prætenditur nulla fuit, vt mulier omne, remanet aſſ curata ſuper bonis permutatis cum illa ſint infundo dotali ex decreto, Principis, & partium contractu, vel debentur ducati 200. tantum pro vero valore fundi, ex adductis, cum non agatur ex vera venditione, ſed ſumus in contractu dotis in quo h bet locum læſio infra dimidiam, & bonum, & æquum præcipuè non probãt obſeruatur inſuper mulieres teſtes productæ per Gratiam ſunt eius affines, & ſucceſſiuè non probant, tum ob impedimen-
38 tum conuentionis ſanguinis in valdè præiudicialibus, tertio ſecundum Bald. in l. parentes C. de teſt. tum ob ſexum muliebrem maximè, quod repugnantia deponunt dictis expertorum, & teſtium maſculorum quo caſu non eſt ois ad habenda fides Sicul. in cap. fotus de verb. ſign. quem adducit Aufrer. de Reprob. teſt. n. 69. circa finem, vltra quod æſtimatores, & teſtes producti per Scaletam præualent fide, & numero, & præfatæ mulieres generalia deponunt, idcirco in eius fauorem pronuntiandum eſſe ſupplicatur hæc illæ. Reaſſumendo igitur concluſiones, ex hinc inde adductis pro reſolutione memoratæ altercationis, ante omnia erit ponderanda dos primo loco data cuiuſdam oliueti pro ducatis tercẽtum ſic inter ipſos coniuges æſtimati, quod inſolutum, & pro ſoluto ſolutique nomine datum fuerat viro à patre ipſius Gratię, & quamuis ipſa datio inſolutum venditio ſit Barz. dec. Bono. 85. num. 2. & cum alijs apud Nouar. in praxi Dation. in ſolue. p. 1. q. 7. num. 3 4. & 5. vbi etiam dixit, quod vicem ſubſtineat emptionis, & venditionis, vt ſupra deductum fuit, & vltra ea Tiraquell. copioſè de Retract. conſang. §. 1. num. 1. & ſequen. Cor-

raſ.

Digitized by Google

raſ.M ſcell.iur.lib.3.cap.3.ſub num.3. Fabian. de Monte in tract. de empt. vend.2.q principali ſub num. 31. Menoch. de præſumpt.lib.3.præſumpt.122 num.40. Fontanell.d. tract. de pact nupt. clauſ. 5. gloſ.8.p.14.num.85. Morot.conſ.42.num. 3.Surd.deciſ.Mantuæ 248.num.3. & deciſ. 288.num.47.& conſequenter ex hoc videtur translatum dominium in virum, quia
40 dare eſt dominium transferre Borg.deciſ. Fiuiz.19.nu. 55.p.2. & propterea indubiè
41 res data in dotem pro eius reſtitutione præſumitur in ſolutum data, ita ex Menoc.Coſta de retrot.caſ.27.cap.8. num. 8. & eo maximè ſubſequuto appretio; quo-
42 niam verè dominium tranſlatum eſſe cenſetur ad tex. in l. vetuſtiſſimam C. de iur. dom.impet.notat Afflict.deciſ.368.num.2. quod maximè procedere videtur, quando fuiſſet pro dote promiſſa quantitas pro qua quantitate traditur fundus inſolutū
43 etenim iſta datio inſolutū continerèt in ſe venditionem ex Biroo conſ.63.nu.6.verſ. quintus caſus lib.3.Soec.conſ 69. col. penult.volum.4.probat Thimæus in addit.ad Magon.deciſ.Lucenſ.76. vbi alia multa
44 tradit, præſertim quando pecunia fuerit promiſſa in dotem pro qua fundus datur inſolutum, tunc pecunia erit dos prout erat in facto noſtro, ſic è contra quando res promiſſa fuerit,licet pecunia tradatur ſequitur Fontanell.eod.tract.clauſ.5.gloſ. 8.p.13. nu.40. vbi deciſionem affert Mantic.de tac.& ambigu.lib.12.tit.28. num. 5.
45 & proinde maritus efficitur dominus dotis rei æſtimatæ, non autem ineſtimatæ Fontan.d.tract.clauſ.5.gloſ. 8. p.8.nu 20.
46 adeò quod æſtimatio ipſa faciat emptionem,& venditionem ac fundum definere eſſe dotalem ad tex. in l. quoties & l. cum dotem C. de iur. dot. cum alijs nouiſſimè congeſtis per Peregrin.deciſ.Patauij 95.num. 9. vbi plus dixit quando eſſet alternatiuè
47 promiſſio facta per virum reſtituendi fundum, vel eius precium, nam eo caſu non aliter fundus dotalis redditur;quoniam id commodum mariti concernit l.plerumque
48 §.fin.ff.de iur.dot.ex quibus reſultare videtur maritum poſſe talem fundum diſtrahere vti illius dominum, ad eius libitum,& in eius eſſe facultatis, aut rem dare,vel pretium,vt notat Salic.in d. l. quoties, quemadmodum etiam ita conuentū apparet in capitulis memoratis:vnde vxori nullum competere videtur remedium
49 ſpeciale niſi in ſubſidium ad tex. in l. nec intereſt.C.de vſuf.cum alijs adductis ibidem per Peregrin.numer.10. Anton. Fab. in eius Codice lib.5.tit.7.defin.41.num.1. & 2. & ratio eſt, quod res data æſtimata
50 non remanet amplius pro dotibus obnoxia niſi in ſubſidium Magon.deciſ.Luceſ. 76.num.14. & ita iudicatum cenſuit Fontanell.d.p.13,num.78.Manent.deciſ.Mantuæ 28.num.6. & ad hoc etiam Anton. de Amat.var.reſol.in 49.reſol. num. 6. pro-
51 bandum dixit, quod mulier agere poteſt ad bona data in dote æſtimata in ſubſidium, marito non exiſtente ſoluendo, & competit pro eis reiuendicatio,eorumque quoque dominium ipſo iure in mulierem tranſit ſoluto matrimonio. Nihilominus
52 negari non poteſt quin dare inſolutum ſignificet tradere,nam datio inſolutum eſt venditio Honded.conſ.34. num.42. vol. 2. ex cuius natura non eſt, vt transferatur dominium, ſed ſatiſfit ſi tradatur, & venditor curet habere licere l. ex exempto ff. de act.empt.vltra,quod talis datio inſolu-
53 tùm,eſt ficta ſolutio vt ex l. eleganter in princ.ff.de pignor.act.probat Boer.in Cōſuet.Burdegal.tit.6.§.3.Gloſ.1.col.1. verſ. nam ſecundum Paul. Imo ſimilitudinaria & impropria venditio,non autem propia & vera probat Ignat. del Villar in Silua
54 reſponſor.reſp.11.num.10. ſed dominium verè in caſu ficto nullatenus tranſire poſſe affirmarunt Doct.ſicuti in venditione imaginaria Bart.in l.nuda ff.de contrah.emp.
55 num.1.neque ex contractu inualido Rege de Ponte conſ.25.num.1.vol.2., quapropter in noſtris terminis cenſuit Fontanell.
56 eo.tract.clauſ.6.gloſ.1.p.2.num.15. quod dominium dotis, quod eſt penes vxorem dicitur ab alijs verum dominium, fictitiū autem, & imaginarium, quod eſt penes maritum,& ſubdit nu.32. quod dominium dotis fictum imaginatium, quaſi dominiū, ſiuè vtile dominium eſt penes maritum hoc eſt ciuiliter, nam & ſi maritus ſit dominus conſtante matrimonio, & legitimus poſſeſſor atque adminiſtrator rerum dotalium Ceuall.pract.quæſt.cap.749.num.59. adhuc tamen mulier eſt domina naturaliter rerum dotalium,vt ipſe probat nu.58. & iterum in 3.cap.num.35. cont.1., Nec proinde dicatur, quod in dubio æſtimatio facit emptionem,& venditionem ex Gloſſ in l.ſi inter C.de iure dot. verb. æſtimatio Aret.inſtit.quibus alien.lic.vel non in primo Cremenſ.ſing.18.Iaſ.in l.ſi ex conuentione C.de pact.Soec.conſ.56.lib.1. Alex. conſ.79.& ibi Addit.Aret.conſ.84. Ioſeph Ludou.in ſuis concluſ.tit.de iure dot.cōc. 1.verſ. ampliatur 16. Thoming. deciſ. Lipſiæ 31.num. 24. Papon. conſ. 51. num. 2.

præ-

Digitized by Google

59 præſertim, quia æſtimatio rerum dotaliũ
facit emptionem, & ſic præſumitur idem
Papon.conſ.106.num.1.Alex.Trentacinq.
var.reſol.lib.3.tit.de iure dot.Reſol. 1.ſi-
60 cuti in alijs æſtimatio facit emptionem.
Surd.deciſ.35.num.11.deciſ.257.num.1.Si-
monc.in tract. de decretis tit.6.num.122.
& ſic præſumi facit Menoch. de præſump.
61 lib.3.præſump.74.num. 3. & tanto magis
quando clarè de ea æſtimatione conſtaret
nam abſque dubio contractum emptionis
& venditionis conſtitueret, vt ex Boer.An-
char.Thob.Hond. Couar. & Becc. probat
idem Magon.d.deciſ.76. num. 12. Ioſeph
Ludou.vbi ſupra in prima limit.Fõtanell.
vbi ſupra num.24.Merlin. deciſ. Lucenſ.
62 23.num.14. Ideò cum dominium natura-
le mulieris per æſtimationem rerum dota-
lium non alteratur, vt ibi Ceual. d.cap.3.
num.30.ſubſequitur quod illud dominium
63 rerum dotalium reuertitur ipſo iure ad
mulierem, potiſſimum, quando maritus nõ
eſſet ſoluendo, ſicuti num. 25. ſubſequitur
64 alias ſecus eſſet, & proinde dominiũ ipſa-
rum rerum in recipientem transferri, vt
probat ibidem Magon. in tantum, quod
dominium rerum æſtimatorum in dotem
datarum irreuocabiliter fit viri Cornaz.
deciſ.Lucc.199.num.4. ita quod d. domi-
65 nium rerum æſtimatarum dum in maritũ
tranſiuerit omne periculum, & damnum,
ſicut omne lucrum ad eum tranſit Fonta-
nell.d.tract.& clauſ.5.gloſ.8.p.12.num. 9.
& vltra eum Borgn.deciſ.3. num.24. p. 4.
66 dixit, quod æſtimatio dotis, & bonorum
dotalium cedit periculo mariti, quia facit
emptionem Fontanell. vbi ſupra num. 25.
Mantic vbi ſupra num.13. & 14. & 33. &
conſequenter talem æſtimationem bono-
67 rum operari, quod caſu reſtitutionis do-
tis vxor, vel eius hæres non poſſint cogi
eam recipere, ſed pretium; ſicut idẽ Borg.
deciſ.26.num. 4 p. 1. probat, vltra Ioſeph
Ludou. vbi ſupra Trentacinq. ibi num. 9.
etiam ſi in inſtrumento aſſignationis dotis
dictum eſſet, quod bona, ſeu æſtimatio, ſeu
68 quantitas dotis deberet reſtitui in caſu re-
ſtitutionis dotis, quia per hoc nõ fit, quod
dominium bonorum non fiat viri Cornaz.
vbi ſupra num. 5. ſicuti è contra hæredes
69 mariti non tenentur reſtituere dicta bona
tamquam amplius non dotalia, vt ibidem
Borgn.num.4. Quinimo ex hoc reſultaret
eſſe in facultate mulieris eligere quid vel-
let, vt infra dicetur ex traditis per Viuiũ
deciſ.413.nu.2. Nam huic multifariam
reſpondetur, data tamen prius concluſione
ſumma, tunc allegata procedere, quoties ex
tali æſtimatione vera conſtitueretur em-
70 ptio, & venditio, cæterum vbi contrarium
appareret ex coniecturis incõtrarium ad-
ductis ex Socc.Iun.conſ.118.nu.16. vol.3.
firmat ibi Ioſeph. Ludou. in vltima limit.
Papon.conſ.51.num.4. ſecus eſſet, idque
oſtenditur ex illis, prima igitur coniectu-
71 ra, vt non præſumatur ex æſtimatione fa-
cta emptio, ſe offert quoties dictum eſſet
vt res æſtimatæ in dotem datæ reſtituan-
tur ita Menoch.d.præſumpt.74.ſub nu.16.
in fine cum alijs adductis per eundem Io-
ſeph.Ludou. vbi ſupra verſ. limitatur ter-
tio Fontanell. in eodem tract. d. clauſ. 5.
gloſ.8.p.13.num. 33. Mantica loco citato
num.19.Caſtill.deciſ.Sicil.21.num.3.Alex.
Trentacinq. vbi ſupra num.26. nam ſatis
apparebat in inſtrumento dationis inſolu-
tum reſtitutionem fore faciendam ſerua-
ta forma capitulorum, dum in eis fuerat
permiſſum reſtitui omne totum, quod ad
72 eum prouenit. Secunda coniectura eſt
quoties res æſtimata non eſſet condignĩ
pretij, ſed longè minor tunc non aliter cõ-
ſtitueretur emptio, vel venditio ex tali
æſtimatione, ita Alex. Trentac. vbi ſupra
num.15.Menoch. vbi ſupra nu.23. Ioſeph.
Ludou.eodem loco verſ.limitatur ſeptimo
Fontanell.ibidem num.45. & 48. Mantic.
ibidem nu.24. & hoc ſatis deductum erat
cum oliuetum dotale inde fuerat venditũ
pro ducatis 200., quamuis ex æſtimatio-
ne inter partes fuerat datum pro ducatis
300. & talis æſtimatio ſic inter partes ha-
bita expreſſa diceretur facta, vt ibi Fon-
tanell.num.6.confirmat, & Ioſeph. Ludou.
ibi verſ.limitatur quinto ob certitudinem
quantitatis adiectæ, ſicque iniuſtitia pre-
73 tij æſtimationis rerum dotalium excludit
emptionem Gratian.diſcept. forenſ. cap.
826.num. 66., & demum quando eo tem-
pore æſtimationis maritus non haberet
bona ex quibus æſtimationem ſoluere po-
74 terat Caſtill. deciſ. ſupra citata num. 6.
idem Alex. Trentacinq.eod. loco num.17.
vbi alias coniecturas refert ſicque forma-
ta iſta quæſtione primeua in fauorem cre-
ditoris aduerſus mulierem, vt non aliter
oliuetum primo loco inſolutum datum
pro ducatis 300. faceret emptionem, aut
venditionem, neque totaliter in dominiũ
mariti tranſiuiſſe, ſed potius in mulieris
75 dominio remãſiſſe, ſuccedit quod ſemper
remanſit bona dotalia ad fauorem vxoris
l.ſi inter C.de iur. dot. cum alijs allegatis
per eundem Gratian.vbi ſupra num.61. &
76 mulier ipſo iure præſeruatur illæſa, tam in
delegatione nouatione, & datione inſolu-
tum

Digitized by Google

tum Caſt. ibi num. 12. ſubneſtitur altera
quæſtio formanda qualiter. illud dein ſe
fuiſſet permutatum, cum altero oliueto p
ipſos coniuges accedente aſſenſu Regio, &
cum euidenti vtilitate mulieris præuio ap-
pretio expertorum illudque infundum do-
tis conſtituentes, quapropter; & ſi non li-
77 ceat, ſine neceſſitate prædium dotale per-
mutare ipſi mulieri ex Neap. in Conſuet. &
ſi mulier verbo alienándi, adhuc tamen dū
in melius permutatio fit tunc permutatio
78 valeret ita Affiict. deciſ. 336. num. 3. Simili-
ter, & alienatio Thoming. ibi num. 46., At
79 cum ipſa res permutata alterius loco ſuffi-
ciatur Franch. Stephan. deciſ. Aquenſ. 67.
80 num 2. ſubſequitur eius naturam ſuſcipere,
Seſſe deciſ. Aragon. 52. nu. 15. & 16. & priui-
81 legium habere videtur Manct. dec. Mantuę
25. num. 4. Gratian. cap. 489. num. 25. & 26.
82 quapropter, ſi deinde à viro ſolo alienatū
eſſe conſpiciatur, vtique nulla redderetur,
etiam aſſentiente vxore inſt. quibus alienat.
lic. vel non in priinc. l. vnica §. & cum lex
C. de re vxor. act. cum alijs per Thoming.
deciſ. Lipſiæ 31. num 2. & propterea mu-
83 lier etiam fundum emptum ex pecunia do
tali vendicet in defectum bonorum aliorū
optimè Coler. deciſ. German. 227. num. 29.
multo fortius prout idem met teſtatur in
antecedenti num. 28. vendicare poterit fun-
dum in dotem æſtimatè datum, caſu quo a-
lias dotem habere non poſſet ſequitur idem
Fontanell. eod. tract. clauſ. 7. gloſ. 2. p. 3. num.
84 58., at ſi conſtante matrimonio fundum
vendicare ei permiſſum non eſſet, vt pro-
bat Coler. deciſ. 223. num. 6., ſecus tamen
erit quando ad inopiam vergeret vir ſub-
dit num. 31. & ratio eſt cur propio vxoris
fundo citra eius conſenſum vendito occur-
85 ri debeat, quia oppignoratio potius, quam
alienatio diceretur, ita Pappon. in ſuis Ar-
reſtis lib. 15. tit. 2. App. 4. quod ſiquidem
creditori viri permiſſum eſſe non videtur
86 Reſtat poſtremò videre ſi poterat mulier
iſta relicto oliueto in ſundum dotis conſti-
tuto per prius & inſolutum dato, & deinde
permutato cum alio, quamuis nulliter per
virum alienato ſe opponere aduerſus exe-
quutionem bonorum factam per poſterio-
rem creditorem, & alia bona eligere pro
aſſecuratione dotiū, & iurium dotalium, &
in hac re videntur omnes Doct. communi-
ter concludere competere electionem ſu-
per bonis viri Reg. de Ponte conſ. 124. nu.
1. volum. 2. conſ. 126. num. 2. & 21. vbi ſub-
dit nu. 3. ſecundum opinionem aliquorum
poſſe pro aſſecuratione omnia bona viri
occupare, & pignori incumbere, licet ſecū-
dum alios non aliter eſſe permiſſum mulie-
ri omnia bona viri occupare, ſed tantum
vnum prædium ex melioribus ex multis
Giurba deciſ. Sicil. 16. nu. 19. & Fontanell.
eod. tract. clauſ. 7. gloſ. 2. p. 4. nu. 31. annuens
illudque poſſe retinere, & reliqua dimicte-
re creditoribus nouiſſimè Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 489. num. 17. vbi 18. contrariam
opinionem referendo in ſeq. nu. 19. primam
veriorem eſſe oſtendit ante eos Muſcatell.
in praxi S. C. lib. 2. p. 3. gloſ. ad iudicantur
num. 77. Stayban. conſ. 73. num. 25. & ſequ.
87 In tantum, quod facta ſemel electione rei
per mulierem pro eius aſſecuratione, non
aliter poſtea conceſſum eſſe videtur varia-
tio ſuper alia re iuxta deciſ. S.C. ex Capyc.
deciſ. 46. quem ſequitur ibidem Muſcat. nu.
79. & propterea ſtante, quod mulier ipſa
habebat ſundum dotale conſtitutum, vt ſu-
88 pra dictum eſt, nequaquam ad alia bona
greſſus ſuos derigere poterat, ita intermi-
nis ex multis comprobat Gratian. d. c. 489.
num. 7. & ſubdit num. 25. & 26. non obſtan-
te alienatione fortè facta de fundo dotali,
quia eſſet quædam permutatio, & tunc ſub-
rogatum ſuccederet loco illius, aſſumendo
illius naturam, & qualitatem per iura ibi
citata, & in hanc ſententiam ex pluribus
inclinauit Fontanell. eod. tract. d. gloſ. 2. p. 8.
89 nu. 17. cum ſequ. vbi articulum plenè exa-
minat ſi mulieri, quæ ſe oppoſuit executio-
ni, quæ fit in bonis viri competat electio, ſi-
uè optio quarundam bonorum mobilium,
ſeù immobilium prout ſibi placuerit, & cō-
cludere videtur negatiuè afferendo duas
deciſiones illius Senatus Cataloniæ nu. 27.
quamquam contrariam ſectari videtur
ſententiam num. 28. & ſequ. annuens ita
eſſe de conſuetudine, & obſeruantiæ illius
Curiæ, quam etiam admictere, non eſſet in-
conueniens, ne ſua dote ac iuribus dotali-
bus priuaretur, ſed hoc habita ſupradicta
dixtinctione: etenim mulier, quæ vult re-
90 cuperare bona ſibi hypotecata pro dote
nō poteſt eligere, quę voluerit, ſed arbitrio
Iudicis erit hoc reſeruatū latè Ioſeph. Lu-
dou. deciſ. Peruſ. 64. num. 17., quo fit, vt
91 quemadmodum creditoris arbitrio ſit reli-
ctum bona debitoris dixtrahere, & eorum
quæ voluerit ad tex. in l. creditoris arbitrio
ff. de diſtraction. pign. hoc videtur ſibi con-
92 ceſſum in præiudicium debitoris non in per-
niciem creditorum viri, vt ex Griuell. dec.
Dolani 79. probatum extat ſupra voto 68.
ibiq; ſimiliter ſundatū apparet, quādo credi
tori conſultum eſſet, poſſe ſuper vna re ſa-
tisfieri, & nō aliter ſuo arbitrio id, vti poſ-
93 ſe ſuper alijs bonis ſuper quibus cœteri
credi-

creditores ſatisfieri poſſent, & ſic limitetur
93 d.l.creditoris arbitrio Conſil. Anna conſ.
63.num.4. & multo magis hoc idem obſeruandum erit in mulieribus pro recuperatione earum dotum ac iuribus, quæ non reperiũtur in hoc ſpecificè priuilegiate adeò quod mulier, ſiuè agerit ad reſtitutionem dotis, ſiuè ad aſſecurationem primum agitur imputare, quæ penes ſe habet, deinde
94 excutere bona viri, poſtea agere contra tertios poſſeſſores, vt per Fabrum in eius Cod.lib.5.tit.7.defin.21.num.67.Merlin.deciſ.Luccenſ.17.num.2., nec ei denegatum eſt agere pro recuperatione dotis, contra tertios, vt poſt Rolan.conſ.9.num.5. lib. 1. deciſum reliquit Fontanell.d.clauſ.7.gloſ.2. p.3.num.31. hoc eſt quando ſpecialem haberet hypotecam mulier, ſuper re illa, ſecus tamen ſi generalem haberetit hypotecam; quoniam tunc mulier contra tertios poſſeſſores, non ageret, & ita deciſum tradit Io.Beſſian.in Conſuet.Aluern.tit.de exe
95 cut. art.4. verſ. & ex deciſione, quod ſanè alijs creditoribus denegatum eſt, dum de dotali re in fundum data ageretur, & interminis pro hac opinione ad deciſioné caſus
96 noſtri ſatis conferre videbatur deciſ. Theſaur.207 quem ſequitur Conſil. Anna conſ. 63.num.2. vbi caſus punctualis refertur, de muliere ſe opponente aduerſus executionem factam per creditorem viri, petendo aſſecurationem, non aliter obtempta ſentẽtia aſſecurationis, fuit per illum ſenatum contra mulierem in beneficium creditoris pronuntiatum, quam ſiquidem deciſionem declarat ibi filius additionator procedere, quando mulier in odium exequentis creditoris ſe opponeret, cum contrarium inde deciſum fuiſſe referat, & hoc etiam caſui præmiſſo adaptari poterat eo quod mulier ipſa dum ſibi ſatisfacere poterat, ſuper alijs bonis, & præſertim dotalibus, nulliter alienatis pro quorum recuperatione actio ſibi competere non dubitabatur, quæ creditori
97 exequenti nullatenus competere poterat, & cum hac opinione reſidet Anna d. conſ. 63. eo magis procederet ſi mulier haberet ſpecialiter hypotecata, nequiret ante ex-
98 cuſſionem pignoris ſpecialis cum liquidatione fructuum inde perceptorum eligere prædium vnum in generali hypoteca contentum ex multis probat Coſta de Remed. ſubſid.remed.11.num.2. & hoc totum proceſſerat ad excluſionem creditoris, quod ferendum non erat, cumque omnes poterãt ſatisfieri, ſed ordine in hijs obſeruato iuſſi demum die 12. Auguſti 1625. eſſe de-
99 cernendum, quod ſaluis iuribus competentibus pro dote eidem Gratiæ ſuper oliueto permutato in fundum dotalem conſtitutũ, ac ſuper capitali docatorum centum debito per illos de Garganeſe, reſpectu quarti ducatorum centum ſibi ſpectantis, ſint ſalua iura ſuper domo exequuta, reliquũ vero cedat, & cedere debeat in beneficium ipſius Nardi Antonij creditoris, & proinde procedi iuſſum ad venditionem domus, & prætiũ inde prouenie[n]dum in conſulti Regiæ Curia non liberari, & ita exequutum Monopoli, & nouiſſimè idem fuit deciſum per M. C. V. in cauſa Sebaſtiani Pereſta cum Antonia Cimino vxore Andreæ Meuli debitoris ad relationem Franc. Anton. Scacciauenti die 21. Octob.1631. in banca Canalis. poſt hęc iterum in cauſa Illuſt. Marchioniſſæ Lauri creditricis pro eius dotibus ducat.70000. in circa, quæ vigore aſſecurationis intendebat impedire venditionem Terræ Palmæ inſtantibus creditoribus pro venditione illius, demum facta relatione in S. C. per Reg.Conſil.D.Franc.Sapium die Decembris 1632. fuit deciſum, vt procederetur ad venditionem d. Terræ, & in precio audiatur ipſa Duciſſa in banca Verruſij contra deciſa per Franc.dec.54. At cum in hoc caſu magna reſultauerat vtilitas creditoribus, tam ex appretio, quam ex ſubhaſtationibus, & poterant omnes ſatisfieri, quod non erat, ſi ita ſimpliciter fuiſſet ſuper ipſa aſſecuratio conceſſa, & ex hijs omnibus ſumpta occaſione infertur ad alium notandum caſum iam occurſum in M.C.V. decidendum, poſtquam citato Io. Berardino Gargaro ſuper tenore inſtrumenti ad inſtantiam Iulij Rummi producentis 130. capitalis vna cum tertijs decurſis, & dato inſtrumento pro reſciſſo exiſtente d. Gargano carcerato non habente pecuniam præ manibus ſe concordauit cum d. creditore ei cedendo aliqua nomina debitorum, & inter cœtera ceſſerat Liuiam Vitalé pro ducatis centum, verum quia ceſſio reſpectu ipſius ſuum effectum ſortiri non poterat dum eſſet pauper, lenes vidua abſens, & non ſoluendo effecta, præfatus creditor ſuos greſſus direxit contra Berardinum Lombardum tertium poſſeſſorem vnius domus conſiſtentis in duabus cameris, petendo ſuper illis aſſiſtentiam in forma, etenim prius domus ipſa exequuta fuerat ad inſtãtiam d. Gargani vti creditoris Nuntij Pianelli, & ſubhaſtata remanſerat Io. Camillo de Iulianis pro perſona nominanda, qui deinde nominauerat eundem Garganum, qui poſtea illam vendendo ceſſerat eidem Lombardo, cum igitur in materia aſſiſten-

300 tiē potiſſimū exigatur ꝓbatio, quod res
ſuit in bonis, & de bonis debitoris, vt do-
cet Afflict. deciſ. 383. quem ſequuti ſunt
Reg. Rouit. in Pragm. 1. de aſſiſt. num. 6. &
ſequ. Barbat. in tract. de reſtit. interd. ſu-
per pragm. de Aſſiſt. Gloſ. 11. nu. 9., & cum
id probatum non fuiſſet, aſſiſtentia conce-
di non poterat: ſed benè replicabatur ex
parte ipſius creditoris opus non habere
probatione, ex notabili limitatione poſita
per eundem Reg. Rouit. in d. pragm. 1. n. 7.
hanc probationem limitari, quando aſſi-
ſtentia petitur contra tertium poſſeſſorē,
qui habet cauſam ab eodē debitore, quia
301 tunc non eſt neceſſe probare rem fuiſſe
in bonis, & de bonis comunis debitoris ex
Bart. in l. de rebus C. de donat. propter
nupt. Salic. in l. cum res verſ. quæro nunc
de ſecundo C. ſi res alien. pign. dat. ſit &
Bertran. conſ. 1. num. 68. volum. 1. p. priori
quibus additur Neguſan. de pig. in 3. mem-
bro 8. par. num. 11. in 4 concluſ. & nu. 12.
vbi plures allegat Felician. de cenſ. lib. 1.
cap. 2. num. 32. tom. 2. & quia de hoc in
promptu apparebat, vt dictum eſt ſupra
idcirco aſſiſtentia concedi debuerat, eo
amplius, quod dum d. Garganus vendide-
302 rat, certum eſt vendendo videbatur ac-
quiſiuiſſe poſſeſſionem arg. l. ſi acie C. de
iure delib. quem tex. ita expendit Franc.
deciſ. 32. num. 10. nam aliter vendere non
potuiſſet, aſſequitur idem Menoc. de præ-
ſump. lib. 1. præſump. 101. nu. 13. & quam-
uis etiam obiectum eſſet euictionem no-
minis debitricis ceſſum non eſſe plenè fun-
datam neque ſequutam, nec factam diſcuſ-
ſionem, adhuc replicabatur domum obli-
gatam à d. lucia eidem Gargano non fuiſ-
ſe ſuam, ſed eius filij, qui eam locabat, &
locat, & ex illa ꝑcipiebat fructus, & proin
303 de veriſſimum eſt, quod per locationem
ac fructum perceptionē probatur poſſeſ-
ſio Afflict. deciſ. 325. & Franc. deciſ. 204.
num. 2. & licet per locationem ſimplicem
non probetur poſſeſſio plenè Maſcar. de
probat. concluſ. 1181. num. 1. vbi num. 2.
rationem reddit, adhuc, quando vltra loca
tionē interuenerit penſionis ſolutio rectè
probatur poſſeſſio, vt ſubdit num. 3. & ra-
tionem reddit num. 5. eo magis nullo alio
dato poſſeſſore ad tex. in l. ad probationē
C. de loc. Alex conſ. 118. quem ſequitur ibi
Afflict. adeò, quod cum id notorium ſit
304 nulla diſcuſſione opus erit, porrò cum
diſcuſſio per euidentiā rei probetur Ma-
ſcar. eod. tract. concluſ. 532. nu. 4. & 5. Sic
305 excuſſio neceſſaria non erit, quando no-
toriè, conſtaret debitorem non eſſe ſol-
uendo Carrocc. in tract. de excuſſ. bonor.
p. 2. quæſt. 35. num. 1. vltra quod contra
inſtrumentum guarentigiatum non admi-
306 ttitur exceptio excuſſionis ex Seulces
in add. ad B. un. à Sole in verbo Guarenti-
giæ notat Coler. deciſ. 220. num. 55. & me-
lius Carrocc. d. tract. ea. p. 2. quæſt. 32. n. 6.
307 vnde ex hijs facta relatione in M. C. V.
die 13. Aprilis 1633. per Iudicem Camil-
lum Larata fuit per M. C. V. præſtita aſſi-
ſtentia in forma ſaluis iuribus eidem ter-
tio poſſeſſore competentibus contra ven-
ditorem in banca Luciæ.

SVMMARIVM.

1 *Reus in exceptione actor eſt.*
2 *Replicatio nil aliud, quam exceptio.*
3 *Replicatio ſapit naturam actionis.*
4 *Replicatio loco libelli eſt.*
5 *Pupillus indefenſus dicitur, quando iudicium non fuerit cum perſona legitima inſtitutum.*
6 *Mater & Auia, non coguntur inuite ſuſcipere tutelam, ſed voluntariè & ſi fuerint in teſtamento relicta nu. 7.*
8 *Tutor ſine implemento ſollemnium, exercere, non poteſt tutelam.*
9 *Tutor de ſollemnitatibus docere debet, ante omnia.*
10 *Iudicium nullum redditur, ob defectum ſolemnium, non productarum num. 12.*
11 *Proceſſus contra pupillum factus, & admiſſus citra ſollemnia, an valeat.*
13 *Sententia lata ex proceſſu nullo, an valeat contra pupillum.*
14 *Paria ſunt tutorem, non habere, vel habere ſine confectione ſollemnium, maximè ad inducendum nullitatem nu. 15.*
16 *Iudex ex officio compellere poteſt curatores electos, vt munus iniunctum agnoſcant.*
17 *Officium Iudicis non niſi petenti, non impartitur.*
18 *Proceſſus infiniti annullantur ex capite nullitatis, ob prouiſionem, non factam minoribus de curatore ad litem.*
19 *Tutor litigans, cum pupillo, debet illum prouideri facere de curatore ad litem.*
20 *Tutela per ſcripturam probatur.*
21 *Tutor in teſtamento relicto, non debet cōfirmari per Iudicem.*
22 *Mater, & Auia in teſtamento relicta tutrices, debent ſolum agnoſcere, renuntiādo ſecundis nuptijs.*
23 *Tutor poſt 50. dies præſumitur tutelam acceptaſſe.*

24 *Pro-*

24 *Proceſſus cum tutrice, in teſtamento relicta factus, an valeat.*

25 *Pupillus, non dicitur in defenſus ſi vſque ad conclusum in cauſa, tutor illum defenderit.*

26 *Deciſio M.C. producitur, in fauorem creditoris pitentis aſſiſtentiam contra tutricem, non adimplentem ſollemnia, quæ poſſidebat bona pupilli.*

27 *Tutor loco domini habetur.*

28 *Tutor nomine pupilli poſſidet.*

29 *Tutor ſi non adimpleuit ſollemnia, in tempore, an poſtea, ea implere poſſit, vt actus valeat.*

31 *Retrotractio temporis, an admictatur, in adimplemento ſollemnium.*

31 *Acta iudicij, an conualidentur, ſi lite pendente fuerint ſollemnia adimpleta.*

32 *Tutor, an cenſeatur ligitimatus, ſi contra ipſum fuerit obiectum, licet poſtea admiſſus.*

33 *Iudex procedenda adulteriora, videtur tacitè reijcere exceptionem.*

34 *Præſentata in ſcripturis ſit per actuariũ vt publicam faciat ſidem, hoc eſt per extenſum.*

35 *Anni domini per conſequentiam literarũ fieri debet, non ſigna.*

36 *Pupillus ſolus, in iudicio ſtare non poteſt.*

37 *Iudicium coeptum, cum pupillo, debet firmari per conſtitutionem tutoris, vel curatoris.*

38 *Defenſio tutoris conſiſtit, vt de per ſe pupillum defendat, vel ei defendenti auctorari.*

39 *Defendere eſt iudicium ſuſcipere.*

40 *Tutor, vel curator, indefenſos pupillos relinquere, non debet, ſed pro eis comparere:*

41 *Tutor conſtituere debet procuratorem, ſeù actorem ante litem conteſtatam.*

42 *Pupillus ab initio læds videtur, ſi non defendatur.*

43 *Tutor tènetur omnia bona ſua obligare pro defenſione pupilli.*

44 *Sententia lata, contra pupillos indefenſos eſt nulla.*

45 *Pupillus indefenſus, dicitur, ſi tutor, non adfuerit in iudicio à principio.*

46 *Tutores dicuntur, quaſi tuitores, ſeu defenſores.*

47 *Tutoris officium eſt, indefenſum pupillũ, non relinquere.*

48 *Defenſio pupillorum promicti debet, etiam ſub obligatione expreſſa rerum à tutore.*

49 *Iuratur, in litem contra tutorem defenſionem non ſuſcipientem.*

50 *Tutor, vel curator indefenſum pupillum relinquens, tenetur ad intereſſe.*

51 *Conditio iniqua alteri per alterum, non debet inferri.*

52 *Inſtrumenta habent executionem paratã in Regno.*

53 *Pupillus indefenſus nõ dicetur ſi ei defenſio, non expederet, aut ei nullam competere defenſionem conſtaret.*

54 *Vſufructuarius nequit percipere fructus bonorum alteri obligatorum.*

55 *Actus præſumitur factus nomine vtriuſq; quando negotium ſpectaret ad vtrumque.*

56 *Tenor libelli erit attendendus, & maximè quando actor, vel conuentus duplicem perſonam repræſentaret.*

57 *Deciſio M.C. ac S.C. citatur, vt iudicium factum contra vſufructuarium ſolum non valeat.*

58 *Sententia iuxta formam libelli, erit proferenda.*

59 *Actendi debet id, quod prinpaliter fit.*

60 *Sententia eſt ſtricti iuris, ideo ſtrictè interpetranda.*

61 *Sententia proferri debet in perſonam tutoris nomine pupillorum.*

62 *Sententia lata contra vnum ex pluribus tutoribus quibus commiſſa eſt adminiſtio tutelæ, alijs non nocet.*

63 *Sententia de perſe eſt indiuidua.*

64 *Decretum eſt indiuiduum.*

65 *Proceſſus malè, contra pupillum inſtructus, qualiter conualidetur.*

66 *Reſtitutio pupillis conceditur aduerſus rem iudicatam.*

ARGVMENTVM.

Sententia lata, contra Auiam tutricem, nomine pupillorum, an executioni demandari poterat, ſi non fuerint ſollemnia ab ea facta, neque in tutela confirmata, comparente inde pupillo, & petente reſtitutionem aduerſus eam, ex cauſa ommiſſæ defenſionis, & nullitatis, & an ſaltim, exequi contra eam vti vſufructuariam bonorum, & ſi vti tutrix conuenta fuiſſet.

Dominus ſollicitus eſt mei.

VOTVM. LXXV.

MAgiſter Iulius Patiſſa, creditor cum eſſet quondam Io. Dominici Guidæ in ducatis centum capitalis ad rationem annorum ducatorum decem venditorum mediante inſtrumento, ſuper certis oliuetis mortuo inde dicto debitore iudicium aſſiſtentiæ intentauit contra Antoniam Calefatam matrem ipſius Io. Dominici, & Auiã filiorum eiuſdem Io. Dominici, obtinuit demum ſeruatis ſeruandis aſſiſtentiam in forma pro dicto capitali, & tertijs decurſis in forma, & ob appellationem, non proſequutam, fuit declarata deſerta: propterea inſtabat ſententiam demandari deberе executioni, vt moris eſt demandati. Poſt hæc comparuit Io. Donatus Guida in pupillari etate exiſtens vnus ex filijs ipſius Io. Dominici, dicendo de nullitate proceſſus, atq; ſententiæ, vnde expoſtulauerat, etiam per viam reſtitutionis in integrum aduerſus ſẽtentiã audiri, vti notoriè in defenſus in iudicio, prima ſiquidem nullitas erat, qa nõ aliter ipſa acceptauerat tutelã, neq; ſollẽ-
1 nia adimpleuerat, quãuis pendente iudicio poſtea adimplere procuraſſet: imo per
2 eius replicationem penes acta facta, quæ nil aliud eſt, quam exceptio Rota in nouiſsim.
3 decil.131.nu.13.p.3.& ſapit naturam actionis, vt ibi num.16.& decil.132.num.31. non
4 mirum ſi loco libello habetur, vt dixit Pereyra deciſ. Luſitaniæ 17.nu.1. aſſeruerit non eſſe tutricem, nec adhuc prouiſum de tutore ſuis pupillis, dicendo, & proteſtando de nullitate Actorum, & in hoc nil fuerat prouiſum, vt debuerat; quare ex hoc videbatur dicendum iudicium nullum eſſe:
5 quia non cum legitima perſona fuerat agitatum, & ſucceſsiuè pupillos indefenſos apparere Coſta de Ret. ot.caſu 7.cap.9.nu.12. & 13. vbi plures allegat, & principaliter, quod requirebatur acceptatio tutelæ ipſius conuente demoſtratur apud Doct. quod
6 mater, & Auia, non coguntur inuite ſuſcipere tutelam filiorum, & nepotum ſuorum, ſed volentibus ſibi à iure permittitur ex tex.in Auth.matri, & Auiæ C.quando mul. tut.offic.fung. poteſt, confirmat Gutierez in tract de tutel.p.1.cap.8.num.18.ſequitur Anton.de Virgil.in tract. de legitim. perſo. cap.9.num.17.vbi ampliat procedere, etiam
7 ſi Mater, vel Auia inteſtamento tutrices da te eſſent; nam neque ito caſu 14. ff. de teſt. tut.Bart.d. Auth.matri, & Auiæ numer.10. Piagg.in tract.de tutel.quæſt.18. Manzin.in tract.de tutela qu. 5. num.1., Sed cum apparebat de voluntate ipſius tutelam gerere, merito legitima perſona, dici non poterat cum neque ea inuita cogi poterat ad ſuſcipiendum tutelam, inſuper dicebatur nullatenus fuiſſe ſollemnia adimpleta per ipsã
8 Antoniam, nam ſine adimplemento ſollemnium adminiſtrare, vetatur tutor Affli. deciſ.285.num.22. Vant. de Nullit. Rub. de nullit ex defect. in habil. num.128. Franch. deciſ. 206. num. 10. quapropter in iudicio tutor ante omnia de ſollemnitatibus docere
9 debet Marant.d.Specul p.6. verbo exceptio nu.4 Scaccia de iudicijs cap.101.n. 54. quod ſane intelligendum eſſe Doct. exiſtimant, nedum quando tutor eſſet actor, ſed pariter, quando vti reus conueniretur, vt erat in caſu noſtro ad quod ſingulariter Farinace in deciſ.96.num.4.tom. 2. in poſthumis ex Bar.Bal.Cum. & Caſt. dixit quod tutori agenti quod non confecerit inuentariũ ſed ſi velit iudicium inſtitui contra eum, debet actor eſſe cautum, vt habeat tutelam
10 & inuentarium, alias iudicium contra eum in præiudicium pupilli eſſet nullum, ex quo reſultare videbatur nullitas iudicij, ita in ſpetie Coſta ibidem num.11: Marta de ſucceſſ.le gal.tom.2.q.4.art 3.num.3. & conſe-
11 quenter iudicio ſtare adeò quod ſi de facto fuiſſet admiſſus proceſſus, non valeret, in præiudicium pupilli, ſecus contra tertium ex Vbert.Bon.ec. ſpecul.Bart.& Bald. cum alijs refert Ant. de Vergil.d.tract.cap.6.nu. 1.& nec mirum, ſi ob hoc ſolum, quod ſollemnia non fuerant adimpleta, iudicium fa-
12 ctum cum ſimili tutore non adimplẽtis nullum redebatur Marant in Specul.p. 4. diſt.
13 16.num.32 nec ſententia lata valida erit, neque pupillo noceret ex tex. in l. ſi tutor C.in quibus cauſ. reſt. in integ. non eſt ne-
14 ceſſ. probat d.Minſinger ſingul.obſer. cent. 2.obſeru.37.& proinde paria iudicantur eſſe tutorem non habere, vel habere, ſine confectione ſollemnium Viuius deciſ. 31. num.3. Muſcat.in praxi S.C. lib.1.p. 2. gloſ. intimato num.41. & maximè, quoad indu-
15 cendam nullitatem. Veſpeſ. Spuches inter Conſil.Diuerſ.Sicul.conſ.28.num.12. penes Lunam, & demum, quia expreſsè dictum fuerat per eandem Antoniam in quadam ſua replica de nullitate actorum: quia ſeců proceſſum fuerat, dum non acceptauerat adhuc onus tutelæ prædictæ, & ſi benè Iu-
16 dex ex officio compellere poterat curatores electos, vt munus iniunctum agnoſcant Bar.in l.4.ſ.hoc autem iudicium num. 1.& 2. vbi Alex.num.2.Ripa num.23. ff.de damn.in fect. cum cœteris allegatis p

eun-

eundem Anton. de Virgil. in eodem tract. cap. 9 n. 2. hoc non aliter apparebat actum, ſed ſteterat per actorem id non procurantem, etenim officium Iudicis niſi petenti non impartitur Cauenſ. in ritu 244. nu. 16. & ideo cum ipſa Antonia replicaſſet non eſſe tutricem, debuerat de legitima perſona ſtandi in iudicio prius prouideri, hinc dixit Muſcat vbi ſupra num. 13. quod infiniti proceſſus annullantur ex capite nullitatis, propter prouiſionem non factam minoribus de curatore ad litem, idemque in tutore litigante cum pupillo confirmatum eſt, vt ipſi de curatore in litem prouideri facere debeant, alias acta ſunt nulla l. 3. §. ſi pupillus ff. de tutel. cum alijs relatis per Conſil. Anna conſ. 104 num. 1. Maſtrill. dec. 73 num. 5. & 6. Maya conſult. 13. num. 10. ſed hijs replicabatur per actorem aſſerentem ritè, & rectè proceſſiſſe iudicium inſtitutum, cum dicta Antonia mater defuncti, & Auia ſuorum nepotum relicta tutrice, & balia in teſtamento ab eodem teſtatore, prout ex particula teſtamenti producti apparebat, ex quo tutela regulariter per
20 ſcripturam probatur inquit Maſcard. de Probatione concl. 1399. in princip. ſufficiebat enim ita relictam eſſe in teſtamento tutricem, & baliam, ad quod ſingulariter Affli. decis. 262. num. 6. verſ. in contrarium
21 expreſsè loquens de tutore teſtamentario qui nõ adimpleuit ſollemnia, & tamẽ apparebat in teſtamento relictum tutorem fuiſſe, quod non exigitur, vt à Iudice decernatur ſecundum Bart. & Anton. ibi relatos idemque in curatore procedere dixit adhoc vt liberè poſſit adminiſtrare, adeò quod Mater, & Auia relictæ tutrices in teſtamento non egent confirmatione, ſed ſolum habent tutelam agnoſcere coram Iudice re-
22 nunciando ſecundis nuptijs, & Velleiano, vt ex Bart. probat Gutierez vbi ſupra nu. 19. Minſinger. vbi ſupra num. 3. vbi expreſsè notat in tutore teſtamentario non eſſe neceſſarium, vt decreta ſit ei adminiſtratio à Iudice ideoque iudicium cum eo agitatum valere ſi tamen cœtera ſollemnia adeſſent, quapropter dum de acceptatione tutelæ nullus apparebat actus ex quo præſumi videbatur ei renunciaſſe dum ſollemnia ad quæ tenebatur, non adimpleuerat, nihilo-
23 minus tutor poſt 50. dies (de iure probatum eſt) tutelam accepiſſe præſumitur Borgn. in tract. de tutor. num. 195. quem ſequitur Maſcard. ibi nu. 7. & quamuis lite prædicta pẽdente ipſa Auia id petijſſet deinde etiam per viam reſtitutionis integrum confirmari tutricem per Curiam, & ita per eandem Curiam admiſſa die 15. Decembris 1623. & iudicium ceptum erat die 25. Septembris eiuſdem anni, adhuc talis proceſ-
24 ſus cum tutrice factus benè proceſſerat ad tex. in l. 1. §. ſufficit ff. de admin. tut. & proinde indefenſus dici non poterat minor ſi & tutor, vel curator defendit vſque ad cõ-
25 cluſum in cauſa Bal. in l. cum, & minores num. 9. vbi alij C. ſi aduerſ. rem iudic. Veſp. Spuches inter Conſil. Petri de Luna 28. n. 8. & ex hoc infertur ad deciſionem conſimilis
26 articuli, iam in Magnæ Cur. vertentis dum Octauius de Fraya conueniri feciſſet Nicolaum Antonium, & Minichellum de Licato principales debitores, iure reciſionis contractus annuorum redituum, & conſequenter præſtari auxilium in ſolemna ſuper certis ſtabilibus poſſeſſis per filios, & hæredes Bartolomei Rote, comparuit pro Elionora de Iudice tutrice, non tamen ſollemnia adimplente, & compilato proceſſu cum ea dubitari contingit, ſi proceſſus debuerat ad ſententiæ prolationem, replicabatur ex parte actoris, quod licet ipſe ſollemnia non adimpleuiſſet ſufficiebat, quod ipſa poſſidebat vti tutrix bona prædicta, & verificatum eſſet extremum aſſiſtentiæ, & ſic facta relatione in M. C. per Iudicem Vollarum die 13. Martij 1633. fuit per M. C. iudicatum quod conuenti ſoluerent tertias infra tres dies alias prouidebitur ſuper petitis in banca de Auguſtino, non eſt dubium
27 quin tutor domini loco, ſeù vice domini habetur l. tutor ff. de admin. tut. cum alijs apud Montan. in tract. de tutelis c. 31. effect. 1. num. 1. Amat dec. Ferrar. 27. num. 1. Eſcobar de Ratiocin. cap. 16. num. 48. Granut.
28 theorem. 7. num. 2. & tutor nomine pupilli poſſidet Pariſ. conſ. 98. num. 18. lib. 2. & eo magis, quia mater tutrix in teſtamento relicta ſi adminiſtrauerit abſque ſollemnitatibus, non vt tutrix, ſed vt adminiſtratrix cẽſetur fuiſſe, ita deciſum in Rota Romana teſtatur Marta de ſucceſſ. legal. tom. 2. q. 4. art. 3. num. 14. quapropter ſi ſollemnia, adhuc, non adimplete non erant, ex ſua culpa proceſſerat dum ea diſtuliſſet, quæ poſtmo-
29 dum adimpleuerat prædicto ſuffulta remedio, ſicque, vt actus valeat, ne pereat l. quo-
30 ties ff. de adim. leg. tempus retrotrahitur Galter. in ſua praxi tutel. Rub. ſi aliter agat, & contrahat num. 13. & ſi acta non fuerint ſollemnia prius, ſed lite pendente à tutore
31 non aliter acta iudicij conualidari potuiſſet ex deciſ. Afflict. 256. in princip. & poſt Carau. refert Muſcat. in d. praxi S. Clib. 1 p. 12 Gloſ. comparentis ſub num. 21. in fine, non tamẽ id procederet, in tutore teſtamẽtario,

Dd 3 vt

vt dictum eſt, ſubſequitur demum nullam
eſſe prorſus habendam rationem de com-
paritione Auiæ in eius replica facta, non
eſſe tutricem dicẽdo de nullitate actorum,
poſtquam contrarium apparebat ex teſta-
mento producto, quo fit, vt quemadmodũ
32 tutor ſe aſſerens tutorem, ſi obijciatur con-
tra tacitam, & tamen fuerit admiſſus, vt tu-
tor cenſetur eius perſona legitimata Grã.
conſ.ciuil.91. num.28. ita è contra ſi nega-
uerit ſe eſſe tutorem, & contrarium appa-
33 reret Iudex procedendo ad vlteriora vide-
tur tacitè reijcere talem oppoſitionem ex
l. à procedente C.de dilat. vltra, quod eadẽ
replica facta, non apparebat ipſam fuiſſe
in iudicio præſentatam, vt debuerat manu
34 actuarij, & anni adnotatione, vt dixit
Scapp. in tract.de iure non ſcripto lib.3. c.
72.num.3. vbi num.4. ſubdit, quod appoſitio
manus Tabellionis in ſcriptura priuata fa-
cit eam publicam, item debet fieri per ex-
35 tenſum, nõ per abbacum, vt eſt diſpoſitum
in pragm. edita die 31. Maij 1626. §. 80.
quia anni Domini per conſequentiam lite-
rarum ſi per longum non abbreuiate, vel
ſigna poni debent Afflict. in conſ. confue-
tudinem ſub nu. 19. Secunda nullitas, quæ
prætendebatur erat, quia non fuerunt pupil-
li formiter defenſi, eo quod pupillus ſolus
36 in iudicio ſtare, non poſſit l. 1. & 2. C. qui le-
git. perſon. ſtant. in iud. non hab. cum
alijs citatis per eundem Virgil. eod. tract.
cap. 1. num. 13. vnde ei erit prouidendum
37 prius de tutore, vel curatore ad litem, & ſi-
milibus, vt iudicium valeat, vt plenè per
Vant. in tract. de nullitat. Rub. qual. & qui-
bus mod. ſent. null. rep. poſſ. num. 86. & in
38 hoc potiſſimũ conſiſtere videbatur defenſio
tutoris pro pupillis conuentis, vt ipſe, illũ
de per ſe defendat, vel ei defendenti aucto-
rari Montanus in tract. de tutelis cap. 32.
39 nu.96. hoc eſt ſuſcipiendo iudicium, quod
eſt defendere, vt notat Gloſ. in l. ſed & he.
§. defendere ff. de procur., etenim tutor, &
40 curator minores indefenſos relinquere, nõ
debet, ſed pro eis comparere tenetur Plo-
tus de in litem iuran. §. 5 num. 2. hoc eſt, &
41 conſtituere procuratorem ante litem con-
teſtatam l. neque tutores C. de procur. Mon
tan. ibi num. 94. ſeu verius Actorem Min-
ſing. ſing. obſeru. cent. 2. obſeru. 38. num. 2.
poſt Marant. vbi ſupra num. 54. Vrſil. deciſ.
262. num. 6. Caſt. conſ. 413. num. 3. volum. 2.
42 nam certum eſt ab initio lædi pupillum, ni-
ſi defendatur ſubdit d. num. 96. & cum hæc
fuerint ommiſſa per tutricem, quæ etiam
43 tenebatur omnia bona ſua obligare pro de-
fenſione pupilli Montan. in eod. tract. c. 15.
num. 69. videbatur non aliter pupillos de-
fenſos fuiſſe, & propterea ſententia vti cõ-
tra indefenſos lata ipſo iure nulla efficie-
batur ad tex. in l. acta §. fin. ff. de re iudi. cõ-
44 tra pupillum eod. tit. l. cum & minores C. ſi
aduerſ. rem iudic. Afflit. deciſ. 262. cum alijs
apud Veſpeſ. Spuches d. conſ. 28. num. 1. &
melius Baldaſſ. de Angel. ad deciſ. 12. conſ.
Gizzarell. & pupillus indefenſus diceretur
45 ſi tutor non ad fuerit in iudicio ſaltim in
principio dixit Gratianus diſceptatio. fo-
renſ. cap. 668. num. 24. & 25. & ſi in princi-
pio, vel in medio litis contra minorem mo-
te tutor non exiſteret omnia acta nulla eſ-
ſent Coſta ſicul. conſ. 92. num. 8. Sed huic
replicabatur dupliciter, primo, quia onus
defendendi pupillos ad tutores potiſſimũ
ſpectare conſpiciebatur: vnde tutores dicũ-
46 tur quaſi tuitores atque defenſores, & ſic à
tuendo, eo quod pupillum defendere debet
Guttieres eod. tract. p. 1. cap. 1. num. 4. & tu-
47 toris propium eſt officium indefenſum non
relinquere pupillum Iodoc. in patrocin.
pupill. tit. de tut. & curat. mun. cap. 7. num. 2.
& talem defenſionem expreſsè, & ſpecialis-
48 ter etiam ſub expreſſa obligatione rerum
ſuarum promittere debent Montã. d. tract.
cap 32. reg. 3. num. 2., adeò quod ſi defen-
ſionem, non ſuſceperit nec vtilia faceret
49 contra eum in litem iurabitur, idem Mo-
tan. eod. cap. 32. reg. 2. num. 4. & conſequen-
ter ei erit imputandum, ſi non defenderit,
nam ad intereſſe tenetur tutor, & curator
50 minores indefenſos relinquendo, cum pro
illis comparere teneatur Plot. vbi ſupra
non autem auctori defendenti cum alteri
per alterum iniqua cõditio inſerri non de-
51 bet l. non debet ff. de reg. iur. de quo ſatis
deductum fuit ſupra in voto 24. Secundo,
quia lis non erat ſuper re dubioſa, ſed clara
dum ex petebatur debitum vigore inſtru-
menti guarentigiati, ad præſtationem aſſi-
52 ſtentiæ, & talia inſtrumenta paratam ha-
bent in Regno executionem Carau. in ritu
166. nu. 10. Graſſ. in prælud. tract. de except.
num. 8., nec aliter poterat tergiuerſari,
quo fit, vt minor, qui nullam defenſionem
habet, cum eum defendere non expediret
53 indefenſus non diceretur, ſi nullus pro eo
compareat ita optimè Puteus deciſ. Rom.
306. num. 3. lib. 2. aut ſi conſtaret eis nullas
competere defenſiones, ob quod indefenſi
dici non poterant latè Ludouiſ. deciſ. Rom.
485. num. 6. & 7. Tertia nullitas reſultabat
ex eo quod prætendebat Actor dum volue
rat exequi ſententiam contra ipsã Antoniã
ſaltim principali nomine, dum fuerat vſu-
fructuaria omnium bonorum relicta inte-
ſtamento

ſtamento, & deinde con 'emnata, & ita ſi
contra ipſam vti tutricem exequi non po-
terat ſententia, ſaltim vti vſufructuariam
ad quem ſpectabat onus ſoluendi onera
hereditaria, hoc eſt ad reſtitutionem bono-
54 rum creditoribus obligatorum: nam ipſa
ſunt creditorum, non autem teſtatoris, &
de illis nequaquam fructus percipere pote-
rit vſufructuarius, per ea quæ notáter pro-
bat Caualc. in tract. vſuſ. mul. relict. ſub nu.
222. & propterea ſi bene fuerat conuent
nomine pupillorum pro debito ipſo te ta-
55 toris ad quos principaliter ſpectabat ſolu-
tio, & ex allegatis nullitatibus iudicium
ſubſtineri, non poterat reſpectu ipſorum,
ſubſtineri tamen poterat reſpectu ipſius
conuentæ; quia actus ſemper præſumitur fa-
ctus nomine vtriuſque, quando negotium
ſpectaret ad vtrumque, vt dixit Maſcar. de
probat. concluſ. 18. nu. 9. de quo ſatis ſupra
56 in voto 66. Nihilominus, quia tenor libelli
erat attendédus principaliter, vt dixit Gloſ.
notab. in l. ſed ſi hoc ſ. fin. ff. de in ius voc.
verbo in ius vocari in fine ibi alij dicunt
vim faciendam in cuius perſonam conci-
piatur libellus, vt ſi tutoris obtineat &c. &
compertum fuit, fuiſſe conceptum libellum
in perſonam Auiæ vti tutricis, & ſic non
ſimpliciter ad hoc vt nomine ipſius, & pu-
pillorum procedi potuiſſet, neque expreſsè
vti tutricis, & vſufructuariæ, vt debuerat
iuxta cautelam proditam à Caualc. loco ci-
tato num. 225. vt bonum eſſet ſi propieta-
rius, & vſufructuarius ſimul conuenirentur
alias ſi dumtaxat vſufructuarius fuerit cõ-
uentus iudicium nullum redderetur, & ſic
per M.C. fuit deciſum ac confirmatum per
57 S.C. in cauſa Catherinæ de Staſio, vt retu-
li in 3. p. noſtri Compendij verbo iudicium,
idcirco ſicuti libellus reſpectu ipſorum pu-
pillorum benè proceſſerat, non tamen re-
ſpectu ipſius tutricis vti vſufructuariæ, quia
non ſimpliciter conuenta fuerat, ſed vti tu
trix, & non vti vſufructuaria: cumque ſen-
tentia ex libello procedere videatur, & iu-
58 xta libellum proferri debuerat cap. licet
de Simon. And. Gail lib. 1. obſeruation. 66.
ſub num. 1. meritò cum fuerat prolata
contra tutricem exequi, non poterat con-
tra eam vti vſufructuariam, ſemper enim
59 attendi debet id quod principaliter agitur
ad tex. in l. ſi in emptione ff. de cõtrah. empt.
60 eo magis, quia ſententia eſt ſtricti iuris Gar-
giar. patroc. 93. num. 1. ideò ſtrictè interpre
tanda, vt ibi ſubdit, nec propterea ſenten-
tia erit extenda ad id de quo non loquitur
Afflict. deciſ. 157. num. 1. quò fit, vt cum
61 fuerit ſententia prolata in perſonam tutri-
cis nomine pupillorum, vt ſolet proferri
ita Marcell. Cala ex Bart confirmat de mo-
do Articul. ſ. 1. gloſ. 3. num. 42. non debet
62 afficere ipſam, ſi alio nomine conueniri po-
terat; imò ſententia lata contra vnum ex
pluribus tutoribus quibus communiter ad-
miniſtratio eiuſdem tutelæ commiſſa erat
alijs non nocet Aſin. in praxi iudic. ſ. 31. c. 2
limit. 26. nu. 2. vbi alia ſimilia adduxit, for-
tius nocere nõ debebat cõuentæ alieno no-
mine non propio. Imo ſententia, quæ de ſe
63 eſt indiuidua, vt fundat Polyd. Ripa in tra-
ctat. de diuid. & in diuid. ſect. 22. n. 19. ex l. in
hoc iudicio ff. famil. erciſc. ſicuti etiam decre
64 tum eſt indiuiduum Afflict. deciſ. 218. nu. 4.
ſequitur Polyd. Ripa in tract de diuid. & in
diuid. ſect. 22. num. 17. videretur ex hoc di-
uidi, & pro parte valere contra eius natu-
ram. Sed replicabat Actor hoc potius iu-
ſtitiam cauſæ contine e, quam nullitatem
ideò nullam rationem fore habendam re-
ſpectu ipſorum pupillorum, quibus nullum
in hoc præiudicium afferebatur, ſi poterat
exequi nec ne contra ipſam vſufructuariã.
Demum circumſcriptis allegatis hinc inde
& benè perpenſis, quia vltra allegatas nul-
litates propoſitas aduerſus proceſſum, ſic
inordinate fabricatum, cenſui potuiſſe
occurri iuris reſtauratione ad releua-
65 men eiuſdem, cuius praxis traditur ab
Afflict. deciſ. 262. num. 8. quod quando pro-
ceſſus redditur nullus ex defectu, quia eſt
factus cum minore, vel ſine ſollẽnitatibus
S.C. ſolet concedere reſtitutionem integrũ
ad ponendum, & probandum quicquid vo-
luerit, & poſtmodum facta concluſione re-
fert fuiſſe prolatam ſententiam contra pu-
pillum, huius auctoritate corroborato pro-
66 ceſſu, quia pariter reſtitutio in integrum ad
uerſus ſententiam fuerat petita ex l. 1. C. ſi
aduerſ. rem iudic. ideo fuit conceſſa petita
reſtitutio in integrum, vt infra certum ter-
minum iura, hinc inde producerentur viſis
actis inuentarij, vt inde ad eius diſcuſſionẽ
ſuo loco, & tempore deueniri potuiſſet die
27. Iulij 1624. Monopoli.

Io. Bapt. de Thoro I. C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Deciſio R.C.S. producitur, vt aſſiſtentia debeat præſtari ſuper iure luendi.*
2 *Aſſiſtentia ſuper imobilibus præſtatur, & num. 25.*
3 *Interdictum vnde vi pro rebus mobilibus, non conceditur.*
4 *Ius congrui, ſeu retractus, non datur, in mobilibus.*
5 *Cenſus, non conſtituitur ſuper rebus mobilibus.*

bus, ſed ſuper imobilibus.
6 *Annui redditus percipiuntur, ex certis fundis obligatis.*
7 *Mobilia bona non producunt fructus.*
8 *Poßeſſio mobilium vilis, & abiecta eſt.*
9 *Bona obligata pro cenſu deſignata videntur, non alia.*
10 *Executio, vt procedat fieri debet ſuper bonis ſpetialiter obligatis, etiam detentis per tertium.*
11 *Executio erit facienda iuxta formam contractuum ſimiliter iuxta formam ſententiæ num. 12.*
13 *Venditio bonorum ſpetialiter obligatorum fit vigore ſententiæ.*
14 *Obligatio bonorum fit ſpetialiter, deinde generaliter per notarios.*
15 *Qui omne dicit nil excludit.*
16 *Bonorum appellatione, in obligationibus, quæ nam veniunt.*
17 *Dictio omnis eſt vniverſalis, & imobilia trahunt ad ſe mobilia.*
18 *Mobilia ſequuntur perſonam.*
19 *Obligatio ſpetialis mobilium exigitur, non generalis.*
20 *Executio incipi debet à mobilibus.*
21 *Executio redditur nulla, ſi fuerit ommißa eius forma, licet alij contrarium dicant; quia appellatur nu. 22. ſed cum diſtinctione concordantur nu. 23.*
24 *Executio fieri debet ſuper illa re, ad quã quis eſt condemnatus.*
26 *Aſſiſtentia cur ita nuncupatur.*
27 *Aſſiſtentia tria continet remedia.*
28 *Hypoteca dicitur ius reale, ſeu actio realis, ſuper rebus conſtituitur.*
29 *Hypoteca pro cenſibus ſuper imobilibus.*
30 *Actio hypotecaria naſcitur dum bona obligantur.*
31 *Saluianum interdictum, eſt merè poſſeſſoriũ adipiſcendæ.*
32 *Saluianum interdictum tunc competit, quãdo ineſt hypoteca. & fortius, ſi eſſet ſpetialis.*
33 *Remedium l. fin. C. de acq. poſſ. eſt merè poſſeſſorium recuperandæ.*
34 *Tex. in l. à diuo pio §. in venditione ff de re iud. non procedit vbi proceditur ſola facti veritate.*
35 *Executio, non retractatur, ſi non fuerit forma eius obſeruata, quando proceditur ſola facti veritate inſpecta.*
36 *Executio fit ſuper omnibus, & quibuſcunque bonis regulariter, & nu. 56.*
37 *Variatio in exequendo, an debeat admitti in iudicio aſſiſtentiæ.*
38 *Variatio creditori conceditur, donec ei ſatisfactum fuerit.*
39 *Ratio prius erit habenda de bonis ſpetialiter obligatis, quam de generaliter.*
40 *Executio in alijs bonis conceditur, in ſubſidium conſtito de eorum defectu.*
41 *Hypoteca expreßa in ſubſidium, non excludit generalem, etiam perexemptis bonis in ſpetie obligatis.*
42 *Executio aliorum bonorum in defectum obligatorum fit, nouo iudicio inſtituto, & ſic deciſum.*
43 *Variatio in modo agendi, in iudicijs ordinarijs aliquando conceditur.*
44 *Executio, ſi fieri prætendatur in alia re non obligata, citationem requirit.*
45 *Ab executione, non eſt incipiendum.*
46 *Animalia, an veniant appellatione bonorũ mobilium, ſeù immobilium.*
47 *Aſinus, vel equus, an veniat appellatione ſupellectilis.*
48 *Res appellatione cauſa, & iura continentur.*
49 *Animalia, an includantur, in venditione fundi.*
50 *Animalia, an cenſeatur eſſe fundi in inſtrumenta, & inter immobilia connumerentur.*
51 *Venditio fundi, an contineat venditionem animalium.*
52 *Animalia aratoria, non veniunt, in generali obligatione, niſi ſpetialiter obligentur.*
53 *Animalia ad centimola deputata, non exequuntur, neque capiuntur.*
54 *Boues aratorij, non exequuntur, neque in ſubſidium, niſi delicentia Collat. Conſil. in Regno, & limitatur nu. 55.*
57 *Appellatione rerum, & bonorum, an veniãt animalia.*
58 *Rei appellatio latior eſt.*
59 *Res ſingulorum, an capi poßint ad vſum publicè vtilitatis.*
retractui, ſicut nec ius congrui in mobilibus locum habet teſtificantur Iacob. Nouell. in tract. de iure proto. §. 1. n. 113. Benedell. in eod. tract. ad princip. conſt. num. 62.
Coſm. Nepita in Conſuet. Catan. tit. 41. nu. 4.
5 & multo magis hoc erit attendendum in caſu præmiſſo, poſtquam certum eſt cenſum
5 nõ aliter conſtitui poſſe ſuper rebus mobilibus, quamuis æſtimatis, vt probat Felicia.
in tract. de cenſibus tom. 2. lib. 1. cap. 4. nu. 3.
Auctor intertus inter alios in tract. diuerſ.
6 de cenſibus num. 6. fol. 195. Sed benè ſuper
re immobili fructifera, vt etiam tradit Boccacc. in tract. de cenſibus p. 1. num. 41. Gratian. latè cap. 141. Milaneuſ. dec. Sicil. 2. nu.
108. ad 119. & num. 171. ad num. 185. & in
deciſ. 9. num. 59. lib. 2. & Franc. Hieron. de

Leo

Leo deciſ.Valen.1.num.1.& 5.ſic & annui
redditus,qui percipi debent ex certis fun-
dis Gratian.diſcept.forenſ.cap.29. nu.29.
Peregrin. deciſ. Patauij 70. Roderiq. de
7 Ann.reddit.lib.1.qu.4.num.27. & ſeq.mo-
bilia enim bona non producunt fructus
probat Giurba deciſ.72.num.6. quorum
8 poſſeſſio vilis,& abiecta eſt,refert Griuel.
deciſ.Dolani 53. num.22. Caſſan. in Con-
ſuet.Burg.tit.de rentes vendues §.3.nu.2.
9 & propterea cum ipſe cõſtitutum recipia-
tur ſuper re immobili certa, inde ſucce-
dente aſſiſtentia preſtari ſuper re ipſa ſpe-
tialiter obligata, vt conſuetum eſt, ſuper
eis erit facienda executio, non autem ſu-
per alijs,ex eo quia bona in contractu cẽ-
ſus deſignata ſunt obligata,non perſona
neque alia bona idem Boccat. eod. tract.
p.3.num,26. in medio Roder.d.tract. eod.
lib.1.q.4.ſub num.34. in tantum, quod ſi
dicta bona obligata ab aliquo detineren-
tur, executio vt procedat contra eũ opor-
tet quod ſubrogatio ſpetialiter ſit facta
Pet. Gregor.de cenſ.q.6.num.6. numer.38.
10 non mirum ſi exequutio facienda erit iu-
xta formam cõtractuum Mieres in Conſt.
Catal.p.2.collat.11.num.6. & conſequen-
ter iuxta formam ſententię Mago.dec.Flo
11 rent. 120. num.9. cuius vigore ad vendi-
tionem rei ſpetialiter obligatæ proceden-
dum fore exiſtimat Imbert. Rupell. lib.1.
12 inſtit.forenſ.in Gloſ.60.in fine. Et propte-
rea cum in emptionum annuorũ reddituũ
omnibus ferè inſtrumentis cenſualibus
cõſuetum eſt per Notarios obligationem
bonorum ſpetialiter mentionẽ facere, de-
inde ſubiungere. & omnium aliorum bo-
norum iuxta mentem Dec.conſ.30. col.3.
13 verſ.2. non obſtat, quem ſequitur Neguſ.
in tract.de Pignor.2.membro 2.p.num.37.
Pet.Greg.vbi ſupra num. 39. ex dictione
14 illa omnis, nam qui omne dicit nihil ex-
cludit l.à procuratore C.mand. ita quod
ſub tali bonorum omnium appellatione
in obligationibus veniunt vtenſilia,domus
15 & alia, quæ quis in ſpetie veriſimiliter
obligaturus non fuiſſet,prout ex Dec.cõſ.
389.Plot.de in litem iur.§.1.num.20. con-
firmat Mollign.in tract.de Appell. vtriuſ-
16 que iur. extenſ. lit. B. num. 132. ſubdens
hoc ideo,quia dictio omnium eſt vniuerſa-
lis cuius natura non eſt recipere aliquam
fallentiam,& eo fortius,quia ipſa immobi-
17 lia trahunt ad ſe mobilia Tiraquell. d.§.
1.gloſ.7.num.82. Barbat. vbi ſupra nu.10.
18 & ſimiliter ipſa bona mobilia ſequuntur
perſonam Caſſan. in d. Conſuet. Burg. d.
tit. de confiſcationis §.1.num.25. Caball.
Millel.570. Coler.dec.German.16. nu.22.
& demum vti acceſſoria & contenta videã
tur in obligatione generali, tam pro per-
ſona, quæ pro immobilibus rebus obliga-
tis, quæ proculdubio exequi poterant, ad-
huc tamen dant cautelam Doct.vt in ſpe-
19 tie ea ſint obligata, vt comprehendantur,
quia ſola dictio omnis non erit ſufficiens,
vt probat benè Neguſan.vbi ſupra nu.41.
& in veſtibus expreſſim ex multis probat
nouiſſimè Anton.Monach.in tract.de exe-
quut.in Veſt.cap.1.num.23.& ſeq. Barbat.
eod.loco num.33. Quamquam autem vi-
deri comperiatur executio ipſa legitimè
facta à mobilibus incipiendo,& iuri ſiqui-
dẽ conſentaneũ eſſe demonſtretur ex diſpo-
ſitione l. à diuo pio §. in venditione ff. de
20 re iudic. vt primo ſ. mobilia, poſtmodum
immobilia capiantur Marant.in Specul.p.
6.in 3. & vltimo actu num 9. Aſinius in
in ſua praxi iudic.§.31.cap.5. num.1. Caſ-
ſan.in Conſuet.Burgun.Rub.5.§. 2. nu.19.
Luc.Petus in praxi iudiciar.capitol. lib. 8.
cap.2.num.10.Maſcat.in prax. S.C. lib. 2.
p.3.gloſ.ſeruata num.8 & 10. Graſſ. inter
commun. opin.lib.7. tit.16. de execut.rei
iud.num.113.Milan.dec.Sicil.5.nu. 45. lib.
1.Coler.in tract.de proceſſ. exeq.p.3. cap.
21 9.num.19. quod eſt adeò verum,vt ſi fue-
rit ommiſſa talis forma exequutio nulla
redderetur,& ſucceſſiuè appellari poſſet,vt
dicunt Doct. in d. §. in venditione Petus
vbi ſupra num.11.Aſin.d.§.31. cap.6. in
princip.Caſſan.optimè in d.Conſuet, Bur-
gund.Rub.11.§.6. ver. contro letenemen-
tier.ſub num.7.latè Muſcar. vbi ſupra nu.
10.vbi num.ſequ.ex deciſis per Franc.dec.
441.cenſuit Sacrum Conſil.retractaſſe exe-
quutionem factam non ſeruata iuris for-
ma,nouiſſimè Gratian.diſcept. forenſ. c.
739.num.14.Milan.deciſ.Sicil. 5. num. 45.
lib.1.Parlador.Rer.quotid.lib.2.cap.fin.p.
5.§.3. num. 4. Coſta de Remed. ſubſidiar.
Remed.43.num.1.Coler. vbi ſupra nu.20.
& ita in praxi ſeruatum cenſuit Vrſill.de-
22 378.ſub num.1. Attamen, non deſunt alij,
qui contrariam ſubſtinent ſententiam af-
firmantes talem exequutionem præter iu-
ris formam factam nõ eſſe nullam,vt poſt
Aſin.d.cap.6.Michael Craſſ.vbi ſupra nu.
116.vbi plures allegat Doct. ibidem Xua-
rez num.48.Manent.deciſ.Mantuæ 19.nu.
11.Gutierez conſ.19. num 9. & Machell.
patrocin.34.nu.6. poſtquam ab executio-
ne facta contra formam d.l. à diuo pro §.
in venditione appellatur,nec aliter de nul-
litate dicitur probat Coſta de remed.ſub-
23 ſid.remed.43.num. 1. Sed pro concordia
amba-

ambarum opinionum, placet mihi diſtinctio
prodita ab eodem Muſcat. vbi ſupra num.
14. quod ordo, & forma diuerſæ ſunt, in exe
quendo ſententiam ſuper actione reali, vel
perſonali, quinimò ſi ſententia prolata fue
rit in actione reali, vt ſi fuerit certa res pe-
tita puta fundus, domus, equus, & ſimiles
tunc proculdubio, non obſeruaretur ordo
d. ſ. in venditione, ſed ſententia exequere-
tur ſuper illa re, ad quam facta fuerit con-
demnatio, vt notatur in cap. cum Bertoldus
de re iudic. Doct. in d. ſ. in venditione Affli.
in conſt. dilationes num. 27. verſ. ſecunda
concluſio cum alijs ibi adductis, & antea
idem tenuit Maran. eodem loco ſupra cita-
to num. 13. ordinem prædictum, non ſerua-
ri, quando ageretur actione hypotecaria
ex Salic. & Soccin. ibi relatis, quamuis in
facti contingentia, non fuiſſent reperta bo-
na mobilia, ſed oblata immobilia fuit per
M. C. deciſum, vt conſignaretur executio
expliciti, & ſic confirmatum per S. Conſil.
in cauſa Franc. Liberani cum Octauio della
bella, vt dixi in 3 p noſtri Compend. verb.
executio, quod ſanè adaptari poſſe arbitror.
ad præmiſſam materiam aſſiſtentiæ, quæ
25 fundatur ſuper re præſertim immobili hy-
potecata, vt copioſè proſequitur nouiſſimè
Barbat. in tract. de reſtitu. interd. ſeu de aſſi-
ſten. Gloſ. 11. per totam, & idcirco aſſiſten-
26 tia nuncupatur, nam cum poſſeſſio ſit ius
inſiſtendi rei, & ex hoc iure inſiſtendi ſum-
ptum eſt vocabulum aſſiſtentiæ ſecundum
Marant in repet. l. 1. ſ. quod ait prætor ff.
vti poſſid. ſeu in tract. de Remed poſſ num,
85. in fine quem ſequitur Rege t. Rouit.
in pragm. 1. aſſiſtent. num. 16. quos etiam
probat idem Barb. d. tract. gloſ. 1. in princi.
vbi num. 5. ſecundum eius opinionem pro-
bat eſſe illud iudicis officium, quod implo-
ratur pro aſſociatione, vt aſſiſtet captioni
poſſeſſionis rei, vt cumque ſit ipſa ſuper re
immobili verſari cernitur, & continere vi-
detur tria illa remedia. ſ. hypotecariam
27 Saluianum interdictum, & Remedium l. fi.
C. de acquir. poſſ. ex Affict. deciſ. 383 Capyc.
deciſ. 51. num. 31. quos ſequitur ibi Rouit.
num. 17. & ſequen. Barbat eod. tract. d. Gloſ.
11 Conſil. Paſcal. de vir. pat poteſt. p. 1. c. 8.
num. 144. quæ ſiquidem remedia omnia
principaliter ſuper realibus conſtituta vi-
dentur eſſe, eo quia hypoteca dicatur ius
28 reale, ſeu actio realis, quia conſtituitur ſu-
per rebus, & per eam non obligatur perſo-
na debitoris, ſed res Neguſ. de pignor. in
princip. num. 3. & p. 5. membro 2. num. 36. &
præſertim ſuper rebus immobilibus, quæ
29 ſubiugantur, pro cenſibus, ex eodem Ne-
guſant. & alijs probat Felician. d. tract. de
cenſibus tom. 2. lib. 1. cap. 1. ſub num. 6. &
30 dū ipſa bona obligantur actio hypotecaria
datur toto tit. ff. de pign. nott. Regen. Rou.
vbi ſupra num. 23. latè Statil. Paciſ. de Sal-
uian. interd. in ſpect. 2. c. 2. per totum præ-
31 terea Saluianum interdictum, quod eſt iu-
dicium merè poſſeſſorium adipiſcende in-
quit ibidem num. 18. Statil. Paciſ in dec. 5.
num. 2. poſt tract. de Saluian. interd. & tunc
32 competit vbi adeſt hypoteca idem deciſ.
126. num. 1. deciſ. 131. num. 4. deciſ. 176. n. 3.
deciſ. 292. num. 2. deciſ. 295. num. 1. & for-
tius vbi eſſet ſpetialis hypoteca idem dec.
29. num. 1. dec. 15. nu. 1. vbi vero ceſſat hy-
potecaria, ipſum quoque ceſſare dixit idem
deciſ. 17. num. 2. deciſ. 18. nu. 1. deciſ. 30. nu.
33 1. deciſ. 31. num. 3. dec. 305. num. 3. Reme-
dium autem d. l. fin. ſimiliter merè poſſeſſo-
rium recuperandæ dixerunt poſt Rouit. lo-
co allegato num. 19. Doct. relati à Menoch.
de Recuper. poſſeſſ. remed. 14 num. 3. Acce-
dat etiam præmiſſis altera limitatio pari-
34 ter conferens noſtro themati ad d. ſ. in
venditione, non aliter ordinem ſeruari poſ-
ſe in exequendo, in cauſis in quibus ſola fa-
cti veritatem inſpecta proceditur, vigore
legum mancipalium, tunc enim virtute il-
35 lius clauſulæ exequutio nequaquam reuo-
caretur, licet ordo minimè fuerit ſeruatus
vt ex Bald. Rom. & Iaſ. probat Grauat. ad
ad Veſtrium in praxi Roman. lib. 8. cap. vlt.
nu. 37. in fine, ſicuti in Regno noſtro com-
probatum eſt ex Cap. Regni de eſtantes, &
in Ritu 289. ibique Carauit. melius in Ritu
288. ex quibus omnibus iunctis, in occurſo
caſu vertente in Curia Regia Monopol.
dum fuiſſet preſtita aſſiſtentia D. Io. An-
tonio Cazanio contra Iulium, & fratres de
Cazano ſuper certis bonis imobilibus ſpe-
tialiter obligatis & cum fuiſſet deinde vigo
re literarum exequutorialium expeditarū
proceſſum ad executionem, certæ quantita-
tis oliuarum recondite in quodam tapeto
exequuto, vt inde olium perueniendum vē-
deretur, pro ſatisfactione crediti, prætendē-
do vti contenti exequi potuiſſe, iuxta vul-
36 gatam regulam illam, quod executio regu-
lariter fit contra omnes, & ſuper omnibus
bonis, vt ex ex Duena Magon. dec Florent.
125. nu. Ceſ. Barz. deciſ. Bonon. 56. num. 24.
& conſequenter illa cedere in ſui beneficiū
replicabatur ordinem fuiſſe peruerſum, nec
aliter erat ſeruandum in caſu allegato ſtē-
te, quod aſſiſtentia ſuper immobilibus fue-
rat conceſſa, & inde exequutum ſuper im-
mobilibus rebus, cōtra formam conceſſam
neque locum eſſe variationi in materia
aſſi-

aſſiſtentiæ lite iam conteſtata ex Capic. de-
ciſ.33.nu.3.probat Barbat. in eodem tract.
37Gloſ.2.num. 19. annuens prolata ſententia
non potuiſſe fieri variationem, & ſequitur
Muſcat. vbi ſupra num. 24. & ſequen. vbi
videtur ex deciſ.de Franch.43.ſub num.3.&
per alia media cōtrarium firmare,nam hoc
procederet in ſubſidium bonorum ſpetia-
liter obligatorum,ſi fortè non reperiren-
38tur, donec non fuerit ſatisfactus creditor
variationem fieri poſſe, vt fundatum eſt ſu-
pra in voto 74.cui addendum eſt Coſt. de
remed. ſubſid.remed.25. num.9. prius ha-
benda ratio erit de bonis ſpecialiter obli-
39gatis,quam de generaliter obligatis,ſeu hy
potecatis l.2.Cod. de pignor. notat Parlad.
Rer.quotid.lib.1.cap.3.num.26. vt diximus
ſupra in d.voto,& ſi contingerit,ea nō exi-
ſtere,vel minus ſufficientia in ſubſidium,li-
40cet concedatur remedium aduerſus alia
bona conſtito prius de eorum defectu ita
Milanenſ.deciſ.Sicil.5.num.44.lib. 1. nam
exequutio vna impedit aliam quandiu non
eſt ſatisfactum creditori Anton. Fab. in d.
Codice lib.7.tit.20.defin 4.num.1. cum ipſa
41hypoteca expreſſa in ſubſidium non exclu-
dat generalem etiam peremptis bonis in
ſpetie obligatis Coſta de remed.ſubſid.Re-
med.124.n. 31 nō tamē vigore illius iudicij
iam finiti,ſed nouo iudicio cepto,vt in ſpe-
42tie in occurrenti caſu decisum refert Mu-
ſcat.loco præcitato num.29.ex deciſ. Guid.
Papę 318. vbi ſub num.32. in iudicijs ordi-
43narijs potiſſimum hoc procedere dixit mo-
dum agendi tantum variari poſſe ex Mar.
Frece.vt regreſſum conſequatur ad alia bo-
na de nouo conſequenda: ideo in ca u præ-
dicto iudicaui, vt Actor vteretur literis e-
44xequutorialibus ſup bonis in iudicio dedu-
ctis tantum,ſaluis iuribus ei competentibus
ſuper variatione fortè petenda inſtructo
proceſſu,nam ſi fieret exequutio in alia re,
quæ ſit iudicata tunc quia citationem re-
quireret probat Magon.dec.Florent.20.n.
10. meritò ab executione non erit incipiē-
45dum l.ab executione C. quor. appell.non
recip. Nec quò ad executionem bonorum
mobilium,quò vero ad exequutionem ani-
malium videndum erit quid iuris ſi conceſ-
ſa aſſiſtentia ſuper certo corpore immobi-
li ſpetialiter, poſſit vigore literarum exe-
quutorialium pariter procedi ad exequu-
tionē animaliū prout cōtingit in eadē cau-
ſa Magiſtri Iulij Patiſſæ creditoris eiuſdē
Io.Dominici Guidæ,cui fuit conceſſa aſſiſtē-
tia in forma;pręſertim ſuper certo Molen-
dino ſpetialiter obligato, & compertum
fuit tam ſuper dicto molendino, quā ſuper
mulabus exequutum fuiſſe, & pariter ſuper
bobus Aratorijs, dum igitur contentio eſ-
ſet ſi exequi potuerant animalia prædicta
dicebatur pro reis conuentis nullatenus
fieri potuiſſe, primo, quia appellatione bo-
46norum mobilium, aut immobilium nulla-
tenus animalia veniunt ita Bart.in l.1.nu.1.
ff.de ſuppell. leg. vbi notanter dixit, quod
47aſinus, & equus appellatione ſuppellectilis,
aut maſſaritiarum non veniūt Molligpat.in
tract.de appell.vtriuſque iur.extenſ.lit. M.
num.696. ſimiliter nec appellatione rerum
48continentur,cum rei appellatione, & cauſæ
& iura contineantur l.rei appellatione l.2.ff.
de verb.ſign. cum alijs apud eundem Mol-
ligant eod tract.lit.R.num.981. Præterea ſi
ageretur de venditione fundi, vel obligandi
49nequaquam animalia continerentur pro-
batur in l. cum de lanionia §. aſinam ff. de
fund.inſt.vbi I.C. ait aſinam Molendinariā
& molam negat Neratius inſtrumento fun-
50di contineri;nam licet animalia inſtrumen-
ta fundi cenſeantur,tamen inter mobilia
connumerantur,vt ſunt boues,& aſini pro-
bat Tiraq.d.tract.& §.2.gloſ.7.num.118.ſi-
militer vaccæ & pecora Arnal.Ferron. in
Conſuet Burdegal.tit.de dote §.6.& 8.ſimi-
liter & boues contra Bertacc. voluit Par-
lad.Rer.quotid.lib.2.cap.fin. §.3. num.14.
51hinc eſt, quod vendito fundo non veniunt
boues aſini vegetos,& aliquid ei non fixum
niſi expreſsè aliud actum ſit ita Rolan. conſ.
54.num.34.volum.3. Ioſeph Ludou. in ſuis
concluſ.tit.de verb.ſign. concluſ. vnica vlt.
col.verſ. boues etiam & ita alias in contin-
genti caſu iudicaui in cauſa Cæſaris valente
A.M.D.cōtra illos de Mizza, quia tam mo-
lendina, quam animalia eis vendita ab eodē
Cæſarę cū reſeruatione dominij ſpetialiter
erant obligata, fuerunt tñ omnia exequu-
ta,& animalia ipſa vendita in petra bannij
d.Ciuitatis, neque animalia aratoria veniūt
52in generali obligatione, vt probat Mieres
in conſ.Catal.coll.2.cap 49. & coll.4.cap. 2.
num.5.niſi ſpetialiter fuiſſent obligata ſub-
dit num.6. & 21. Vnde reſpectu ipſorum
53animalium ad centimola deputatorum cer
nimus, ea capi non poſſe,vt diſpoſitum eſt
in cap pridem vbi Camp.ſub nu.26.notat in
Cap.Grauamina n. 46.in c.iuſtitiarij, & ſub
officiales, & conſequenter nec ea exequi
Parlad.d.tract.& loco ſupra citato num.16.
expreſſim Aſin. in d. praxi iudic.§.31.cap.
2.limit.37.num.1.Ferrect.in tract.de gabell.
54num. 532. ſimiliter neque boues arato ij
exequi Maran.de ſpecul.p.6. verb.exequu
tio num.31.Aſin.d.§.31.cap.2.limit.33.nu.1
Mieres vbi ſupra num.3.& 9.& coll.2. c.1.
nu.5.

Digitized by Google

num.5.& collect.4.cap.2.num.3. Giurba
deciſ.Sicil.40. num.3.vbi addit num. 12.
quod neque in ſubſidium capi poſſint Pe-
guer. deciſ. Catal.184. num. 1. Ignat.del
Villar. in Sylua reſponſor. lib.2. Reſp.16.
cap.1.num.21.Collant. de re frumen. lib.
1.cap.3.& ſequ Ferrect. ibidem num.525.
vbi num.ſequ.ſubdit etiam ſi expreſsè pa-
ctum fuiſſet ſuper eis exequi Coſta de re-
med.ſubſid.remed.43. num.6. Ignat. del
54 Villar.vbi ſupra num. 36. & in Regno po-
ſtiſſimum ſtatutum eſt,ea minimè exequi
poſſe,abſque licentia Collateralis Conſil.
vt in d. cap. pridem vbi Camp.& confir-
matum eſt in prag.1.& 2.de beſtijs Vacc.
vbi Regen.Rouit.& hoc eſſe ſatis laudabi-
le, vt eſt Bononiæ,ex decreto firmat An-
ton.Monach.d.tract.cap 3.num.27. & 28.
vbi antecedenti num.19.ex Trentacinq.
55 limitat ſi eſſent indomiti, vel non apti
ad gigendum, aut ſenio confecti ſecundũ
Rouit. 161. Ex aduerſo autem dicebatur
potuiſſe fieri exequutionem ſuper dictis
56 animalibus, ne dum quia exequutio ſen-
tentię fieri poteſt contra omnes,& in qui-
buſcumque bonis, quia regulæ generalis
eſt,quod omnia cenſentur permiſſa,niſi in
iure expreſsè reperiantur prohibita l. nec
non §.quæ ff.ex quibus cauſ.maior.Nicol.
Caluol.in eius praxi §.exequutio, ſenten-
riæ concluſ. vnica nu.1. ſed etiam quia ea
57 veniunt ex generalitate appellationis bo-
norum,& rerum ſecundum Bart. in l. an
cui argentum §.argento num.5. ff. de aur.
& arg.leg.Iacob.de Carol.in Gemmãt. pa-
uone colore 2.num.7. vbi alia adduxit,Rei
58 autem appellatio latior eſt inquit I.C.in
l.rei appella.1.ff.de verb. ſign. de largior,
ideſt generalior, quo fit vt etiã res ſingu-
59 lorum capi poſſint ad vſum publicè vtili-
tatis Alex. ad Bar. in l.1. C.ne op. à col.
exig.lib.10. verſ. nota per iſtam legem
col. 4. hinc eſt quod aſinus ruſtici capi
60 poſſit,vt per eũ ducatur malefactor ad pa
tibulum ſubdit ibi Alex.ante eum notabi-
liter Pariſ. de ſyndic. verb. an officialis
poſſit capere rem num.2.fol.78. vbi alia
exẽpla deduxit, & præſertim,ꝙ poſſint ca-
pi boues pro traxinando hominem delin-
quentem ad mortem damnatum Anton.
Gabriel.lib.3.commun.opin. tit. de iure
quæſit. non tollen. concluſ.2. num.7. latè
Muta in cap. Sicil.36. tom.2. num.9. & in
61 cap.13.num.3. Similiter,& bonorum ap-
pellatio generalis oſtẽditur,cum in bonis
ne dum,ea quæ dominij noſtri ſunt conti-
neantur, ſed & ſi bona fide à nobis poſſi-
deantur l.bonorum vbi Alciat. ff.de verbo
ſing.Molligat.eod.tract.lit.B.num.126. &
propterea ipſa animalia contineri,viden-
62 tur eo nomine eum in bonis ſint, adeò ꝙ
etiam equus dimiſſus in paſcuis poſſide-
tur Bar.in l.poſſideri §.Nerua filius num.
2.ff.de acquir.poſſ.& vt vniuerſalis omnia
63 bona mobilia,& immobilia iura & actio
nes ac nomina comprehendit in te The-
ſaur.iun.lib.1.quæſt.forenſ.2.num. 1. mo
bilium præſertim, & non mirum ſi omnes
ſpecies bonorum comprehendantur ipſa-
64 rum mobilium bonorum appellatione, &
etiam nomina debitorum, vt per Magon.
deciſ.Floren.146. num.1. Paul Fuſc. ſing.
32.lit.B.Marc.deciſ.815.p.1. latè Burgn.
deciſ.6.num.3.4.5. & 7.par. 2. & in tract.
de vſuf.mul.rel.num.82. Anchar.quæſt.79.
lib.3.Coler.in deciſ.German.286. nu. 15.
qui etiam teſtantur animalia contineri,
prout in conſimili deciſum tradit Ioſeph.
Raymon.conſil.13.de inſtitutione facta in
65 bonis mobilibus,vt etiam pecuniæ anima-
lia,aurum,argentum, & fructus a ſolo ſepe
rati contineantur, ſimiliter, & pecora
Anton.Ferron.in conſ.Burg. tit. de dote
§.8.ſupperaddita etiam dictione omnis,quę
66 omnia includit & nil excludit, vt dictum
eſt ſupra,& maximè ſi pluraliter apponere-
retur, quoniam tunc eſſet collectiua ſecũ-
dum Bar.in l.hoc articulo nu.3. ff. de hæ-
red.inſt.& l.Moſchis ff.de iur.fiſc.Molign.
d.tract.lit.R.num 963. quapropter per ea
quæ ſuperius dicta ſunt,vt inter mobilia
ipſa animalia communerentur, rectè dici
poſſit ea ſimiliter partes fundi eſſe vt in
aſino, & boue notat Tiraquell. loco ſupra
relato, & conſequenter venire in obliga-
tione generali, & ſi non principaliter in-
67 conſequentiam, etenim in bulla cenſuali
Nicol.V.mobilia non excluduntur ibi mo
bilia,&c. vt ibi notat In cert.Auctor nu. 6.
68 ſicque executio competit virtualiter pro
contentis, non ſecus ac ſi eſſent expreſſa
Gratian.diſcept.forenſ.cap.770. num.22.
& cap,671.num.11. & 12. præſertim exe-
cutio inſtrumenti habentis paratam exe-
69 cutionem,nam fit etiam in tacitè compre-
henſis, quemadmodum in expreſſis Ma-
gon.deciſ.Floren.3.num.20 & ita ſi habe-
re communem opinionem teſtatur Barz.
70 deciſ.Bonon.16 num.37. & tandem, quia
appellatione bonorum etiam mouentia
continentur l. mouentia ff de verb. ſign.
per quem tex.ex Alciat.Sola in conſtitut.
Sabaud.tit.de forma ac ord.proced.Gloſ.
71 2.notat exequutionem rei iudicatæ fieri
priuſquã in ſe mouentibus,vt puta in equis
mulis,aſinis,bobus,& ſimilibus.Nec prom

demandetur ſuper bonis ſalua perutiſione facięda ſuper exceptione rei iudicatæ viſo exitu executionis Prædictæ, quā refert Iudex Taſſonus in obſeru. iuriſd. ſuper prag. de antefato verſ. c. 12. obſeru. 2. n. 37. cum ſeq. etenim exequutio contractus in ſpetie ipſa venditæ prius fieri debet, & in defectum ad pretium, probat optimè Giurba deciſ. Sicil. 114. num. 1. ex tex. in l. qui reſtituere ff. de rei vend. cum alijs ibi adductis. & ſic conſtito prius de defectu illius rei obligatæ, vt tradit Milan. deciſ. Sicil. 5. nu. 44. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinitas excuſat delictum.*
2 *Iracundia excuſat delictum aliquando.*
3 *Iracundia, mentis operatur alienationem.*
4 *Facta calore iracundiæ, nullius ſunt momenti.*
5 *Reo delinquenti calore iracundiæ, parci debet.*
6 *Iniuria per iracundiam & lubricum linguæ læta, non punitur exemplo oſtenditur nu. 7.*
8 *Iniurians tenetur iniuriato ad reſtitutionem famæ & reuocandum iniuriam & veniam petendo.*
9 *Palinodia cani debet in ſcriptis, vt apud Hiſpanos, atque Germanos eſt receptum.*
10 *Diſdicta apud miletes, quæ nam ſit, & qualiter fiat.*
11 *Iniurians poteſt iniuriam reuocare, ſi id calore iracundiæ dicta fuit.*
12 *Reuocatio iniuriæ fieri debet infra 30. dies vel vſque ad litis conteſtationem.*
13 *Reuocatio iniuriæ fieri debet incontinenti.*
14 *Quæ in continenti fiunt cenſentur inesse.*
15 *Iniuriarum actione, non tenetur qui incontinenti illam reuocat, & proinde puniri, non debet.*
16 *Ignominioſa pena eſt palinodiam canere.*
17 *Furioſus ſatis ſuo furore punitur.*
18 *Palinodiæ cantatio, in quo conſiſtit, & praxis de hoc oſtenditur.*
19 *Diſdicta inter milites, dicitur eſſe vituperium.*
20 *Palinodiam canens exautoratur toto honore.*
21 *Pena contra palinodiam canentes, quæ nam ſit.*
22 *Palinodia, quas iuſte continere debet iniurias remiſſiue.*
23 *Iniuria ſine animo iniuriandi, non committitur.*
24 *Palinodia coram honeſtis viris debet cani & an coram pretore.*
25 *Palinodiæ cantatio, quando ceſſet.*
26 *Palinodia cani debet in eodem loco, vbi iniuria fuit dicta.*
27 *Palinodia cani debet, etiam ſi in abſentia fuerit iniuria dicta.*
28 *Iniuria facta abſenti, vel præſenti à pari procedit.*
29 *Ira delictum an excuſet.*
30 *Delinquens ex iracundia mitius punitur.*
31 *Palinodiam canere, non tenetur ob conuitium dictum calore iræ.*
32 *Palinodiæ cantatio ab aula receſſit, maximè in Regno, & nu. 52.*
33 *Satisfactiones in Regno fiunt non per viã ſententiæ.*
34 *Reſtitutio rei ſubtractæ, non facit, vt pena furti ceſſat. & ſic deciſum.*
35 *Iniuria remiſſa in foro conſcientiæ, non impeditur quin poſſit in foro fori vendicari.*
36 *Iniuria, non cenſetur remiſſa, per penitentiam.*
37 *Iudex (parte deſiſtenti vel remittente) poteſt crimen punire ex officio.*
38 *Ius fiſci, non cenſetur ſublatum, per deſiſtentiam accuſatoris.*
36 *Iniuria, an dicatur ſi dicta fuerit cum proteſtatione ſaluo ius honore.*
40 *Proteſtatio, non releuat iniuriantem.*
41 *Iudices omittunt in ſententijs proteſtationes iniuriantium, & aliam penam arbitrariam imponunt.*
42 *Reſeruatio in ſententia nullatenus facienda erit, circa proteſtationem iniuriantis.*
43 *Perſonæ qualitas auget delictum.*
44 *Atrox iniuria eſt, quæ infertur officiali.*
45 *Iniuria atrox dicitur, quando coram pluribus infertur.*
46 *Iniuria illata officiali, cenſetur Regi illata & nu. 60.*
47 *Officiales Regis perſonam repreſentant.*
48 *Pena duplicata punitur, iniurians officialem.*
49 *Pena, quæ impoſita eſt iniurianti officialem refertur.*
50 *Scelus mandã eſt contumelijs magiſtratũ afficere.*
51 *Actio vendicandi iniuriam factam officiali, domino ſpectat.*
52 *Vindicta fieri debet, per eundem officiali iniuriatum, quando intuitu officij ſit*

Digitized by Google

53 *Actio iniuriarum, non extinguitur per reuocationem illius.*
54 *Proteſtatio contraria iuri, nihil operatur.*
55 *Penitentia in delictis, non datur.*
56 *Accuſatio per remiſſionem, non cenſetur remiſſa.*
56 *Iudex non poteſt condemnare iniuriantem ad faciendum diſdictam, ſeu palinodiam canendum.*
59 *Vendicatio iniurie facta officiali ſpectat ad Regem.*
60 *Officialis, non poteſt iniuriam factam ſibi remittere, in praiudicium Regis.*
61 *Iniuria facta officiali eo volente, adhuc Regi facta videtur, ita vt eius remiſſione opus eſſet.*
61 *Monicus non poteſt remittere iniuriam abſque Abbate, & idem inclerico.*
64 *Iniuria facta monaco cenſetur facta Monaſterio, & Eccleſia.*
65 *Remiſſio iniuria facta, moniali fit S. P. quia Chriſtus cenſetur offenſus.*
66 *Iniuria facta famulo cenſetur domino facta, ſicut ciui ciuitati, & vaxallo domino & ſocio alijs facta videtur.*
67 *Deciſio Seſſe 345. declaratur.*
68 *Reſcriptum transmiſſum Iudici, vt Iudici transfertur, ad ſucceſſorum in dignitate.*
61 *Delegatio facta alicui officiali, precedente nomine propio, & inde dignitatis ceſſante dignitate, nõ ceſſat, & caſus obſeruantiæ referuntur num. 70.*
69 *Delegatio cauſarum facta à Principe officiali, non ceſſat per augmentum dignitatis, ſi ad maiorem officium aſcenderit.*

ARGVMENTVM.

Iniurians Officialem, & ſi reuocauerit iniuriam deinde, an contra eum procedi poterit, non obſtante reuocatione certo modo facta, pro ſatisfactione iniuria illate, non tamen formiter.

Adiutor meus, & protector meus es tu: Deus meus ne tardaueris.

VOTVM. LXXVII.

QVidam N. quodam ſero exiſtens in platea publica inſimul, cum aliquibus perſonis colloquendo, audito nuntio fuiſſe ordine Regij Gubernatoris, carceratum Io. Franciſcum Scaglionum eius Amitinũ calore iracundiæ motus, nonnulla verba, præiudicialia, & iniurioſa protulit aduerſus d. Gubernatorem abſentem, imo actua tium præ ereuntem admonendo, vt ea ipſi referret, & inde peruento ad aures Gubernato is illius audacia, ac malo procedendi modo, ſic audacter verba contumelioſa contra eum irreuerenter pronunciando, iuſſit informationem capi illico, de omnibus certiorem faciendo Excellentiſſimum Proregem, interea in ſe reuerſus, poſt paucos dies palinodiam canendo totum oppoſitum aſſerere in ſcriptis confeſſus fuerat, nil contra Gubernatorem in ſui preiudicium pronuntiſſe, & ſi fortè aliquod obſonum protuliſſet, id calore iracũdiæ proceſſiſſe affirmabat, quod ſuæ ebrietati potius abſcribendum foræ aſſerebat, inde aduenicnte nuntio ordinario procaccij inter cæteras epiſtolas, fuit mihi traſmiſſa epiſtola eiuſdem Excellentiſſimi Proregis delegantis cauſam prædictam, vt contra ipſum rigoroſè procederem, ad exemplũ aliorum ad notabilem caſtigationem cõuenientem, contingit ante omnia ſuper prædictis de aliquibus dubitari ſi contra eum rectè procedi potuerat, dicebatur principaliter ad ſui excuſationem talia verba protuliſſe fretus calore iracundiæ adeò, quod dum fuerat captus d. eius conſanguineus carceratus pro leui cauſa, & mox aliter egrè tulerat carcerationem ſic violẽter factã, hinc ſubſequũtur primo cau ſam iracundiæ fuiſſe legitimam, & de iure
1 conſanguinitas excuſat notat Gloſ. in l. 4. §. fin. verbo parentum ff. de re milit. facit tex. in l. 2. ff. de recep. vbi Gloſ. verbo iuncta quoque cum ipſa, iracundia pariter
2 excuſãdus veniebat, nam prout dixit tex. in l. quidquid calore ff. de reg. iur. quidquid calore iracundiæ, vel fit vel dicitur non prius eſt, quam ſi perſeuerãtia apparuit iudicium animi fuiſſe ibique Cagnol. Cap. deciſ. 58. Beluis Paris, & Tiraquell. quos citat Bonacoſſ. in quæſt. crim. verbo iniurijs verſ. ſtatutum de iniurijs iracundia
3 ipſa mẽtis operatur alienationem, vt notat ibi Dec. ad quod Tiraquell. de penis temp. cauſa prima ſub nu. 21. allegat illud vulgatum, impedit ira animum, ne poſſit cernere verum, & per d. tex. ac alia iura nu. 24.

4 num.24. dixit iracundiæ calore dicta facta-
uæ irrita nulliuſue eſſe momenti I.C ſanxie
runt latè Io.Arnon epitom.57.& 58.Tira-
quell.de penis cauſa 1. num. 24. cum alijs
apud Almont.Ciatt. in tract. de confeſſ. rei
5 contra fiſcum cap.16.& conſequenter par-
cēdus erat,vt ex tex.in l.1.C.de maled. no-
tat Gloſ.in l.famoſi verbo parcendum ff.ad
l.Iul.Maeſt eo quia iniuria illata per iracū-
diam , & per lubricum lingue, non punitur
6 regulariter Farinacc. in eius praxi crimin.
quæſt.105.num.149. in ſimili caſu alterca-
7 tionis iniuriæ prolat; per aliquem, contra
iuratum in eius abſentia vt non ſit punibi-
lis loquitur Seſſe dec. Aragon.345. tom.3.
8 & quatenus iniurans teneretur iniuriato
ad reſtitutionem famę & ad reuocandum
iniuriam,& petendum veniam ab ipſo iniu-
riato,in illis locis inquibus iniuriam intulit
vt prolixius ſectatur Farin. in eadem quæſt.
9 105.num.71. Accedebat tamen prædictis
reuocatio iniuriarum illico facta in ſcriptis
quæ nedum ex communi obſeruantia ad-
mitti ſolet prout eſt apud Hiſpanos Palino
diam canere,vt in l.2 tit.10. lib. 8. recomp.
& ibi Greg. Lop. notabiliter Couar. lib. 1.
var.reſol.cap.11.num.2. Parlad. lib.1. re-
rum quotid.cap.17.Pet. à Plaça epit. delict.
cap.1.num.7. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.
5.Gloſ.1.p.1.nu.103. & ſequ. Inſuper apud
Germanos teſtatur And. Gail lib.1. pract.
obſeru.in obſerua.65.& ſic in alijs partibus
10 quemadmodum apud milites diſdicta nun-
cupabatur texte P ride de Re milir.lib 10.
tit de impreſijs,& diſdicta qu. 14. in princ.
quem etiam ſequitur Neuizan. conſ.76 n.4.
vbi poſuit formam qualiter diſdicta fieri
debeat , quod etiam apud omnes homines
ita conſuetum eſt ſeruari ſatisfactiones ita
facere diſdicendo ex multis probat Franc.
11 Marc.dec.43.num.7.tom.2. Sed etiam iure
comprobatum eſt iniuriantem calore ira-
cundę reuocare poſſe,vt probat poſt Arn.
epitom.d.57.& 58.Cagnol.d.l.quicquid ca-
lore num.11. & ſubdit num. 12. cum ſequ.
reuocationem ipſam fieri poſſe ſecundum
12 aliquos infra 30.dies, vel vſque ad litis cō-
teſtationem ſecundum alios,vt nu. 13. ſub-
ſequitur,ſed vt ipſe arbitratur eius eſt opi-
nionis, vt incontinenti reuocatio fiat iuxtà
13 cautelam Blanci,incip.dicens alicui, quia
quæ incontinenti fiunt cenſentur ineſſe l.
14 lecta verbo dicebam ff.ſi cert. pet. eum ſe-
quitur alios citando And. Gail lib. 2. pract.
obſeru.in obſeru.106.num. 8. ex Lanfranc.
Helyn.& Marſil.Gratian. dec. Marchiæ 58.
& Farinacc.in eius praxi qu.105 num. 153.
15 & 154. ſicque iniuriarum actione non te-
netur,qui iniuriam illatam reuocet ita Fa-
rinac.in eius praxi crimin.q.20.nu.59. Data
igitur tali reuocatoria facta, conſequenter
erat ipſum,non aliter puniri debere Merē-
da conſ.25. num.15. & conſ.95. num.4. p.2.
Plotus conſ.35.num. 15. cum ſatis ſit ſua
met verecundia punitum fuiſſe , quia igno-
16 miniola pena eſt palinodiam recanere Gra-
tian.in addit.ad deciſ.195.nu.1. quemadmo-
dum in furioſo præſcriptum eſt ſatis ſuo
17 furore puniri l.patre furioſo de hijs,qui ſunt
ſui, vel alien. iur. poſtquam ipſa palinodiæ
cantatio conſiſtere videtur , vt cantet op-
18 probia, & fateatur ſe iniuſtè dixiſſe petat-
que veniam , & famam reſtituat teſtatur
Gail d.lib.1.obſeruat 65. ſub num. 2. verſ.
modo quæritur ex Greg. Lopez confirmat
Parlad. vbi ſupra num. 48. quem ſequitur
Ceuallos pract.quæſt.in quęſt.128. num. 8.
vbi addit debere aſſerere mentiſſe , quod
alijs non placet,ſed melius Paris de ſyndic.
verbo,quia pluries num.5.cum ſeq. de hoc
agit,ac alijs modis faciendi tales ſatisfactio-
nes tam inter pares , quam inter diſpares
vbi etiam aſſeruit conſuliſſe Neapoli vt
omnia verba vtriuſque partis in actis de-
ſcriberentur,ſicuti inter milites maximum
19 dicitur eſſe vituperium, & morti ſimilis di-
ſdicta idem Paris vbi ſupra lib.9 quæſt.26.
num.1.& d.tit de impreſijs q.19. num.2. ra-
tionem aſſignat , quare morti ciuili dicatur
æqualis,ita etiam apud cęteros homines pa
ganos, adeò, quod qui palinodiam canit to-
20 to exauroratur honore, & quantauis digni-
tate perfulgeat,in ordinem redigitur dixit
Parlad.vbi ſupra num.46. vltra aliam pe-
nam pecuniariam relatam ab ipſo Couar.
21 ibi in principio , imo & aliam relegationis
in caſu relato per Fontanell.allegato loco
num.106. & infamia etiam notatur Gratia.
in d.Addit num.6. ac alia pena à iure debi-
ta,vt dixit Par. d. verbo quia pluries ſub n.
7. Ex parte autem fiſci replicabatur ex
pluribus non fuiſſe ſatisfactum iniuriæ illa-
tæ Gubernatori,& propterea ſeuerius cum
eo agendum erat, & primo dicebatur iniu-
rias prolatas(quę modeſtiæ cauſæ ommicti
22 tur)comprehenſas eſſe in caſu vbi palino-
diam canere tenebatur,quos numerat Par-
lad. vbi ſupra , non aliter dictas vt Reipu-
bicæ intereſſet ad excuſationem penæ im-
poſitæ,vt per eundem Pet.Plaça vbi ſupra,
& eundem Parlad. eodem loco num. 33.
Sed animo potius iniuriandi: nam iniuria,
ſine animo iniuriandi nō commictitur Ma-
cerat.lib.3.var.reſol.1. num.57. Iodoc. in
praxi crimin.cap.36.Farinac.d.q.105. n.111.
conſ.30.nu.46.76. & 132. præterea non ap-

parebit facta formiter, hoc eſt coram ho
24 neſtis viris aſſerere ſe mentitam fuiſſe, vt
notat ibi Couar.num.7.& & Plaza ibi, vbi
addit faciendam eſſe etiam coram præto-
re, & cum alijs requiſitis traditis per Io.
Ferrar.in ſuo proceſſu Iudic.p.2. in addit.
ad cap.9.verſ.ad verba donec, ſicuti quã-
25 do iniuria ita dicta fuiſſet in cetu hominũ
cum vociferatione, vt in caſu præmiſſo, a-
lias locum non haberet pena palinodiæ, vt
teſtatur ibi Parlad.num.43.& 45. imo in
26 eodem loco vbi iniuriam intulit Bertaz.
ad eius patrem conſ.307.2. tom. in addit.
vbi alia poſuit Gratian. in eadem addit.
num.7.& 8. Farinacc.ibi num.156. inſuper
excuſatione dignus non erat, quia non co-
ram eodem Gubernatore verba protule-
27 rat, ſed in eius abſentiam, nam hoc parũ
prodeſſet ad penæ ſubſtentationem, quæ in
caſu prædicto etiam locum habere vide-
batur per multa iura congeſta ab eodem
Parlad.in citato loco num.43. & 45. &
ante eum Iodoc.in praxi crimin. cap.136.
num.5. vbi parificat iniuriam factam præ-
28 ſenti vel abſenti etiam fieri Bertaz.conſ.
206.num.1.tom.1.Magon. deciſ. Florent.
25.num.1.Farinacc. in eius praxi qu. 105.
29 nu.56.& 83. Et demum, quia ira regula-
riter delictum non excuſat tradit Dec.d.l.
quicquid calore num.6.Iul.Clar.§.iniuria
num.17.Neuiz.vbi ſupra num.1.Caſt. dec.
Sicil.159.num.14.& 17.Viuius deciſ. 368.
num.4. & copioſè Farinacc. eodem loco
num. 150. hanc ſubſtinet opinionem, ad-
30 huc tamẽ puniendus veniret delinquens,
vt ſi non ex toto leuius puniretur Dec.vbi
ſupra num. 7. ibidem Cagnol.eod.num.7.
Tiraquell. eod. loco num.1.Parlad.vbi ſu-
pra num.39.Caſtill.num.7.Boſſ. in tit. de
iniurijs num.22.Anto. Fab. in eius Codice
lib.9. tit.20. defin.1. num.1. Farinacc.vbi
31 ſupra, quo fit, vt palinodiam canere quis
non teneatur, ob conuitium obiectum ca-
lore iracundię ita Plaza in eodem epitom.
cap.2.num.19.ſicque talis diſdicta in ſcri-
ptis facta ſibi prodeſſe non poterat, vltra
32 quod penã ipſam palinodiæ ab Aula re-
ceſſiſſe refert ibi Fontanell.ſub num. 106.
& teſtatur Gratian.dec.Marchiæ 195.n.5.
& in camera imperiali ciuiliter agitur de
hoc dixit And. Gail d. obſeru.65. num.5.
ex noſtratibus firmat Farinacc. eod. loco
num.73. prout in Regno iſte nullatenus
ſeruari compertum eſt, niſi inter duelliſtas
& alias perſonas de conſenſu ipſarum non
33 per viam ſententiæ teſtantur Gratian. d.
deciſ.mox citata nu.4. Carau. in ritu 311.
ſub 20.ante eum, & hoc non debet afficere iuri publico, hoc eſt iudiciario ordini
criminali, videmus.n. ex iuris diſpoſitione
quod non per hoc, quod ſit facta reſtitutio
34 rei ſubtractę ceſſare debet iudicium vltio-
nis ad tex.in l. non prodeſt ff. vi bonorum
rapt. & ita deciſum refert in contingenti
caſu Affl.in conſt.violentias ſub num. 75.
cum alijs adductis in prima parte noſtri
Compendij verbo Raptor, vltra alios rela-
tos per Farinacc.in eius praxi quæſt.124.
num.122. præterea iniuria ſi fuerit remiſ-
35 ſa in foro animę poterit iniuriator accu-
ſari per iniuriatum remittentem Marant.
in Specul.p.6.verbo inquiſitio nu. 89. Iul.
Clar. d.§. iniuria num.12. cum alijs apud
Mattam de ſucceſſ.legali p.3.quæſt.14.ar.
5.nu.11.& ſeq.Godif.à Bauo in tract.Rea-
tuum quæſt.5. num. 64. & ſi contra eum
procedi ceſſante accuſatore, quia non cẽ-
36 ſetur remiſſa per talem penitentiam Mar-
cus deciſ.736.num.3.tom.2. Laurent. dec.
Auenion.164.nu.13. , etenim Iudex par-
te deſiſtente, vel remittente iniuriarum
37 crimen ex , officio tunc procedere poſſet
probat ex Foller. in fragm.num. 142. in
medio Muſcat.in praxi crimi.rub. de iniu-
rijs num.31. nam per libelli præſentatio-
38 nem, ſeu accuſationem ius Curiæ acquiſi-
tum eſt, & proinde non poterit iuri Curiæ
quæſito præiudicare per deſiſtentiam, ſeu
remisſionem, quin poſsit contra reum pro
ſequi ad penæ impoſitionem optimè Fol-
ler.in fragm.eius praxis num. 140. Deni-
39 quę ſi iniuria diceretur cum proteſtatio-
ne hoc eſt tu mentiris ſaluo honore tuo, nõ
per hoc diceretur iniuriam, non intuliſſe
ad tex.in l.ſi non conuitij C.de iniur.Bart.
in l.quæ omnia ff.de procur. Boſſ. in tit.de
iniurijs num. 10. cum alijs allegatis per
Fuſcum ſing.29.lit.1. & talis proteſtatio
non releuaret idem Bart.in l.ſi quis extra-
neus num.3.ff.de acquir.her.eum ſequitur
40 Iul.Clar.d.§.iniuria num.14.& ita in fa-
cti contingentia deciſum teſtatur Guid.
Papa deciſ.465.Iodoc.d. cap.136. num.7.
Gratia.vbi ſupra num.24.& ſequ. eiuſdem
deciſ.58.num.3.idem tradunt, & Farinacc.
loco citato nu.312. idem Gratian. diſcep.
forenſ.cap.81.nu.1.Iul.Clarus in §.iniuria
num.14.idem Farinacc.conſ. 30. num. 66.
& 110. Caball. Reſolut.crimin. caſ.215.
num.27. Quocirca in ſententijs Iudices
41 frequentius ommittunt hoc, & aliam
penam in eorum arbitrio imponũt ita ex
Couar. d. cap.11. nu.4.verſ.verum confir-
mat Caran. vbi ſupra in fine, nec propte-
rea reſeruatio aliqua erit facienda in ſẽ-
tentiæ ipſa de reſernatione honoris, vedi-
xit

xit Gail d. obſeru.65.num.5.quæ omnia
in ſe veriſſima eſſe inſpiciuntur, ſed id ꝙ
magis augere videbatur delictum, erat
42 perſonæ qualitas, quæ auget delictum Af-
flict. in rub.conſt.32.de iniur.cur. perſon.
num.1.non enim iniuria ipſa illata fuerat
ſimplici perſonæ, ſed officiali regio, & ꝓin
43 de atrox reputabatur Amatus deciſ. Fer-
rar.36.nu.2, ante eum Franch.Marc.dec.
34.num.1.tom.2.Cabed.dec.Luſit.214.nu.
5.p.1. Farinac. ibidem num.198. & qu.17.
num.37. Caball.Reſol.crim.caſu 87.nu.1,
& 2. & maximè ſi coram pluribus iniuria
44 diceretur vtique atrox exiſtimaretur Mo-
rot.reſponſ.70.num.8. ex quo iniuria illa-
45 ta Officiali Regio ipſi Regi cenſetur in-
ferri ex And.notat Afflict. in conſt. ſuper
incisionibus ſub num.35. ſequitur Caſſan.
in Conſuet.Burgund. tit. des iuſtices §. 7.
verſ. de ſimple reſcouſſe num. 40. & 41.
Guid.Papa q.557. Luc.de Pen.Bal.& And.
quos probat Ant. de Ballis in tract.crim.
lib.3.de lit.diſpenſat.caſ.7.num.11.& me-
lius idem Afflict.in rub.conſt.32. de iniu-
rijs curial.perſon.&c.nu. 2. vbi per varias
rationes hoc defendit præſertim, quia ipſi
46 perſonam ipſius repræſentant Farinacc.
vbi ſupra nu.162. qu.105. ideo Principem
& communitatem offendere dicũtur Go-
difred.à Bauo in tract.Reatuum quæſt. 7.
47 num. 62. & non mirumſi dupl cata pena
puniri debeat iniuria inferens Officiali
Regio exercenti ſuum officium, etiam ſi
non moretur in Curia Regis, vt per eun-
dem Afflict. in conſt. vt participatio ſub
num.7.Follet.in ſuis fragm. num.134. ne-
48 dum pena fuſtigationis, ſed etiam mortis
vt refert Franciſcus Marc.d.dec.34.nu. 1.
Mieres in Conſt. Catal. collat.4.cap.28.
nu.8.Farinacc.loco præ allegato nu. 202.
49 nam grande ſcelus eſt magiſtratum iniũ-
rijs, & contumelij afficere Godifred.à Ba-
50 uo vbi ſupra nu.61. Quo fit, vt actio quo-
que vendicandi domino competat, vt ex
Old.conſ.206.& alijs probat ibi Caſſan. &
addit.& ad ipſum peculiariter ſpectare no
ſcitur Afflict.d.Rub.num.2.& talis vindi-
cta fieri debet per eundem Officialem in-
iuriatum maximè, quando intuitu officij
51 fuerit iniuria illata Afflict.in conſt.eos tã-
tum num.3.Iul.Clar.in §.fin.quæſt.35.ver.
ſolet etiam Caualcan. de bracch. Regio
52 p 5.num.207. Nec aliter diceretur extin-
cta actio per reuocationẽ factam ex Bal.
Cyn.Salic.in l.ſi non conuitij C.de iniurijs
Boſſ.eod.tit.num. 22. qui dicit ita iudica-
tum, comprobat Gratia.d.deciſ.58. nu.3.
& ſubſequitur num.22.quod per declara-
tionem factam ab iniuriante, quod nõ ha-
buit animum iniuriandi, non tollitur actio
iniuriarũ, nam nil operaretur ita ex Socc.
conſ.118.num.3.in fi.volum.4. Pariſ.conſ.
149.num.19.lib.4.Clar.vbi ſupra verſ.nũc
an ille, & rationem reddit ex Iaſ. in l.ſi.n.
53 3.ff.quod quiſque iur.quia talis proteſta-
tio eſt contraria iuri: ideò nullum effe-
ctum operatur ad tex.in cap. ſollicitudinẽ
de appellat. eo quod de iure comprobatũ
54 eſt penitentiam in delictis nõ dari, vt pro-
bat ibidem num.11.Iul.Clar. in §.fi. q.60.
55 num.17. Imo nec per remiſſionem non
cenſetur remiſſa accuſatio, vt copioſè per
Seſſe deciſ.Arago.101. adeò verum eſt, vt
iniuriam paſſus petens à Iudice, vt condẽ-
net iniuriantem ad veniam petendum, &
ſe diſdicendum, ſeu palinodiam canendum
56 non erit audiendus, neque Iudex illum ad
id faciendum condemnare ex deciſis per
eundem Gratia.allegat.deciſ.195. & ante
eum, eandem firmauit opinionem Carau.
in ritu 311.num.20.quapropter talis vſus
58 canendi palinodiam videtur abolitus, vt
teſtatur Fontanell.de pact.nuptial. clauſ.
5.Gloſ.1.par.1.num.106. vbi rationem
reddit, neque adhuc perſpexi in hoc Re-
gno vſu receptum eſſe. Poſtremò dato,
quod inquiſitus ipſe remiſſionẽ obtinuiſſet
ſeu pacẽ ab ipſo gubernatore habuiſſet, nõ
adhuc videtur præiudicaſſe iuri Domini
Regis, cui competit vendicatio iniuriæ, ſi-
cuti Afflict.eod.loco citato confirmat, nõ
enim poterit officialis iniuriam remicte-
re in præiudicium domini teſtificatur
Fabius Montel. in ſua praxi arbit. par. 4.
quæſt.9. num.7. & 8. ex quo iniuria facta
59 Officiali Regis, cenſetur Regi facta la-
tius Caſſan.in Caſſan.Burg.Rub.1.§.7.nu.
40.vbi in addit. etiam ſi fuerit facta iniu-
ria volente Officiali, adhuc Regi facta vi-
60 deretur, quare opus erit Regis remiſſione.&
puniri debeat Farinac.d.q.105.num. 162,
exigebatur etiam exculpatio, ſeu remiſſio
61 ipſius Regis, cui ſuberat Officialis, quem-
admodum in ſimili cernimus in monaco,
qui non poteſt remictere iniuriam, abſque
62 Abbate Bald. in rub.de treug.& pace n. 1.
ſequitur Arnon. comen. 190. eoſque pro-
bat Carau.in ritu 275.num.27.& ſequ.vbi
etiam in clerico remictente idem conclu-
dendum eſſe affirmat ante eum Boſſ.in tit.
de iniurijs num. 33. & in d.tit.de pace nu.
63 18.& 17.nã videtur facta monaſterio iniu
ria ita Boſſ.in tit.de pace num.25., ſicut
iniuria facta Abbati cenſetur facta Eccle-
ſiæ Farinac.conſ.30.nu.27.ſimiliter iniuria
facta clerico cenſetur facta Epiſcopo, &
Eccleſia

Eccleſia,idem in eius praxi q.105.nu.297. ex quibus pæn ſen remiſſio obtineri debet vt latius pr. ſequitur Guazzin.in tract. de 64pace. qu.13.per totam, & in moniali iniuriata nedum eius remiſſio exigitur,ſed pariter S. Pequia Chriſtus offenſus cenſetur ſecundum Salic.Bald.Marſil.Boer.& Dec. in locis relatis per Catal. in tract. de indult.ca.34.num.93.& 94. Guazi.in tract. de pace p.1 q.10.num.20.& cap.13.nu.14.
65& ſic de ſimilibus iniuriatis, vt cenſeatur facta eorum domin s hoc eſt ea facta ciui,vt cenſeatur facta Ciuitati Farinacc. alios citat ibi num. 287. de iniuria facta colono ſequitur num. ſeq. de iniuria facta vni de Collegio ſequitur nu. 202. de iniuria facta Vaxallo ſudditur num. 299. & 300. de iniuria facta ſocio in antecedenti num. 286 & de alijs ibi relatis,potiſſimum quoties illa redundaret in offenſ.m eorum ſuperiorum,quibus proculdubio actio competere videbatur,& conſequenter remiſſio ſeu exculpatio ; quibus omnibus benè diſcuſſis decreui procedendum fere ad vlteriora,& ſic datę fuerūt defenſiones de menſe Septembris 1625. interim per aduentum mei ſucceſſoris,non potui ſententiam proferre,nec vlterius in cauſa proſequi, ſed remanſit ſucceſſori cauſa decidē-
66da,ideò nō obſtabat dec.Seſſe 345.quia loquitur de iniuria illata iurato,qui nō erat Officialis iuriſdictionem habens,vt aduertit nu.11. & verſabatur in cauſa extra officium,& ſic diuerſus à prēmiſso caſu prēſuppoſito,& ratio fuit,quia reſcriptum directum fuit mihi vti Iudici illius Ciuitatis abſque expreſſione nominis proprij,
67quo caſu proculdubio ad ſucceſſorem indignitate videbatur etiam tranſmiſſum iuxta conſ. notabile Hieron. Gabriel. 32. volum. 2. cum alijs adductis per Viſcont. in ſuis concluſ.verb.delegatus Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.121, nu.5.& 10. Borgo.deciſ.Fiuiz.40.num.22.p.1. & deciſum refert Puteus dec. 487.p. 2. & de hoc latius apud Palmam in ſua praxi diuerſ. iuris communis,& Regni p.2.gloſ. 10. nu. 34. & ſequ. vbi plura ad hoc deduxit cumulando. Cœterum autem,quando fuiſſet delegatio alicui nomine proprio, & nomi-
68ne dignitatis, licet ammiſſat dignitatem nihilominus cauſam determinare poterit ex quo eam cognoſcere inceperat, nam attendimus nomē proprium quod procedit niſi aliæ coniecturæ contrarium ſuaderent notabilis eſt doctrina Io. de Platea in l.fi.C.de Veteran.lib. 12. verſ. & allegatur hæc lex, de quo non miminit Viſcont. licet alios Doct. allegetad hoc cum alijs apud Palmam vbi ſupra num.34.ſicuti per augmentum dignitatis comperitur , quia Conſiliarius Regius, vel Præſes Regiæ Cameræ dum creatur Regius Præſidens ; vel locumtenens non prodit iuriſdictionem
69cauſarum fabricæ, gabellarum, redēptionū,& ſimilium per Ill.Proregem per prius ei conceſſam ita Præſ.de Franch.dec.445. ſicuti è contra ceſſante cauſa delegationis .ſ. dignitatis latè Tiraquell. in tract.à cauſa ceſſante limit.4.num.4.non tamen quando nomen proprium eſſet antea expreſſum,& hoc fuit practicatum in perſonam Caroli Califani V. I. D. aliquando Auditoris Calabriæ Citra.cui fuerat commiſſum per Reg.tunc Conſil.Scip.onē Ro. uitum ſequeſtrum certorum bo orum ad inſtantiam Octauij Caracctoli ſub nomine proprio præcedente. inde ſubſequente nomine dignitatis , & functo officio Auditoratus proceſsit ad ſequeſtrum, quamuis de hoc conqueſta eſſet pars aduerſa prętēdendo diſſequeſtrum,fuit tamen habitu illud pro firmo,& ſimiliter eodē degente in Prouincia Hydrunti na fiſci iura tuendo idem contingit in cauſa querelæ expoſitæ per maiorem Curſorem aduerſus quoſdā fures procaccij , quā eidem delegata cauſa fuiſſet eodem modo exiſtēte fiſci patrono in d. Prouincia Terræ Hydrunti,eo munere functo(licet ſucceſſor prætendiſſet in eius locum ſubrogari) reſcriptum obtinuit à ſua Eccleſia,vt in eadē cauſa procederet,prout proceſsit in ea,iuxta tuam delegationem functo officio fiſcalis,vt ab eo percepi.

SVMMARIVM.

1 *Relatio nuntij eſt deforma citationis.*
2 *Nuntio publico ſtatur in relationibus.*
3 *Nuntio referenti creditur.*
4 *Citationes nequeant fieri à ſeruientibus niſi de Curia commiſſione.*
5 *Citationes fiunt per nuntios , & ſeruientes.*
6 *Iudex committere poteſt pro exercitio ſuæ iuriſdictionis citationem cui vult , ſed hoc de iure communi num. 7. cœterum ſecus in Regno nu. 8.*
9 *Alguzerij eliguntur per Regentem M.C. & ad quid teneantur.*
10 *Alguzerij ſi non ſunt matriculati,non exercent idem inporterijs ſeruari comperitur num. 11.*
12 *Talis præſumitur in quali habitu reperitur.*

13 Com-

13 *Commiſſio Alguzerij non probatur ex relationibus in actis factis.*

14 *Nuntius citando, non cogitur afferre literas ſui officij.*

15 *Confeſſio facta in præſentia Iudicis recepta à ſcriba, cui interdictum eſt officium, an valeat.*

16 *Citatio inualida nullam producit effectum, nec aliquem in mora conſtituit.*

17 *Proceſſus redditur nullus, ex citatione inualida.*

18 *Sententia nulla redditur, ex citatione inualida.*

19 *Error communis excuſat.*

20 *Geſta per procuratorem, & palam pro tali ſegerentem valent.*

21 *Inſtrumenta recepta per notarium toleratum in officio valent, & nu. 22.*

23 *Obligatio facta per filium fam. publicè pro patre fam. habitum valet.*

24 *Tex. in l. barbarius Philippus ff. de offic. præſ. qualiter procedat.*

25 *Benè geſtum, non debet retractari, ſi fuerit factum ab, eo, qui pro tale habebatur alias ſecus.*

26 *Acta valent facta per nuntium remotum, ne remaneant deluſa perſonæ.*

27 *Acta facta per nuntium, antequam fuerit excommunicatus valent.*

28 *Actus factus, & inceptus, per Nuntium, an veleat ſuccedente impedimento.*

29 *Relationi Nuntij, in dubio debet ſtari.*

30 *Citatus nulliter comparere, non tenetur.*

31 *Citatio conualidatur ex comparatione.*

32 *Citatio de per ſe, non eſt actus iudicialis, ſed extra iudiciales.*

33 *Citatio fit, vt perueniat ad notitiam citati, vt ſe defendat.*

34 *Citatio ſufficit, vt perueniat ad notitiam citati, licet minus legitimè.*

35 *Citationis effectus eſt comparitio.*

36 *Citatio reſoluitur per comparitionem.*

ARGVMENTVM.

Citatio facta per Nuntium à motum ab officio, cum eius relatione, an veleat, & quid ex comparitione citati ſuperuenientes.

Cum inuocarem exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ.

VOTVM. LXXVIII.

IN cauſa liquidationis inſtrumenti ad inſtantiam Magiſtri Pauli de Menga excitata, contra Not. Vitum Antonium Intiuſa contingit dubitari in vltimo peremptorio accuſationis contumaciæ, cum eſſet præſentata comparitio ab ipſo conuēto qualiter citatio facta nullius erat roboris ex defectu perſonæ Nuntij citantis, qui non aliter Nuntius erat eo tempore, & ſi prius ſuum officium exercerat: quia illud amplius exercere non poterat, dum fuerat à Syndico Ciuitatis expulſus iuxta facultatem ſibi à Ciuitate conceſſam, Nuntios creandi, & eos dimictendi, & de expulſione ipſius Nuntij, ac poteſtate Syndici produ-
1 cebat in promptu decumēta; quapropter, licet citationis relatio facienda, ſit ſubſtātialis citationis forma Aſin. in praxi iudi.
2 §. 9. c. 1. nu., Adhuc credendum erit Nuntio publico in eius relationibus quò ad officium ſuum ex Gloſ. in cap. cum parati de Appell. refert Minſing. ſingul. obſerua.
339 *Exequutio pro cenſu fit contra hæredes inſolidum, ſecus in annuis redditibus num. 340.*

341 *Sententia contra tertium poſſeſſorem, non mictitur exequutioni de perſona, ſed tantum realiter.*

342 *Exequutio pro cenſu contra tertium fit nulla excuſſione bonorum facta, ſecundum aliquos, quod in praxi, non eſt receptum.*

343 *Inſtrumento, non iuuatur, quod in eo non nominatur.*

344 *Via exequutiua, contra tertium, non procedit.*

345 *Præceptum, & confeſſio, non egredictur perſonam, nec ad alios extenditur, nec contra tertium.*

346 *Exequutio vigore pacti exequutiui, contra tertium, non admictitur, ſed ordinariè agendum.*

347 *Ceſſionarius vigore pacti exequutiui poterit, contra debitorem delegatum*

proce-

procedere, & ſic deciſum.

348 *Ceſſionarius, agit via exequutiua.*

349 *Inſiſtentia qualiter fiat in liquidatione inſtrumenti, & nu. 351.*

350 *Interrogatio, qualiter fiat in liquidatione inſtrumentorum.*

352 *Debitor inſtare poteſt, vt licentietur, ſi actor, non inſteterit, & quando dicatur circumducta citatio.*

353 *Debitor, dum potuit licentiari & Iudex denegauerit, & inſtitiſſet, vt ſtare deberet donec aperiretur inſtrumentum, an licentiari debeat.*

354 *Debitores, ſi reperiantur abſentes à Iudicio, vel malitioſè, aut abſentia, non allegata remanent condemnati.*

355 *Abſentia malitioſè allegata, non prodeſt.*

356 *Mora purgatur, vſque ad Galli certum, in liquidatione inſtrumentorum.*

357 *Comparitio de ſero, admictitur in liquidatione inſtrumntorum.*

358 *Comparitio de ſero, vnius debitoris, an proſit alijs condebitoribus.*

359 *Comparitio vnius liquidatione facta, ſed per ſupplicationem impedita, an retardet exequutionem quò ad alios.*

360 *Debitores plures audiri, an debeant vno eorum exiſtente carcerato.*

361 *Comparitio vnius cum ſupplicatione impediendo liquidationem, licet non paruiſſet, & ob id in carcerem ſe conjecerit, an operiatur, vt cæteri audiantur.*

362 *Satisfactio allegata, debet promptualiter probari.*

363 *Satisfactio qualiter probatur.*

364 *Satisfactio per quinque teſtes probari debet, vbi ſcriptura, non extat.*

365 *Praxis circa allegationem per teſtes probandam, adducitur & referitur deciſio.*

366 *Solutio, vt probari debeat, per inſtrumenta, non per teſtes, an impediat liquidationem.*

367 *Satisfactio allegata per debitorem producendo apocam trino teſte notatam, an admictatur.*

368 *Apoca etiam recognita à teſtibus, ſemiplenam probationem facit.*

369 *Apoca priuata, non eſt legibus multum, in confidentia.*

370 *Apoca, non plus operatur, quàm vox viuentis.*

371 *Apoca appellatione inſtrumenti, an veniat, & contrarium nu. 374.*

372 *Apoca, quem effectum pariet, ſi fuerit conuentum, vt vim habeat inſtrumenti.*

373 *Scriptura priuata trino teſte notata, plenam fidem facit ſecundum aliquos.*

375 *Scriptura priuata, quæ de ſe fidem facit, an contra inſtrumentum guarentigiatum admicti debeat, ad probandum ſolutionem.*

376 *Apoca ſolutionis præſentata, à debitore ſubſcripta à creditore eius ordine, vel recognita, an probet, vt impediatur liquidatio, & quid ſi eſſent producti teſtes in promptu.*

377 *Apoca trino teſte notata, dicitur publica ſcriptura.*

378 *Agi poteſt ante tempus, vt adueniente tempore ſoluatur.*

379 *Supplicatio verbi faciendi, præſentari ſolet per debitores citatos ſuper tenore inſtrumenti.*

380 *Supplicatio præſentata, ab vno ex debitoribus nominato, an iuuet alijs, non nominatis.*

381 *Forma decreti interponendi, quando præſentatur ſupplicatio verbi faciendi, adducitur.*

382 *Iudices ſolent, conſtito de bono iure debitorum, dicere, quod ſuperſedeatur, in exequendo, etiam quòad non comparentes pendente relatione facienda.*

383 *Debitor de nullitate dicens, contra decretum, quod non paruit, adimplendo remaneat condemnatus, ob defectum interrogationis impeditæ per ſupplicationem conditionaliter conceſſam, an audiri debeat.*

384 *Forma nouellæ pragmaticæ adducitur circa præſentationes ſupplicationum verbi faciendi per M. C. in cauſis liquidationum inſtrumentorum.*

385 *Forma nouellæ pragmaticæ producitur, quando præſentantur comparitiones, cum ſcripturis, in vltimo peremptorio.*

386 *Scripturæ, & depoſiti præſentatio, debent Curia pro Tribunali ſedente, & non in S. C. nu. 393.*

387 *Depoſitum pecuniæ debitæ, impedit carcerationem.*

388 *Depoſitum faciendum, ad impediendam liquidationem qualiter fieri debeat.*

389 *Depoſitum ad impediendam liquidationem, quo tempore fieri debeat.*

390 *Debitor citatus ſuper tenore inſtrumenti, ſi comparauerit dicendo velle facere depoſitum penes tutam perſonam eligendam per Curiam, & facta electione, an impediat liquidationem, ſi non fuerit præſentatum Curia pro Tribunali ſedente caſus deciſus affertur.*

391 *Verba illa cum ſacco paratus, quid denotent.*

392 *De-*

Digitized by Google

392 *Depoſitum, an & quando facere poſſit, vel non debitor citatus ſuper tenore inſtrumenti.*

393 *Depoſitum præſentari, an poſſit poſt rectam Curiam, adhuc Iudice in Curia exiſtente.*

394 *More purgatio, an admittatur, ſi debitor præſentauerit tertias tantum.*

395 *Præcepta, fiunt prius, vt ſoluantur tertiæ, antequam procedatur ad reſciſſionem contractus.*

396 *Solutio facta de mandato Iudicis admittitur.*

397 *Soluens iuſſu Iudicis, diceretur coacte ſoluere.*

398 *Soluens creditori, ſui creditoris, an liberetur deciſio affertur.*

399 *Debitor liberatur, ſi eius debitor ſoluerit creditori illius.*

400 *Soluens creditori creditoris ſui, abſque ſcientia eius, non liberatur.*

401 *Solutio facta per debitorem, creditori ſui creditoris, repetitur actione negotiorū geſtorum.*

402 *Deciſio Mag. Cur. atque S. C. producitur contra debitorem ſoluentem creditori, ſui creditoris.*

403 *Pactum, quod ſolutio probari poſſit per ſcripturas, & non per teſtes, an valeat.*

404 *Atteſtationes recepte, qua recipi non poterant, an admitti debeant.*

405 *Inſtrumentorum appellatione, veniunt atteſtationes.*

406 *Deciſio M. C. atque S. C. refertur, num ſtante pacto, quod ſolutio non poſſit probari per teſtes, ſi fuerit per eos probata valeat.*

407 *Exequutio prius, in bonis deinde in perſona fit, niſi aliter fuerit conuentum.*

408 *Exequutio cumulari poteſt atque variari, ob clauſulam, quod vna via electa eſt.*

409 *Exequutio facta in perſonam, non impedit, realem exequutionem.*

410 *Creditor in exequutione poteſt variare de principale ad fideiuſſorem, de vna, et ad aliam &c. ſtante clauſula cum poteſtate variandi, &c.*

411 *Forma exequendi, & ex facto, quid agendum, vt ad venditionem deueniatur.*

412 *Debitor, qui depoſitum fecerat, & illud creditori liberatum, inde, alio creditori anteriori reſtituto, an erit liberatus.*

413 *Debitor liberatus, an cenſeatur, ſi facta exequutione ſuper bonis, inde pretio obtento, ac liberato creditori, cum cautione &c. niſi ipſe fideiuſſorem præſtaret de eximendo debitorem idemnem.*

414 *Inſtrumentum iterum liquidari, an poſſit, ſi ipſo prius caſſato per quietationem factam de recepto, prauia apoca bancaria, & realiter pecunia, non fuerit ſoluta.*

415 *Exceptio, non numeratæ pecuniæ, an opponi poſſit facta liquidatione, ac ſatisfactione debiti.*

416 *Exceptiones releuantes opponi, an poſſint per acta liquidatione, niſi facto depoſito, vel in vinculis.*

417 *Debitor offerens dare fideiuſſorem, an opponere poſſit exceptiones.*

418 *Debitor in vinculis exiſtens nulla facta ſolutione debiti, audiri, an debeat in ſuis iuribus, referuntur deciſiones hinc inde facte.*

419 *Debitor lacerandus tradebatur, creditori antiquitus.*

420 *Debitor carcerari poterit, qui ſe iuramento aſtrinſerit.*

421 *Ceſſio bonorum, ex iure naturæ deſumpta eſt, & ratio affertur.*

422 *Ceſſionis bonorum beneficio renuntiari, cum iuramento, an poſſit.*

423 *Ceſſionis bonorum remedium eſt ignominioſum, ob quod cedens efficitur infamis.*

424 *Ritus M. C. 166. expenditur, & nu. 435.*

425 *Debitor in vinculis exiſtens, nequit cauſam dicere, & quare.*

426 *Debitor detinetur, donec creditori ſatisfaciat.*

427 *Exceptiones, opponuntur facta prius ſatiſfactiones.*

427 *Inſtrumentum liquidatum habet exequutionem paratam, ac ſi eſſet ſententia tranſacta in rem iudicatam.*

429 *Debitor, non auditur aduerſus ſententiā tranſactam in rem iudicatam. ſi conſtituit ſe in vinculis, niſi habeat bona.*

430 *Debitor cur exceptiones opponere non poſſit, aduerſus inſtrumentum liquidatū*

431 *Venditio bonorum fit, debitore exiſtente carcerato.*

432 *Deciſiones S. C. allegantur contra debitorem volentem audiri in vinculis, poſt liquidationem inſtrumenti, vt audiatur verum, nō impeditur venditio bonorū.*

433 *Contumax condemnatur, ad penam, & debitum, & contra eum exequitur realiter, & perſonaliter, ad electionem creditoris.*

434 *Venditio bonorum cur impediri, non debeat, exiſtente carcerato debitore.*

436 *Debitor, quod poſſit exceptiones opponere poſt liquidationem exiſtens, in vinculis ſecundum aliquos.*

437 *Diffe-*

437 *Differentia ineſt inter inſtrumentum liquidatum, & ſententiam, tranſactam in rem iudicatam.*

438 *Debitor contumax. vti ſuſpectus capi poteſt.*

439 *Ritus 166, interpretatur ex multis, vt procedat facta liquidatione valeat debitor cauſam dicere.*

440 *Bona debitoris, interim ſequeſtrantur, donec eo exiſtente carcerato iura probet.*

441 *Mutanda, non ſunt, quæ habuerunt interpretationem à maioribus noſtris.*

442 *Deciſio M. C. vt debitor audiatur in vinculis poſt liquidationem inſtrumenti.*

443 *Expenſæ in dubio ſemper debentur in liquidatione inſtrumentorum.*

444 *Inſtrumentum habet vim Notorij.*

445 *Expenſe, pro leuatura inſtrumenti, an debeatur, quando inſtrumentum, non liquidatur pro capitale, vel pro tertijs tantum.*

446 *Iudex debet ſe informare à curialibus de ſtilo Curiæ.*

442 *Onus redimendi inſtrumentum à Notario ſpectat ad creditorem.*

448 *Impenſa, pro leuatura inſtrumenti, an ſpectet ad debitorem, qualiter procedat concordantur opiniones.*

449 *Intereſſe ſummæ contentæ, in inſtrumento, an paratam exequutionem habeant.*

ARGVMENTVM.

Ordo agendi, in cauſa inſtrumentorum publicorum in Regno, quomodo qualiter, & quando procedat, differitur modus exequutiuè procedendi, potiſſimum in cauſis inſtrumentorum.

Adheſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua.

VOTVM. LXXXIV.

OMnes enim contractus, qui celebrantur
inter homines regulariter in publicam
inſtrumentorum formam redigi ſolent, eo
1 quia contractus eſt, quid diuerſum, & ſepara
tum ab inſtrumento Dec. conſ. 17. nu. 3. nec
aliter diceretur perfectus, antequam inſtru-
2 mentum perficiatur idem conſ. 158. num. 4.
3 ad hoc, vt plenius fides habeatur, etenim in-
ſtrumentum inducitur ad probationem cō-
tractus ita Pariſ. de Puteo in tract. de Reaſ-
ſumpt. inſtrument. rub. 27. num. 11. Cum
igitur inſtrumenta ipſa celebrata inter cō-
trahentes, inſpecta iuris communis diſpoſi-
4 tione nullam paratam executionem habe-
re videantur, ex tex. celebri, quem viua vo-
ce dediciſſe teſtatur à Iaſone, Cagnol. in l. in
teſtamentis num. 8. ff. de reg. iur. dum eſſet
Scolarij in l. minor 25. annis cui fideicom.
ff. de minor. eamque concluſionem ſectan-
tur Frecc. de Præſent. inſtrument. p. 6. nu. 4.
Oſaſc. deciſ. Pedemont. 129. num. 2. Graſſ. in
prælud. tract. de exception. num. 1. Magon.
deciſ. Luccenſ. 78. num. 10. Rouit. in Rub. de
inſt. liquid. num. 1. Parlador. Rerum quo-
tidian. lib. 2. cap. fin. 1. §. 1. ſub num. 1. The-
ſaur. dec. 26. num. 1. Valaſc. conſult. 107. nu.
1. Caſtill. deciſ. 109. num. 31. Viuius in Sylua
commun. opin. in opin. 428. num 4. Anna
conſ. 82. nu. 2. Pyrr. Eneglem. in conſuet.
Aurelian. tit. 19. cap. 3. Fuſcus ſing. 43. lit. r.
Pet. Gregor. de cenſ. quæſt. 8. num. 2. Franch.
deciſ. 118. num. 5. Nouar. lib. 1. quæſt. forenſ.
cap. 153. num. 1. Carrocc. ſing. 532. taliter,
5 quod pacto fieri neutiquam poterat, quod
cōtractus paratam exequutionem haberet,
nec licito iure validum pactum reputare-
tur, cum illud iuri communi aduerſari vide-
retur ex Rub. comprobat Mantic. de tacit.
& Ambig. lib. 2. tit. 3. num. 14. ſimiliter, nec
inſtrumentum, vt habeat exequutionem pa
ratam Balb. deciſ. 226. ſed inde ex quadam
locorum omnium conſuetudine introductū
eſſe videtur, ea habere paratam exequutio-
6 nem, præſertim apud Tuſcos comprobatū
extitit inſtrumenta ipſa vulgo guarentigia-
ta paratā exequutionē, habere, vt tradit prę
dictus Pariſ. in eodem tract. Rub. 19. nu. 20.
7 adeo quod talis guarentigia nil aliud eſ-
ſe dicatur, niſi præceptum, quodam factum
in confeſſum per Notarium de inſtrumen-
to rogatum, effectum Iudicem ordinarium
de obſeruando promiſſa teſtantur Barzius
in tract. de guarentigia p. 1. quæſt. prima,
Parlador. vbi ſupra num. 2. & plenius Po-
lyd. Ripa obſeru. 354. vbi num. 8. addit id
ſignificare ſuperbum contumacem, & inti
actualem, & hec inſtrumenta nolunt audire
ſubdit tamen Barz. vbi etiam teſtatur talia
præcepta, exequutionem paratam habere,
& hec procedit, tam ob conſuetudinem ſic
inductam, quam ob celebrationem factam
coram Notario Iudice, quemadmodum
etiam de conuentionibus coram Iudice fa-
ctis licet Iaſ. dubitare videatur, nihilominus
actenta conſuetudine contraria, ſecus eſſe
videtur: quinimò Cagnol. loco citato nu. 10.
expreſsè dixit inſtrumenta conuentionum

co.

coram Cancellario Sabaudie, & Ciſmonta-
8 no Præſide paratam habere executionem,
communi tamen vſu receptum eſt, ea ſiqui-
dem inſtrumenta coram Notario ac Iudi-
ce cartulario celebrata, ſimilem exequu-
tionem habe e paratam, vt oſtendit, ibidem
Barzius, qui in eadem p.1.q.5. dixit guaren-
tigiam eſſe in vſu quaſi per totam Italiam
9 aſſequitur etiam Anton.a Canar.in tract.de
exequut.inſtrument.q.48. & non mirum ſi
inſtrumenta publica ex ſtatutis communi-
10 ter per Italiam, vigentibus paratam ha-
beant exequutionem teſtificatur Cæſar
Barzius dec.Bonon.110.num.26. ante cum
Andr.Gail de Arreſtis cap.9.num. 18. vbi
etiam tradit idem ſeruari in Germania præ-
ſertim ſub Italia, ſequitur Valaſc.vbi ſupra
11 num.2. prout in Regno Siciliæ vltra, teſtā-
tur Graſſis in tract.de exception.in 10. ex-
cept.num.41.Pet.Gregor.d.quæſt.8.num.1.
12 etiam apud Hiſpanos teſtantur Parlad. vbi
ſupra num.1. Valaſc.d. conſult. 107. num.3.
Ameſc.de poteſt.in ſe ipſum lib. 2. cap.21.
13 num.5. Similiter, & in Regno noſtro Sicilię
citra ex conſt. inſtrumentorum robur talia
inſtrumenta paratam habent exequutionē
vt probant Paris vbi ſupra d.Rub.19.n.20.
& Franch. deciſ.341. nu. 1. Nouar. vbi ſupra
Rouit.vbi ſupra num.3. & vigore Ritus M.
14 C.166.abſque clauſula guarentigiæ expreſ-
ſa, habent exequutionem paratam probat
Gallup. in praxi Sacr.C. p. 2. cap. 21.
15 num. 31. & apud Gallos ſimiliter paratam
habent exequutionem Boer.in Conſuet.Bi-
tunic.tit.2.§.27.in princ.taliter, quod pactū
16 vt valeat inſtrumentum habere exequutio-
nem paratam, adhuc valere ex Bart. in l. 3.
C.de pignor.& Bald.probat Frecc.d. tract.
p.8.q.3.num.56. Ameſc.in tract. de Poteſt.
in ſe ipſum lib.2.cap.21.nu.3. licet contra-
rium teneant Theſaur.d. deciſ.26. num. 6.
Caſt.d.dec. 109.n.31. ſicque inſtrumentū eſt
exequutorium ratione conuentionis Caball.
Mil.eloq.640.num.1. Sed hoc Theſaur.pu-
17 tat intelligendum, etiam quoad exequutio-
nem realem, quò vero ad perſonalem ſe-
cus, niſi adito Iudicē, & ordine iuris ſerua-
to: ſed verius cum ſint ipſa inſtrumenta
guarentigiata, ſeu cōfeſſionata non dubita
tur, quin de per ſe exequutionem paratam
habeant, vt dictum eſt ſupra Theſaur. ibi
num.14. & talis parata exequutio intelligi-
18 tur, vt poſſit per præcepta penalia, veluti
pignorationes, carcerationes, præſidia, quæ
vulgo garnitiones vocantur, vt tradit Rota
Auen.deciſ.196.nu.4.vbi num. 6. ſubdit or-
dinem iuris ab Aula receſſiſſe, ſed præce-
ptis de ſoluendo vtimur, & vijs exequuti-
uis, quia ſumus inconfeſſis, infertur ex hijs
ad pacta contenta in contractibus intitu-
lbus inſtrumentis contentis, vt pari-
19 ter exequutionem paratam habeant, ete-
nim pactum nudum guarentigiatū appoſi-
tum debet mitti exequutioni, ac ſi fuiſſet in
iudicio celebratum, quia intelligitur veſti-
ri calore iudicij, ſiue legis auxilio, vel lite-
ris, vel diſpoſitione ſtatuti probat idem
Benedict. Barzius in eo dem tract. de guarē-
20 tig.p.2.quæſt.12.per totum, hinc pacta con-
tractus dicūtur priuilegiata, ſicut & ipſe cō-
tractus Anton. de Ballis in tract.crimi. lib.
5.in pragm.Regni quæſt.31.num.14. & ra-
21 tio eſt, quia omne pactum factum coram
Iudice dicitur guarentigiatum, & cōfeſſio-
natum, ideō paratam habet exequutionem
ſicut ſententia Mieres in Conſt. Catal.cal-
22 lat.6.cap.27.nu.17. Pacta inſuper ſunt par-
tes contractus ſubſtantiales ex Alex.conſ.
17.ſub num.10.lib.4 probant Monach.de-
ciſ.Florent.21.ſub num.16. Rota in nouiſ-
ſimis deciſ.614.num.4.& 7.lib.3. Anton. de
de Ballis in tract.crimin.lib.5.in prag. Re-
23 gni q.31. nu.13. imo contractus tot dicun-
tur, quod pacto ponderationes, & numera-
24 tiones Bo gn.deciſ.32.nu.27 & 29.p.3. non
mirum ſi pactum quodlibet co tractus ap-
25 pellatur inquit Maur. Iun. allegat.21.nu.6.
hoc eſt in genere, in ſpetie dicitur pars cō-
26 tractus Coſta in praxi conuention. nu.109.
in prima parte, cum igitur omni iure probā-
27 tum ſit pacta ſeruari nedum iure naturæ, &
gentium Reulner.deciſ.1.num.2. p. 3. 5. ſed
etiam diuino, at conſtitutio ipſa mādat pa-
cta ſeruari, diuinæ cenſeri debet Frecc. eod.
tract.& p.8.quæſt.3.num.76.Bocta conſ. 67.
num. 12. & de iure canonico probatur in
cap.2.de pactis, quod ore promittitur ope-
re compleatur, & in iure ciuili demonſtra-
tur in l.1.ff.de pact.nil eſſe congruentius hu-
manæ fidei, quam pacta ſeruari, & nulla ma-
ior iuſtitia, nihilque magis homini cōgruit
pacta ſeruari ſubdit Barz.Iun.deciſ. 36. nu.
28.& deciſ.19.nu 12. taliter, quod ex præ-
dictis communiter Doct. concludunt pacta
28 omnino eſſe ſeruanda Rota Genuæ 165.nu.
3.Barz.deciſ.Bonon.63. num. 23. Monach.
deciſ.Luccen.67.num.16.Cartar.deciſ. Ge-
nuæ 13.num.Macerat.lib.2 reſolut 53.nu.5.
& 6.Cornaz.deciſ. Luccen. 94. num 6. &
deciſ.102.num.2.Caſtill.deciſ.Sicil.118.nu.1.
Ricc. dec. Archiep 27.num.2.p.2. Griuell.
deciſ.Dolani 33. num.3. Afflict determin. 5.
& 6.num.4.& 1. hinc dici ſolet pacto con-
29 ueniſti mecum Mut. deciſion. Sicil. 45.
num. 5. & propterea pactum appoſitum in
contractu debet obſeruari ſi fieri poteſt tal-

30 ua ſpetie contractus Mantic.in d.tract.de
31 tacit.& Ampiz.lib.2.tit.2. num.23. & maxi-
mè pactum reſolutiuum in inſtrumẽto ſer-
uandum erit Farinacc.dec.273.nu.1.& 5. cę-
terũ,ſi nõ ſeruarentur pacta vtique eluſoria
redderentur, non enim pactum eluſorium
32 eſſe debet idem Barz.17.num.14.& d.deciſ.
19.num.9. imo reſciſſioni locus eſſet con-
tractus:pactis enim non ſeruatis,licet à cõ-
33 tractu diſcedere ſunt enim partes contra-
ctus Monach. d. deciſ. 21. à num.13., Imo
Borgn.deciſ.23.num 104. p.2.docet, quod
contractus,quando fit propter pacta,& cõ-
ditiones,etiam quod ſit nominatus reſolui-
tur ſtatim pactis,& conditionibus, non im-
pletis,nam pacta,non ſeruatis cadit à com-
34 modo contractus Barz. d. deciſ. 19. num. 6.
quo fit, vt ſi non fuerit obſeruatum ab vna
parte partium pactum appoſitum,aduerſa-
35 rius ab eius obſeruatione abſoluatur Fari-
nacc.deciſ.ciuil.287 p.5. inter deciſ. Roma-
36 nas,eo quia hanc in ſe continet conditionẽ
pactum ſi ab alia parte promiſſa ſequen-
tur Barz.deciſ.132.num.16.
Sed quæſtionis eſt, an ipſo iure contractus
reſoluantur vigore talium pactorum reſo-
tiuorum vulgo nuncupatorum,& hoc vigo-
re paratæ exequutionis,vel ordine iudicia-
rio opus eſſet ad reſciſſionem contractus
inſtrumentales, & qualiter agendum,bre-
uiter operę pretium duxi ſummariè diſſe-
rendum, ex quo agens ex inſtrumento de-
37 bet agere ſecundum qualitatem inſtrumen-
ti cum ſuis modis,& temporibus ita Borgn.
deciſ. 21.num.24.& 25.p.1. vltra Felyn.in c.
per tuas num 7.de ſent.excomm. poſtquam
pactum reſolutiuum reddit contractum
38 nullum ipſo iure, & abſque retraditione
dominium transfert Magon. deciſ Floren.
49.nu.2 ex Rolan.conſ.62.nu.17.vol.2. quia
39 diſdicta, quæ fit vigore pacti reſolutiui,non
pendet à voluntate creditoris, ſed à negli-
gẽtia debitoris negligẽtis pficere id ad q te-
40 netur,ſicuti ius liquidãdi inſtrumẽtũ, oritur
ex mora per debitorem contracta in non
ſoluendo Rouit.in pragm 4.num. 18. de in-
ſtrum.liquidat. ſic quando adeſſet pactum
41 reſoluitiuum, ita vt moræ tali caſu non de-
tur etiam de iure canonico Bocta conſ.9.
num.27. etenim tale pactum reſoluitiuum
contractus ſtatim operatur creditore vo-
lente Seraſin.deciſ.Roman.209 num.1. & 3.
& dec.560.num.1.ita deciſum refert, & ra-
tionem aſſignat in dicta deciſione 209.
numero 2., quinimò reſolutiuum pactum
42 efficit, vt retrofactus habeatur pro non fa-
cto Farinacc.dec.poſthum.378.num.3. to.1.
43 & redditur ad primeua iura, & omnia fin-
guntur retro nulla ita Muta deciſ.Sicil. 53.
num. 30. vbi plura,ſicque talis contractus
44 nominatus contineas pactum reſolutiuum
ob inobſeruãtiã reſcindi poteſt Mareſ.var.
reſol.lib.1.c.90.n.1. & non mirum ſi tunc
operatur pactum reſolutiuum,quatenus il-
45 le pro quo fuit oppoſitum vti velit,& nol-
le vti videtur, quando agit pro implemen-
to idem Seraſ.dec.1150. nã impedit moræ
purgationem tale pactum,vt probat Polyd.
Ripa obſer.171.num.7.& 8. contra opinio-
nẽ Abbatis, operatur,autem pactum reſo-
luitiuum, vt omnia in ſuis terminis in qui-
bus erant antea reponuntur Verall. deciſ.
27.num.3.p.2. ſequitur Amat.dec. Aneon.
46 70.num.11,imo pactum reſolutiuum ope-
ratur, vt ſucceſſor poſſit intentare contra-
ctus caducitatem non intentatam ob non
obſeruantiam pactorum,quæ alias intenta-
ri non poſſit Cancer. var. reſolut.cap.7.nu.
355.tom.3. eo quod tale pactum eſt penale
non tamen ſimpliciter,vt voluit Polyd.Ri-
pa obſeru.26.num.13. & ratio eſt quia tale
47 pactum reſolutiuum appoſitum in inſtru-
mentis emptionum,atque vẽditionum ſub-
ſtinetur Cencius deciſ.de cenſibus 147. n.9.
non mirum igitur ſi paratam exequutionẽ
habere conſpiciuntur pacta ipſa contenta
in inſtrumentis,quibus ex forma ſtatutorũ
conceſſa eſt parata exequutio, hęc namque
48 parata exequutio conſiſtere videtur in eius
liquiditate, vt habentur ac ſi eſſent ſenten-
tiæ prolatæ in rem iudicatam tranſactę,no-
tabiliter Caſtrenſ.in l.eleganter num 3.ff de
cond.in deb.dixit,quod inſtrumentum ſi ex
49 forma ſtatuti habeat,exequutionem paratã,
& quod contra ipſum non poſſit opponi,fa-
cit rem liquidam, ſicut ſententia tranſacta
in rem iudicatam,quod ſanè ex multis cor-
roborat idem Barz.in d.tract.p.2. quęſt.2.&
50 ita expreſſim cauetur in bulla contentain
pragm.1.de cenſib.ibi tamquam res iudica-
tas nulla &c. vbi Foller. noſter, & cœteri
51 Siculi in d. pragmatica. Hęc demum exe-
quutio parata atque prompta,nil aliud cõ-
tinere videtur niſi, quod celeriter fiat.&
manu prompta alacriter, & ardenter, vt
cenſet Foller.in d.pragm. vorbo tamquam
res iudicatas nu. 53. quaſi quod non exclu-
dat ordinem iudiciariũ, & ſi pacto expreſſo
conuentum ſit, vt propria auctoritate, lice-
ret creditori, & perſonam debitoris cape-
re,& bona ingredi, vt inferius dicetur,par-
tes igitur non poſſunt conuenire, quod in-
52 ſtrumentum habeat paratam exequutionẽ
abſque aliquo ordine iudiciario ſecundum
Glo.in c.de cauſis de offic. deleg. cum alijs
citatis à Xuarez inter commun. opin. lib.7.
tit.

Digitized by Google

tit.de exequut.rei iudic.num.9. vbi licet ſe-
cundum Panorm.ibi relatum & Balb. quod
fortè valebunt in vim pacti geſta virtute
talis conuentionis dicat:adhuc tamen Doct.
dicũt, quod ordo iudicialis pacto partium
53 tolli non poteſt tradit Galleſ. in tract. de
oblig.ad formam Cam.quæſt.4.nu.3.fol.54.
ante eum Dec. in l. nec ex prętorio num. 3.
ff.de reg.iur. Valaſc.conſult.173. num 10. &
24. Theſaur.d.deciſ.26 num.6.propterea
debitorum bona non licet creditoribus in-
uadere,ſed iuris ordo erit ſeruandus Pere-
54 grin.deciſ.Patauij 122.num.2. Ex quo pro-
cedens propria auctoritate, & ſine ordine
iudiciario diceretur malo modo procede-
55 re Anna in allegat.103.num.2 & cognoſce-
re de cauſa iuris ordine non ſeruato eſt ius
alterius auferre Hieron. de Tortis in ſuo
vnico conſil.nu.28.poſt conſil Butrij, poſ-
ſunt enim multa obijci aduerſus inſtru-
menta, quamuis exequutionem paratam
habeant, ſi iuſtè fuerint exceptiones Ant.
56 à Canar.de exequut.inſtrument. quæſt.1.
& ibi latius, & conſequenter aduerſus pa
cta ipſa in eis appoſita, ita quod exequu-
tionem impedirent, hoc eſt aduerſus in-
ſtrumenta, primo ſi fuiſſet oppoſitum eſſe
ſuſpectum de falſo ex quo ſine cauſa fue-
57 rat promiſſio facta, & fuerit petita decla-
ratio circa vſum opponendo reus compẽ-
ſationem.fuit deciſum per S.C.vt ordina-
riè procederetur, vt dixi in 2. par. noſtri
Compendij verbo inſtrumentum, an liqui-
58 dari, ſecundo ſi eſſet inſtrumentum factũ
ſub colore vẽditionis pro certo pretio re-
rum ſub pacto de retrouendendo, & dein-
de emptor eadem bona locauerit vendi-
tori,ſub certo pretio annuo,vt antiquitus
obſeruabatur, & in caſu occurrenti fuit
nullum declaratum retuli in ead.p.2.Com
59 pendij verbo inſtrumentum annuorum,
tertio ſi fuerit inſtrumentum confectum
intereſſurio decurſo in capitale ſi iure ſub
ſiſteret,& placuit eſſe validum,vt ex deci-
ſione relata in ea p.2. verb. inſtrumentum
ſe contractus, & contractus & conferunt,
aliæ exceptiones notate per Regen. Ro-
uitum in eadem Rub. de liquidat. inſtru-
ment.à num.31.cum ſequ. aut ſi fuerit in-
60 ſtrumentum ita obſcurum, vt minus in-
telligi valeat, exceptionem non meretur
Parlad.Rer.quotid.lib.2.cap.fin.p.1.§.12.
limit.8.nu.62.ex quo tale inſtrumentum
in litera inlegibili non probat Anna ſing.
253. nõ mirum ſi vti inualidum exequi nõ
61 debet Caball. Milleloq. 624. Similiter ex
diſpoſitione Ritus M.C.V.167. ſecundum
ordinẽ Carau.vnum inſtrumentum liqui-
datur per aliud de quo per Frecc.in tract.
allegato de præſent.inſt.p.8.nu.2. & 3.An-
na ſing. 257. vt etiam inferius dicetur, nã
inſtrumẽtum, vt poſſit ſecundum formam
Ritus præſentari debet eſſe liquidum per
ſe, vel per relationem ad aliud ex omnĩ
ſui parte Merend.conſ.39.num.7. hinc in-
fertur ſi poſſit impediri exequutio inſtru-
menti guarẽtigiati per nouationem obli-
62 gationis Aſin.in praxi Iudic.§.31.cap.46.
num.3. tenet quod non,ex Beatrand. ſed
contrarium affirmat nouiſſimè Cancer.
variar.reſol. cap.17. num.271. tom.3. per
rationes ab eo adductas, quæ conferunt
pro confirmatione noſtri iuris municipa-
lis,vt quoque firmat Galter.d. praxi 2. p.
63 3.p.Rub.3.num.1. Inſuper quoties fuerit
aduerſus inſtrumentum oppoſita exceptio
nullitatis,aut vſurariæ prauitatis ſimula-
tionis, & ſimilium,ſi in promptu de illis
appareret vtique impediretur exequutio,
& conſequenter illius liquidatio procedẽ-
di ad interrogationem ex multis cõgeſtis
probat nouiſſimè Io. Maria Nouar.lib.2.
quæſt. forenſ, qu. 29. & ante eum Galter.
in eadem praxi 2.p.3.partis Rub.3. nu.18.
64 Inſuper ſi per exceptionem compromiſſi
inſtrumentum habeat exequutionem pa-
ratam, quamuis per laudum reſolui poſſit
contractus præſtita tamen cautione de
ſatisfaciendo ſeruata forma laudi affirma-
tiuè concludit Caſt.conſ.428.volu. 1. poſt
eum Cagnol.in l.15.damnum §.quod pen-
det num 4.ff.de reg.iur. & in terminis Se-
rafin.de priuil.iur.priuil.77.nu.8. Cartar.
deciſ.Ianuæ 49.num.9.quos probat nouiſ-
ſimè Io. Bapt.Hodierna in addit. ad Surd.
deciſ.185.num.3.vbi num 4.ſub diſtinctio-
ne cenſuit, aut fuit compromiſſum volun-
tariũ hoc benè procederet, ſecus ſi fieret
compromiſſum neceſſarium iuxta formã
ſtatuti,& ita deciſum retuli in prima par-
te noſtri Compendij verbo inſtrumentum
65 liquidari,aut vero deficeret aliqua nota-
bilis clauſula ſolita apponi,vt puta ſi fuiſ-
ſet ommiſſa apponi hypoteca tunc appo-
ſita cenſetur.& ſic deciſum per Sac.C. re-
fert Maran.in ſing.verb.ſtatutum verſ.vn-
de etiam eſt hypoteca fol.104. vel deficie-
rent pactum conſtituti præcarij,pena du-
pli, vel aliæ clauſulæ ſolitæ apponi in
inſtrumentis & ſi non ponantur cenſentur
appoſitæ latè Scapp. de iure non ſcripto
lib.4.cap.31.num,2.ſequ. & ita in clauſu-
la conſtituti deciſum per S. C. retuli in
66 verbo clauſula p.1. Similiter, & aduerſus
pacta, quæ non omnia erint ſeruanda, ſed
potius reijcienda, vt puta ſi pacto conuẽ-

tum eſſet, vt quis propria auctoritate cre-
ditoris poſſit compelli, aut cogi quod de
iure improbatum idem Galleſ. vbi ſupra
nu.2.quæſt.6. vbi retulit tunc valere quo-
ties carceratio fieret miniſterio Iudicis
ſequitur Valaſc.inconſult.173.num.12. &
18. 11. & 30. & 26. & ibi alia conſimilia
deduxit, vltra alia ſimilia congeſta ab
Apicella in Tutam.paup. tit.2.nu. 41. pa-
67 cta enim omnia valent, quæ non reperiũ-
tur prohibita Griuell.deciſ.Dolani 48.nu.
11.pariterq; liquidari, an poſſit inſtrumen-
tum in quo fuit ſubſcriptus Iudex ad cõ-
68 tractus, alterius non conſtito de morte
deciſum fuit negatiuè, vt in 3.p.noſtri Cõ-
pendij verbo inſtrumentum; reliquum eſt,
vt diſcernamus ordinem in hijs obſeruatũ
& obſeruãdum, de quo noſtrum erit prin-
cipaliter differere, & non eſt dubium quin
69 pro exequutione inſtrumentorum via or-
dinariè agi poſſit Iudiciali ordine ſeruato
regulariter Manent. vt infra, tum inſpecta
iuris communis diſpoſitione, quia exe-
quutionem paratam non habent, vt dictũ
eſt, tum quoque inſpecta conſuetudinaria
locorum Italię obſeruantia, paratam exe-
quutionem habent, ſi actor relicta via
exequutiua, ordinaria iuris intentauerit,
quod ſanè relictũ eſt in eius arbitrio vnde
Regen.Rouit.in rub.de liquid. inſtrumen.
dixit, quod inſtrumentũ cũ clauſula gua-
70 rentigię nedum prodeſt ad illud præſentã-
dum via ritus, ſed etiam, vt poſſit produ-
ci in iudicio męre ciuili &c.& ſic ordina-
rię Manent. deciſ.11.num. 15. & hoc caſu
71 quando fuerit actum via ordinaria vlte-
rius via extraordinaria, non erit permiſ-
ſum agere ex Bal. probat Marant.in eius
Specul.p.6.actu 8.num.31.Giurb.deciſ.55.
num.14.Parlador.rer.quotid.cap.fin.§.11.
72 num.20. vel ſi Iudicem adiuerit, quoniam
amplius ſua poteſtate ingrediendi vti nõ
poterit Mantic.de tacit.& ambig. lib.22.
73 tit.22.num.15. nam cenſetur illi renuntia
re Menoc.de adipiſc.poſſ. Remed.5. num.
157.Manent.vbi ſupra num.34.& 36.Sta-
til. Pacific. de Saluian. interd.inſp.3.ca.4
num.717. Cancer. variar.reſol.p.2. cap.3.
num.91. ſed quia in Regno noſtro vigore
Ritus M.C.166.extraordinariè in eis pro-
74 ceditur, quoties tũ ob eorũ reaſſumptionẽ
quo caſu non procederetur via Iudiciali
ex Bald.tradit Anna ſing.255. cum etiam
75 ob rorum liquidationes, & tunc iudiciũ
extraordinarium dicitur in Regno, quã-
do præſentatur inſtrumentum ſecundum
formam Ritus inquit Marant. in ſuo Spe-
cul.p.4.dixtinct.10.num.7. ante eum Pan-
dus in tract.de præſent.inſt.p.4. declarat.
76 1. etenim exequutiua cauſa, dicitur ſum-
maria, & extraordinaria Borgn. deciſ. 28.
77 nu.2.76.& 77.p.2. Et propterea Marant.
in loco proximè citato.p.6.actu 8. nu.30.
perpẽdit dupliciter agi poſſe pro eo exe-
quutione inſtrumentorum, vel ad reuoca-
tionem præcarij, aut vero iure aſſiſtendi,
quantum enim ſpectare noſcatur ad pri-
mum agendi modum .ſ. ad reuocationem
78 præcarij, eo quod præcarium operatur,
quod creditor auctoritate propria poſſit
ingredi poſſeſſionem nedum contra prin-
cipalem, etenim dominus vigore d. clauſu
læ præcarij propria auctoritate poteſt ca-
pere poſſeſſionem bonorum cenſualium
ita Cencius deciſ.de cenſibus 149.num.1.
79 & deciſ.150.num.1., ſed etiam contra
tertium poſſeſſorem Capyc. deciſ.182.nu.
8.& pactum exerceri poteſt contra tertiũ
80 poſſeſſorem ſtante clauſula conſtituti, &
præcarij Cęſ.Barz.deciſ.Bonon.14.nu.13.
ante eum Natta conſil. 378. num. 1. & 2.
81 ita quod pactũ iniectionis, vt capi poſſit
mandatur.exequutioni contra tertiũ poſ-
ſeſſorem Cencius de cenſibus p. 2. cap.2.
quæſt.5.num.11.eo maximè vigore conſti-
tuti adiecti Statil, Pacific. de Saluian. in-
terd.in ſpect.3.cap.4. num. 708. Sed quo-
82 modo, & qualiter tam contra principales
eiuſque hęredes, quam contra tertios erit
obſeruandus modus agendi, dixerunt DD.
vt vigore talis pacti poſſe procedi, vel ſinẽ
Iudicis miniſterio, vt creditor volens in-
gredi rem obligatam coram Notario, &
teſtibus reuocet præcarium, & declaret ſe
velle ingredi, & poſſidere vigore dicti pa-
cti, & deinde ingrediatur, vt optimè tradit
Galleſ.in eodem tract.Rub. ſumm. quæſt.
poſt proceſſ.incident. nu.41.tradit ibi Ma
rant.verſ.ſed agendo contra ipſum, quod
83 ſiquidem exequi nullatenus poterit niſi
mora debitoris pręcedente, vel ſuſpitio-
ne de fuga ita Neguſ.de pignor.p.4. n.15.
Statil.Pacif.de Saluian.interd. inſp.3. c.4.
84 num.700. & ſic contra moroſum exequu-
tio pacti conceditur Viuius dec.263. n.4.
85 & quamuis tale pactum ingrediendi pro-
pria auctorita ſit licitum, & valeat, vt poſt
Valaſc.d.conſult.173.num.12.Mant. in d.
tract.lib.11.tit.5.nu.1.Cancer. var. reſol.
tom.3.cap.7.num.8.Cartar. deciſ. Genuæ
12.nu.10.Viuius deciſ.269.nu.4. maximè
86 (prout ipſe arbitratur) ſi fieret debitore nõ
ſoluente, ſecus in debitore in conuento
termino ſoluere ceſſante, & latius Ame-
ſcua in eodem tract.lib.2.cap.20.num.10.
87 12.17.& 18. adhuc tamen dominus dire-
ctus

ctus à manu iniectione incipere non de-
87 bet Papon.lib.13.tit.2.Arreſt. 17. & deci-
ſum retuli per S.C.verbo immiſſio in meo
Compendio deciſ.Regni,ita & creditor,
88 quia exequutio perſonalis auctoritate
propria non ſit Frecc.d.tract.8.p. quæſt.3.
89 num.89. nec realis ex quo iudicium num-
quã debet incipere ab exequutione Borg.
deciſ.23. num.8.p.2. vrbanius tamen erit
90 ſi creditor cum auctoritate Iudicis ingre
diatur poſſeſſionem refert Man.vbi ſupra
num.15.latè Menoch. de Recuper. poſſeſſ.
remed.8.num.97.& ſequ.& Remedio pri-
mo num.29. vbi plures allegat Doct. &
91 petat aſſociationem cum familia,præuia
tamen proteſtatione, vt tradit Bonacoſſ.
in tract.cautel.lit.H,verſ.cautela eſt,vt hæ
92 res fol. 44. ſicuti in emphiteota pariter
idem concludunt Doct.apud Gãmam dec.
Luſit.335.nu.5. Valaſc. conſult.183.nu.9.
93 & ratio eſt quia tale pactum eſt perſona-
le,ideò contra tertium, non habet locum
Nacta conſ.189. num. 4. & hoc caſu
opus erit citatione partis Aneh. lib.1. qu.
94 25.num.11.adeò quod Arreſta, & manus
iniectiones quas faciunt directi domini
ſup poſſeſſoribus ſuis ſũt odioſè, ideo cũ
declaratoria auditis partibus fieri debent
iuxta Gloſ. in cap. licet Epiſcopus verſ.
vocate de præben. in 6. refert Papon. vbi
95 ſupra Arreſt.11.ſic & creditoribus conſul-
tum eſſe videtur,& hoc etiam adeuitandũ
rixas,quæ contingere poſſint,quonam ca-
ſu erit Iudicis miniſterium adhibendum
dupliciter, vel quod ipſi petant induci,&
immicti in poſſeſſionem tunc benè proce-
deret,ex quo petitio in ſcriptis exigitur,
cum citatione partis cum aliquali cauſæ
cognitione, aut ſi petat aſſociationem à
Iudice cum familia dum ingrediũtur pro-
pria auctoritate ad euitandum rixas,& eo
caſu nec citatione,aut alia cauſæ cognitio
ne opus erit,niſi tantummodo oſtendatur
Iudici inſtrumẽtũ cũ pacto huiuſmodi ita
Galleſ.in d. loco verſ. vel etiam ſi ſit for-
mido poſt Neguſant.de pignor.4.p.nu.24.
Cancer.var.reſol.tom.3.cap.19. num.25.
cum ſequen.vbi ita deciſum refert.& hoc
iure vtimur indifferenter, & in quampln-
rimis cauſis mihi occurſis indicaui iuxta
allegatam dixtinctionem, nam in effectu
96 tale pactum de ingrediendo nil operatur
niſi hypotecam, vt ex multis probat Car-
rocc.dec.42.num.17.& ſing.num.67.ſicut
97 & pactum de retrouendendo ſimiliter hy-
potecam habere comperitur Medic. dec.
Anco.22.n.20.& pariter pactum reſeruati
98 ſui dominij,vt non illud transferetur pẽdẽ-
te ſolutione in hypotecariam reſoluitur
Neguſant.pignor.4.p.nu.33.& 2. membro
5.p.nu.18.cum alijs adductis per Riccium
deciſ.Archiep.Neapol.41.nu.3.p.3.& pro-
pterea exequutio cum ſit hypotecaria
actione; Actor ſtatim mictitur in poſ-
99 ſeſſionem rei in inſtrumento comprehenſe
Parlad.Rer.quotid.cap.fin.§.2.nu.5. vnde
opus erit tela iudiciaria ad intentandam
actionem hypotecariam in libello,cum ip-
100 ſa diuerſimodè intẽtetur,& diuerſimodè
libellus concipi debeat refert Neguſant.
d.tract.p.8.membro 3.nu.22. etenim tunc
101 pactũ ipſum ingrediendi propria aucto-
ritate poſſeſſionem, abſque citatione mili-
taret, ſed cum aſſociatione familiæ, quæ
ſit Iudicis auctoritate Barz.dec.46. n.50.
quod etiam in feudalibus obligatis me-
diante aſſenſu deciſum refert Afflict. in
deciſ.326.& in meo Compendio p.1.verbo
creditor an poſſit,vbi plures citaui nouiſ-
ſimè Borrell.in ſũma deciſ.ro.3. tit.14. n.
102 19.& ſic intelligeretur, ſi conſtaret, vel
poſſit conſtare poſſidenti nullã compete-
re defenſionem Mantic.d.tract. lib.22. tit.
num.14.verſ.cum autem,& Rotæ eiuſdem
194.num.6.vel repugnantem non inueniat
103 inquit Valaſc.d.conſult.173.n.12.Viuius
d.dec. 269. num.3. Cæterum vbi defenſio
competeret, vel repugnantia, immineret
104 ſecus eſſet Sratil.vbi ſupra nu. 706. nam
tunc opus eſſet Iudicis miniſterio Viuius
105 vbi ſupra,& ſic tela iudiciaria,ad euitã-
dum,euitanda, ne ingrediens moleſtetur
Barz. deciſ.46. num 49. propterea rectè
concluditur in caſu præmiſſo eſſe neceſſa-
riam Iudicis auctoritatem, vt dictum eſt
ſupra, & ita alias obſeruaui in Ciuitate
Monop. poſtquam Donatus Antonius de
Renda,& Lauinia Cardillo coniuges dum
emiſſent à Berardino Pupino annuum
redditũ ducatorum 4. tarì o.& grana 10.
pro capitali ducatorum 49. ſuper eius bo-
nis,& ſignanter ſuper certo clauſorio oli-
uarum ac etiam ſuper alijs bonis, cum ſo-
lito pacto capiendi &c. cernentes, quod
alter concreditor Io. Antinius Monteni-
gro in poſſeſſionem cuiuſdam domus ſe
poſuerat,in qua commodè pro eorum cre
dito ipſi coniuges poterant in poſſeſſionẽ
poni,reuocauerũt pcariũ, & implorauerũt
106 Iudicis officium in prædictis, inſtantes
poni in poſſeſſionem præuia aſſociatione
familię, ac etiam citato poſſeſſore iuxta
deciſa per Afflict.deciſ.326. ſic decreui die
26.Aprilis 1625. hoc idem ſequuntur Ma-
xill.in Conſuet.Bari tit.de ceſſ.bon.§.licet
num.56.Viſcont.in ſuis concluſ.verb.cre-

ditor Barbat.de Aſsiſten.Gloſ.6.num.21.
107 vbi alios citat H.ec quod,ad principalem
debitorem, ſed an contra hæredem huiuſ-
§ modi procedendum erit, poſtquam pro-
miſsio, & pena ob pactum non ſeruatum
regulariter tranſit in hæredes, & contra
108 hæredes Cancer.var.reſol.d.cap.7. num.
356. nam ipſos comprehendunt pacta, &
ſi non exprimantur Rota Genuæ dec. 102.
109 nu.2. quinimo, licet tale p ctum ingre-
diendi traſmictatur ad hæredem credito-
ris, vt Neguſant. d. 4. num. 20. Similiter
Ameſc.in tract.de poteſt. in ſeipſum lib.2.
110 cap. 21. numero 37. Sed contra hæ-
redem debitoris reſpondit Menoc.de adi-
piſc.poſſeſſ.remed.5. num.106. & 107. ex
Bart.& Salyc.ſimiliter tranſire tale pactũ
ingrediendi, eo maximè ſi hæres vniuerſa-
lis eſſet eiuſdem conditionis, ſicut princi-
palis aſſequitur Mantic.in d.tract. lib. 11.
111 tit.5.num.9. ſicuti, & pactum exequuti-
uum probat Viuius deciſ.12.num. 9. aſſe-
quitur Ameſc.vbi ſupra n.37. ſed benè nõ
via ritus exéqui poſſit contra eum, vt per
Galter.in d.praxi inſtrument.2.p. ſecundæ
p.rub.vnica nu.27. ex ritu 168. & alijs ibi
relatis Merenda d. conſ.39.num.6. ſed ſi
fortè eſſet pupillus prout in caſu mihi de
cedendo occurſo in Ciuitate Monop. Ac-
cidit,dum ad inſtantiam Gratiæ de Babo
relicta quondam Paridis Mileti vti ceſſio-
nariæ Argentinæ de Recup.to eius matris
iudicium aſſiſtentiæ fuiſſet intentatum
pro ſumma ducatorum 72. pro ſuis doti-
bus debita, & delegata per Lucam Anto-
nium Garzanetum, & Andrianam Mau-
rello principales ſuper bonis obligatis, &
poſſeſſis per Octauiam Garzanetam pupil
112 lam, cum pacto prædicto, & licet tale
pactum potuiſſet cedi, vt refert ibidem
Mantic.num.14.Menoch.vbi ſupra n.100.
& ſucceſſiuè eo vti contra hæredem debi-
toris, & conſequenter cõtra pupillum, vt
113 tradunt Menoch.vbi ſupra num.109. x
100 Mantic. loco prædicto, & Viuius dec.
114 263.num.1. Sed quia per reuocationem
præcarij tale pactum operare non pote-
rat, aduerſus hæredem, quia per obitum
debitoris extinguitur, vt dictum eſt ſupra
in voto 48.nu. . . & in remedio aſſiſten-
tiæ etiam includebatur pactum ipſum, vt
115 voluit ibi Marant.ideo die 4. Feb.1625.
decreui aſſiſtentiam præſtari in forma, nõ
tamen per viam reuocationis præcarij,
116 quæ fieri,non poterat ex allegatis. Sed
an contra tertiũ poſſeſſorem,licet inſtru-
mentum non habeat exequutionem con-
tra tertium ex multis Carrocc.de except.
in excep.69.nu.9. attamen pactum ipſum
exerceri poſſit Galleſ. loco prædicto for-
malia verba dixit, & eſt mirabilis virtus
dicti pacti,quia exerceri poteſt quantum-
cumque res tranſierint ad tertios poſſeſſo-
res,etiam illis nõ citatis, & non facta ali-
qua crediti liquidatione ex Aret.conſ.21.
Socc.conſ.21.conſ.82.col.3. volum.3. Go-
zad.conſ.42.num.11.Alex.conſ.85. vol.3.
Bald.conſ.58.volu.5.Alber.Brun. conſ.93.
col.2.Tiraq.de iure conſt.p.1.nu. 42. pro-
bat Garſia à Toleto in d.notab.265. exe-
quutio latè Roder.de Annuis reddi. lib.2.
117 quæſt.9.num.57.& ſequ.nam etiam præ-
carium exerceri poteſt contra tertium
poſſeſſorem,etiam eo non citato probant
Gargiar.patroc.13.ante eum Neguſant.d.
tract.d.p.4. num.21. Garſia ibi, & vigore
dicti pacti fieri poteſt exequutio contra
tertium, etiam non citatum, & negotio
etiam, non liquidato ex alijs probat Car-
rocc.ſingul.413.& in tract.de except.con-
tra ſentent. in except.69. nu.19. ſimiliter
118 virtute conſtituti cuius clauſulæ virtus
operatur, vt poſsit ingredi poſſeſsionem
non facta liquidatione refert Menoch.vbi
ſupra num.69.& 140. vltra Neguſant.d.p.
4.ſub num.21. Viuius dec.44.num. 6. Sta-
119 til. Pacif.eo.loco num.713.& 714. Sicuti
etiam exequutio locum habebit aduerſus
tertium poſſeſsorem ex inſtrumento gua-
rentigiato in quo eſt hypoteca ſpecialis
cum clauſula de alienando Parlad.rer.lib.
120 1. cap.10.nu.29. & propterea ſicuti,con-
tra ſingularem ſucceſſorem illud exerceri
poteſt affirmant Neguſan. ibi & Menoch.
num.111. Mant. eo. loco deciſum refert
Cartar. dec. Gen.12.Viuius vbi ſup.quid-
quid dicat Caſſan. d. Conſuet. Burgund.
tit.des rentes §.3.verb.quant.ibi font.mis
num.3.Statil.Pacif.vbi ſupra num.705.ita
& contra ipſum tertium,ſed quidquid ipſi
dicunt pactum tale per quod datur licen-
121 tia creditori ingrediendi poſſeſsionem
rei obligatę nequ.t exerceri,contra tertiũ
neque aſsiſtentia Iudicis concedi, ſine ci-
tatione, ita Cancer. d. cap. 7. num.218.
& n.219. de hoc deciſiones affert Cartar.
vbi ſupra num.8.& optimè Seſſe dec.Ara-
gon.67.num. 10. probat,quod inſtrumen-
tum guarẽtigiatum,vel res iudicata,quod
ex forma ſtatuti habet exequutionem pa-
ratam,non mandatur exequutioni, contra
122 tertium poſſeſſorem ſequitur Pyrr. En-
gleb.in Conſue.Aurel.tit.21.cap.5.Parlad.
eo.tract.lib.2.cap.fin. p.4.§.4. nu.1. Qua-
re cum tale pactum inſit in remedio aſsi-
ſtentiæ, ideò in hoc non erit inſiſtendum
cum ipſa iuris ordine ſeruato conceda-
tur, aduerſus tertios poſſeſſores, ſicuti in
praxi

Digitized by Google

praxi receptum eſt, nec alioquin contra
eos exequutiua via agendum, ſed ordina-
riè, vt ſatis deductum eſt ſupra in voto
. . . & ita quoque in eadem cauſa contra
Vitum Antonium de Philippis tertium
poſſeſſorem obſeruaui in iudicando Mo-
nop. & fuit ita nouisſimè iudicatum tam
per Mag. Cur. quam per Sac. C. in cauſa
Io. Vincentij Milani, vt dixi in 5. p. noſtri
123 Compendij verbo immisſio, alter modus
agendi vigore inſtrumentorum adductus
ibi per Maran. eſt per viā aſsiſtētiæ in Re-
gno, quæ in ſe cōtinet illa quatuor reme-
dia de quibus per Reg. Rouit. in rub. de
asſiſt. & ſatis amplè fuit diſcuſſum in vo-
to 76. & in hoc non erit inſiſtendum,
cum via ordinaria, non tamen exequutiuè
in ea procedatur cōtra omnes poſſeſſores,
etenim exequutio inſtrumenti, præſentati
ſcundum formam ritus, non datur contra
tertios poſſeſſores bonorum obligatorū,
quia contra eos non competit actio per-
ſonalis, ſed hypotecaria, quæ eſt realis pro
bat Paul. Merend. conſ. 81. nu. 11. Vlterius
124 duobus alijs modis, exequutiuè vigore
inſtrumentorum mandatur agi, contra
debitores tantum, hoc eſt ciuiliter extra-
ordinariè, & criminaliter Regen. Rouit. in
125 prag. 1. de off. c. baiuli num. 35. ciuiliter
præuia ſummaria cognitione peti liquida
ri, vt exequatur Ant. Canar. de execut.
inſt. qu. 14. . . per præſentationem inſtru-
126 mēti, quæ vicem libelli ſubſtinet, & peti-
tionis Borgon. deciſ. 3. num. 10. p. 1. melius
Affl. ct. deciſ. 191. num. 5. & ratio eſt, quia
127 inſtrumētum probationem probatam
claram, & manifeſtam facit Barz. deciſ. 20.
num. 7. deciſ. 27. num. 14. deciſ. 40. num. 2.
deciſ. 54. num. 1. deciſ. 71. num. 32. deciſ. 94.
num. 9. deciſ. 106. num. 22. deciſ. 139. nu. 1.
Surd. deciſ. 177. nu. 4. Menoc. de præſumpt.
lib. 1. q. 65. nu. 8. Palma in diuerſ. iur. com-
munis, & Regni gloſ. 2. num. 28. & gloſ. 15.
num. 9. quod ſane procedit ex confesſione
partium iuramento firmata, ideò dicitur
128 guarentigiatum, ideſt cōfeſsionatū pro-
bat Parlad. rerum quotid. lib. 2. cap. fi. p. 1.
§. 10. num. 2. vltra alios allegatos ſuperius
Polidor. Ripa obſeruat. 354. & quod con-
feſsio partis vim habet probationis in-
129 ſtrumenti Monter. dec. Aragon. 30. n. 14.
Rota in nouisſimis deciſ. 98. num. 1. p. 2.
Barz. deciſ. Bonon. 141. nu. 2. tantum enim
130 operatur cōfeſsio partis quantum ſcri-
ptura publica Gamma deciſ. Luſit. 43. n. 2.
131 Et conſequenter confesſio ſuccedit loco
libelli Amat. dec. Ancon. 61. num. 54. imò
tenet vicem libelli, & litis conteſtationis
132 Afflict. dec. 191. nu. 9. & per citationem
Anna ſing. 256. Ant. à Canar. in tract. de
exequut. inſtrument. quæſt. 43. licet con-
trarium dicat Caſtill. deciſ. Sicil. 92. nu. 2.
133 quod inſtrumēta habentia exequutionem
paratam citatione non indigeant, contra-
rium in Regno ſeruatur ordinariè, & aſſe-
quitur Caſſan. in Conſuet. Burgund. tit. de-
ciſ. cēſes verbo cont. le p. incip. oblig. n. 12.
134 nam in exequutiuis citatio habet vim
petitionis Cornaz. deciſ. 207. num. 2. ideo
requiritur hic Merēd. conſ. 19. n. 1. & per in-
135 cuſationem contumaciarum, ac interlo-
cutione interpoſitionem, vt notum eſt cū-
ctis regnicolis de qua praxi teſtantur ex-
preſſim Tartagl. in eius praxi ciuil. cap. 1.
num. 10. Galter. in praxi inſtrument. per
totā, & ſic quotidie obſeruatur per omnia
Regni Tribunalia, & circa hoc erunt notā-
da breuiter, quæ occurrunt, primo ſi pacto
conuentum eſſet, quod non obſtante quo-
136 libet caſu reſciſsionis, poſsit inſtrumētū
præſentari, locum habebit etiā ſi lata eſ-
ſet ſententia ſuper reſciſsione, & ita deci-
ſum per S. C. in facto refert Gallupp. in
ſua praxi Sac. C. p. 2. cap. 21. ſub num. 39.
ſecundo, quia regulariter ſolet opponi
137 pactū reſciſsorium ob defectum non ſo-
lutionis tertiatum intra certos terminos
ſolui promiſſarum, vt pro capitali etiam
reſcindi poſsit quod de iure validum eſſe
probat Paſcal. de vir. pat. poteſt. p. 2. cap. 9.
ſub num. 10. vltra eum Apicell. in Tutam.
paup. tit. 2. ſub num. 41. Reg. Rouit. in rub.
de inſt. liquidat. num. 28. & quod eo caſu
reſcindi poſsit, ob defectum tertiarum in
terminis pro promiſſarum, ratione iura-
menti appoſiti quotidie practicatur, &
138 deciſum retuli ſupra in voto. tertio
quod ſi tale pactum reſciſſorium non repe
riatur appoſitum in inſtrumento cenſeri
debeat pro appoſito ex ſtilo ſic continua-
to, & ſic deciſum, fuit per me, vt patet in
voto 60. vbi etiam ita per S. C. nouisſimè
deciſum retuli, & vltra ibi adducta, ratio
139 eſt, quod pacta ſolita apponi habentur
pro ex expreſsis etiam ſi ſint exequutiua
Mant. d. tract. lib. 3. tit. 9. num. 25. & ſic in-
140 ſtrumenti exequutio habentis, exequu-
tionem paratam fit etiam in tacitè com-
prehenſis, quemadmodum in expreſsis
Magon. deciſ. Florent. 3. num. 20. Caualc.
Pract. quæſt. in quæſt. 246. quarto contingi
ſolet pendente ipſa liquidatione, & ſic cō-
tractus reſciſsione fieri depoſitum ſor-
tis aliquando cum vſuris debitis, & eo ca-
141 ſu ſors erit liberanda cum cautione cre-
ditori, ſecus ſi eſſent tertiæ, & ſic in praxi
ſerua-

ſeruari ex Frecc. de præſtnt.inſtrument. q. 6.p.7. confirmat Gallup.vbi ſupra num.38.
142 nec prohibetur creditor pendente etiam nullitate contractus intentata à debitore vſuras petere, vt deciſum reliquit Franch. deciſ.373.cum alijs adductis per me in prima parte Compendij verbo inſtrumentum an exequi de quo etiam per Borg.deciſ. 37. num.47.p.2.& Giurba deciſ.Sicil.100. nu.3. vbi id ampliat,& limitat, quinto antequam eum effectu inſtrumentum liquidetur ſolet
143 debitores dari contractus pro reſciſſis ad euitandum penas debitas fiſco, vt conſuetũ eſt in dies practicari, nam omnis res, quæ per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdẽ diſſoluitur c.1.de reg.iur.ſicque pactum reſolutiuum operatur ſi is in cuius fauorem eſſet appoſitum declareuerit velle vti re-
144 ſolutione ita Caſtill.deciſ.Sicil.145.nu.12. ſexto adduci ſolet pactum in ipſis inſtru-
145 mẽtis renuntiatiui fori, vt poſſit in omni Curia,& foro conueniri de quo ſatis loquitur Cartar.deciſ.Genuæ 6.num 2.& 3. vltra Borgn.deciſ.Fiuiz.1.num 8.p.1.Balb.optimè deciſ.109. affirmat hoc fieri poſſe pacto ſic etiam Romæ, & de generali conſuetudine ſeruatur in obligationibus inſtrumentalibus,vt quis poſſit vbique conueniri teſtatur Ant.Scapp.de iure non ſcripto lib.3. cap. 6.
146 nu.4. & quemadmodum aduerſus exequutionem ſententiæ nulla poterit opponi exceptio declaratoriæ per allegatam renũtiationis rationẽ, vt deciſum tradit Cabed. deciſ.Luſit.210.p.1.multo fortius aduerſus prædicta inſtrumenta, ac obligationes ob paratam illorum exequutionem, quod etiã
147 cõtra hæredem benè procederet,vt pariter vbilibet conueniri poterit,ita ex Balbo dec.69.concludit Ricc.collect.1039.in fine.
148 quod ſiquidem benè procederet reſpectu ipſius renuntiantis, ſi iuris iuriſdictionem prorogare poſſit, vt oſtendit Coſta in eius praxi conuent.p.2.clauſ.144.num.1. & operatur tunc ipſa clauſula vbi quis reperiretur Capbl.in pragm.8.p 2.num.160.de boron. Cæterum ſi eſſent perſonæ ſubiectæ alterius dominio nullatenus domino præiudicare poterit,vt ſi eſſent vaxalli baronũ,
149 ex quo ipſi nequeunt prorogare iuriſdictionem ſuorum dominorum probãt Peregrin.deciſ.Parauij 149.num.3.& 8.Ruginell. Pract.quæſtion.cap.47. nu.26. adhuc tamen contra eos inſtrumenta liquidantur quotidie in Magnæ Curiæ maximè contra vaxallos baronum, imo eis denegatur remiſ-
150 ſio ex particulari Pragm.Regni prima de inſt. liquid. vt ibi notat Regen. Rouit. vbi ipſam limitat niſi barones expreſſam facultatem habuiſſent cognoſcendi,etiam de iſtis cauſis liquidationis,& ſic deciſum refert, vt caſu occurſo eritque in hoc aduertendum reſpectu aliarum Curiarum quibus conceſſa eſt facultas liquidandi vigire dicti pacti,
151 vt ſit competens Iudex conueniti,alias ibi conuocari non poſſit optimè Franc.Ant.de Iudice in tract.de liquidat.inſtrument. conſid.2.num.9.vbi num.10.infert ad perſonas
152 mirabiles,quæ cõuenire, non poſſunt, alios coram illis, qui non habent iuriſdictionem in eos, & ſequitur etiam idem Viuius deciſ.274. num.12. & ita non obſtante
153 pacto expreſſo ex multis deciſum refert Cartar.d.deciſ. 6. & ſic in loco idoneo, vel ratione originis,aut domicilij refert Marta voto.96.num. 2., Præterea attento tali
154 pacto, vt cõueniri poſsit coram quocumque Iudice erit intelligẽdum de iudicio ordinario non extraordinario, & exequutiuo ita Borg.dec. Fiuiz. 1. num.20. p.1. Rolan. conſ.48. volu.3. ſed quia ita expreſsè conueniunt partes, vt liquidari poſsit in omni Curia,& foro,merito exequutiuè agendum, ſed coram Iudice competenti, vt dixi,& ſic dum fuiſſet alias liquidatum inſtrumentum in Curia Theanenſi ad inſtantiam Io. Nicolai Mandauillani V.I.D. contra Marcellum Ceſtrone Terræ Roccæ Monfinæ,
155 fuit habitus recurſus ad M. C. & per eã liquidatio nulla declarata, & condemnati actuarij ad reſtitutionem pęnæ exactæ,vt apparet in banca Saluſtij Lanzettæ Magiſtri Actorum eiuſdem M. C. in fortiori caſu ſimili deciſum traddidi in 2. p. noſtri Compendij verbo liquidatio inſtrumenti facta,
156 ſeptimo aduertendum eſſe conſpicitur ad pactum ſolitum in inſtrumentis apponi, vt etiam ſi non ſit liquidum poſſit pro liquido præſẽtari tũc nihil operatur ex Frecc.d. tract.p.8.q. 3. probat Reg. Rouit.in rub.de inſtrum. liquidat. num.23. nam tunc inſtru-
157 mẽta paratam habẽt exequutionem,quãdo eſsẽt liquida prout optimè probãt Mia ſing.ſingul.obſeru.cent.2.obſeru.6. Foller. ante eum de cenſibus verſ.tamquam res iudicatas num.56.Parlad.d.tract.p.2.cap.ſ.p.1. §.12.limit.4.num.1.Cabellin.Milleloq.625.
158 etenim inſtrumentum non liquidum exequi non debet Mago.deciſ.Luccenſ. 79. nu. 9.Amat.deciſ. Ancon.29.num.40. Sed benè facta liquidatione exequi debet Viuius in eadem Sylua in opin.802. num. 1. octauo ſolet quoque pactum interponi, vt infra
159 certũ tempus debitor ratificari faciat cõtractum ab aliquo alias, quod poſsit pro om-

omnibus reſcindi de quo teſtatur Paſcal.
vbi ſupra verſic. eademque ratione, nam
elapſo tempore præfixo rectè liquidari
poſſit, & ita alias deciſum fuit per S. C. ex
Franc. Ant. de Roberto probaui in prima
160 parte Compendij verbo inſtrumētum, an
poſſit præſentari, aut ſi in certo loco pro-
miſſa fuerit ratificatio facienda qualiter
deciſum fuit refert Vrſill. dec. 316. num. 4.
Vel, quod renouet fideiuſſores alias poſſit
161 ſors repeti, vt tradit Muta deciſ. 98. nu. 9.
vel quod det certum fideiuſſorem infra
certum tempus Cençius deciſ. 129. num. 5.
& deciſ. 130. nu. 2. tom. 2. poſt tract. de cenſ.
vt fuit deciſum in M C. in cauſa liquidatio-
nis inſtrumenti ad inſtantiam Io. Alfonſi
ſalinas contra Veſpaſianum, Quinque &
alios in banca Mancini annis præteritis
nono addicitur quoque pactū in inſtrumen
162 tis prædictis, vt capitale repeti poſſit ſi bo
na obligata eſſent reperta vinculata, vel ali-
ter, quod iure validum eſſe demoſtrat Mu-
ta deciſ. Sicil. 98. nu. 1. & per totam, etenim
debitor obligans omnia ſua bona non per
163 hoc dicitur obligaſſe illa, quæ ſunt prohibi
ta à teſtatore alienari Borg. deciſ. Finiz. 6.
num. 23. p. 3. ſed in hoc erit ſub distinctio-
ne concludendū, an ꝙ ſi interfuerit ſciētia
vel ignorātia, vt reſciſſioni locus ſit de quo
ſatis per Mareſcot. var reſol. lib. 1. cap. 90.
num. 5. cum ſequen. quando ipſo iure con-
tractus reſcinditur, vel non in caſu fidei-
164 cōmiſſi, idemque ſi corpus obligatum re-
periretur feudale dum pro burgēſatico fue
rit obligatum, & ita deciſum per S. C. dixi
in 2. p. noſtri Compendij deciſ. Regni verbo
inſtrumentum, an poſsit liquidari, & quid ſi
165 capitale, non fuerit repertum ſufficiens ad
correſpectiuitatem, an liquidari poſsit in-
ſtrumentum pro tertijs negatiuè deciſum,
vt dixi in 3. p. noſtri Compendij verbo liqui
166 datio, decimo, ſolet quoque pactum illud
apponi, vt in caſu quo alienetur corpus ſpe
tialiter obligatum poſsit ſors cum vſuris
repeti, quod ſiquidem Neap. vſu receptum
eſſe ex Ferd. Quadræ probat Muta in d. de-
ciſ. 98. ſub num. 10. verſ. valet profecto, & n.
12. ſubdit vigore prædictorum pactorum
167 fieri reſciſſoriam cōtractus, & condemna-
ri debitorem ad reſtitutionem ſortis capita
lis ac fructuum decurſorum, ex Nauar. de
vſur. num. 118. quæſt. 27. facto prius præce-
pto, & cominatione ipſi debitori, vt infra
terminum purget moram, & ſoluat tertias
decurſas, etenim à præceptis inchoari po-
teſt, quando ex pacto exequutio, ſine Iudice
fieri poteſt ex Gloſ. in ꝟ. ſerui vero verſic.
tranſitu inſt. de libert. & alijs apud Carroc.
ſingul. 430. Imo ſi non aliter fuerit tale pa-
ctum adiectum, ſed ſimpliciter conuentum
168 inter partes, & promiſſum à debitore rem
liberam, ac francam ab omni onere, ſi po-
ſtea compertum fuerit, eſſe alteri venditam
vel obligatam, vt poſsit contractus inſtru-
mētalis pariter reſcindi ex Vrſill. teſtatur
Apicell. d. Tutam. paup. tit. 1. num. 173. verſ.
reſcinditur, etiam de quo in meo Compen-
dio p. 2. verbo contractus, & in dies ita ſerua
tur, & in verbo inſtrumentum cenſus vita-
litij vbi ex Molfeſ. conſ. 8. ita pluries deci-
ſum per S.C. retuli, & iuxta hanc opinionē
169 ita firmat Criſtof. Martius dec. Senenſ. 31.
num. 6. poſſe conueniri reum ad pretium, &
omne intereſſe ſtante ipſa aſſertione, ſi libe
ra non apparuerit, ex Nauar. de vſur. num.
118. Vgol. eo. tract. cap 49. ꝟ. Bocc de cenſ. p.
2. num. 45. 46. & 198. quamquam aduerſari
170 videtur Farinac. conſ. 176. to. 2. nō aliter
eſſe locum reſciſsioni contractus ob eam
cauſam, ſed compelli debitorem ad eximē-
dum rem obligatam ab onere illato, iuxta
diſpoſitionem iuris, & ita pluries deciſum
per Rotam Romanam, ſed erit cautius in-
telligendum conſiliū illud, dum in inſtru-
mentis celebrari ſolitis in Vrbæ Romana
quædam verba prægnantia ibidem relata
apponuntur, ex quibus ad id decernendum
Rota ipſa mota fuerat ad ita decidendum,
quæ non aliter in tenoribus inſtrumentorū
in Regno noſtro apponi ſolēt, & non mirū
ſi reſciſsionem contractus patiantur inſtru
mēta ob talem defectum vigore pacti præ-
dicti expreſſi in venditione rei franchæ, &
liberæ, & vltra eum Surd. deciſ. 165. vbi ſi
militer in eo Senatu refert deciſum fuiſſe
171 reum ad liberandum prædium, vel alias
adſoluendum id quanti minoris emiſſet
actor, non obſtante dicta clauſula, ex quo vē
ditrix ignorabat rem venditam eſſe alteri
obnoxiam, quo caſu iuris communis attēn-
deretur diſpoſitio, non pacti, & ſic pluries
deciſū p S.C. ait Don. Ant. de Marin. quotid.
reſol. c. 195. licet ex equitate, vndecimo ſo-
172 let etiam apponi pactum ex cōſenſu par-
tium vt citatio ſuper tenore inſtrumenti, fi-
eri poſsit in Curia illius Notarij qui illud
ſtipulauerat, & ita quotidie obſeruatur exi-
ſtente tali pacto quem admodum expreſsū
patet in nouella pragmatica edita die 21.
Ianuarij 1632. cap. 6. nam ſi contingiſſet
Notarium mori, & facta fuiſſet citatio in
eius Curia, non valeret, & in caſu con-
tingenti, fuit deciſum, & ita retuli in 2. par.
Compendij verbo liquidatio inſtrumenti,
quoniam tunc principalis erit citandus in
eius domo, ſicuti in alio caſu fuit deciſum
quando procurator conſtitutus eſſet mor-
tuus, vt inferius dicetur, decimoſecundo, ſi
forte

fortè fuiſſet pactum appoſitum . quod nec
etiam venditor teneretur ad pretij reſti-
tutionem,quamuis res vendita,euicta fue-
rit habita fide de pretio,& dum liquidari
173 intendebat creditor exiſtente euictione
ſubſequuta , quo tempore non erat pretiũ
ſolutum,ex quo fidem de pretio venditor
obtinuerat & emptor exceperat de reten-
tione,licet per S.C.non fuiſſet deciſum,ad-
huc prius per M. C. fuit deciſum eſſe pro-
cedendum ad interrogationem Franc.de-
ciſ.239. dixi in prima parte Compendij
verbo inſtrumentum, an poſſit,cętera ve-
ro pertinẽtia ad materiam euictionis im-
minentis ſi ob eam cauſam impediri poſſit
liquidatio, quãdo in promptu ex fide litis
174 motæ appareret, vt poſſit ſuperſederi,in
liquidatione proſequitur Galter.in d. pra-
xi inſt.2.p.primæ partis rub. vnica nu.54.
& 55.decimotertio ſi fuiſſet ex pacto pro-
175 miſſum aſſenſum impetrare ſuper cõtra-
ctus validitate, & non fuerit impetratus,
an poſſit pro tota ſumma debita liquidari
prout in facto euenit contra Vniuerſitatẽ
& particulares excitari , & fuit per Mag.
C.iudicatum fore citationem expediendã
prius ſuper pacto ita ex incerto Auth. de
præſentar.inſtrum. inter opera Frecciæ de
duxi in eadem 1. p. Compendij verbo in-
ſtrumentũ , an poſſit liquidari , ſimiliter ſi
176 ob aſſensũ nõ expeditũ,q nec poterat ex
pediri,& ob reuocationem factam in tem
pore, deciſum fuit quod ordinariè agere-
tur dixi in 3.p.verb.inſtrumentum & iterũ
judicatum in cauſa Io. de Aula contra
Baronẽ Caſepeſendæ referente Nicueſa in
bãca Vertozzæ,& in cauſa Scipionis Moc
ciæ cũ hæredibus quon.Frãciſci Pignatelli
in bãca Cioffi vbi aſsẽſus fuerat expeditus
177 per verbũ fiat,nec aliter redactus infor-
mam priuilegij iuxta pragm. 1. de fide-
memor. nec poterat ob mortem d. Franc.
decimoquarto ob defectum imminentis
178 euictionis ſolet inſtrumẽti liquidatio im
pediri,ſi immineret in limine contractus,
vt probat Borrell. conſ.75. n.4. niſi fortè
offeratur cautio euictionis,vt ibi num.14.
Pandus in tract. de præſent. inſt. p. 5. de-
clar.16.vide Vrſill.deciſ.171. num.5. Gal-
ter.d.praxi 2.p. primæ partis Rub. vnica
num.54.& 55. decimoquinto notandum
179 eſt,etiam , quod debitum ex pacto nudo
exequi poteſt ad formam Ritus,Pandus in
tract.p.3.d.p.num.1.decimoſexto dubitari
quoque contingit ſi inſtrumentum liqui-
180 dari potuiſſet ſi conditio in ea adiecta
fuiſſet , nã durante conditione nõ habet e-
xequutionẽ paratam Polyd. Ripa obſeru.
353.nu.7.Carr oc.ſingul.242.ſed purifi-
cata, vel pactum obſeruatum,& id con-
ſtaſſet teſtium depoſitionibus, aut alia
publica ſcriptura, vt probat Gallupp. in
praxi S.C.lib.2.cap.21.nu.33. ex Cauenſ.
& alijs,quod in actu practico ſeruaui cõ-
ſolendo,dũ fuiſſet in quadã cauſa inſtru-
mentaria prouiſum per Pręſ. Fabiũ Ga-
leotam tunc Auditorem ſecundarũ cau-
ſarũ Ducis Parmæ in Ciuitate Caſtrima-
tis de Stabia prouiſum, vt ordinariè age-
retur , quia non conſtabat de ſolutioni-
bus promiſſis, & delegatis diuerſis cre-
ditorib' debitoris, cõſului vt omnes ſo-
lutiones factæ producerentur , & pro re-
liquis fieret depoſitum qbus viſis per eũ-
dem Auditorem in promptu fuit decre-
tum,vt procederetur ad interrogationẽ,
181 & ſic executũ vigeſimoſeptimo, & an per
obtemptionem habilitationis à iuramen-
to impediatur liquidatio inſtrumenti cõ-
cluditur negatiuè, ita ex Frece. Vrſill. &
Franc probat Viſcont.in ſuis concluſ.ver-
bo habilitatio , vltra prædicta erit quoq;
aduertendum ad perſonas creditrices li-
quidare volentes inſtrumenta, nam & ſi
omnibus creditoribus permiſſum ſit ipſa
182 liquidare, quibus iuramentum eſt præſti-
tum de facie ad faciem Afflict. in conſt.
eos,qui ſcienter ſub num.9.& 10.Paul.Me-
read.conſ.39.num.5. ſolet enim permuta
tionem ſtatus , & conditionis , aliquando
prohiberi, vel in ſimul cum alijs perſonis
cum quibus eſſet ſtipulatum inſtrumentũ
ad talem actum admitti , aut quibus ceſsũ
erit debitũ exemplis demoſtratur,in cre-
183 ditore effecto monaco , nam pro eo non
poterit Monaſterium liquidare , ſed de li-
centia Abbatis monacus agere via ritus
non prohibetur delicentia prioris , vt in
facto euenit in M.C. vt tradit Galter. in
eius praxi inſtrumentis p.2.partis Rub. 2.
ſub nu.21, verſ. ſed hunc libet in 2. com-
pilat.deciſum fertur negatiuè in 3.p noſtri
Compendij ver.inſtrumentum,prætereà
184 non tamen ipſis creditoribus , ſed etiam
earum hæredibus hic liquidandi modus
conceſſus eſt ex Ritu M C.V. 181. ſequi-
tur Pandus de præſent.inſt. p.2. declar. 3.
num.4. Affli in conſt. eos qui ſcienter ſub
num.9.quod nedum in hærede vniuerſali,
ſed etiam particulari admittitur,& ſic fuit
iudicatum per Mag.C.in cauſa Annæ Mi-
lanæ,& ſororum,contra Octauium Indel-
lum ad relationem Iudicis Marci Mare-
ſca penes Pintum ex Pando de præſent.
inſt.p.2.declar.3.nu. 6. & idem in ch ere-
de pro partæ ſua deciſum retuli in 2. p.
verb.

verb. Reus, ſed quid ſi inſtrumentum ce-
lebratum eſſet cum aliquo eiuſque hære-
dibus, ex legitimo matrimonio deſcēden-
tibus, an liquidari poſſit, ſi præambolum
185 fuerit factum in perſonam extranei hæ-
redis deciſum fuit negatiuè, ita Gappull.
in praxi S.C.p.2.cap.21.num. 35. ſecus ta-
186 men ad inſtantiam hæredis mulieris, pro
reſtitutione dotis prout ita deciſum tradit
Nouar.lib.2.quæſt.forenſ.quæſt.44. Item
in procuratore ſtipulante pro Domino
187 & deciſum refert Frecc. de præſen. inſt.p.
11.quæſt.3.num.8.per S.C. negatiuè, vt di-
xi 1.p.Compendij verb.inſtrumentum ſe-
quitur Reg.Rouit.in rub.de inſt.liquid. n.
9.Galter. vbi ſupra num.15. & cautelam
dat, vt in ſimul cũ domino liquidari, poſsit
188 inſtrumentum ex Carau. in ritu 166.nu.
19. ſed verius in antecedenti num. 51. ex
Frecc.Carau.Franc.Ant.Mazia, & Vrſill.
probat ipſum ſolum poſſe liquidare in-
ſtrumentum, quando non ſolum procura
torio nomine, ſed proprio, & priuato ſti-
pularetur, ſecus procuratorio tantum
quoniam tunc præſentia domini exige-
retur, vt dixi, Donatus Ant.de Marinis la-
tè quotidian.reſolut.cap. 187. nu.1. an do-
minus ſolus liquidare poſsit via ritu ex
inſtrumento celebrato à procuratore, li-
cet Borrell.conſ.75.num.12. teneat affir-
matiuè, contrarium tenet Franc.Ant. de
iudic. de liquidat.inſt.conſid.3.num.3. cum
ſeq. & ita practicatur idem de Marin vbi
ſupra num.5.6.10.11. inſuper, an hæres ad
189 iecti liquidare poſsit inſtrumentum con-
tra debitorem relata fuit deciſio in 2. p.
noſtri Compendij verbo hæres adiecti af-
firmatiuè. Præterea in ceſsionario, qui cō-
190 prehenditur in ſtatuto dante exequutio-
nem inſtrumento ad inſtantiam creditorũ
Anch.lib.2. qu.3. num.8 vbi alia deduxit,
& ſic eo volente liquidare inſtrumen-
tum contra debitorem ceſſum quo
191 caſu ambo debent interuenire ex com-
muni praxi recepta, & pluries deciſum, vt
dixi ſuper voto . . . ſed quando ſibi non
reſeruauerit facultatem liquidandi, & par
tem eius crediti ceſsiſſet in beneficiũ ceſ-
ſionarij, adhuc liquidare permiſſum eſſet
& iudicatum dixi per S.C.in p.parte Com-
pendij verbo cedens. Pariter in pupillo
192 liquidare volente inſtrumētum, quo nam
caſu ipſe inſimul cum tutore debent in-
teruenire, & maximè inſtante debitore
potiſsimum, quando eſſet infans tradit
Galter.in praxi inſtrument. 1.p.2. p. Rub.
a.nu.4. Tartagl.in praxi ciuil. cap.1.n.13.
Demum inſtrumentum præſentari poſsit
193 per vnum ex fratribus, ſeu ſocijs ad fauo
rem alterius fratris, vel ſocij poſt diuiſio-
nem factam bonorum communium, & ſo-
cietatis inter eos, ſi hoc ex pacto inter eos
actum ſit, vt liquidari potuiſſet tradit Vi-
uius in d.Sylua in opin 826. num.13. &
194 quid ad inſtantiam filij fam poſſe liquida-
ri inſtrumentum, cōtra debitorem, ſecum
contrahentem, & ratificatum per patrem
videatur deciſio affirmatiua in 3. p. noſtri
195 Cōpen.verb.cōtractus ex hijs quoq; infer
tur ad quotidianam quæſtionem, ſi inſtru
mentum poſſit liquidari ad inſtantiam
curatoris dati hæreditati iacenti, vel bo
nis, aut decocto, & certum eſt, quod re-
ſpectu hæreditatis iacentis videtur af-
firmandum, etenim curator dari poteſt
hæreditati iacenti, qui ſatisfaciat credi-
toribus, & exercet hæreditarias actiones,
vt dixit Io.Dilect. de arte teſtan. tit. 11.
196 cautel.7.num.4.& melius Muta deciſ. 4.
ſub num.4. ex notabili conſ. Angel. 592.
affirmat ipſum poſſe intentare omnes a-
ctiones actiuas, & paſsiuas, & cum præ-
teritis annis in facto cōtingiſſet, fuiſſe da
197 tum Octauium Ruſſum V.I.D.curatorem
hæreditati iacenti Philippi Trabucchi,
qui cum citari feciſſet debitores ſuper te
nore inſtrumenti, & contra, non compa-
rentes, fuiſſet proceſsũ ad liquidationem,
& cōtra alios comparentes opponentes talē
exceptionē, non fuit proceſſum ad liqui-
dationem, eo quod dubitabatur de liquida-
tione, inde ſuccedente obitu ipſius Octa-
uij in cuius locum fuit datus curator Lau-
rentius Ciuitella, qui ipſos conueniri fece-
rat vigore pacti exequtiui, quamquam
ita procedi, non potuiſſet, cum inſtrumen-
tum erat pactionatum. & non liquidum
ob implementa ex vtraque parte, fuit da-
tus terminus in cauſa per benemeritum
tunc Iudicem Io. Aloyſium Piſcicellum
de anno 1625. vt ex actis in banca Pinti
tunc pro Apicella, ſed in rei veritate, quā-
uis de hoc non fuiſſet diſceptatum, adhuc
ita facilè ad liquidationem procedi non
poſſe arguitur, poſtquam talis curator ad-
198 uerſus tales debitores habet vtiles actio-
nes l.de curatore ff.de cur.bon. dand. re-
ſte t Anton.de Virgil.in tract. de leg. tan.
perſon.&c.cap.7. nu. 18. poſtquam actio-
nes directè reſident penes principalem
debitorem, & ſunt eius oſſibus inſitæ, ſi-
cut caracter baptiſmi, & eo defuncto nullo
hærede legitimo exiſtente videtur extin-
ctè, etenim hoc in liquidandi interd. actio-
nes directas connumeratur, ob iuramentũ
præſtitum de facie ad faciem cum debito-
ribus,

ribus, vt dictum eſt ſupra, nam tale iu-
199 ramentum inſpecta iuris communis diſpoſitione habet pariter exequutionem paratam l. fin. de fideiuſſ. cum alijs apud Galter. in praxi inſt. prima ꝑ primæ Rub. 1. ſub num. 18. & conſequenter reſpectu curatorum bonis datorum ſuppoſita diſtinctione Angel. d. conſ. ſi actiones ab eis proponi debeat reſpectu bonorum tempore peritorum, vel non, ad rem ſace e non videtur cum pariter liquidari nequueant, & fortius in curato e dato decocto, aut cedenti bonis, qui nullam actionem mouere poſſet Men ꝛch de arb. Iud. caſu 150. num.
200 13. Apicell. in tutam. paup Rub. de ceſſ. bon. num. 83 Franc. Marc. deciſ. 203. & ex hijs etiam infertur ad quæſtionem illam ſi vſufructuarius poſſit liquidare inſtrumentum, & non eſt dubium, quin ipſe poſſit petere exequutionem inſtrumenti ex Bart. in l. hoc iure num. 5 ff de ſolut. Galleſ. Bertizol. & aliis per Maſtrill. deciſ. Sicil. 146. nu. 29 vbi refert fuiſſe deciſum in beneficium vſufructuarij, vt potuiſſet agere vigore pacti exequutiui initi cum teſtatore ſed vt poſſit age e via ritus, non ita indiſtinctè puto poſſe procedere, niſi fuiſſet hæres particularis in vſufructu inſtitutus generaliter, quia tunc perſonam defuncti repreſentaret, & poterit actiones directas exerce e, & quid in
201 foriudicato prout accidit diſcuti in M. C. V. in cauſa liquidationis inſtrumenti Iulij Cœſaris de Auguſtino cum Martio de Auguſtino in qua fuit d ctum per M. C. ad relationem Iudicis Mexiæ die 5. Martij 1633. vt ageretur ordinariè, vt ex actis in banca Valeſij, adhuc credo non poſſe pro-
202 cedi ad liquidationem, eo quia ſi bànitus, & excommunicatus repellantur ab agendo, ita à præſentatione inſtrumenti ita ex Canar. Barz. Grau. & F ecc. teſta ur Galt. in praxi p. 1. ſecundæ partis Rub. 1. nu 21. multo fortius id procedere debet in foriu-
203 dicato, qui habetur pro mortuo Affl. ct. in c nſt. penam eorum num. 7. & conſequenter, quem admodum repelluntur, à iu dic o bann iti, vt latè per eundem Ant. de Virgil e. tract. cap. 24. fortius. & ipſi foriudicati, vltra quod fideicommiſſum expirat, ſi bannitus, vel a' ias in capax ſucceſſionis fiat fideicommiſſarius Futar. de ſubſtit. q. 567.

Ita è contra, & aduerſus debitores ſatis erit animaduertendum circa modum age d via Ritus, & primo ſi eſſent eiuſdē nominis debitores, & cognominis, quo caſu impediretur liquidatio, non capta prius informatione de idemnitate perſonarum, vt aliis fuit iudicatum per Sac. C. ex Gallup. & Nouar. tradidi in 2. p noſtri Compendij verbo inſtrumentum liquidari, an poſſit & verbo liquidatio inſtrumenti, ſe-
105 cundò ſi liquidatio fieret contra moribundum, & licet contra liquidationem fuerit per tunc o iè deciſum, remanſit, tamen in deciſa quæſtio in S C. vt refert Conſil Gizzarell. deciſ. 9., tertiò cōtra mulieres be-
106 nè fit liquidatio inſtrumenti ad formam Ritus Franc. Ant. de Iudice in eodem tract. conſid. 3 num 8. verum, & maximè exiſtente diſpenſ tio e C llateral. Conſil. firmata manu omnium Regentium, vt fuit deciſum alias per S. C. pud Franc. deciſ. 623. num. 26. verb. ſed dicebatur, & nouiſſimè, in cauſa liquidationis inſtrumenti ad inſta tiam filiorum quondam Io. Baptiſtæ Caroccioli cum Comitiſſa Potentię ceſſante tamen diſpenſatione ſecus eſſet, vt fuit deciſum per S. C. in cauſa Virgiliæ Siſolæ cum Iulio de Turri V. I. D & dictũ quod ad ipſam pro dicta liquidatione M. C. non mole tet, & ſi cotra mulierē coniugatam fieret præſentatio præuia Regia diſpenſatione obligatam, allegan em fuiſ-
107 ſe interceſſionem, nec potuiſſe cōtra Velleiani beneficium, & Regiam Pragmaticā obligare, imo fuiſſe metu reuerentiale inductam ad ſe obligan lum, & ſucceſſiuè ſe ſam cum comodum acceptæ pecuniæ in beneficium viri ceſſeret, & fuit per Sac. C. iudicatam procedendum eſſe ad n erro gationem, vt quoque retuli in 2. p. noſtri Compendij verbo liquidatio inſtrumenti,
108 niſi fortè inpromptu conſtaret de vi, & metu compulſiuo ad illum actū, quo caſu impediretur liquidatio inſtrumenti, ſicut dixi in 1. p. eiuſdem Compendij verbo inſtrumentum, an poſſ t præſentari, & caſus
109 deciſus afferetur, quartò ſi eſſent debitores Magiſtri Actorum S. C. nam contra eos non fit liquidatio in M. C. ſed in Sac. C. ex Reg. Tapia probaui in eadem 1. p. Compendij verbo inſtrumentum. an poſſit liquidari vbi aliam deciſionem eiuſ em S. C. tradidi non procedere contra Scribas d. Sacri Conſilij, quintò, & aduerſus in fir-
110 mos. vt poſſit con tra eos liquidari teſtatur Præſ. de Franc. deciſ. 676. & prouiſum per nouellam Pragm. 7. de inſt. liquid. vt ipſi per procuratorem poſſint con parere de quo etiam verba feci in d. C mpend. p. 1. verbo inſtrumen tum, an liquid. ri poſ-
111 ſit, ſextò ſi aduerſus ſocerum præſentari poſſit inſtrumentum capitulorum, quamuis affirmatiuè ſit iudicatum apud Franc.

dec. 366.

dec. 366. vt in eodem Compendio verbo
inſtrumētum capitulorum vbi in alio ca-
ſu dixi fuiſſe deciſum, vt faceret depoſi-
ſitum, ſed pluries deciſum fuit poſſe liqui-
dari, & nouiſſimè hoc vidi practicatum in
cauſa Io. Baptiſta Salinas contra Ferdinā-
dum Ametranum penes Lucinam, vt dixi
in Compen. eod. 2. p. verbo, & in cauſa Hor-
tenſij Scauarelli contra Not. Iulium Cę-
ſarē Larina per S. C. ad relationem M. C.
fuit remiſſa cauſa eidem M. C. vt prouide-
ret, quod procederetur ad interrogationē
in banca Carboni de anno 1630. ſeptimo,
212 ſi contra prodigum præſentaretur inſtru-
adhuc liquidari poſſe deciſum fuit ad Præſ.
de Franc. deciſ. 672. verum in exequutione
perſonali, ſuperſederetur pro debito, & pe
na Reg. Rouit. in prag. m. 4. de liquid. inſt.
in eodem Compendio 1. p. verbo inſtru-
mentum, & iterum in cauſa Franc. cum
213 Santolo de Manſo, octauo, vt non
poſſit liquidari contra inſtitutorem banci
ſe obligatem procuratorio nomine prin-
cipalis, ſed procedi contra eum ciuiliter, &
exequutio fiat contra Dominum ex Affli.
deciſ. 64. cum alijs à me adductis in prima
parte Compendij verbo inſtrumentum, an
214 poſſit liquidari, nono, contra ludentem
præſtari poteſt, ſi ex cauſa ludus debitum
fuerit contractum, & it per Sac. C. iudica-
tum talem inſtrumentum, non valere. ex
Paride dixi d. p. 1. Compend verbo inſtru-
mentum obligationis, decimo contra Ma-
trem aliquando fuit iudicatum poſſe liqui-
dari inſtrumentum, ſed poſtea deciſum
215 per S. C. vt M. C. ordinariæ procederet,
poſt Franc. deciſ. 366. Battagl. ad Cynum
in l. qui poteſtate C. de in ius voc. dixi in
p. 1. Compendij verbo inſtrumentum, an
poſſit, quid contra refertur caſus non
tamen deciſus per Franc. deciſ. 162. & in
3 p. eo. verbo, & an liquidari poſſit inſtru-
mentum ad inſtantiam nepotis contra
216 Auum maternū, licet affirmatiuè deciſū
dicat Donat. Ant. de Marini quotid. reſol.
cap. 190. num. 1. vbi, an contra patrem ſpi-
ritualem agit concludens affirmatiuè ibi-
que etiam ſi cōtra fratrem liquidari poſ-
ſit inſtrumentum de quo alibi dixi ſupra
in voto .... ſit tamen, vt ſuper ſederetur
in exequendo de perſona dixi in 3. p. Com
pend. verbo liquidatio, ſi contra filiū fam.
217 liquidari poſſit quoties in ſimul cum pa-
tre fuiſſet obligatus, fuit deciſum tam
per Mag. C. quam per Sac. C. vt ordinariè
procederetur, non exequutiuè ex Molſeſ.
cont. 4. & alijs probaui in eadem p. 1. no-
ſtri Compendij verbo inſtrumentum, an
poſſit, & quid ſi fuerit prætenſum eſſe
emancipatum, deciſum fuit affirmatiuè
vt dixi in ea. p. 3. noſtri Compend. verbo
218 inſtrumentum, an contra particulares
obligatos nomine proprio pro vniuerſi-
tate liquidari poſſit inſtrumentum, ſi pro
batum fuiſſet pecuniam verſam in Vni-
uerſitatis vtilitatem, deciſum fuit nega-
tiuè, ſed ordinariè agendum, vt dixi in ea-
dem p. 1. Compendij verbo inſtrumen-
219 tum certorum, ſi fortè aliquis eſſet vnus
ex ſeptem Regni Officijs, an contra eum
liquidari poſſit, & deciſum fuit affirma-
tiuè ex Amend. ad Franc. deciſ. 274. ſub
num. 5. retuli in eodem meo Compendio
p. 1. verbo inſtrumentum, an liquidari
220 poſſit, & quid contra Secretarium Regni
nouiſſimè practicari vidi de licentia Suæ
Excellētiæ potuiſſe cōtra eum liquidari
vt fuit ſeruatum in cauſa liquidationis
intentate ad inſtantiam Andreæ de Sala-
zar olim Secretarij Regni contra Io. An-
gelum Barrilem Ducē Cayuani Secreta-
rium ad præſens huius Regni in Banca
Anaſtaſij, contra debitorem carceratum
non aliter fuit admiſſa liquidatio facta
contra eum per Sac. C. vt ex Franc. Ant.
de Iudice Roberto in pract. de liquidat.
inſtrumen. in 4 conſider. num. 5. retuli in
eodem Compendio p. 1. verbo liquidatio
inſtrumenti, ſed in hijs erit ſeruandū, vt
allegetur carceratio per procuratorem
conſanguineum, vel amicum, ita Franc.
Anton. de Iudice in d. tract. conſid. 4. nu.
21. & ſubdit num. 24. quod ſi debitor ci-
221 tatus reperitur carceratus in vinculis
Curiæ in ſua citatus eſt, non poteſt con-
tumax reputari, ſed decernitur, quod fiat
interrogatio, & liquidatio, nam quem
222 quærit intus habet, & facta liquidatione
fit empara in eiſdem carceribus pro de-
bito petito, & pena, & ita quotidie fit, &
ſeruatur, & ſeruaui in Ciuitati Theani in
cauſa liquidationis facta per Syluestrum
de Giglio contra Simeonem Gentilem
223 afficatorē gabellatū Ciuitatis illius & qd
ſi cōtractus fuerit factus alicui carcera-
to, an ob id poſſit liquidari deciſum fuit
negatiuè, vt dixi in 3. p. Compendij verbo
liquidari, ſicuti è contra exiſtente car-
cerato in palatio Curiæ creditore, non
aliter pſentialiter interueniente in actu
liquidationis, & ſi fuiſſet facta liquidatio
non valeret, ita deciſum refert Franc.
Anton. de Iudice d. tract. de liquidat. in-
ſtrum. conſid. 4. num. 5. dixi in prima par.
Compendij verbo liquidat. decimoquin
224 to, & aduerſus fideiuſſorem clerici con-

tra quem fuit liquidatum inſtrumentum
225 in M.C.fuit per S.C,deciſum,vt procede
retur ordinariè,vt refert Gallupp.in pra
xi S.C.p.2.cap.21.num. 27. decimoſexto
226 quamuis inſtrumenta celebrari ſoleant
inter principales, & pro eorum hæredi-
bus,vt ſupra deductum fuit,& propterea
eum illis ſpecificè conuentum ſit,vt poſ-
ſint liquidari contra ipſos,an etiam ſicut
hæredibus creditoribus, conceſſum eſt
liquidari poſſe Pandus de præſentant. in-
ſtrum.p.2.decl.3.num.4. ita pariter con-
tra hæredes debitoris, & quamuis pactũ
227 cum aliquo facto ad eius hæredes porri-
gi demoſtret Gamma deciſ. Luſitan.396.
num. 1. vnde videtur affirmari poſſe, eo
amplius,vt ipſe fundat num.2. quod ſta-
228 tutum debitorem iubens carcerari,etiam
de hærede debitoris intelligendum erit
ſecundum Angel.Iaſon.& Anch.ibi rela-
tos,& vltra eos Pandus eo.loco Carrocc.
expreſsè in tract. de iuramen.deciſiuo
quæſt.5. 9.quæſt.nu.71. & maximè ſi in-
uentarium,non fecerint, quoniam eo ca-
229 ſu etiam exequutio instrumenti ſit cõtra
hæredem defuncti,ſicut contra defunctũ
Anton.Canar.d. tract.quæſt. 28.latè Fol-
ler. de cenſibus Rub.tamquam res iudi-
230 cata num. 19. ſic in inſtrumento guaren-
tigiæ, vt contra hæredes vires extendat
perſonaliter probat Caſſan. in Conſuet.
Burgund.tit. des cenſ.s verbo contra le
principal.& rub.5.§.3,verb. quando non
intende hors nu.4.Vrſill.dec.154.num.4.
conſtito ipſum eſſe hæredem, nihilomi-
231 nus aliter dicendum videtur in materia
liquidationis inſtrumentorum contra hæ-
redes, vt probat Pandus eo. loco ex quo
non fuit præſtitum iuramentum de fa-
cie,ad faciem,idaò contra eos huiuſmo-
di via,non agi ex diſpoſitione Ritus pro
bant Affli,in d. conſt.cos qui ſcienter ſub
num.9.& 10.Precc.de præſen. inſt.nu.11.
& melius Foller.de cenſibus verb. tam-
quam res iudicatas num.21.expreſsè di-
xit in Regno numquam fuiſſe ſeruatum
232 Ritum M. C. contra hæredem debitoris
quod ſecus eſt in materia cenſuali, vt ibi
& ita communiter practicatur per om-
nia Regni huius Tribunalia,nam ſi benè
contra eos tranſit obligatio per debito-
233 rem ſtipulatam,non tamen per iurium
ex iuramento præſtito reſultans, vt latè
per Carrocc.in d. tract.de iurament.de-
ciſ. loco citato, nam quò ad vinculum
periurij eos non includit, ad quod notã-
ter num. 75. dixit ad propoſitum, quod
pactum,quod quis poſſit carcerari,& ca-
234 pi ſi intermino conuento, non ſoluerit
hæredem,non comprehendit ex Bart.in
l. ſi deceſſerit num. 1.vbi Iaſ.num.13. ff.
qui ſatiſd.cogant.Croct.M.d.& Aſin.in
locis ibi relatis Caſſan. vbi ſupra num.7.
& cum hac opinione reſidet ibi Gamma
hinc optimè Viuius in Sylua commun.
opin.in opin.380.num.1. dixit, quod in-
ſtrumentum ex forma ſtatuti habens exe
235 quutionem paratam poteſt exequi non
ſolum contra principales debitores, ſed
etiam cõtra eorum hæredes citatos an-
te exequutionem de iure communi, ſe-
cus tamen de Iure Regni Neapolitani,
nec propterea de perſona erit contra
eos exequendum porrò debitor, licet
236 obligauerit ſe, & eius bona atque hære-
des per hoc dicitur perſonam eſſe in obli
gatione Borgn.dec.1. num. vigeſimopri-
mo par.1. quamquam hæres ex natura
237 pactorum cenſeatur nominatus in quoli-
bet contractu,licet eo non ſit nominatus
expreſsè idem deciſ.41.num.5.& 14.p.2.
Ioſeph Ludou. in ſuis concluſ. tit. de hæ-
red.concluſ.prima verſ.infertur 47. cum
238 de natura contractus ſit, quod transeat
ad hęredes, vt ibi plenè per eũdem verſ.
infertur .ſ. ideo hæres omnia pacta ſer-
239 uare tenetur Milan.deciſ.Sicil.7. num.40.
lib.2. ſed nõ vigore pacti exequtiui cõ-
contra eos procedi hoc eſt via Ritus M.
240 C.ſed ordinariè,vt iudicauit S. C. in cau
ſa Marcelli,& Thomæ Apicella cum Do-
mitio,& Franc. Antonio della Lagoneſſa
relationem M. C. Iudicis Paſcali in ban-
ca Io.And. Canalis. Quid autem ſi ſe
241 proprio nomine obligauerit creditori
paterno obligando etiam bona propria
non tamen renuntiando expreſsè benefi-
cio legis,& inuentarij,ſi poſſit contra ip-
ſum procedi ad liquidationem inſtru-
menti,& deciſum fuit nouiſſimè negati-
uè,quemadmodum abundãter deductum
fuit in 2. p. noſtri Compendij verbo ex-
ceptio diſcuſſionis inuentarij, & iterũ in
3.p.verbo inſtrumentũ, decimoſeptimo,
ſolet etiam dubitari, ſi contra milites in
242 bello exiſtentes liquidari poſſit inſtru-
mentum,& certum eſt,ſi non eſſet renun-
ciatum tali exceptioni potuiſſet impedi-
ri liquidatio, quia talis exceptio fauori
publico fuit inuenta,vt diſpoſitum eſt in
conſt. hoſtici, vt tradit expreſsè Galter.
in praxi inſtrumen.p.2.3.p.rub.1.nu.22.
Cœterum ſi ei fuerit renuntiatum nulli
dubium eſt,quin procedi poſſit ad inter-
rogationem,ita ex Frecc.& alijs probat
nouiſsimè Galter.in d.praxi inſtrument,

2. p.

2.p.3.partis Rub.1. nu.25. etiam ſi fuiſſet à tertio oppoſita Curia ꝑ Tribunali ſedente, vt nouiſſimè fuit iudicatum per M.C. ad relationem Camilli Borrelli Iudicis de hoc anno 1628.& menſe Septembris in cauſa liquidationis,niſi forte fuiſſet ſupplicatum Suæ Eccellentiæ,vt mãdaret admitti exceptionem ipſam, non obſtante renunciatione durante ſeruitio Regio, vt ex Roberto concludit ibi Galter.num. 26. decimo octauo, an contra
244 ſubditos Magni Admiratus poſſint inſtrumenta liquidari,fuit contra votum M.C.per Sac. Conſ. deciſum remittendas eſſe liquidationes ad Curiam Admiratiæ ex Reg.Tap.in Annot.ad Ritũ M. C.54.n. 2.decimo nono,an cõtra coductoré liquidari poſſit inſtrumentum ex quo locans
245 ad duo tenetur.ſ.ad traditionem poſſeſſionis & penitentiæ præſtationem liquidari nullatenus poſſet ita Frecc. de præſent.inſt.p.7.q.9. vbi num.10. & bis obtinuiſſe refert, ſed cum hodie hijs renũtiatur,liquidari non ambigitur,vigeſimo
246 inſtrumentum ſecundum formam Ritus, exequi non debet, quando de mala qualitate ipſius coram Iudice Eccleſiaſtico conſtaret Vrſill.deciſ.31.nu.5. Reliquum erit, vt videamus de rebus ex quibus liquidatio ipſa fieri,aut non fieri poſſit,& primo reſpectu ipſius contractus inſtrumentalis,etenim ſi non fuerit in publicã
247 formam redactum inſtrumentum, quando petitur reſcindi,nõ valeret, & ita deciſum ex Anna in ſingul. 252. cum alijs adductis per me in eadem prima parte verbo inſtrumentum, vltra Caſſan. in Conſuet. Burgund.Rub.11.§.6.verſ. contra le princip.oblig. ſub num.11.in addit. ſecundo nedum inſtrumentum in Regno celebratũ liquidari poterit, ſed etiam ſi
248 fuiſſet confectum extra Regnum affirmatiuè concludit Rota Auen.deciſ. 196.n.3 Amat.deciſ.Ancon.61.num.9.Afflict. in conſt.inſtrumentorum nu. 18. & ita præſentari vidiſſe affirmat Frecc.de præſent. inſtrum.p.6.num. 14. & Eliſeus Danſa in tract.varijs tit.de inſtrumento cap.1.nu. 15. & ſeq. credo id procedere ſi haberet ſollemnitates requiſitas in Conſt. Regni inſtrumentorum, niſi conſuetudo aliter
249 ſe haberet,vt retuli deciſum in meo Cõpend. p.1. verbo inſtrumentum confectũ etiam ſi non fuerint teſtes ſubſcripti,ſed confecta ſecundum ius commune, ita
250 deciſum refert per S.C. Aloyſ. de Leo in l.1.C.de nouo Cod.fac.num.7.ita è contra pariter inſtrumenta, quæ habent exequutionem ex forma ſtatuti locum habent etiam extra territorium ex multis ꝑbat Carroc.in tract.de excep.in excep. 62.nu.8. tertio ſi à duobus teſtibus fue-
251 rit inſtrumentum ſubſcriptum, quando contineret libram auri iuxta Conſt.Regni, an autem ſi contineret maioré ſummam tertiarum liquidari poſſit, fuit iudicatũ affirmatiuè ex allegatis per Reg. Tapiam in conſt. prædicta inſtrumentorum robur, vt in d. Compend. verbo inſtrumentum p.1.idemque erit obſeruandum data conſuetudine ſubſcriptiones duorum teſtium ſufficere,etiam pro magna ſumma, vt deciſum retuli in prima par.Compen. verbo inſtrumentum conſectum idemque tradit Paul. Stybin. conſ.13.de quo in 2 p.Compendij verbo inſtrumentum, nouiſſimè idem teſtatur deciſum Ill.Marchio Belmontis Carolus Tapia dec.S.C.15.potuiſſe fieri liquidationem inſtrumenti cum ſubſcriptione duorum teſtium, ſi ſumma tertiarum decurſarum excederet libram auri ex rationibus ibi adductis.

Item, quia inſtrumentum iuxta ritum
252 M. C. debet reaſſumi in carta berganeno, & inde liquidari, ſed in Curia Archiep. Neap. in carta bombacina iuxta Ritum ipſius, ſi contingeret laicum ſe obligare deinde effecto clerico contra eum liquidari inſtrumentũ, qualiter erit reaſſumendum ſi in pergameno,vel bombacina carta, fuit deciſum in Curia Archiep. eſſe reaſſumendum in carta bombacina Ricc. deciſ. eiuſdem Curiæ 188. p.3. Donat. Anton. de Marin.quotidian. reſol.cap. 186. num. 15. & 16. & quid ſi fuiſſet oppoſitum, quod teſtes non ſunt
253 probatæ vitæ, nec omni exceptione maiores, ita quod non eſſet inſtrumentum an liquidari poſſit,reſpondit Afflict. in conſt.inſtrumentorum ſub num.32. quod non poneretur in carcere debitor, ſed debet audiri,& præſtare cautioné deſtando iuri ſuper hoc, & ſi non probaret tunc procederetur ad interrogationem, quar-
254 to ex quo de iure inſtrumenta poſt loannos ammittunt priuilegium agendi via executiua Mago.dec. Luccent. 121. nu. 3.ſed iuxta diſpoſitionem Ritus M.Cur. 167.elapſis annis 20. non poteſt amplius
255 inſtrumentum liquidari via Ritus, ſed ordinariè agendum,vt quoque nouiſſimè attingit Io.Maria Nouar.lib.2.quæſt.Fo-
256 renſ.cap.36.ibique limitat non procedere in inſtrumento dotale, vt ibi per eum Eliſeus Danſa in ſuo tract. de pugna

Digitized by Google

Doct.præl.iud.&c. tit. de inſtrumento c.
3.à num. 10. ad 18. ad rem noſtram
257 fuit in cauſa occurrenti deciſum per S.
C.quod hęc verba à die natiuitatis intel-
ligantur à die quo fuit actio cum effectu
nata,id eſt à die qua intẽtari potuit, quia
illa verba ſunt cum effectu intelligenda,
at cum in Ciuitate Caſtrimaris de ſta-
bia mihi vti Conſultori Erarij Sereniſſi
Ducis Parmæ ob abſentiã mei conſobri-
ni Horatij Salinas Gubernatoris id con-
tigiſſet, facta liquidatione inſtrumenti p
Io. Angelum Baccarium contra Io. An-
dream Chiaieſe pro ſumma ducatorum
17.& tertijs decurſis & inde oppoſuiſſet
debitor nullitatẽ liquidationis, eo quia
elapſi erant anni 20. à die natiuitatis a-
ctionis,fuit liquidatio ipſa ſuſpenſa, &
dictum,quod ordinariè procederetur die
10.Martij 1610. & confirmatum in M. C.
adeò,quod ipſe creditor alias prius dele-
gauerat creditum ſuum alteri ſuo credi
tori,reſeruando certas tertias tantum de
curſas,& malitiosè agendo inſtrumentũ
liquidari procurauerat poſt tot annos
excitando antiquas cartulas, quod tamẽ
non procedit in inſtrumento cenſuali pro
258 conſequutione cenſuum decurſorum
etiam ſi eſſent elapſi anni 20. et ita plu-
ries iudicatum per Sac. C. refert Marin.
Frecc.de ſubfeud.lib.2.§.pluribus autem
modis num. 37. ſi inſtrumentum fuiſſet
reaſſumptum per alium Notarium, an
deficiente citatione principalis in reaſ-
259 ſumptione non probato ſtilo Notarij
defuncti, & inſpecta ipſa reaſſumptione
inſtrumenti de[illegible] ex cartula in fa-
ſciculis contenta,non aliter in protocol-
lo regiſtrata,nec extenſe clauſulæ cõſue
te poſſit liquidari, deciſum fuit negatiuè
per S.C auctore Præſ.de Franc. dec. 567.
260 Item ſi fuiſſet promiſſum per creditorẽ
de caſſando inſtrumentum, & in prom-
ptu de hoc appareret ex probationibus
vtique impediretur liquidatio inſtrumẽ-
ti,per ea quę congerit Nouar. lib. 2. qu.
forenſ.ca.14. itẽ ſi inſtrumentũ confectũ
261 fuiſſet à Notario vaxallo cum ex diſpo-
ſitione Regni Cap.Ladislaus nullius ro-
boris ſint,& ſic deciſum apud Franc.dec.
118. Anna ſing.244.Nouar.lib. 1. quęſt.
forenſ.quæſt.156.nu.1.2.& 11. cum alijs
adductis per me in prima par. Compen-
dij verbo inſtrumentum confectum, &
iterum in 2.p.verbo inſtrumenta confe-
cta,& ſic iterũ in cauſa liquidationis inſtru
menti facti ad inſtantiam Angel.de Bre-
ſcia V.I.D.contra Scipionem Magnacer
bum facto verbo in S. C. per Iudicem Pi-
ſcicellum fuit deciſum. Quò vero ad res
contentas in inſtrumentis obligatas,pari-
262 ter in multis dubitari contingit,& primo,
ſi inſtrumentum locationis,in quo eſſet fa
cta promiſſio certè ſummæ, & reſeruata
menſura maiori,vel minori,ſi potuiſſet li-
quidari, nam fuit deciſum negatiuè Præſ.
de Franch.deciſ.292. ſecundò ſi promiſſio
263 cam[illegible] ad centum ſaluo meliori calculo
poſſit liquidari pro dicta ſumma deciſum
fuit affimatiuè Vrſill.dec.205. nu.7. Giur-
ba deciſ.Sicil.15, ſub num. 9. vt etiam no-
uiſſimè aſſequitur Io Maria Nouar.lib. 2.
quæſt. forenſ. cap.78. tertiò,ſi inſtrumen-
264 tum ſub colore mutui, vt moris eſt inter
feneratores, & vſurarios volentes mutua-
re, nam vendunt recipienti mutuum res
ſteriles,& nomina debitorum, qui ſoluẽdo
non ſunt, & poſtea petunt pretium, an li-
quidari poſſit via ritus fuit deciſum quod,
non ex quo Iudex, ex officio poterit ſup-
plere nedum ad reſtitutionem vſurarum
ſed etiam ante ſolutionem, vt earum nul-
la fiat ex actio ita Capyc.deciſ.171. dixi in
prima par. Compendij verbo inſtrumen-
tum vſurarium item quando inſtrumen-
265 tum appareret fuiſſe coniectum, vi & me-
tu,& per impreſſionem ſuperioris, nam
exequi non debet ſecundum formam Ri-
tus Vrſill.deciſ.31.num.6. & 7. & deciſum
retuli in 1. p. noſtri Compendij verbo in-
ſtrumẽtum, an poſſit, tem ſi eſſet nullum,
& inualidum non aliter præſentari poſſit
via Ritus Mag.Cur. Viuius 31.num.8. Vr-
ſill.deciſ.283 num.4.Regens Valenz.conſ.
266 32.num. 80. quartò dubitari contingit, ſi
potuiſſet liquidari inſtrumentum,per vẽ-
ditorem agentem ad pretium rei vendite,
nec à conuento repulſum,ex quo rem nõ
tradiderat, vnde repelli poterat, licet in-
contrariam opinionẽ ſe conformet Frecc.
de præſent inſt.p.7.q.2.num.1. ad 4.quin-
267 to,alias fuit difficultatum ſi inſtrumentũ
infra vnciam præſentari poterat: quia il-
lud eſſe debet,vltra vnciam fuit decretum
affirmatiuè per Præſidem Sac.C. vt refert
Frecc.de præſent inſt.p.15. num.2. & hoc
ſi eſſet de ſtylu Curiæ,alias ſecus,inſuper
ſi fuerint vendita animalia procerto pre-
tio cõuento, & oppoſitum fuiſſet de mor-
268 bo illorum, an propterea liquidari poſsit
deciſum fuit negatiuè,vt retuli in 3.p. no-
ſtri Compendij verbo inſtrumentũ. ſextò
ſi fuerit facta promiſsio inter venditorem
269 certè quãtitatis ſpecierum pro certo pre-
tio conuento ſub venditione illa conſigna-
do pagando, & fuiſſet pretium oblatum p
emptorem

emptorem, fuit deciſum iunctis quatuor
Aulis, vt ordinariè procederetur retuli
in meo Compendio p.2.verbo inſtrumen-
tum celebratum,& vltra ibi allegata ad-
duco Anton.de Ballis in tract.crimin.lib.
270 5.tit.de prohib.vendit.frument.num.8. &
ſeq. vbi in ſpetie attingit iſtam quæſtionē
in contractibus occurſam,à pagare è con-
ſignare, quis prius adimplere tenetur, &
relatis,quamplurimis opinionibus diuer-
ſorum Doct. demum concludit ei incum-
bere,qui vellet agere,& facere depoſitum
liberum, ſine conditione,quæ omnia con-
ferunt huic deciſioni, contingit etiam du-
271 bitari ſi fuerit factum promiſſum,nec ali-
ter ex ſui parte adimpletum,exceptione
fortè tutus, non potuiſſe illud adimplere
facto ſuperioris exemplo oſtenditur in
meo Compend.p.2. vebo inſtrumentum,
an poſsit vbi fuit deciſũ,ꝙ poſsit liquidari
via Ritus inſtrumentum in quò ad eſſet
promiſsio facti fuit iudicatum in M.C.in
caſu occurrenti,vt refert Franc. Ant. de
Iudic.d.tract.conſid.2.num.6.quem ſequi-
tur Apicella in tutam.paup.tit.1. ſub nu.
184. verſ.an vero inſtrumentum videa-
tur Raynoſ.obſeru.45.num.40.nam tale
inſtrumentum vbi factum eſſet promiſsũ
exequutionem paratam habet latè Par-
272 lador.Rer.quotid.lib.1.cap.6.num.9. octa-
uo, contigi enim poſsit vendi res prohi-
bitas alienari, prout ſunt ſtipendia militũ
& pro illis conſtitui cenſum,vnde in caſu
occurrenti, dum de hoc hæſitateretur in
Mag.Cur. & poſt multa hinc inde occurſa
fuit deciſum, vt ſuperſederetur in liqui-
datione ſimiliter retult in eadem 2.p. no-
ſtri Compendij verbo inſtrumentum, an
poſsit liquidari, & in 1. p. verbo liquida-
tio inſtrumenti,vel ſi eſſent data bona mo
273 bilia loco pretij,quoniam eſſet contractus
vſurarius,vt patet in prag.t. de contract.
in quo caſu erit aduertendum quoties res
data fuiſſet extimata, quæ loco pretij ha-
betur, vt ibi Rouit. notat, & licet loqua-
tur quando in contractu pecunia eſſet mo
dici valoris, & res æſtimate magni valo-
ris,non tamen procederet è contra, vt in
in caſu emptionis annuorum introytum
factæ per Ioannem de Aula cum Barone
274 Caſepeſende pro capitali duc.1550. & dũ
de liquidatione ageretur, fuit oppoſitum
in dicta emptione interfuiſſe lapiſſum
duc.550. nam fuit proceſſum ad liquida-
tionē inſtrumenti ob tertias non ſolutas,
& ob aſſenſum non impetratum ſuper feu
do ad relationem Iudicij Aloyſij Nicole
iunctis Aulis M. C. penes Verioza M. A.
nono, ſi fortè aliqua certa quantitas fru-
menti fuerit promiſſa pro affictu inde pæ
275 na inſtrumenti liquidatione certa non e-
rat,an poterat liquidari inſtrumentum ob
in certitudinem quantitatis pretij frumē-
ti vnde pæna reſultare videbatur,deciſum
fuit affirmatiuè, quemadmodum in cit ta
p. 2. noſtri Compendij verbo inſtrumentũ
an liquidari poſsit,nam poteſt inſtrumen-
276 tum, quarentigiatum continens certam
tritici olei,aut vini menſuram exequutio-
ni demandari antequam liqueat quantus
ſit valor olei, aut vini Cancer. var.reſol.
tom.2.cap.3.num.11.etiam in inſtrumen-
to Societatis eueniri ſolet,ſi alter conſo-
277 cius ſe obligauerit in beneficium conſo-
cij pecuniam ponentis prolucro perue-
niendo anno quolibet,ad rationem duca-
torum ſeptem cum dimidio pro centena-
rio ſoluere,ſub ea conditione, quod ſi lu-
crum minoris eſſet quantitatis ad ratio-
nem d. ducatorum ſeptem cum dimidio
tunc participaret pro ea rata,quæ compe
titura eſſet minus dictorum ſeptem cum
dimidio, ſi fortè poterat liquidari, & fuit
reſolutum, negatiuè,ſed quod faceret de-
poſitum debitor de quo in eadem p.2.no-
ſtri Compendij verbo inſtrumentum So-
278 cietatis,ſic inſtrumentum, etiam Societa-
tis data pecunia pro capitali implicanda,
& prius reſtituendi lapſo tempore ſi po-
ſtea fiat compotum habebit exequutionē
paratam ſecundum formam Ritus Vrſill.
deciſ.205.num.9.præterea, ſi aliqua quan-
279 titas pecuniæ promiſſa fuerit ob reſigna-
tionem alicuius officij,non aliter apparē-
te ſolutione effectuali, niſi per apocam
banci vulgo nuncupatam paſſatora ſi po-
terat liquidari, fuit deciſum, vt ſolueret
tertias alias prouidebitur ſuper reſciſsio-
ne contractus, vt oſtenditur in caſu a me
relato in Compendio p.2.verb.inſtrumen
280 tum contractus, pariter ſi inſtrumentum
locationis contineret certam ſummam,&
reſeruata fuerit menſura maioris, vel mi-
noris quantatis liquidari poterat, & fuit
negatiuè reſolutum Franc.dec. 292. quod
licet inſtrumenta guarētigiata exequutio-
281 nem paratam habeant etiam ſi eſſent, ſine
cauſa ex Bald. & Caſt. probat Caſſan. in
Conſtit.Burgund.Rub.11.in tex.ibi contra
le princip.oblig.ou.ſes hoir. num. 10. ad-
huc ſubdit contrarium verum eſſe ex mul
tis relatis, de quo etiam per eundem Fan-
dum in eodem tract.3.p. decl.14. num.32.
ſi poſsit via ritus debitum,ſine cauſa exe-
qui,& ibi num. 39. declarat qualiter pro-
cedat, & patet deciſio ſuper hoc facta per

282 S.C.in 2.p. noſtri Compendij verbo inſtru
mentum , an liquidari poſsit vbi apparet
deciſum eſſe , vt ordinariè procedatur .
Vlterius contingi poſſet liquidatio inſtru
menti impediri ex ordine liquidandi non
ritè, & rectè ſeruato, & primo ſi lis debiti
vigore inſtrumenti penderet coram Ar-
283 bitris, an liquidari poterit inſtrumentum
ea non obſtante pendentia litis, deciſum
fertur negatiuè in caſu occurſo, & relato
in 1.p.Compendij verbo inſtrumentum li-
quidari,an poſsit, ſecundò,ſi eſſet lis intē-
tata in S.C.pro eodem met debito inſtru-
mentario ad inſtantiam creditoris ea ſiqui
dem exiſtente pendentia litis non aliter
poterit ad liquidationem inſtrumēti pro-
cedi in M. C. V. deciſum retuli(Robert.
Marant.conſ.39.) in meo Compendio p.1.
verbo inſtrumentum præſentatum,& nam
exceptio litis pendentiæ in exequutis ob-
284 ſtat , quando lis pendet ſuper validitate
pacti exequutiui Graſſ.in prælud.ſui tract.
de except.num.54. ſi fuiſſet lis aſſiſtentiæ
intentata, & proceſſum vſque ad publica-
tionem , an poſsit via ritus agi criminali-
285 ter deciſum fuit affirmatiuè Marant. diſp.
6.in meo Compend.verbo creditor agens
p.1.nam hic non contra inſtrumentum agi
tur,ſecus ſi contra fuerit actum, ſimiliter
286 ſi reſciſſio contractus fuerit petita,nam
impediretur exequutio inſtrumenti Borg.
deciſ 59 num.11.& 58.p.3. tertio ſi fuiſſet
facta citatio inſtrumenti , & elapſus eſſet
menſis,requireretur requiſitoria,ſi conti
287 gerit citatio fieri die 13 Octobris, & die
13.Decembris 1689. accuſata vltima cō-
tumacia , quia eramus extra Ciuitatem
Neap. quoniam tunc per bimeſtre circū-
ducitur citatio,& per menſem intus Ciui-
tatem,& ſic non incluſo die prędictæ con-
tumaciæ accuſatæ, prout includi non de-
bet ex quo erant dies 31. vnius tempore
accuſationis vltimę contumaciæ,licet pro
reo diceretur fuiſſe incuſatam extra men-
ſem,quia menſis eſt dierum 30.& ſic intel
288 ligitur dicit Nepita in Conſuet. Catin.tit.
41.num.34. altera pars dicebat eſſe men-
ſem Octobris dierum 31. & ſic debere
attendi menſem ipſum cui addendi erant
dies trcsdecim menſis Decembris ſequen
tis , fuit deciſum in fauorem Actoris, &
confirmatum in S.C.Præſ. de Franc. deciſ.
471. cuius auctoritate dum conſimilis ca-
ſus accidiſſet in Curia Ducali Caſtrima-
ris de Stabia ſub Præſidatu Horatij Sali-
nas in caſu liquidationis inſtrumenti con-
tra Natalem Comum, qui fuerat citatus
die 19. Nouembris & die 2. incuſata fue-
rat prima contumacia,poſtmodum requi-
ſitus,& in 19. menſis Decembris incuſata
vltima cōtumacia,inſiſtebat actor pro cō-
demnatione,ex aduerſo dicebatur citatio-
nem eſſe circumductam ſtante lapſu men-
289 ſis,quæ ſiquidem exceptio impedit liqui-
dationem per ea, quæ tradit Carau.in ritu
166. num.16. nam ſi attendatur initium ,
menſis à die incuſationis primæ contuma
ciæ,ſicuti de iure cautum eſt ſecūdum Ca-
rauit. ibi certum eſt menſem non fuiſſe
elapſum , & ſucceſſiuè vno die ſuperexi-
ſtente liquidatio admitteretur, ſin autem
menſis connumeretur à die 19. Nouem-
bris vſque ad diem 19.Decembris pariter
videbatur ſatisfactum citationi, nec pro-
pterea videbatur circumducta , fuit idem
determinatum in . uris prædicta iuxta de-
ciſionem eiuſdem de Franchis . Præterea
ſi eſſent duo inſtrumenta vnum liquidum
aliud illiquidum per quod liquidari pote-
290 rat,vt in citatione deutroque mentio fie-
ri debet,ad hoc,vt in tructus veniat debi-
tor reſponſurus,ita ex Franch.tradit Pal-
ma in diuerſ. Iuris communis , & Regni
Gloſ.20.num.7.vbi etiam ex alia dec.eiuſ-
dem 623 nu.5. tradit eſſe faciendum men-
tionem de diſpenſatione Proregis obtem-
ptæ in citatione , quartò , quia multoties
aduerſus liquidationes inſtrumentorum
ſolent opponi nonnullæ exceptiones, &
291 ſuper illis valdè controuerti(ſummariè
tamen) ſi fortè fuerit procurator à Reo
conſtitutus , & inde diſcuſsis exceptioni-
bus,tamquam non militantibus decretum
vt procederetur ad interrogationem , &
dum intimari debebat decretū procurato
ri ipſe diē ſuū obijt,an erit principalis in-
timandus contingit in cauſa illorum de
Gentile , qui citari fecerant Illuſt. Duciſ-
ſam Atrij ſuper tenore inſtrumenti, & op-
poſitis aliquibus exceptionibus per ipſā
& conſtituto procuratore Iacobo Anello
Todaro facta diſcuſsione nullitatum,& in
terpoſito decreto, vt procederetur ad in-
terrogationem,quia pendente lite procu-
rator deceſſerat, dubitari contingit quali-
ter agendum , & habita longa diſcuſsione
demum facta relatione in Colla. Conſil.
per Iudicem Camillum Larata die 28.
Martij 1628.reſolutum fuit, vt iterum ci-
taretur ad Curiam Duciſſa Atriæ, penes
Pintum Magiſtrum Actorum .

Item ſi fuerit incuſata prima contuma
cia in die prætenſo feriato non aliter po-
292 ſito in calendario, hoc eſt, in die transla-
tionis Sanguinis S.Ianuarij , qui ſolet eſſe
in primo Sabato ante primam Dominicā
primam

primam Maij de quo teſtatur Franc. dec.
475. ſub num. 2. nam fuit iudicatum in
293 M.C. negatiuè in fauorem Actorum Phi-
lippi Hieronymi, & Vincentij Spinole cō-
tra Lanfraneum Maſſo in banca Io. Gre-
gorij Canalis nō enim erat feſtiuitas fe-
rialis, nam eo die pariter de mane Tri-
bunalia reguntur, non tamen deſero ob
deuotionem feſtiuitatis prædictæ, quin-
tò regulariter in nonnullis inſtrumento
torum cauſis, antequam citationes expe
diantur ſolent aliqua impedimenta obue
nire, quæ ſi non militauerint decerni ſo-
294 let, vt ille expediātur, ſolēt aliquā do du-
bitari ſi ab hac interlocutoria detur ap-
pellatio ad S.C. & videtur affirmandum
prout contingit in cauſa illorum de Ve-
ſpulo cum Bianci vt in 2. p. noſtri Com-
pendij verbo inſtrumentum celebratum,
verbo appellatio à declaratoria liquidi
295 aut liquidati inſtrumenti Amat. deciſ.
Ancon. 29. num. 46. & iterum in cauſa
Cæſaris Lubrani creditoris Illuſt. Princi-
pis Auetraræ, qui illum prius requiſiue-
rat ſeruata forma inſtrumenti ad ſoluen-
dum ducatos 4000. ſolui promiſſis in
Terram Cerri Prouinciæ Hydruntinæ
cuidam perſonæ deſtinatę, nec non ad di-
cendum cauſam, quare non debet citari
ſuper tenore inſtrumenti, qua notificata
cum fuiſſet decretum, quod expediretur
citatio ſup tenore inſtrumēti, fuit ab eo
decreto appellatum ad S.C. pro parte
ipſius Illuſt. Principis, & obtemptum ver
bum fieri, licet prætenderetur non poſſe
appellari ob mutationem ſtatus cauſæ
ac ciuili ad iudicium criminale, & per a-
lia fundamēta, dum tū fuerat aliud exē-
plum in actis deductum conſimile in cau
ſa Io. Baptiſtę Rauaſcherij cum Octauio
de Capua vbi fuerat reuocata ſupplica-
tio & iterum per Præſidem Sac. Conſil.
iuſſum obſeruari Regiam decretatio-
nem verbi faciendi de menſæ Auguſti
1628. penes Lucinam, fuit tandem per
reſcriptum Suæ Eccellentiæ ac Collate-
ralis Conſil. iuſſum, vt M. C. procederet
ſeruata forma Ritus, & ſic tollendo ap-
pellationem interpoſitam, quod videtur
comprobari ex hijs, que tradit Amat.
deciſ. Ancon. 75. n. 5. & ſequen. ſicuti non
datur appellatio, quando mandatur in-
ſtrumentum exequi, ita quando pronun-
tiatur inſtrumentum non eſſe exequen-
dum dicens ex Bald. pluries ſeruatum
fuiſſe Peruſij, ſextò, in relatione citatio-
297 nis ſuper tenore inſtrumenti alias mihi
contigit, ſi fieri poterat per Nuntium
reuocatum, quamuis exercere ſuum offi-
cium communiter videbatur de quo ſu-
pra in voto 78. ſeptimò, ſi expirata cita-
tione, fuerit elapſo menſe facta requiſi-
298 toria, & intimata abſque tamen Iudicis
ſubſcriptione annulla reddatur, & deciſū
fuit negatiuè, vt dicam in 3. p. noſtri Cō-
pendij verbo requiſitoria, octauò præte-
299 xtu præuentionis intentatæ præuia abſo-
lutione à iuramento, inſtrumentum liqui-
dari poſſit contra ſtylum petendi abſo-
lutionem ante dies 20. alias dubitari cō-
tingit, fuit deciſum procedendum eſſe ad
liquidationem verum pro cauſa crimina
li fuit remiſſum M. C. vt contumaces ad-
mitteret ad compoſitionem Affict. dec.
31. cum alijs citatis per me in prima par
te Compendij verbo liquidatio, & hæc
300 cautè vtuntur præueniendo debitores ti-
mentes in eos fieri exequutionem vigo-
re publici inſtrumenti guarentigiati Car
tar. dec. Genuæ 20. num. 1. Giuiba deciſ.
Sicil. 44. num. 3 octauò, ſi to :ę ordine ſu-
301 periorum iudicium fuiſſet ſtatutum ne
liquidentur inſtrumenta prout contingit
nouiſſimè decerni per Regios Iudices
iunctæ contra Vniuerſitates ne liquida-
rentur inſtrumenta, quod cum fuiſſet op-
poſitum, & ſimiliter decretatione facta
in Curia Notarij mortui, ac etiam d. re-
ſolutione contr. ctus ob retrouenditionē
factam, nam fuit deciſum per S. C. quod
cauſa in eo remaneret, & debitores excar
cerentur cum cautione quidquid fuerit
iudicatum, vt retuli in d. par. 2. Compē-
dij verbo liquidatio inſtrumenti, nonò, vt
plurimum debitores Curia Tribunali
302 ſedente ſolent comparere, & præſentare
aliquas ſcripturas, vt conſuetum eſt ſer-
uari in praxi, & ſic interponitur decre-
tum viſis ſcripturis extra bancam proui-
debitur, hoc tamen intelligitur nedum
ſi ſcripturæ date eſſent in eorum fauorē,
ſed etiam ſi dubiam inſtantiam contine-
rent, impediretur liquidatio, vt refert Cō-
ſil. Theodor. in allegat. 65. num. 28. Re-
ſtat proſtremò videre in quo loco liqui-
dationes inſtrumentorum ſint faciende
304 cum regulariter in M.C. V. ex ſua præe-
minentia fieri ſoleant teſtantur Scagl. in
Ritu 54. vbi Carau. in princip. ſimiliter
in Regijs Audientijs notat Regen. Rouit.
305 in pragm. 1. de liquidat. inſtrum. quam-
quam hodie vſu receptū ſit in qualibet
Curia Regni poſſe præſentari inſtrumen-
ta, & illa liquidari intra ſuos ſubiectos,
& non aliter, ſi non fuiſſent Iudices com-
petentes, vt dictum eſt ſupra ſimiliter, &
aut-

Digitized by Google

aſſiſtentiam præſtare citra appellationē
305 quòad ad iudicationem iuxta formam
pragm. 1. de Aſſiſt. quamquam videatur
dubitari apud alios eum ipſa ſit eidem
M. C. directa, & ſic non ad alias Curias
Regni extendenda, quia localis, ad hoc
reſpōdet Coſtan. Papa in add. ad Carau.
in ritu 259. eſſe ſeruandam in omni Cu-
ria benè verum; eſt, vt percepi ab vno
ex Dominis Iudicibus practico, quando
tales ſententiæ aſſiſtentiæ per viam ap-
pellationis deuoluuntur in M.C. ſi non
haberent exceptionem releuantem mi-
litantur exequutioni, alias illis exiſtenti-
bus exceptionibus militātibus terminus
in cauſa elargitur, & proceditur ad vlte-
306 riora in cauſa, & ſicuti Capitulum Regni
ſi de furto. quod obſeruatur in M.C. ſerua
ri debet in omnibus Curijs Regni Afflі.
in conſt. ſi quis in poſterum ſub num. 43.
vbi alia dicit, & in ſimili idem concludit
Corſer. in quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 12. ex
307 hoc incidit dubitatio in Ciuitate ſi in
Curia Magni Admiratus præſentari po-
terat inſtrumenta iuxta formam Ritus
& licet negatiuè fuiſſet per M.C. deciſū,
adhuc contrarium poſtea per S.C. iudica
tum ex quo alias in ſimilibus cauſis pro-
ceſſerat, ita Frece. de ſubfeud. lib. 1. de
offic. Magni Admirat. num. 31. ſecundò,
308 alias contingit hæſitari ſi in Curia baiu-
li liquidari poſſie inſtrumentum, & fuit
iudicatum par S.C. negatiuè teste Illu.
Reg. Tapia in ſuo Iure Regni ſuper ritu
incip. item, quod ſi debitores num. 6. &
ſeq. & nu. 32. verſ. hic articulus, vt in meo
Compendio p. 1. verbo inſtrumentum, an
309 poſſit ſimiliter ſi in Curia Nundinarum
fieri poſſit liquidatio inſtrumenti, & da-
to, quod fieri potuiſſet ex Marant in ſpe-
cul. p. 4. diſt. 9. num. 133. an per horas pro-
cedi poſſit non expectato peremptorio
hoc attingit Nouar. lib. 2. qu. forenſ. cap.
32. vbi affirmatiuè ex multis probat, ter-
310 tiò, an autē in Terris Baronalibus poſſint
inſtrumēta liquidari, & certum eſt, quod
niſi habeant Barones ſpecificam cogni-
tionem cognoſcendi de cauſis inſtrumen
talibus nequeunt de illis petere remiſ-
ſionem ſi alibi præſentarentur, & ita de-
ciſum retulit Reg. Rouit. in pragm. de li-
quidat inſt. num. 2. benè tamen inter ſuos
vaxallos de talibus cauſis inſtrumenta-
rijs in eorum Curijs agitari non prohibē
tur Capibl. in prag. 8. p. 1. nu. 200. de Ba-
ron. ſi in curia Eccleſiaſtica præſentari
311 poſſint inſtrumenta, & ipſa liquidari iu-
xta formam Ritus M.C. quod ſanè con-
tingere poſſit inter laicos, qui poſtea cle
312 rici efficiuntur, vt contra eos eodem mo
do procedi poſſit, & clarum eſt, ita proce
di poſſe ex ſpeciali Ritu Curiæ Archiep.
& ſic deciſum per S.C. in cauſa Io. Lonar
di Bertaudi refert Donat. Anton. de Ma-
rinis quotid. reſol. cap. 189. pariterque,
quando ageretur de liquidando inſtru-
mentum contra clericum coniugatum
ex deductis per Nouar. lib. 1. qu. forenſ. q.
79. num. 6. etenim inſtrumenta publica
313 etiam in foro Eccleſiaſtico paratam ha-
bet exequutionem Parlad. d. tract. p. 2. c.
fin. p. 1. §. 13. ampliat. 7. num. 1. & ſic ſtatu-
ta dantia exequutionem paratam inſtru
314 mentis etiam inter perſonas eccleſiaſti-
cas militare videntur Franc. Marc. deciſ.
390. tom. 1. Pyrrus Eneglem. vbi ſupra.
Poſtremus modus procedendi in cauſis
315 inſtrumētorū criminaliter erit, ob periu-
rium incurſum cuius praxis refertur ab
eodem Tartagl. d. praxi ciuil. cap. 1. num.
ſin vbi videri poterit ne idē referre co-
tingat, & melius Reg. Rouit. in d. prag.
1. de offic. baiuli ſub num. 35. vbi decla-
rat hunc modum pertinere ad penam
per iurij, quæ erat olim pena obtrunca-
tionis manus, & talis modus ſimolizare
videtur cum præcedenti, & ſic in dies ob
316 ſeruatur, & an hæredibus, & contra hære
des conceſſum ſit agi pro periurio latè
Afflict. in d. conſt. eos, qui ſcienter ſub
num. 9. & 10. hoc agit vt hæredibus cre-
ditorum conceſſum ſit, ſed non contra
hæredes debitorum per rationes ibi ad-
ductas, & in cap. qualiter autem num. 3.
vaxall. iur. fidelit. & ratio eſt ob iuramē-
317 tum non pœſtitum de facie ad faciem, ſi-
cut ſit inter debitorem, & creditorem,
vt liquidari poſſit Reg. Rouit in rub. de
inſt. liquidat. num. 8. Denique circa exe-
quutionem pacti exequutiui ſimiliter agi
permiſſum erit, nam & ſi de iure cautum
318 tum ſit ab exequutione non eſſe inchoā-
dum l. 1. C. de exequut. rei iudic. cū alijs
adductis per And. Gail lib. 1. obſeru. 13.
num. 1. & in tract. de pace publica cap. 5.
num. 1. & ſequ. Nihilominus à præceptis
319 inchoari poteſt quando ex pacto exequu
rio ſine Iudice fieri poteſt ex Gloſ. in §.
ſerui verſ. tranſitu inſt. de liber. vbi Ang.
num. 4. Port. nu. 4. & alijs firmat Carrocc.
320 ſingul. 430., Et propterea virtute pacti
adiecti exequi poſſe non dubitatur, eto-
nim ex conuentione partium, fieri poſſit
quod inſtrumenta habeant exequutionē
paratam probat Ant. Canar. in d. tract.
quæſt. 32. Ameſc. in tract. de poteſt. in ſe
ipſum

Digitized by Google

ipſum lib.2.cap.21.num.3.& conſequenter pactum, vt Iudex valeat ab exequu-
321 tione incipere Galleſ.eod.tract.in qu.ad tertiam particulam oblig. Camer. qu. 4. num.5.ſicque quando partes inter ſe cō-
322 ueniunt,& paciſcuntur,vt inſtrumentum tum in perſona tum etiam, & in bonis exequi poſſit, quia vigore huiuſmodi pacti inſtrumentum exequi poteſt ex Bald, & alijs quampluribus Doct. comprobat Graſſ. in tract.in tract.de exception. in
323 prælud.num.6. & ſic quodlibet pactum in inſtrumento adiectum erit exequtiuum, cum ſit pars contractus, vt dixi & de per ſe tantum exequi poteſt, intantū, quod quis pro cenſu non ſoluto propria auctoritate poterit capere fructus rei cenſualis, vel bona cenſualia quouſque fuerit eidem perſolutum ex Caſſan. pro-
324 bat Foller.vbi ſupra nu.54. ſubdens hoc eſſe ſpeciale fauore cenſus, quod tanto magis hodie procedit propter clauſulas ſolitas in contractu appoſitas,quem etiā perfunctoriè aſſequitur Cencius in tract. de cenſibus p.2.cap.2.qu.5.ar.5. in principio vbi negatiuam partem firmando concludit,contrariam ſententiam in duobus tantum caſibus admittendam eſſe, primo,quando inter emptorem,& venditorem initum fuiſſet pactum ſpeciale, vt iure proprio abſque Iudicis auctoritate ei liceat fructus fundi ſuppoſiti capere ob moram debitoris,ſecundò,quando in inſtrumento fuiſſet adiecta clauſula precarij,vt ibi per eum,quod ſiquidem in vſu practico neutiquam vidi hucuſque receptum,niſi euidente Iudicis licentia, ſummario præcedente ordine Iudiciario, cū igitur ex vrbanitate conſuetum ſit Iudicem adire pro exequutione inſtrumentorum atque pactorum in eis adiectorū vt ſupradictum eſt,eo magis ſi de perſo-
325 nali captura ageretur,eo quod propria auctoritate creditoris,vt quis capi com pelli,aut carcerari poſſit paciſci non poteſt,vt firmat Galleſ.vbi ſupra d.q.4.n.2. Ameſcua in tract.de poteſtate in ſe ipſum lib.2.cap.20.num.8.& 9. ſed opus erit, vt ipſe ſubdit num.3.libello, & litis conte-
326 ſtatione, nec ab exequutione perſonali inchoandum Peguera latè deciſ. Catal. 199.num.4.& 5. Viuius in Sylua commu. opin.in opin.183.num.4. nonnulli autem Doct. contrarium verum eſſe putant, vt
327 valeat tale pactum, ſicut probat Graſſ. d.prælud.num.91.maximè de conſuetudine,aut lege municipali concederetur Peguera vbi ſup.n. 6. Troy.in titu 170.n.12

Quò verò ad bona ſi benè poſſint exequi propria auctoritate,vt ex multis pro bat Ameſcua d.tract.eod.lib.2.cap.2. c. 21.nu.3. ſecundum veriorem opinionem adito Iudice, aliquali ſummaria habita cognitione,licentiam impartitur, vt ſupra dictum eſt, hoc ex vrbanitate fieri confirmat Ameſc. vbi ſupra ex Menoch. de Adipiſc.poſſeſſ. remed.5.num.148.& 150 vltra alios ibi relatos, & quatenus
328 partes conueniri poſſint, vt Iudex procedat ſinè ordine iudiciario,vt dixit ibid. Galleſ. & ſequitur Graſſ.eodem tract. in prælud,num.7.adhuc tamen, vt in præcedenti numero fateretur, partes facere,non poſſunt,vt ordo iudicialis, non ſeruetur, ſed tūc illius Iudicis verbum, non habebit vim ſententiæ,ſed cuiuſdam pacti, cæterum, vbi deficeret pactum prædictum cum aliquali cognitione procederet ad exequutionē realem, & perſonalē, quare in Regno per exiſtentiam pacti prędicti
329 inoleuit praxis,vt fiat citatio ad dicendū cauſam,quare inſtrumentum cenſus non debet exequi vigore pacti in inſtrumento ipſo adiecti,& ſi debitor comparet de
330 cernitur viſo pacto, quod exequatur, ſin autem non comparet ſolet in contumacia decerni viſo pacto, quod exequatur, docet Foller. in loco allegato num. 60, quod etiam in alijs annuis reddidibus in tempore non ſolutis fieri ſolet, & ſunt ad notanda, quia quotidie occurrunt in facto,& hoc caſu rectè procedit exequutio in perſona vigore obligationis factæ cū iuramento, vt probat Graſſ. loco citato nu.86. imo pro faciliori exactione red-
331 dituum, datur cautela creditoribus, vt petant à Iudice ipſum debitorem condēnari adſoluendum redditum præteritum & in futurum ſingulis annis, & Iudex, eo citato oſteſo inſtrumēto condemnet ipſum ad ſoluendum reditum præteritum & ad ſoluendum omni anno in futurum tunc ipſa ſententia tranſit in rem iudicatam, & fit exequutio abſque libello ita ex Cyn. & alijs probat Afflict. in conſt. auctoritatem ſub nu.2. annuens ita pluries fuiſſe iudicatum, etenim debitor in diem poterit conueniri ante tempus, vt adueniente tempore ſoluat l.in omnibus ff.de iudic.Fuſc.ſing.7.lit.D.& vltra allegatos hoc idem probat ex Padilla Molin.Gail & Gamma Raynoſ.in obſeruat, 62.ſub nu.18. vbi plura deduxit ad comprobationem eiuſdem quæſtionis, potiſſimum in legatis annuis ex Gloſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim §.1.ff.de verb. oblig. ver bo futu-

bo futurum. Hæc quòad principales debitores quò vero ad hæredes ipſorũ eſt
332 iure probatiſsimum ipſos prius citari, & liquidata perſona eorũ eſſe hæredes procedi ad exequutionem inſtrumẽti, vt ibi tradit Foller.num.15.& ſub nu.19. Parlad.d.cap.fin.§.2.nu.15. Caſſan. in Conſuet.Burgund.tit.des Mainſmor.§.9. in verſic.& ſe doi & faire num.4. & ſic eſſe de ſtylo parlamenti refertur in eodem ſtylo Pariſienſ.tit. de action. perſonali §. item ſi mortuus ſit & ibi bona additio prout apud nos extat Ritus Mag.C.181. vbi Carau.& Galt. in praxi inſt. prima p.2.partis Rub.num.10.hoc probat tam de iure communi,quam Regni agens vti hæres debet probare ſe talem eſſe Cenc. deciſ.279.num.1.tom.3.Petr.Gregor. de cenſib.q 8.num.4. nam legitimatio perſonæ in quolibet,& iudicio etiam exequutiuo eſt neceſſaria Cenc. de cenſ.p.2.c.2. q.5.ar.6.num.14.Sed quæſtionis eſt qualiter probatio iſthæc fieri debeat,an ſufficiat tantum fides actuarij aſſerentis, quem eſſe hæredem declaratum Titij cũ de hoc fuiſſet valdè dubitatũ in M.C.in cauſa liquidationis inſtrumenti factæ in Curia Serenis ad inſtantiam Pompei de Philippis cum Ferdinando de Stephanellis,& videbatur eam ſufficere,etenim adi
333 tio hæreditatis etiam per verba aſſertiua eſſe hæredem probetur Ludou. deciſ. Rom.460.num.1.Franch.deciſ.694. & de pertinentibus ad eorum officium ſtatur eorum fidei. Præterea ſi in omnibus liquidationibus, præambula fieri debent in quolibet actu, vana redderetur hæredis aditio,cũ ſufficere debeat ſemel fuiſſe declaratũ hæredem præuia interlocutoria preamboli, cuius fides ſufficere debeat pro liquidationibus faciendis die-
334 tim. Nihilominus fuit contrarium iudicatum in cauſa prædicta per M.C.ad relationem Iudicis Taſſoni die 23. Maij 1633.& dictum,vt iterum citatur penes Sclauũ Magiſt.Act. & quamuis inde fuiſſet producta copia decreti præamboli, quia non fuerat prius preſentata,ſed poſtea præſentanti non ſuffragabatur, quò circa per diſpoſitionẽ Ritus predicti 181. ſtatutũ eſt, vt in promptu per publicum inſtrumentum conſtare debet quem eſſe hæredem,vel dare petitionem,illud probare per quaſcumq; probationes, & interpoſito decreto quod ſit hæres proceditur ad interrogationem vbi Carau. practicam,& formam interpoſitionis decreti docet num.1.2.& 3. quam etiam citatur Galter. vbi ſupra num. 11. & 12. in quo aduertendum eſt, quod in tali decre
335 ti interpoſitione expreſsim habetur, quod poſsit liquidari inſtrumenta iuxta formã Ritus M.C.pro vt ipſi aſſerunt,& ſic quoties copia decreti præamboli produceretur ante liquidationem per quam apparet nedum eſſe hæredem, ſed liquidare rectè liquidatio fieret,ſed ſi ſimplex fides actuarij produceretur,quod talis fuit declaratus hæres, quatenus probaret, quia ex illa non conſtat,vt poſſit liquidare in
336 ſtrumenta, meritò nulla de ea ratio poterit haberi cũ ſuſcriptio Magiſtri Actorum appellatur teſtimonium Afflict.dec. 356.num.14, nec proinde procedi poſſit ad liquidationem, ſi non conſtet de tali facultate conceſſa per Iudicem in decreto præamboli,& ſic in viridi obſeruantia cernitur practicari in dies, & in hoc erit aduertendum, quod maxima differentia verſatur eſſe in præambolis factis extra Ciuitatem Neap.per cuncta Regni Tribunalia,& alijs factis in M. C. V. etenim preambula facta extra Tribunalia M. C. nullam fidem faciunt in M.C.niſi fuerint ab ea cõfirmata, & ſic in praxi cõpetitur fuit viſis præambolis ſi ritè ac rectè proceſſerint, interponitur decretum confirmationis, ſin autem non rectè proceſſerint datur terminus de nouo,& interponitur decretum præamboli,& ratio eſt, quia ex præeminentia M. C. refertur ad ipſum dumtaxat ſpectare ſimilia præambola facere iuxta d. Ritum 181. ſed in M.C.quando fit præambolum in vna bãca ſufficiet copiam decreti producere in alia vbi liquidatur inſtrumentum: quia eadẽ eſt M.C.nec indicet alia probatione,& ſic vſu receptũ eſt in praxi, & ideò cauſa exequutionẽ ſententiæ cõtinẽs niſi facta prius excuſsione bonorum in confuſo,quod bona non eſſent,non fit exequu-
337 tio de perſona contra hæredem ſubdit ibi Foller.nu.17. ſequitur Cencius de cenſibus p.2.cap.2.qu.5.art.6.num.35. tamen
338 pro cenſu aliter dicendum eſſet, vt ſine aliqua diſcuſsione exequutio fieri poſsit, ſed id intelligit Foller. loco citato num. 18.præcedente citatione,& facta diſcuſ-
339 ſione,an ſint heredes ſimiliter,& inſolidũ exequeretur,ſi eſsẽt plures heredes,eo quod cenſus eſt indiuiſibilis Benedict. Bonus in tract.de cenſibus lib.1.art.90. nu. 123. Griuell.deciſ.Dolan.141.num.2. & melius deciſ.99.num.19. & ita iudicatum in S.C. vt dixi in 2. parte noſtri Compend. verbo ſolutio canonis, & rationem red-

dit

dit Surd.deciſ.32.in fine,non autem in de-
340 bito inſtrumenti guarentigiati ſi eſſent
plures hæredes,ſed proportionibus hære-
ditatis Ceual.q.7. num.11. Contra autem
341 tertios poſſeſſores ſententia, non aliter
mittetur exequutioni, vt de perſona ca-
piantur iuxta allegata per eundem Foller.
ibi num.12. Monac. deciſ.Bonon.14. per
totam ſine nouo proceſſu addit Cencius
vbi ſupra num.21.& 23.realiter tamen,ſe-
cus eſſet, vt exequutio fieri poſſit contra
tertium poſſeſſorem etiam non citatum
vbi in inſtrumento de capiendo, & cum
præcarij conſtitutione pactum ad eſſet, p-
bat Viuius deciſ.226.num.7. benè tamen
342 pro cenſu aliter dixit eſſe concludendum
vt de perſona capi poſſit nulla diſcuſſio-
ne bonorum principalis facta, vt ibi Fol-
ler.num.23. quod ſanè in praxi receptum
non eſt,prout etiam idem confirmat Ma-
ſtrill.in addit.ad Pet.Greg.de cenſib.qu.7.
num.41. & maximè cum difficultate pro-
ceditur ad exequutionem realem, vt tra-
dit Maczia in addit.ad Franc. Ant. de Iu-
dice in tract. conſid. 4. ſub num.79.in me-
dio verſ.& ideo in actu practico,vbi plura
circa hoc tangit,nedum pro cenſu,ſeu em-
phiteotico canone aduerſus poſſeſſorem
prædij pro cenſu obligati facienda erit
exequutio Parlad.d.cap.fin.p.4.§.1. nu.18.
343 de quo latiſſimè habetur apud Surdum d.
deciſ. Mantuæ 32., Sed hoc,non via exe-
quutiua inſtrumentorum,nam ſicut inſtru
mento, qui non nominatur non eo quoq;
344 iuuatur Toming.deciſ.Lipſiæ 35. num.20.
ita Cencius vbi ſupra nu. 22. quemadmo-
345 dum etiam præceptum,& confectio non
egreditur p tionam obligatam Doct. in l.
1.§.ſi hæres ff.ad Trebell.cum alijs relatis
per Macerat vbi ſupra num.17. ſic & pa-
ctum non extenditur ad alias perſonas,
quam in pacto comprehenſas Cabed. dec.
Luſit.122.num.3.p.1.Intrigl. deciſ. Sicil. 1.
num.26. & ſic non poteſt exequi contra
tertium idem dec.8.n.9.Giurb.dec.62.n.22
& ſubdit ibi Milan.dec.1.n. 38. lib 2.Mac
zia ait pluries intẽtaſſe cõtra tertios poſſeſ
ſores exequi vigore pacti exequutiui rea-
liter, & non potuiſſe obtinere,ſed fuit di-
ctum, vt ordinariè procederetur per viã
aſsiſtentiæ, & tunc fortè exequutiuè pro-
cederetur quoties in inſtrumẽto adeſſet pa
ctũ exequutiuũ,vel manus iniectionis, vel
quod exequatur,ac ſi ageretur pro pen-
ſionibus domus &c., Sed benè ad inſtan-
tiam ceſsionarij vigore pacti adiecti pote-
347 rit contra debitorem delegatum huiuſmo
di procedi, vt in cauſa d. Fabritij Carafæ
Comitis Policaſtri ceſsionarij Dorotea
Capycij contra Vniuerſitatem Baroli pe-
nes Caputum Act.Magi. anno 1619. quia
348 ceſsionarius agit via exequutiua Cauenſ.
in ritu 166.num.8.Cenc.ibi nu. 7. Demum
contingi ſolent in actu liquidationis in-
ſtrumenti alique inſurgere altercatio-
nes reſpectu debitorum, poſtquã per acta
citatione ſuper liquidatione inſtrumenti,
349 & intimata accuſatiſque contumacijs in
forma in prima Curia ſedẽte p Tribunali
per vnũ ex actuarijs præcipitur præconio
vocari creditorem,deinde eo inſtante de-
bitorem Franc. Ant.de Iudice in d. tract.
conſid.4.num.4.& vt oſtendant ſe eſſe præ-
tenſes creditores dum vocantur eleuant
manus, ſed debitores fortè ibi exiſtentes
ſolent pedes eleuare,vt vulgo dicitur,& à
Tribunali diſcendunt: nam inter venien-
tibus creditoribus, & debitoribus ex plu-
ribus expletur actus liquidationis dicitur
interrogantur creditores ſuper tenore
350 inſtrumenti,de ſumma eis debita,& pari-
ter ipſi debitores, an inſtrumentum, & in
illo contenta vera ſint, nec ne ſicuti ex-
preſſim aſſerit Reg.Rouit.in pragm.4.nu.
29.de inſtrument. liquid. & in hoc aduer-
tendum erit ad modum comparendi ipſo-
rum debitorum, communiter autem non
ſolent Curia ipſa ſedente comparere, ne
remaneant carcerati, ſed ſolent deſero
351 compare coram vno ex Iudicibus cum
comparitione, quæ ſignata per Iudicem
in actis præſentatur, & vſque ad aliam
Curiam expectatur altera conuocatio,in-
ſtante creditore, quæ vulgo inſiſtentia
nuncupatur,vt ex Rober.conſid.4.nu. 37.
& Carau.ritu 163. num.11.probat Galter.
d.praxi 2.p.3.p.Rub.1.ſub numer.4. adeò
quod ſi actor non inſteterit,debitor legiti-
352 mo iure poterit inſtare, vt licentietur
Franc.Ant.de Iudice in alleg.tract.conſid.
4.ſub num.37. & huic conueniunt tradita
à Scayn.deciſ.Bonon.11. num.70. & ſequ.
vbi agit de citatione circumducta cum ci-
tans intempeſtiuè diſceſsit non expectato
aduerſario, ac etiam ſi contra ruerit, &
illecentiatus diſceſſerit, licet poſtea reus
comparuerit poterit actor in expenſis cõ-
demnari,& demum num.72. ad hoc,vt ci-
tatio circumeucta dicatur non ſatis eſt reũ
comparuiſſe poſt diſceſſum actoris, & li-
cẽtiatum diſceſsiſſe, ſed oportet ab eo ac-
cuſatam eſſe contumaciam actoris, hinc
353 orta fuit controuerſia ſi debitor accuſa-
tus ſuper tenore inſtrumenti, & dum po-
tuiſſet licentiari, Iudex denegauerit,& in-
ſtetiſſet,quod ſtare deberet donec aperire
tur

tur inſtrumẽtum contumaciæ, quæ eſt in-
fra Ciuitatem dilatio vnius menſis, extra
vero duorum menſium, fuit per M.C. de-
ciſum, quod licẽtietur Seagl. in Ritu eiuſ-
dem M.C. 163. num. 20. nam contumacia
vltima in citatione intra Ciuitatem po-
teſt accuſari in menſe extra vero in duos
menſes Berard. Pand. de præſent. inſtrum.
p. 4. declarat. 4 num. 38. & ſi fortè credito-
res inſteteſſent pro incuſatione vltimæ cõ-
tumaciæ, & debitores reperirentur abſen-
tes à Iudicio, vel maliti sè, vel non fuerit
abſentia expreſsè allegata remanerent
354 condemnati vigore contumaciæ contra-
ctæ num. 45., aut ſi fuiſſet malitiosè ab-
355 ſentia allegata vtique eis non ſuffragere-
tur Galter. in d. praxi 3. p. Princip. Rub. 4.
num. 11. ex Robert. d. conſid. 4. num. 13. be-
356 bè verum eſt, quod vſque ad galli cantũ
moram purgare poſſent comparendo, ſi-
cuti diſpoſitum eſt in Ritu 202. Pandus in
d. tract. de præſent. inſt. p. 4. declar. 5. nu. 46.
Franc. Anton. de Iudice d. tract. & conſid.
4. num. 37. Franc. decis. 685. num. 1. & pro-
357 pterea praxis inolueret comparere deſe-
ro coram vno ex Iudicibus M.C. præſeu-
tando coram eo comparitionẽ, quæ ſigna-
tur ab ipſo, & præſentatur in banca vbi in
terlocutoria contingit, ſicut dictum eſt, ſu-
pra, & retulit Galter. d. praxi inſtrument.
2 p. 3. partis Rub 1. num 3. ante eum Ca-
rauit. in ritu 93. ſub num. 3. in 3. notabili
358 Solet in hoc contingere plures debitores
vocari, in Curia ad inſtantiam creditoris
ſi fortè vnus ipſorum comparuerit, an ip-
ſius comparitio alijs prodeſſe videatur re
ſpondet Galter. vbi ſupra num. 2 quemad-
modum vno comparente, nec aliter credi
tore inſiſtente licentiari debeant, imo &
omnes alij debitores non comparentes
ita pariter vno comparente de ſero ita
ex Ritu M.C. ad diſpoſitione iuris commu
nis probat Præſ de Franc. deciſ. 685. num.
2. & quid in reſcripto conceſſo vni ex cre-
ditoribus ſi alijs prodeſſet ita Doct. vna-
nimiter concludunt, vt patet in caſu rela-
to infra voto 85. Sed ſi creditor vnum ex
pluribus debitoris inde requiſierit, vt cõ-
ſuetum eſt requiſitoriam fieri, ipſo com-
parente non excuſaret alios, & ita deciſũ
refert Præſ. de Franc. d. deciſ. 685. num. 3.
& 4. Galter. vbi ſupra num. 5 & 6. inſuper
dubitari contingit ſi comparente vno tẽ-
pore liquidationis operetur eius compa-
359 ritio, vt carceres euitentur etiam reſpe-
ctu aliorum, quinimò liquidatione facta ſi
comparuerit de ſero, & ad primam deinde
cum ſupplicatione retardabitur exequu-
tio, quò ad comparentem, & quò ad alios
expedire ſolet M.C. literas exequutoria-
les, vt facto determinauit M.C. teſte eodẽ
Franc. Anton. de Iudice d. tract. conſid. 4.
ſub num. 36. incipit. adde, quod ſi vnus ve-
360 rum tamen ſi vnus ipſorum debitorum
carceraretur vtique omnes audirentur ex
tra carceres contra inſtrumentum in eo-
rum exceptionibus, & ita iudicatum per S.
C. in occurrenti caſu retuli in Compendio
Deciſ. Regni p. 2. verb. debitores plures,
ſed quando omnes fuiſſent citati, & per
comparitonem vnius ſuperſeſſum in li-
quidatione ex quo non paruit Regiæ de-
cretationi, ob quod ſe in carcerem conie-
cit, ſi non fuerit interpoſitum decretum
vtique audiendus, ſecus ſi fuerit interpoſi
tum decretum, & ita deciſum tradit Giza-
361 rell. dec. 71. Si vero debitor comparuerit
perſonaliter Curia pro Tribunali ſeden-
te ſuper interrogatione, tenoris inſtrumẽ-
ti, & in hoc tria ſunt conſideranda, nam
aut ſimpliciter comparuerit, tunc ſiuè cõ-
fitetur debitum, ſiuè neget condemnabi-
tur, & ſi diceret ſatisfeciſſe, niſi in prom-
362 ptu doceret iuxta Ritum 174. vbi ita cen-
ſuit Marc. Ant. Puluerin. in Addit. incip.
363 Idem fuit obſeruatum, & talis ſatisfactio
promptualiter probata per inſtrumẽtum
quietationis vel aliam cautelam, ſeu ſcri-
pturam authenticã, vt puta per acta iudicia-
lia, forenſia, vel partitam banci euitabit
carceres, vt probat Franc. Anton. de Iudi-
ce Rober. conſid. 4. eiuſdem tract. num. 53.
& ſi fuiſſe inſtrumentũ perditũ ſcriptura
ſatisfactionis per binos teſtes promptua-
liter admitteretur probatio, cæterum vbi
ſcriptura ſolutionis nulla adeſſet ſuffice-
364 ret eam ſatisfactionem probare per quin-
que teſtes ad hunc actum rogatos, ſicut
num. 55. ſubnectit, & ſubſequitur Galter.
in eadem praxi 2. p. 3. partis Rub. 2. nu. 56.
qui produci debent Curia pro Tribunali
365 ſedẽte, & in ipſo actu interrogationis, op-
poſita exceptione ſatisfactionis per debi-
torem annotantur nomina, & cognomina
ipſorum per Actuarium, vt in praxi rece-
ptum eſt, & ſic iudicatum per Mag. C. ad
relationem Philippi Paſcalis in cauſa D.
Vinc. Arcutij cum D. Fabritio de Mona-
co in bãca Serafini anno 1619., at ſi fuiſ-
ſet conuentum, quod ſolutio non poſſit
366 probari per teſtes, ſed per inſtrumenta
tunc ſi citatus opponeret ſolutionem per
teſtes non audiretur, ſed ad liquidationem
proſequeretur ita refert obtinuiſſe Vrſill.
deciſ. 398. ſequitur Galter. ibi numer. 29.
Quid autem ſi producta fuerat apoca re-

ceptio-

ceptionis factæ, per creditorem trino teſte ſignata per debitorem vocatum ſuper tenore inſtrumento, in ſimul cum eis de teſtibus in promptu deponentibus, an per hoc videatur probata ſatisfactio debiti, prout mihi occurrit in facto in Ciuitate Caleni, quando eram Iudex in Ciuitate Theani, & ordinarius Conſultor d. Ciuitatis Caleni, videbatur non ſufficere talem probationem, eo quod quinque teſtes neceſſarij erant aduerſus inſtrumẽtum, vt dictum eſt, præterea quia ſcriptu
368 ra priuata etiam recognita à teſtibus ſolum ſemiplenam probationem facit ita ex Cranet. Rota Genuæ Afflict. deciſ. 181. Couar. Viuio, & Velaſco probat Pereyra deciſ. Luſit. 79. ſub num. 1. verſ. vnde in caſu, itaque talis ſcriptura priuata
369 non eſt legibus multum in conſidentia Magon. deciſ. Florent. 122. num. 2. & non
370 plus operatur, quam vox viua ſcribentis idem deciſ. 12. num. 16. non mirum ſi non
371 venit de communi vſu loquendi appellatione inſtrumenti Carrocc. de 49. num. 10. Magon. deciſ. Luccenſ. 15. nu. 4. adeò quod ſi cõuentum fuerit. vt haberet vim publici inſtrumenti, non aliter hunc eſſe dictum produceret, vt probat Marant in
372 ſingul. incip. ſcriptura priuata fol. 104.
373 Ex aduerſo dicebatur talem ſcripturam quamuis priuatam à creditore ſignatam trinoque teſte roboratam plenam fidem facere ex tex. in l. ſcripturas C. qui pot. vbi Doct. & Alph. collect. 217. plures ad hoc allegat Ricc. coll. 19. & vltra eos Genua in tract. de ſcrip. priuata lib. 2. tit. de
374 Apoca manu cred. conſcript. num. 13. & ſequent. præterea ſecundum aliquos ſub nomine inſtrumenti complecti dixerunt poſt Carrocc. ibi num. 3. Caſtill. dec. 109 num. 34., ſed ad deciſionem articuli adduco eundem Carrocc. allegato lo-
375 co ſub nu. 14. qui formalia verba recenſuit, ſecus autem in ſcriptura priuata, quę de ſe fide facit, iuxta quam in facti contingentia occurrit ad ſtatutum Tudertinum in cap. de guarentigia diſponens, quod ſolutio debiti contenti in inſtrumẽto nõ poſſit probari niſi per aliud inſtrumentũ quia ſi debitor habeat ſcripturam priuatam, quæ de ſe fidem faciat hanc quæſtionem elegantem, & valdè vtilem in practica, & ſæpius in facto occurrere dixit Crauett. de Antiq. temp. in 1. p. verſ. quarto limitatur num. 83. & in ea Rom. conſ. 23. & 77. in fine tenuit, talẽ ſcripturam priuatam non ſufficere. cũ inſtrumentum dicatur, quod confectum eſt à

perſona publica, & ſic Tabellione ex l. cenſus ff. de probat. iuxta ſecundã expoſitionẽ Gloſ. & attento communi vſu loquendi, quod in ſtatutis receptiſſimum eſt Felyn. in proem. decret. col. 2. ex l. librorum §. quod tamen Caſſius ff. de leg. 3. l. labeo, & ibi Bart. ff. de ſupell. leg. latè Euerar. in loco à vulgi opinione Mantua lib. 2. locor. comm. cap. 30. contrarium determinat Crauett. in citato loco contra Roman. quia appellatione inſtrumenti venit ſcriptura priuata, quæ de ſe fidẽ facit, vt etiam ſuperius diximus ex Felyn. & Dec. ſuperius allegatis hæc illæ, ad quod accedit quod dicit Galter. in d. praxi d. p. 2. 3p. Rub. 2. num. 40 & ibi Additio, quod apoca ſolutionis præſentata
376 à debitore, ſiuè fuerit ſcripta à creditore, vel eius ordine, ſi fuerit recognita benè probaret, aut ſi teſtes in promptu eſſent producti, pẽdente verificatione carcerabitur debitor, nam de per ſe ſola nõ impediret liquidationem, idemque erit ſi fieret comparatio cum alijs ſcripturis, & ea facta probaret, benè verum eſt, quod apoca trino teſte notata, vel bino quod
377 confirmentur inter fuiſſe non diceretur priuata, ſed publica Iaſ. in l. admonendi nu. 12. ver. & generaliter ff. de iure iur. Ceph. conſ. 270. num. 2. quos probat Perſonal. q. 14. num. 66. ſicque in caſu allegato cũ fuiſſet debitor citatus pro capitali ducatorum 80. & vna annata decurſa ſuper tenore inſtrumenti, & Curia pro Tribunali ſedente in promptu produxerat apocam de recepto trino teſte notatam, pro annata ſoluta ac teſtibus ipſis in promptu, & poſt verificationem factam, non fuit vlterius proceſſum ad interrogationem, eo amplius quia creditor ipſum citauerat ante ceſſionẽ diei, de anno 1624. & menſe Octobris, vnde licet agi poſſit
378 ante tempus, vt adueniente tempore exequatur probat Paridus d. tract. 3. p. decl. 10. num. 25. non tamen admitti debet in liquidationibus inſtrumentorum, niſi pẽdente lite debitum fuiſſet maturatum, quoniam valeret citatio facta, & iudiciũ inde ſequutum ſuſtinetur, vt deciſum protuli in d. a. p. Compen. verbo citatio. At vero qñ cõparet ſimpliciter debitor cum ſupplicatione verb. faciendi, vt cõ-
379 ſuetum eſt ſeruari in praxi ſe grauando ab indebita citatione ex inſtrumento pactionato, vnde decernitur per Præſidem quod comparente perſonaliter, & præſtita cautione pro debito, & pena de parendo mandatis S. C. M. C. verbum faciat

Kk de

de quo etiam teſtatur idem Franc. Ant.
de Iudice d.tract.conſider.4. num.70. &
Galter loco citato num.7.vbi etiam po-
ſuit aliam formam ſupplicationis, quan-
do mandaretur,quod M. C. prouideret,
vel referat, nam in ipſius erit poteſtate
quid voluerit facere,& ſequitur Tartagl.
in d.praxi ciuili cap. 1. num. 26. & hæc
380 ſupplicatio, quo ad omnes prodeſſet, ſi
omnes debitores eſſent nominati,& vnus
ipſorum comparuerit,vt ibi Galter.alias
ſecus eſſet,vt fuit deciſum per Mag.Cur.
in cauſa Vincentij Cecere in banca Sale-
ſe ex in l.3.§.ſed illud ff.de appellat.& in
hoc erit quoque animaduertendum, vt
debitores comparentes cum ſupplicatio-
ne,& ſcripturis. vel ſine ad hoc vt M. C.
relationem faciat,vt adimpleant per to-
tum ſequentem diem alias remaneāt cō-
demnari ita Conſil.Gizarell. d. deciſ.72.
in principio hoc eſt præſtando cautionē
ſeruata forma dictæ Regiæ decretatio-
nis,ad quod ſi non fuerit ad impletum,
quod adimpleant infra tot dies, & ſi non
381 adimpleuerint interponatur decretum
ex quo non paruerunt remaneant con-
demnari, ideò contra eos exequatur, &
ponantur in libro inferni,vt docet Conſ.
Gizarell.d.deciſ.71.num 3. vbi dixit de
hac praxi Sac. C. habuiſſe relationem à
Magiſtris Actorum veteranis ad hoc, vt
ſciatur,quādo actus liquidationis perfe
ctus dicatur et debito es audiri potuiſsēt
formiter, exiſtente aliquo ipſorum car-
cerato idemque affirmat Franc. Anton.
Marzia in addit.ad Franc.Ant. de Iudice
in d.tract. conſid.4. ſub num. 37. incipit
Adde quod, de quo nulla mentio fit per
Gizar. vbi in fine dixit ſolere Iudices
382 conſtito de bono iure debitorum dicere,
quod ſuperſedeatur in exequendo,etiam
quòad non comparentes pendente rela-
tione facienda,& cum in occurrenti ca-
ſu fuiſſet dictum de nullitate decreti,ex
383 quo non paruit adimplendo debitor non
poterat procedi ad interrogationē repli-
cabatur actum de per ſe fuiſſe factum,
ſed impeditum per d.ſupplicationem cō-
ditionaliter conceſſam,cui dum non fue-
rat adimpletum cū per cū ſtetiſſet nō per
Actorē ideo nō fuit habita ratio, vt deci
ſū retuli in meo Compen. verb. appella-
tio p.3. & circa hoc aduertendum erit ad
diſpoſitionem nouelle pragmaticæ, editæ
die 21 Ianuarij 1632, §.7. qua mandatur
384 occurri malitijs debitorum, qui impetra-
bant ſupplicationem verbi faciendi cum
ſolita decretatione informa cui neuti-
quam parere intendebant .ſ.fideiuſſionem
præſtare, ſed tantum illam præſentando
cum aliquibus ſcripturis ob quod ipſa M.
C.illis viſis decernere ſolebat viſis ſcri-
ptoris extra bancam prouidebitur,quibus
inde viſis, quia multoties ad cauſam non
pertinebant decernere ſolebat, vt proce-
deretur ad interrogationem à quo decre-
to appellabant ad S.C.& obtinebant ver-
bum fieri ſimpliciter,& ſic euitabant cau-
tionis præſtationem, & ideò iuſtum fuit,
quod debitores præſentantes ſupplicatio-
nes cum dicta decretatione illico adimple
re teneantur, vſque ad horam vltimam
Tribunalis in ſequenti die iuridica imme-
diatè, quod non poſſit amplius dilatari,
nec per M.C.nec per S. C. qua elapſo ſta-
tim expediuntur litere exequutoriales
realiter, & perſonaliter ac ſi non fuiſſent
præſentate, ſed quando adimpleuerint,vt
verbum fieret infra quindecim dies com-
putandos a die præſentationis, ſubſequē-
te confirmatione citationis facta per S. C.
illico eodem die, vel ſequenti immediatè
inſtante creditore in aula fit actus interro-
gationis, quo facto ſi debitor comparue-
rit,ſine ſacculo parato iuxta ritum carce-
rabitur,& eſequetur in bonis,verum ſi de
bitor in d.actu interrogationis allegaſſet
ſatisſactionem nouationem, nullitatem,&
ſimiles exceptiones impugnantes inſtru-
mentum, ſuper ſedetur in exequutione
reali, eo remanſo in carceribus aut facto
depoſito iuxta ritum ipſius Mag. C. ſed ſi
non comparuerit perſonaliter in actu in-
terrogationis inculabitur fideiuſſio, tam
contra principalē,quā fideiuſſores pro de-
bito,& pena, ſolet demum ipſi debitores
pſentare cóparendo ſcripturas in ſimul
cum ſupplicatione porrecta, & obtem-
pta, & tunc prouiſio fieret eo modo, vt
dictum eſt ſupra .ſ. quod viſis ſcripturis
extra bancam prouidebitur, quòad ſup-
plicationem, quod reus adimpleant per
totum ſequentem diem alias remaneat
condemnatus ita Gizzarell.deciſ.72.in
principio, aliquando vero præſentare
ſcripturas tantum abſque ſupplica-
tione, ſed cum comparitione,
385 & pariter interponitur conſimile decre-
tum viſis ſcripturis extra bancam proui-
debitur, in quo pariter erit aduertēdum
ad diſpoſita circa hoc in d. pragmat. qua
cautum eſt quoties debitores præſentaue-
rint comparitiones cum ſcripturis non
inficiantes inſtrumentum prętendentes
ſatisſactiones, pendentias litis, & ſimiles
Curia pro Tribunali ſedente eodem in-
ſtanti

ſtanti interponi debet decretum, quod cō-
386 demnetur, verum non ponatur in libro interni donec viſis ſcripturis extra bancā aliter fuerit prouiſum, & die ſequenti diſcuſſis ſcripturis in banca, ſi non fuerint releuantes, non aliter interponitur decretum, vt procedatur ad interrogationē, vt fieri ſolebat, ſed interponitur decretum ponatur in libro interni, vel remaneat cōdemnatus, & ponatur in libro, & eo caſu exiſtente debitore præſente carcerabitur & expediuntur literæ exequutoriales realiter tantum, ſin autem non fuerit præſēs expediuntur literæ exequutoriales realiter, & perſonaliter in forma, nec amplius audiri poſſit a iudice ſuis inſtrumentum, quia iam eſt liquidatum, nec in vinculis, nec facto depoſito conditionato, ſed benè facta integra ſolutione ſortis, & intereſſe, ac pœnæ, & ſi vellet iudicium de nouo inſtituere in M.C. aut in S.C. verū ſi debitor vellet appellare ab iſto vltimo actu decreti viſis ſcripturis ad S. C. in ſupplicatione debet decerni, conſtituto debitore in vinculis, vel facto depoſito M. C. verbum faciat, dummodo re integra impetretur ſupplicatio, antequam fuerit deſcriptus in libro interni, alias ſecus eſſet, nam ſolutio explicata ſuum ſortiretur effectum, & hęc deſeruiunt pro ornamento deciſionis 71. Conſil. Gizzarell. vbi optima Additio Baldaſſ. ab Angelis I. Conſult. ſolertiſſimi, & in hoc erit quoque aduertendum ſi ipſæ
386 ſe præſentarentur Curiæ pro Tribunali ſedente benè admitterentur, vt ſunt depoſitorum ſcripturæ, vel aliæ alterius oppoſitionis, non tamen tempore relationis faciendæ in Sac. C. vt eſt diſpoſitum in pragm. 4. & 11. de inſtrumen. liquidat. ſequitur Galter. vbi ſupra num. 12. & 13.
387 inſuper ſi eſſent ſcripturæ continentes depoſitum ſummæ debitæ, pro qua fuit debitor citatus, tunc quia depoſitum debitæ pecuniæ carcerationem impendit formam Ritus dixit Pandus d. p. 4. declar. 8. num. 58. ſequitur hoc idem Galter. loco ſupra citato num. 51. & ſeq. vbi praxim de hoc poſuit, potiſſimum in
388 additione ſubſequenti qualiter depoſitū eſſe debeat, ne ſit defectiuum, aut conditionatum, ſed ordine Iudicis penes perſonam publicam deputatam, vt conſuetum eſt ſeruari, & talis præſentatio fieri debet congruenti tempore, vt impediat liquidationem, hoc eſt ante vltimam contumaciam, vel in vltima purgata per cōpa-
389 ritionem de ſero, antequam fiat inſiſtentia in ſequenti Curia tunc benè liquidationem impediret ita ex Reg. Rouit. ſu. pragm. 1. num. 2. de inſt. liquid. probat Galter. vbi ſupra in d. Rub. 1. num. 14. & circa hoc mihi alias contingit in facto in Regia Curia Monop. in cauſa Octauij
390 Marraſſe V. I. D. q. citari fecerat Donatum Angelum de Mundo ſuper tenore inſtrumenti pro ducatis 75. capitalis, & ducatis 23. pro tertijs decurſis iuxta pactum in inſtrumento adiectum, poſt dictā citationem debitor antequam vltimā incuſaretur contumacia comparuit aſſerendo de ponere voluiſſe petitam ſummam ducatorum 23. penes tutam perſonam eligandam per ipſam Curiam ad hoc, vt poſtea creditori eſſet ſatisfactū, & ita per Curiam electa perſona ordinarij Caſcerij Ciuitatis in depoſitarium, ad ueniente inde tempore incuſationis vltimæ contumaciæ, inſtando perij: creditor pro interrogatione, nullā habita ratione de tali depoſito facto, & tanto fortius quia non comparuerat debitor allegando depoſitum factum fuiſſe, nec aliquis pro eo, prætendens eſſe ſatisfactum ſuæ obligationi depoſuiſſe pecuniam de voluntate Curiæ, vt illi liberaretur; ſed pro creditore dicebatur ſeruandam formā formam Ritus M. C. 169. in quo apparet diſpoſitum, quod vbi citatus ſup. tenore inſtrumenti venit, idest cum pecunia vel, eo quod debetur, &c. & ibi Carau. pōderat illa verba cum Sacco paratus de-
391 ſumpta ex Gloſ. in l. promiſſor §. 1. verb. modicum ff. de conſt. pecun. idest cum pecunia, quod ſi benè ſeruatum fuerat in caſu prędicto, & pariter depoſitata ordine ipſius Curiæ penes Caſcerium; adhuc non tenebatur illam pecuniam depōnere penes tertium, ſed ſoluere ſimpliciter illam creditori, quinimò ibidem Carauit. num. 5. ſubdit ſub illa diſtinctione, quod ſi debitor compareret cum pecunia dicendo ſe debere, & velle ſoluere, eo caſu non eſſet opus deponere, quod non eſt in caſu noſtro, vel cōparet cū pecunia dicēdo ſe non debere, tunc non ſit liquidatio, & pecunia deponitur, & poſtmodum liberatur cum cautione de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ &c. at in allegato caſu non aliter dicebatur ſoluiſſe, ſed illam deponi, nec liberari niſi facto computo, nam certum erat pro d. ducatis 23. pro tertijs maturatis vſque ad menſem Setembris 1623. non eſſe opus computo, ſed pro decurrēdis vſque ad effectualem ſolutionem capitalis, & propterea nullo modo deponere aſtringebatur in damnū,

Digitized by Google

& intereſſe creditoris, ad quod idẽ Reg. 392 Rouit.in pragm.6.de liquida.inſt. nu. 7. dixit, quod depoſitum facere debitori nõ eſt licitum, niſi vbi creditor recuſat recipere pecuniam numeratam oblatam & hoc non fuerat probatum in caſu noſtro, & tanto magis ratio nulla haberi debuerat de depoſito, facto cum illud nõ fuerat præſentatum Curia pro Tribunali ſedente, vt dictat allegata pragm.6. & ibidem notat idem nu.9. quod depoſita, licet admittantur per d. pragm. modo fiant Curia pro Tribunali ſedente, & ſint explicita ita vt nullum damnum per depoſitum patiatur creditor, quemadmodum, & reliquæ ſcripturæ præſentari de-393 bent Curia pro Tribunali ſedente Proſ. de Franc.deciſ.420. num.2. vnde ex hijs proceſſum fuit ad interrogationem de menſe Ianua ij 1624. Menop. imo poſt rectam Curiam coram Iudice exiſtente, in Palatij loco extra Curiam ex æquitate pariter admittitur, vt infra ita deciſum fuiſſ per M.C. nouiſſimè tradidi in 3. p. noſtri Compendij verbo depoſitum. Hijs etiam conuenit id quod in praxi recep ũ eſt communiter, dum vigore pacti, ſeu conuentionis initæ inter debitorem, & creditorem, quod pro vna annata defecerit, aut pro duabus tertijs poſſit contractus reſcindi pro capitali, & tertijs, & hoc ratione indiuiduitatis iuramenti, vt eſt fundatum ſupra in voto, adhuc tamen citato debitore pro annata finita, ac pro 394 tertijs decurſis ſuper reſciſſione contractus etiam pro capitale, ob defectum nõ ſolutionis tertiarum, ſeu annatæ coram parente cum pecunia annatæ ſeu tertiarum admittetur purgatio moræ, nec aliter fieret reſciſſio contractus petita ex quadam æquitate ita Vrſill.deciſ.174. nu. 3. Tartaglin e. dem praxi ciuil.cap. 1.nu. 43.quos ſequitur Galiced.loco Rub.1.nũ. 43.& 44.& ſic in dies ſeruatur in Mag. C. imo etiam in S.C.quando petitur aſſenſus 395 in reſciſſio prius contractu, nam ſolent fieri præcepta, vt ſoluantur tertiæ alias prouidebitur ſuper reſciſſione contractus vt ſupra nu.319. iudicatum eſt, vt in cauſa hæredum Gregorij Barbarini cum Marchione Brancaleonis in banca Carboni. Demum ſi ſcripturæ tantum fuerint præſentatæ ſimpliciter in Cu. ia pro Tribunali ſedente, vt docet Galt. d.Rub.1. num.14. & tunc interponitur ſolitum decretum, quod viſis ſcripturis extra bancam prouidebitur, quod per hebdomadarium Iudicẽ decernitur Gallup.d.praxi p.2.c.21. n.42. in ſe facta monitione parti ſi ſcripturæ non ſint releuantes reijciũtur, & decernitur, quod procedatur ad interrogationem ſin autẽ militauerint prouidetur, vt ordinariè agatur, vel datur terminus iuris &c. Aut demum ſi allegauerit debitor ſatisfactionem debiti, eo quod ſoluerat creditori ſui creditoris, & in eo termino deceuerit in promptu dẽ quietantia, vel ſolutione facta cum ſcriptura, & teſtibus comproba-396 ta tunc aduertendum videtur, quod ſi ſolutio ipſa fiat de mandato Iudicis benè procederet in Bald.in l.falſus C. de furt. Bart. in l. creditor ff. de ſolut. Mieres in Conſtit. Catal.collat.10. cap. 11.num. 18. 397 etenim ſoluens iuſſu Iudicis diceretur coactè ſolue e Graff.in tract. de exceptio. except.25.nu.60. Sin autem abſque mandato Iudicis debitor ſolueril creditori creditoris aliter dicendum erit, quamuis de hoc punctualiter agat Donat. Ant.de Marin.quot.d.reſol.c.192. & reſoluit in beneficium debitoris, & deciſum per M. C. 398 poſt liquidationem factam, ſed ante liquidationem videtur aliter dicendum, prout in facto euenit dum fuiſſet ad inſtantiam clerici Ioannis Antonij Migliaretæ, & Claudiæ Catalanæ viduæ eius matris citatus ſuperſeſſore inſtrumenti Iulius de Vito pro ducatis 90. in partem pro ſummæ annuorũ duc 45. debitorũ comparuit Curia pro Tribunali ſedente allegando ſatisfactionem in promptu producendo aliquas apocas ſolutionis petendo licentiari, ea exiſtente ſatisfactione probata per duas ob igationes factas per ipſum ſuium in beneficium Bartolomei de Simeoni ducat. 20. 3. cum quietatione ipſius creditoris, & alias duas apocas factas per Ioſeph Monceſſum duc. 6. alteram duc. 16. & ſic iuſſum per M. C. viſis ſcripturis extra bancam prouidebitur, vt in tis. elt, ſed poſt modũ in diſcuſſione decreti interponendi dicebatur per creditores dictas ſolutiones fuiſſe factas abſque ſcientia ipſorum actorum, & licet de iure pro dictis ſo-399 lutionibus erat liberatus actor ex tex.in l. ſoluendo ff.de neg.geſt, non erat hoc cen-400 ſebatur liberatus, ipſe debitor ſoluendo nomine ipſi creditoris abſque eius ſcientia creditoribus ſuis, ſed remanebat obligatio firma iuxta determinationem tex.in l. inuito C. de ſolut. quamuis ſolutiones repeti per ipſum potuiſſent actione negotiorum geſtorum, vt aduertit Glo. in d. l. ſol-401 uendo veri liberat, quæ omnia etiam congerit Mieres vbi ſupra num. 17. ſicque iudicium erat ordinarium, adeò quod dum actores

actores non fuerant conuenti neque con-
demnati, ideo deb[e]bat procedi ad interro
gationem, vt ſatisfieri potuiſſent, & ita per
M.C.V. die 21. Iunij 1628. fuit decretum
quod procederetur ad interrogationem,
in banca Palme Actuarij, poſt modum in-
troducta appellatione in S.C. fuit eodem
referente die 24. Feb. 1629. per S.C. confir-
mata ſententia ipſius M.C.V. Quid autem
ſi fuiſſet allegata ſatisfactio debiti, ſed pro-
bata per teſtes, contra formam pacti adie-
cti in inſtrumento, vt non poſſet ſolutio
probari per teſtes, an opituletur debitori
citato ſuper tenore inſtrumenti, vt acci-
dit diſcuti in cauſa Not. Io. Baptiſtæ Spara
ni cum eius ſorore, quamuis in hac re
nendo poſt Carau.d.ritu 166. nu.10. & 78.
56 Muſca.in praxi fideiuſſ. p.1. modo 20. nu.
30., etenim inſtrumentum liquidatur par
te citata Anna ſingul.256.& per Iudicem
exequitur non iure actionis, ſed officio Iu-
dicis, quia paratam habet exequutionem
Seraf.d.tract.priuil.77. num.82. nam ita
57 dicta verba exequutionem paratam deno-
tant Galt.d.praxi p.1.Rub.1. num.11.&
conſequen ter tale præceptum Iudicis fa-
ctum in confeſſum habet etiam exequu-
59 tionem paratam, & æquiparatur præce-
pto facto à notario ſponte confitenti, ſeu
ſe obliganti cum iuramento Carau. eodẽ
loco num.33. & multo fortius ſuccedente
60 ſententia interlocutoria Iudicis in contu-
maciẽ debitoris lata vigore inſtrumẽti iu
rati, & formiter liquidati, quo nam caſu
mandabitur exequutioni Barz.decit.Bon.
90.num. 13. ex eo quia debet liquidatio
præcedere Magon. deciſ.Luccenſ. 62. nu.
19.& conſequenter etiam debet præcede-
61 re ſententia Frecc.de præſen.inſt.8.p. q.a.
num.19.quod ex allegatis nedum exequu-
62 tionem paratam habere noſcitur, ſed pa-
riter vti ſententia à Iudice prolata, quæ
63 regulariter paratam habere exequutio-
nem præſumitur d.l.1.vbi Bald.C. de exe-
quut.rei Iudic.Fauſtim.ad eundem Panci-
rol p.3. §. videndum eſt verſ.exequutionẽ
paratam fol. 286. & eo maximè, quando
tranſitum feciſſet in rem iudicatam ad
64 tex.in l.minor 25.annis ff. de minor. Ca-
rau.in ritu 262.num.1. & Ritu 128. nu. 6.
Minſing.cen.3.obſeru.68.num.1.And.Gail
lib.2.de pace publ.cap.17.num.1.ideo re-
65 bus iudicatis ſtandum erit ad tex. in l.1.
C.de exequu. rei iudic. & tunc res iud.ca-
66 ta diceretur quoties appellari non poſſit
Gloſ.in l.1.ff.de re iudic.hoc eſt per lapsũ
67 decem dierum Gloſ. in cap.cum inter in-
ter vos de re iudic.verbo iudicatam,& tũc
68 ſententia firma remanet, quæ per lapſum
d.termini auctoritatem aſſumit,& irreuo-
cabilis efficitur, vt etiam notat Marant.
in d.ſpecul.p.6.Rub.& quandoque appella
tur num.128.& ſeq.quod ſanè licet proce-
dere videatur indifferenter in cauſis omni-
69 bus ordinarijs,& ſummarijs,adhuc tamen
ſi benè cauſa, quando præſentatur inſtru-
mentum ſecundum formam Ritus M. C.
dicatur Summaria Maran. in d.ſpecul. p.
4.diſt.9.num.176. non propterea appella-
tio conceditur Frecc.de præſen.inſt. p. 16.
70 qu.6.Franc.Ant.de Iudice Rober. in praxi
de liquid.inſt.conſid.4.num.79.Galter. in
eadem praxi inſt. 2.p.3.par.verſ. aut facta
liquidatione num.4.eo maximè,vt ipſi aſ-
ferunt ad finem retardãdi exequutionem,
nam eo ipſo, quod inſtrumentum eſt liqui
71 datum atque pronuntiatum inſtrumentũ
eſſe exequendum,lata eſt ſententia diffini-
tiua, & ſi non ſit ſeruatus ordo iuris, ita
ex Bald.Rom.Alex.& alijs probat Marãt.
in eodem ſpecul. p.6. Rub. & demum fer-
72 tur ſententia num.26. eo ipſo exequutio-
ni demandari debet inſtrumẽtum Menoc.
dẽ Adipiſ.poſſ.Remed.3.num.190. ex quo
dum per inſtrumentum debitor ſe obligat
73 tacitè videtur renuntiaſſe appellationi,
quæ admictitur iſto caſu Bald.in l.fi. verſ.
pone,quod recep.C.de tempor.Appell.Fe-
lyn.in cap.ex parte il 2.verſ. ſi appellatus
extra de Reſcrip.Socc.Iun. conſ.138. nu.
4.volum.3. quo fit,vt dum appellari non
poſſit proculdubio in rem iudicatatam
pertranſire comperitur, & non mirum ſi
à ſententia à qua non admictitur appella-
74 tio æquiparetur ſententiæ tranſactæ in rẽ
iudicatam Seſſe de inhibit. cap.2.§.7. nu.
79.& 83.adeò, quod exequutio ſententiæ,
& exequutio inſtrumẽti habentis exequu-
75 tionem paratam æquiparantur, ſecundũ
Bar. in l.cum vnus in fine ff. de bon.auct.
iud.poſſ.Bald.& Rom. quos probat Marã.
in d.6.diſput.ſub nu.1.Pariſ. de Reaſſump.
inſt.lib.19.nu.23. quapropter inſtrumen-
ta,quando ex forma ſtatuti,vel virtute iu-
ramenti habent exequutionem paratam,
ipſa exequutio quacumque exceptione
76 impediri non poteſt Barz.in dec.56. num.
num.27.copioſè Macerat.lib.1.var. reſol.
in 27.reſolut.num.3.& lib.2. reſol.fin. caſ.
11.ex quo pro inſtrumento ſollemni præ-
ſumitur Magon.in dec.Florent.9.num.21.
77 & tantò magis ſi pro exequutione ipſorũ
fuerit pro lata ſententia,quoniam ſemper
78 præſumitur pro ſententia indubio Franc.
deciſ.148.num.9. imo iuſte,& rectè lata
79 maximè contra contumacem Macerat.
lib.3.var.reſol.in 13.reſolu.num.1. quare
iure optimo ſententia inſtrumẽti liquidati
debet exequutioni demandari, contra de-
bitorem in tempore non ſoluentem, & ob
id peracta exequutione perſonali, atque
reali reo ipſo in vinculis conſtituto,ſi vel-
let ſuas exceptiones opponere aduerſus
inſtrumẽtum liquidatum, & in illis ex in-
tegro audiri, citra tamen realem ſolutio-
nem pecuniarum ſatisfacere intendẽs, aut
per compenſatioẽm, vel ſimilem iuris ſa-
tisfa-

Digitized by Google

tisfactionem, ad impediendam venditionem
bonorum exequutorum, cum pluries tam
in M.C.V. quam in S.C. in controuerſiam
fuerit deductum, vt ſupra relatum fuit, &
hinc inde deciſiones manarunt; videbatur
abſque dubio in præmiſſis debitorem eſſe
audiendum in vinculis in ſuis iuribus, iam
quod ſententia ſuum conſequuta, fuit effe-
ctum exequutionis vtriuſque modi, videba-
tur, etiā vltra rationes in contrarium addu-
ctas eſſe intelligendum, & conſequenter ad
implendum etiam per æquipollens, ex hijs,
quæ diſſeruit Seraf. in d. tract. priuil. 74. nu.
1. quod obligatus poterit ſuam promiſſionē
ſeu obligationem implere per æquipollēs,
& præſertim compenſationem opponere,
prout in caſu præmiſſo prætendebatur, nā
80 ſolutio, & compenſatio ad para iudicantur
ſubnectit ibidem Seraf. num. 118. & inde in
ſ. num. 153. ad ibi, probat ex multis com-
penſationem potius ſe opponi per debito-
rem aduerſus inſtrumentum, quamuis iura-
tum, in tantum quod licet ſententia debeat
continere abſolutionem & condemnationē
adhuc tamen ſolet ſuppleri per æquipol-
len Euerard. in ſua Topic. lo o ab æqui-
pollenti ſub num. 5. quod ſiquidem alia eſt
ratio ... comprobari refertur, exe. ꝙ
aliud eſt inſtrumentum, & aliud eſt contra-
ctus Paris de Reaſſumptione Rub. 19. nu. 2.
ratione contractus oritur obligatio natura-
lis, et enim talis obligatio oritur de iure
gentium Bart. in l. frater num. 37. ff. de cond.
85 in debiti, quo ſiquidem iure contractus in-
troducti fuerunt ſ. ius autem gentium inſt.
de iure nat. gent. & ciuili, quæ eſt naturæ
86 æquitatiſque vinculum, quo adſtringimur
ad aliquid faciendum l. cum amplius ſ. 15.
natura ff. de reg. iur. fluitque ex æquitate il-
87 la fidei ſeruandæ l. iiccum ſ. naturalis ff. de
ſolut Coral lib. 4. Miſcell. iur. ciuil. cap. 3. n.
1. vbi num. 2. de ciuili loquendo dicit eſſe
iuris iuris ciuilis vinculum, quoad aliquid
faciendum quis aſtringitur ſ. 1. inſt. de obli-
88 gat. prouenitque ex conuentione inita, vt
benefacienti benefacere aſtringimur poſt
Dec. & Cagn. d. ſ. 15 natura Thoming. dec.
Lipſiæ 20. num. 33. ex, quo ipſa ſtipulatio
89 eſſe dicitur quid iuris Bart. in l. 1. C. de viur.
n. 2. hoc eſt, quæ de iure ciuili adinuenta eſt
90 latè Cenetus in tract. de cenſ. p. 1. cap. 1. q.
4. art. 1 nu. 1. hinc etiam ſicuti due oriun-
tur ex hoc actiones, nempe vna ex contra-
91 ctu, altera ex ſtipulatu Coſta in praxi con-
uention. p. 1. num. 47. ſic pariter, & obliga-
tiones enim obligatio naturalis iuncta cū
92 ciuili non ſunt vna ſubſtantia, ſed due res
Bart. in l. ſi vnus ſ. pactus num. 6. ff. de pact.
& l. 1. num. 8. ff. de action. & oblig. & propte-
93 rea cū à potentiori erit facienda denomina
tio, & ꝙ ſtipulatio ipſa contractus ſit potē-
94 tior omni alio idem Coſta in eadem praxi
num. 225. vbi in præcedenti num. 224. pro-
95 bauit ſtipulationis naturam eſſe, contractus
aliquando immutare, aliquando transfor-
mare, aliquādo perimere, & ſubſequtur quod
96 quemadmodum in alternatiuis electio ſit
debitoris, vt poſſit audiri in vinculis, vel fa-
cto depoſito l. ſi quis ſtipulatus ff. de ſolut.
ita pariter ommiſſi naturali ſolutione, pro
cedente ex naturali obligatione, aſſumere
electionem ſolutionis debiti ex ſtipulatio-
ne prouenientè obligatione iuris, & ſic a po
tentiori, vt ſcilicet fiat ſolutio quocumque
97 modo, à iure inducta per interpetrationem
iuris, hoc eſt per compenſationem, depoſi-
tum, & ſimilia prout expreſſim ex multis
fundant Seraf. eod. priuil. 74. à num. 113. cum
ſequen. & Farinac. vbi ſup. cap. fin. p. 5. ſ. 11.
num. 30. Quibus tamen non obſtantibus vi-
detur magis in iure fundari opinio illa, vt
98 ſolutione eius, quod debetur tollatur om-
nis obligatio ad tex. in ſ. 1. inſt. quibus mod.
toll. obligat. hoc eſt facta prius ſolutione
veridica audiri poſſit debitor, & vltra ſupra
allegata corroborari, videtur ex ſequen-
tibus, primo, quia in hoc concurrit ſtatutū
99 hoc eſt bulla Nicolai Papę, ex qua apparet
fuiſſe diſpoſitum nullam exceptionem poſ-
ſe opponi aduerſus inſtrumentum, niſi ſolu-
tionis, ſeu ſatisfactionis in promptu pro-
ductę, & probatę, ac ſi eſſet res iudicata op-
timè Folter. in praxi cenſuali, verbo, tam-
quam res iudicata num. 38. & in verſ. quæ
quidem exceptiones num. 62. & Reg. Rouit.
in pragm. 1. de cenſ. num. 6. & in vltima im-
preſſione nu. 26. affirmantes non aliter au-
100 diendum eſſe debitorem carceratum, niſi
ſoluat, & facta ſolutione ordinariè diſcu-
tiuntur exceptiones, quod etiam in ſimili
confirmat Seſſe d. tract. cap. 2. ſ. 2. num. 11.
& 12., hinc ex Bart. in l. 1. ſ. parui ff. quod
vi aut clam probat Seraf. eod. loco num. 94.
quod quando Statutum mandat, quod con-
tra inſtrumentum nulla poſſit exceptio op-
poni, niſi ſolutionis, nulla alia poterit oppo-
ni, quamuis ſit legitima, quia debemus in hac
101 parere ſtatutis, quamuis duris, & ſic nil ob-
ſtare videtur nouella deciſio de ſuper facta
per S. C. in cauſa Ioan. Baptiſtæ dei Baſſo
cum Carolo Vetozza ad relationem Iudi-
cis Ioannis Cioffi facta die 17. Octob. 1630.
mandando M. C. vt audiret debitorem in
vinculis exiſtentem, & proinde ſuperſederi
in vltimo incantu circa venditionem bono-
rum exequutorum, vt ex actis penes Fin-

ctum Mag. Act. eò quia debitor in prom-
ptu produxerat apocam ſatisfactionis fa-
ctam percedentem, ſecundo corroboratur
ex promiſſione facta incontractu, ſcilicet
ſoluendi tertias ex capitali de pecunia,
102 quod enim ore promictitur opere com-
pleri debet c.2. de pact. adeò quod cum
fuerit facta promiſſio ſoluendi certam
103 ſpeciem monetarum de, ea erit facienda
& quãdo eſſet immaginaria pecunia pro-
miſſa, electio erit debitoris, vt prolixius
fundat Cencius in d. tract. de cenſibus 2.p.
cap.2. quæſt.4. per totam vbi num.33. di-
xit, quod promiſſio, & obligatio talis prę-
ſumitur qualis fuit facta ſolutio, & ob id
niſi fuerit ſolutio in pecucunia, vt dictum
eſt nefas erat illum audire in ſuis exce-
ptionibus, in quo erit pariter animaduer-
dum, nam licet Ioſeph Seſſe d. tract. eodem
cap.2. §.2. num.3. & ſequ. diſputando arti-
105 culum inſpecto vſu Aragoniæ, & Hiſpa-
niarum, quod abſque alia citatione, ſed
tantum viſo inſtrumento Iudex facit, præ-
ceptum de exequendo ex Roder. in Repet.
l. poſt rem iudicatã limit. 12. ff. de re iud.
quem ſequitur Carau. d. ritu 166. num. 10.
dicens exceptionem releuantem puta ſo-
lutionis pacti de non petendo, & ſimilium
106 impedire exequutionem, ſaltim ne proce
datur ad venditionem pendente iudicio
ſuper exceptione oppoſita, tamen dixit il-
lud procedere ex vſu communi ibi rece-
pto, referendo ſe addicta in §. 4. quo loco
nu.25. affirmat id procedere duobus con-
currentibus, primo vt exequutio ſit penes
Iudicem pignorantem, ſecundo quod ex-
ceptiones oppoſitæ contra exequutionem
inſtrumẽti, oriantur poſt ipſius inſtrumẽ-
107 ti celebrationem, & ſic poſt ſententiam
legalem, quæ cenſetur prolata eodem in-
ſtanti quo inſtrumentum conficitur, & à
lege, ſeu ſtatuto ſententiatur, & priuilegia
tur, vel ſaltim cum ipſo inſtrumento na-
ſcantur, & cum ipſa ſententia legali, exem
plum ponens in pacto de retrouendendo,
de non petendo, & ſimilibus incontinenti
oppoſitis. quonam caſu admicterentur ta-
108 les exceptiones dummodo incontinenti
probentur impedirẽt venditionem, non ta-
men quoties altiorem exquirerent indagi
ginem, ſicuti num.28. ſubſequitur, & opti-
mè Coler. deciſ. German. 290. to.2. refert
109 eas eſſe exceptiones impedientes inſtru-
mentorũ exequutiones, quæ notoriè oriẽ-
tes per inſtrumentum, vel partis cõfeſſio-
nem, vel aliter incontinenti probande, ad
quod optimè probãdum retulit Paul. Bel-
110 lon. in tract. de Poteſt. eorum, quæ incon-
tin. fiunt lib.1. cap.11. nu.2. & 3. quod exe-
quutio, inſtrumenti paratam habẽtis exe-
quutionem, non impeditur, niſi hijs exce-
ptionibus, quę incontinenti probantur, a-
deò quod execeptiones probandæ incõti-
nenti numquam cenſentur ſublatę, & hijs
conueniunt probata per Anton. Canar. in
tract. de exequu. inſt. q.4. num.9. & qu.5. n.
13. firmantes inſtrumenta liquidata habe-
re vim ſententiæ tranſactæ in rem iudica-
tam, & proindè exceptiones orte etiam
111 poſt ſententiam, vel in ipſa ſententia nõ
impedire ipſius exequutionem, ſi inconti-
nenti non probarentur, & propterea in ca
ſu de quo agebatur, non aliter de exce-
ptionibus ortis poſt liquidationem factã
agebatur, ſed tantum de compenſatione,
quæ aliter admicti non debuerat, niſi ſolu-
tione ex eo, quia iuramẽtũ excludit exce-
ptionem compenſationis ita Afflict. dec.
164. & 381. cum alijs relatis per Fuſcum
ſing.81. lit. I.
112 Tertiò hoc idem fortificatur ex iura-
mento appoſito incontractu ſoluendi, ſci-
licet pecuniam, etenim iurans ſoluere in
pecunia numerata, non poterit aliter ſol-
uere ita Seraf. eod. loco num.33. ita quod
nec compenſatione poterit ſatisfacere,
113 quod ſatis erit ponderandum in præmiſ-
ſo caſu, quo circa idem Seraf. ſub nu.127.
verſ. ego arbitror, examinatis ambabus
opinionibus per iura, & rationes conclu-
dit, dicendo communem eſſe opinio-
nem priorem, & vti tutiorem amplecten-
dam per ea, quæ in 9. argumento probaue
rat, nam ad illam ſolutionem datam, repli
re opinatur, quod quamuis ęquitas reſpe-
ctu compenſationis, eſſet ſcripta, & ſimili-
ter reſpectu iuramenti rigor ſcriptus, ta-
men, quia iſtæ rigor ſpetialiter ſcriptus re
peritur, & maximè in c. debitores de iure
iur. exiſtimat proindè præferendum eſſe
æquitati in genere ſcriptæ, & cum in ma-
teria ſtricta verſetur, ſtricta erit facienda
interpetratio, maximè in materia iuramẽ-
ti ne quis incurrat periurium, & hanc eã-
114 dem opinionem ex multis probat Ce-
uall. pract. quęſt. q.231. non excuſari pro-
miſſorem ſolutionis cum iuramẽto à per-
iurio, ſi vellet compenſare, & iterum quæſt.
846. num.9. quo circa deciſiones eiuſdem
S.C. in contrarium factæ in fauorem debi-
torum in vinculis exiſtentium, vt audiren-
tur in iuribus oppoſitis citra realem ſolu
tionem potius de æquitate, quam de rigo-
re proceſſerunt, nam de rigore certum
erit id eſſet implendum, quod promiſſum
erit, & maximè ſi hoc eſſet iuramento fir-
matum

matum hinc eſt, quod debitor obligatus
cum iuramento ſoluere in pecunia non
115 poterit offerre tot de bonis ſuis, ſed te-
netur ad pecuniam ſoluendam Borgn. d.
deciſ.9.num.11.p.1. & ita ſoluere præciſè
116 ſe obligat adſoluendum intermino con-
uento Cencius deciſ.268.num.13.poſt eius
tract.de cenſ.& pariter ad pecuniam con-
uentam,& multo fortius hoc idem proba-
tur, ex eo quod iuramentum erit ſeruan-
117 dum etiam ſi fuiſſet interpoſitum in cō-
tractu illicito idem Cencius in Addi. ad
ad eiuſdem tract.de cenſib.p.1.cap.2.q.1.
ar.2.num.32., pariterque iuramentum in
inſtrumento appoſitum operatur, vt nulli-
tatis exceptione non obſtante, exequutio
118 non poſſit impediri, & ſolutio retardari
Cœſ. Barz. deciſ.56. num.26.ſicque prius
ſoluere debet, deinde agere atque ſolutū
repetere, vt ſupra probatum eſt.

119 Quarto corroboratur iuris vtriuſque
diſpoſitione, nēpè ex ſententia prolata in
rem iudicatam tranſactam, primò ex tex.
in d.cap.cum inter uos de ſententia,& re
iudic.ibi quamuis forte d. inſtrumēto do-
nationis non ſit plurimum innitendum,
nec confirmationibus, nec priuilegijs, quæ
de ipſo cauſam,& originem acceperunt;
attendentes tamen, quod quantum ad li-
tigantes ipſos, ius ex ſententia factum fuit
poſtquam in rem tranſiuit iudicatam, etiā
ſi contra ius litigatoris lata fuiſſet, cum
contra ius conſtitutionis expreſsè lata nō
fuerit, veritate geſtorum ſermonibus præ-
ualente, quæ præſumitur ritè per omnia
celebrata &c.

120 Secundò ex tex.in l.4. §. ait prætor ff.
de re iud. ibi hæc verba proferuntur con-
demnatus, vt pecuniam ſoluat à iudicato
ergo hoc exigitur, vt pecuniam ſoluat,
quid ergo ſi pecuniam quidem ſoluere pa
ratus non ſit, ſatisfacere autem paratus
ſit, qd dicemus? & ait Labeo debuiſſe hoc
quoque adijci, neque eo nomine ſatisfa-
ciat, fieri enim poſſe, vt idoneum ex pro-
miſſorem habeat, ſed ratio pecuniæ exigē
dæ hæc fuit, quod noluerit præter obliga-
tionem ex obligationibus fieri: idcirco ait
vt pecunia ſoluatur &c. ſequitur Anton.
Capyc.dec.17.num.4. dicens etiam ſi fuiſ-
ſet paratus ſatisfacere, vel ſi depoſitum
121 feciſſet, nam per eum non liberatur de-
bitor ad tex.in l.ſi ſoluturus vbi Caſt. &
alij ff. de ſol & l.obſignatione C. eo. Reg.
Rou. in prag.4. num.9.de inſt.liquid. non
122 enim idem eſt ſoluere,& deponere, quia
per ſolutionem trāsfertur dominium pe-
cuniæ, non autem per depoſitum Bart.in l.
item liberatur §. 1. ff.quib. mod. pign. vel
hypot.ſolu.& l.1.ff.de cuſt.reor.benè Gra-
ueſt.conſ.705. num.1. & 8. & tandem per
123 auctoritatem rei iudicatæ, cui ſtandum
erit d.l.1.C.de exequu.rei iud. vbi Gloſ.in
verbo ſtandum notat, parendum eſſe, & ſic
iudicatum in contingentia facti ſuperius
relati in cauſa Particularium Vniuerſita-
tis Collis Torti cum Illuſtr. Principe Ca-
ſalis Maioris in qua fuit per idem Sacr.C.
deciſum, debitores vigore obligatio-
nis incuſaræ in vinculis conſtitutos non
eſſe audiendos, niſi facta integrali ſolutio-
ne, & hoc quoque in liquidationibus in-
ſtrumentorum attendendum eſſe perſpici-
tur, prout in exequutione inſtrumenti li-
124 quidati firmant Foller. in citata praxi
cenſual.eo verbo tamquam res iudicata
num.38. dicens non aliter eſſe audiendum
debitorem niſi facta ſolutione, qua facta
ordinariè diſcutiūtur exceptiones,& Gal-
ter.in eadem praxi inſt.3.p.Rub.2. num.4.
vbi allegat eundem Foller. in verbo, quæ
125 quidem exceptiones num. 62. vbi firmat
non impediri exequutionem, neque illius
venditionem Carau.in ritu 170. num.115.
in 5.not. pariter ſubiunxit ad rem, dicēdo,
quod quando liquidatur inſtrumentum
126 dicitur, fuit condemnatus ad penam, &
quod exequatur realiter, & perſonaliter,
pro debito in ſolutione contento cuius vi
gore debitor de perſona carceratur,& in
bonis exequitur, & denique ad venditio-
nem proceditur Vrſill.ad Afflict.dec.110.
num.4. affirmans ita ſuo tempore practi-
catum fuiſſe, ſimiliter aſſequutus eſt Conſ.
de Boctis in Addi.ad d.Ritum 166.ibique
etiam Marc.Ant.Puluer. expreſsè voluit,
quod carcerato debitore in bonis exequi-
tur, nulla admiſſa exceptione ante ſolu-
tionem prout quoque nouiſſimè teſtatur
Conſ.Gizzarell.deciſ.69.& hæc omnia cō-
probantur (vltra ſuperius allegata) ex ra-
tione illa, etenim iuramentum obligat de-
bitorem præciſè ad ſolutionem ob quam
conſequendam non impeditur ven-
127 ditio bonorum, ex quo in exequutiuis
vna via electa alia non tollitur Carroc.
de ſequeſtro par. 3. quæſt.17. Lancell. de
Atten.p.2.cap.4.limit.2.nu.74.quos alios
referendo probat Florid.Mauſon.in tract.
128 de cauſis exequut. ampliat. 15. quod eſt
in facultate creditoris vtrumque exercere
vel aliud ex illis, vt per Præſ.de Frāc. dec.
200.n.3.Incert.Auctor.in tract.de præſent.
inſt.ad formam Ritus Rub. de perſ.ad res
variat. & hoc virtute illius clauſulæ, quod
vna via electa alia non tollatur Galleſ. in
d. tract.

d. tract. in q. ad tertiam particulam qu. 2.
num. 1. quod ſane procedere è conuerſo
non videtur eſſe debitori permiſſum ex fa
cultate ſibi conceſſa in alternatiuis ele-
ctionem habere, vt audiri poſſit in vincu-
lis, vel ſacco depoſito ſicuti dictum eſt ſu-
129 pra, poſtquam talis poteſtas, ſiue facul-
tas non aliter admittitur, quando lis con-
teſtata fuerit, vt Bar. tradit in d. l. ſi quis
ſtipulatus num. 2. quæ quidem conteſtatio
litis, cum nunquam in tali iudicio Summario,
adhuc concurrere non videatur, attamen
ex iuramento præſtito in contractu appoſi
to in instrumento videtur iſte contracte
130 iuramentum vim habere litis conteſta-
tionis probauit poſt Afflict. decis. 234. Nos.
Ser. in eodem tract. priuil. 50. num. 2. &
priuil. 48. num. 5. , extra quod in Regno in
ciuilibus non requiratur litis conteſtatio,
131 ſed actus ille qui immediate ſequitur ha-
bet vim litis conteſtatæ Maran. in ſpecul.
4. p. d. 9. num. 20. & p. 6. ... conte-
132 ſtatio nu. 2. 3. nam ... conteſtatio
neceſſaria eſt, iudicium non poteſt eſſe
exequutiuum Gallet. in tract. de oblig. ad
formam Cameræ tit. de præambul. ipſius
proceſſ. qu. 2. num. 5. adeoque in exequu-
tione instrumenti guarentigiæ non opus
133 dare libellum, cum ipſa productio instru-
menti ſit loco libelli Spec. in tit. de libell.
concep. neque proc... plus habeat, cum
134 ... dicis officio ... Baiz. in Trag.
de guarentig. 2. p. qu. 3. ſed bene citatione,
135 vt liquidatio ... eod. loco §. 12.
num. 30. in 4. ... propter infertur ad
instrumenta confeſſionata habentia exe-
quutionem paratam, quemadmodum, &
ſententiæ, vt dictum eſt, ſi tamen vnum ſit
in obligatione aliud in facultate, eatenus
136 durabit facultas quouſque petatur exe-
quutio instrumento Bar. d. l. ſi quis ſtipula-
tus num. 4. Specul. in tit. de oblig. & ſolu. §.
1. verſ. quis ſi Neu 2. conſ. 43. nu. 16. Buria.
conſ. 84. num. 9. volum. 1. eo amplius ſi
deſuper fuiſſet interpoſitum decretum:
137 quoniam poſt decreti interpoſitionē pri
mæua facultate non poterit vti debitor, &
ſic deciſum retulit Papon. in lib. 12. tit. 10.
Art. eſt. 1. eo quod per decretum appare
pronuntiatum ipſum fuiſſe in mora con-
ſtitutum, idcirco minime gaudere debet
138 beneficio electionis ſibi impartito Rota
Ianuæ 124. num. 8. Hieronym. de Lauren.
dec. Aue. 16. n. 7. ſed præter allegata cōperi
tur quoque licet in alternatiuis electio
ſit debitoris, in ſoluendo, attamen exigendo
139 electio eſt creditoris ita probat Eucrar.
in ſua Topica loco à natura alternat. ſub
num. 7. vbi ſatis ad propoſitum noſtrum
140 notandum eſſe dixit, quod quando vnum
eſſet poſitum in obligatione, aliud vero
ad cautelam, tunc proculdubio electio erit
creditoris, non tamen debitoris ex Salic. in
l. quod fauore in fine C. de leg. Iaſ. in l. ple-
rumque §. huic autem ff. de iure dot. ſequi
tur Io. Griuell. deciſ. Dolan. 59. num. 3. &
ſeq. certum eſt illud, quod eſt poſitum in
contractu ſoluendi tertias, ſeu intereſſe in
obligatione principaliter, cætera vero ſūt
ad cautelam creditoris poſita, vt ſuū cre-
ditum promiſſum conſequi poſſit, hoc eſt
pactū, vt poſſit carcerari, quod nō eſt impro
141 batum Galleſ. d. Tract. in qu. 3. partic. q.
8. inde debitoris carceratio, quæ eſt perſo-
142 nę compulſio ſecundum Bald. in l. in fine
Cod. de iur. & fact. ignor. non eſt ſolutio
& hoc ideo ne vt debitores proniores ſit
143 ad ſoluēdum, propterea carcerantur Re-
buff. in l. a num. 1. C. de exact. Trib. lib. 10.
ſimiliter exequutio in bonis, quæ ſi fiat
144 per Summariā, & extraordinariam co-
gnitionem, virtute instrumenti liquidi, vt
dixit Muſcat. in d. prax. lib. 1. p. 3. gloſ. vē-
duntur nu. 27. adhuc exigitur mandatum
ad relinquendum citato debitore, & incula-
tis contumacijs, vt poſt Muſcat, vbi nu.
145 19. & 25. optime Alex. Trentacinq. var.
reſol. lib. 2. reſol. 2. in tit. de expenſ. num. 6.
Reg. Romo. conſ. 49. tom. 2. num. 2. & hoc
ideoque habere videtur quādam compul-
ſionem in perſonam debitoris, vt reluat
bona exequuta, alias vendi poſſint, vt ſibi
ſatisfiat creditor de eius credito, quæ om
nia videntur eſſe ad cautelam creditoris
poſita pro ſatisfactione prædicta, & ex
hijs repellitur obiectio illa, nempe, vt poſ-
ſit per æquipollens adimpleri, eo amplius
exiſtente iuramento adiecto contractui
ex ſupra allegatis.

Neque pariter altera ratio de obliga-
tione naturali atque ciuili dubitandum
erit nam & ſi ciuilis ex ſtipulatione naſci-
tur ex ſtipulatione, vt dictum eſt, pariter
146 quoque naturalis ex ſtipulatione naſca-
tur, & ei ineſt Bar. in l. 1. §. conuentionis
ff. de pact. num. 3. & ſic dum ex contractu
naſcatur, & ex ſtipulatione videtur natu-
ralis obligatio præteriri, tum quoque, quia
principaliter ex cōtractu, prouenit, cui ac-
cedit ſtipulatio vti acceſſoria cum pendet
147 à negotio iam contracto idem Coſta al-
leg. praxi p. 1. num. 221. qui in præcedenti
num. 50. confirmat ſtipulationem ipſum
immitari naturam actus ſuper quo inter-
ponitur.

Vlterius refragari non videtur prædi-
ctis

ctis auctoritas eiuſdem Franc. Anton. de
149 Iudice in d.tract. conſid.4. num.46. aſſe-
quuta à Petra ad Capyc.dec.169.nu.3. cum
magis communis opinio ſit contra eum, nã
& ſi eius opinio fundetur ex regula illa, quod
150 pẽdente dilatione partes Iudicis conquie-
ſcunt, ipſa enim regula procedit in eodem
articulo,non in alio l.generaliter §.hijs de-
præſentibus C.de reb.cred.alius est articu-
lus exequutionis inſtrumenti liquidati vim
habentis rei iudicatæ, alter probandi exce-
ptiones oppoſitas.Item eadem regula pro-
cedit data dilatione in caſu autem relato
151 adhuc dilatio coceſſa non fuerat,quapro-
pter conſideratio Petrę procedit in debito-
re, Vniuerſitatis vigore literarum ſignifica-
torialium, & contra eum expreſsè firmat
Reg.Rouit.in pragm.5. de admin. Vniuerſ.
num.48. Denique, & pro coronidæ huiuſ-
modi altercationis ac etiam, vt ambe opi-
niones federe dixtinctionis concordari vi-
deantur, non erit deſpicienda reſolutio
illa ſuperius indicata, poſtquam ſi de ęqui-
tate cogitetur in fauorem debitoris abſque
dubio erit pronunciadum, nam æquitas iu-
ſtitia dulcore miſericordiæ temperanda ſecũ-
152 dum Hoſt.in cap fin.de transl.prælat. vel
rectitudo iudicij naturalem ſequens ratio-
153 nem l 1.ff.de leg. cum alijs citatis per Ca
gnol.in l. in omnibus ff.de reg.iur. num.3.
154 ſuadet æquitas non eſſe afflictionem afflí-
cto dandam Gloſ.in l.ſi ſeruus in fine ff.de
euict.& durum videtur hominem habere,&
155 penam exigere ad tex. in l.apud labeonẽ
§.labeo ff.de doli mali,& met.except. iſta
ſiquidem æquitas ſoluendi aliud pro alio
ad noſtrum propoſitum expreſsè oſtendi-
tur in d.l.4. §.ait prætor in fine dum ibi I.
C determinare videtur debitorem ſoluere
156 condemnatum non poſſe alio modo ſatiſ-
facere contra Labeonis ſententiam, in fine
tamen hæc verba protulit ex magna tamẽ,
& idonea cauſa accedẽdum erit ad Labeo-
nis ſententiam ibique Gloſ. in verbo ex
magna, concordantia iura allegat, vt pro
rei quatitate, & perſonarum ſit intelligẽdũ
ſicque exiſtente legitima cauſa poſſe debito
rem audiri in vinculis,& alio modo ſatiſfa-
cere prout prudenti Iudici erit videndum,
& ita procedere videntur contrariæ deci-
ſiones S.C.quod ſiquidem conſueuit iudica-
re ſecundum veritatem,& ęquitatem natu-
156 ralem,& habet ſupremam iuriſdictionem
& Principem repræſentat G amm. dec. 76.
157 num.33. ita quod Ritus eiuſdem Mag. C.
rigorem continentes in eo ſeruari non vi-
dentur,vt tradit Frecc.eo.tract. p.15. nu.8.
1 rxt.de Franc.deciſ.138.num.2. & in ſimili
decisum retulit Corſect. in eius quæſt. qu.
12.p.1.de quo in meo Compendio p.1.ver-
bo Ritus,neque in hoc obſtare videtur iura
mentum appoſitum ex quo Princeps vim
Apoſtolici habet, vt illud remictere poſſit
atque diſpenſare Gram.deciſ.12.nu.15.ma-
ximè cauſa aliqua exiſtente, ſimiliter, & S.
158 C.cuius perſonam repræſentat Gram. d.
deciſ.76.num.33.Sin autem iuris rigorem
actendamus præſertim ob d. Ritus diſpoſi-
tionem non eſt dubium, quin debitor audi-
ri no poſſit, niſi facta prius ſolutione iuxta
ipſius obligationem, non obſtante, quod in
vinculis exiſtat, etenim Ritus ipſius M. C.
159 faciunt ius in Regno Franc.148.num.5.&
ſucceſſiuè obſeruandi ſunt per inferiores
160 officiales idem dec.143.num.7. Quo cir-
ca, vltra deciſiones allegatas, fuit idem pa-
riter in cauſa Auguſtini Amendolæ V.I.D.
cum Lelio Parile debitore iudicatum, adeò
quod incuſata obligatione contra d.Lelium
161 & eo exiſtẽte in vinculis depoſitum face-
rat, petendo audiri aduerſus obligationem
factam metu carceris,licet ex parte credito
ris replicatum fuiſſet tale depoſitum eſſe
litigioſum, nec poterat ita faciliter libera-
ri, ideo audiri non debuerat, adhuc tamen
per M.C.V. ad relationem Camilli Borrel-
li iudicatum,fuit eſſe audiendum ſtante de-
poſito facto, & ita confirmatum per S. C.
eodem referente in Aula Reg. tunc Conſil.
Ferdinandi Branciæ mei digniſſimi Regen-
tis in Supremo Conſilio Italico meo ſatis
obſeruantiſſimi Dñi de Anno 1622.in baca
Serafini,. Facta modum de hoc Relatione
per optimè meritum Iudicem Mag. C. V.
162 Aloyſium Piſcicellũ die 13. Martij 1631.
in S. R.C. iunctis Dominis duarum Aularũ
deciſum fuit in beneficium ipſius Ill. Mar-
chioniſſæ debitricis remictendo cauſam ei-
dem M.C.vt prouideret, quod audiretur in
ſuis iuribus,& ſic nulla facta totali ſatisfa-
ctione,cum in hoc ſufficiat carceratio a-
ctualis, vt erit videre, ex actis in banca Si-
xti Magiſtri Actorum,quę ſiquidem omnia
benè ruminari poſſunt, ſi in poſterum de
hoc iterum dubitari contingerit, quãquam
vt ſuperiorum præcepto paream ne am-
plius de hoc dubitandi anſa præbeatur, li-
buit iura vtriuſque partis nouiſſimis meis
lucrubrationibus exornare ſaluo meliori
lectorum iudicio. Poſt hæc ſcripta perſpe-
xi de eadem met deciſione diſſerere Dona.
Ant.de Marinis quotidian. Reſolut. c. 588.
ſed inſurgente nouella pragm. edita die 21.
Ianuarij 1632.§.7.verſus finem,qua diſpo
ſitum patet inter cætera,quod liquidato in-
ſtrumento debitor audiri non debeat nec

facto

facto depoſito conditionato, ſi prius nõ ſolucrit integrè omne debitum, & penam cũ expenſis, actis per creditorem in reaſſumptione inſtrumenti &c. comperitur finem controuerſiæ huic impoſitum fuiſſe.

Io.Baptiſtę de Thoro I.C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Deciſio S.C. aſſertur, vt hæres conuentus ex paterno contractu, ſi ſucceßerit in eodem loco dignitatis patris, ob quam fori priuilegio gaudebat, erit remittendus, ad ſuum Iudicem.*

2 *Hæres conuentus, ex paterno contractu ſequitur forum defuncti.*

3 *Forma data in vno reſcripto ad cognitionem vnius cauſæ ſeruari debet in alijs.*

4 *Remiſſio conceditur in apocis bancharijs, illis prius recognitis, & ſic deciſum.*

5 *Præcepta fiunt in apocis, vt habeantur, pro recognitis in contumacia, idemque in albaranis & ſic deciſum nu. 6.*

7 *Illatio ex diuerſis, non fit.*

8 *Reſcriptum impetratum ab vno alteri prodeſſet ratione communionis.*

9 *Reſcriptum conceſſum vni ex conſortibus litis, alteri prodeſt, licet de eo mentio facta non ſit.*

10 *Reſcriptũ Principis pro vno correo impetrato, alteri prodeſt.*

11 *Inſtrumenta omnia liquidantur in Mag. Cur. contra omnes cuiuſcumque conditionis.*

12 *Licentia Proregis requiritur, quando liquidãtur inſtrumenta, cõtra officiales Supremos in M.C. & ſic deciſum.*

13 *Reſcriptum liquidandi impetratum ab vno, an alteri conſocio proſit, deciſiones referuntur.*

14 *Iuriſdictio delegata, ad connexa extenditur.*

15 *Reſcriptum litis, facit ius inter eaſdem partes.*

16 *Reſcripta ſunt ſtricti iuris.*

17 *Reſcripta litis ſunt ſtricti iuris, ideo extendi, non debent.*

18 *Reſcripta non extenduntur, ad alias res, vel cauſas in eis, non expreſſas.*

19 *Iuriſdictio delegata, eſt odioſa, ordinaria fauorabilis.*

20 *Reſcripta delegatoria ſunt ſtricti iuris, & ſtrictè ſucceſſiuè reſtringenda nu. 22.*

23 *Delegatio, non extenditur de caſu ad caſum.*

24 *Reſcriptum Principis, allegari non debet in alijs cauſis.*

25 *Princeps delegando cauſam alicui ſpecialiter cenſetur iuriſdictionem abdicare ab omnibus alijs in eadem, illamque ad ſe auocare.*

26 *Iudex inferior cenſetur priuatus cauſa, quam Princeps, alteri delegat.*

27 *Recognitione apoce facta, per debitorem, licet exterum non ſubditum, ipſe non condẽnabitur ab illo Iudice, ſed ad ſuum forum remittitur.*

28 *Apoca habet paratam exequutionem.*

29 *Statutum loquens de ſchedulis, & chyrographis recognoſcendis procedit, in alijs ſcripturis priuatis.*

30 *Deciſio R. Sacr. C. adducitur, in fauorem eius ſubditi conuenti in alio Tribunali, vt eius nomine illud procedat.*

ARGVMENTVM.

Remiſſio cauſæ recognitionis albarani, facti à debitore crediri, an erit concedenda, Iudici conuenti, non facta prius recognitione prædicta.

In matutinis meditabor in te, quia fuiſti adiutor meus.

VOTVM. LXXXV.

ABbas Pompeus Indellus cum haberet inſtrumentum emptionis tot annuorũ introytuum, cum Ioanne Baptiſta Guida deuenit ad cõuentionẽ cũ Ioanne Franciſco Guida V.I.D. eius filio caſſando inſtrumentum, benè tamen faciendo ipſe Io.Frãc. albaranũ ducatorũ 56. & tarenorũ 3. ex reſta ſummæ, roboratum ſubſcriptionibus teſtium ac Notarij, cuius vigore præfatus Abbas ipſum conueniri fecerat in iudicio ad ſoluendum dictam ſummam, licet autẽ conuentus allegaſſet ſe eſſe regium Dohaneriũ Ciuitatis Monop. & vigore prouiſionũ Regiæ Cameræ Summariæ expeditarum ad inſtantiam Io.Iacobi Guidæ eius fratris, & prædeceſſoris in officio non poterat alibi conueniri, niſi in eadem R.C. prout in ſimili deciſũ retuli in 3.p. noſtri Comp. verbo remiſſio in cauſa D.Franciſci Syluestri tratteniti conuenti ex contractu paterno in cuius locũ ſucceſſerat, etiam in tali regali munificẽtia, ob ꝙ erat ſubditus generali Auditori exercitus ad, quẽ fuit remiſſus ad relationem Reg.Conſil. Andreæ Prouenzalis in

banca

banca Cioffi,ſicque nullatenus Curia ipſa
Monopolitana ſe intromictere poterat in
cauſa prædicta, adhuc tamen replicabat
Actor ex duobus fundamentis omnino ꝓ-
ducendum fore in eadem Curia. & primò
producendo prouiſiones ipſius Regiæ Ca-
meræ alias expeditas ad inſtantiam Alfe-
tij Sebaſtiani della Cueſta, & Violantis de
Intino eius vxoris,contra eundem quond.
Io. Iacobum Dohanerium, quod pro con-
tractu paterno Iudex Monopolitanus pro
cederet nomine ipſius Regiæ Cameræ de.
iuſtitia in cauſa prædicta,ex quibus colli-
gebatur iuridicè proceſſiſſe cum ex con-
tractu paterno conueniretur,quo caſu de-
functi forum ſequi tenebatur ad tex. in l.
hæres abſens ff. de iudic. vbi Doct. Ricc.
collect.1039. latè Franc. dec.234.num.2.
& 3.etiam probat ex Ritu M.C.V. ita pa-
riter in caſu prædicto aſſeuerandum erat
poſtquam principale debitum apparebat
ex inſtrumento celebrato cum defuncto
cuius forum ipſe ſequi tenebatur,quo cir-
ca nec opus erat impetrare prouiſiones
cum id de iure diſpoſitum ſit & ſuperfluè
reddebantur, & quatenus exigerentur,ad-
huc ex conſimili caſu occurſo poterant ſi-
3 bi proficere tales prouiſiones:etenim for-
ma data in vno reſcripto ad cognitionem
vnius cauſæ ſeruari debet in alijs Rugi-
nell.pract.quæſt.cap.29.num. 1.

Secundò dicebatur, quatenus remiſſio
concedenda eſſet,debebat prius albaranū
productum, & præſentatum ſubſcriptum
manu ipſius debitoris recognoſci,& dein-
dè de allegata remiſſione,tractari, quem-
admodum in apoca bancaria concluſum
eſt apud Doct. vt facta prius,recognitione
4 locus erit remiſſioni poſt Carau. in Ritu
54.Præſ. de Franch.deciſ.590.num.3. latè
Muſcarell.in praxi S.C.lib.1.p.2.gloſ. cō-
petentes nu.100. ante eos Rebuff. ad con-
ſtit.Galliæ to.1.de chirograf. ar.1. nu.31.
nam videntur in hoc æquiparari, eo quia
ſicuti etiam in apoca fiunt in contumacia
5 præcepta, vt habeatur pro recognita
Franch.deciſ.502.num.1.Reg.Rouit. in
pragm.64.num.32.de offic.procur. Cæſ.ita
pariter in albaranis practicatum vidi in
proceſſu,Io.Dominici Germani cū Marco
6 Antonio Trauerſa, qui fuit poſtea condē-
natus per S.C. vigore albarani, ita reco-
gniti per decreta tria interpoſita in ban-
ca Figliolæ, vt in meo Compendio verbo
probatio par.3. Ex aduerſo autem repli-
cabatur nullam forè habendam rationem
de conſimili caſu occurſo cuius deciſio
delegata fuerat ab eadem Regia Camera
Summariæ Iudici Monopolitano,nam certū
tum erat tales prouiſiones proceſſiſſe ab
alijs perſonis,in alio caſu, licet ſimili contra
tra aliam perſonam conuentam: vnde ex
7 diuerſis, non fit illatio l. papinianus ff. de
minori adeò quod tunc prodeſſent prouiſio-
nes ipſe quoties eadem eſſet cauſa,licet plu-
res eſſent perſonæ actrices, vel conuentæ,
quoniam tunc reſcriptum impetratum ab
8 vno alteri prodeſſet, ratione communis opi
nionis ad tex.in l.1.C.de diuerſ.reſcript. vbi
Doct.Gratian.diſcept.forenſ. cap.115.nu.2.
ſic reſcriptum impetratum per vnum ex
9 ſocijs alijs prodeſſe dicit Franc. Marc. dec.
149.num.6.tom.2. quemadmodum reſcri-
ptum conceſſum vni ex conſortibus litis al-
teri prodeſt, licet de eo mentio facta non
fuit Grauett.conſ.145.num.2.pariter reſcri-
10 ptum Principis impetratum, pro vno cor-
reo prodeſt alteri, ita Anton. de Batlis in
tract.crimin.lib 5. de pragm. Regni pragm.
11 1.tit.68,num.20. & etiam,quia ex præemi-
nentia M. C. V. apparet omnia inſtrumenta
liquidati poſſe in ea, contra omnes perſo-
nas cuiuſuis gradus,& conditionis latiſſimè
Reg.de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.tit.
de aſſenſ.Regijs §.7. num.4. & per totum
etiam eſſent dignitate ſuperiores ipſi M.C.
12 adhuc tamen exigitur licentia Proregis, ſeu
ipſius Collat.Conſ. vt contra ipſos procedi
poſſit ad liquidationem, nec ſufficeret dice
re,quod Mag. Cur. iuſtitiam faceret, vel de
iuſtitia prouideret; quia hoc eſſet excitare
iuriſdictionem, vt dixit Marant. in ſpecul.
par 4.d.3.num.77. ſed exigitur diſpenſatio
ſpecifica hoc eſt per verbum, liceat,& ſic
communiter practicatur,& hoc fuit ſpecifi-
cè deciſum per Collat. Conſ. ad relationem
Aloyſij Nicueſe tunc Iudicis M.C.V. in
cauſa Iuſtinianæ Caracciolæ cum Andrea
de Salazar olim Secretario Regni, vnde ex
hijs inferebatur ad controuerſiam habitam
in M. C. V. & poſtmodum in S.C.in cauſa
Ducis Gayuani Secretarij huius Regni Io.
Angeli Barrilis cum Regio tunc Conſil.
inde Præſidente Regiæ Cameræ Sūmariæ,
& nunc Reg.R.C.Scipione Rouito balio, &
tutore filiorum, quondam Ferdinandi Ro-
uiti olim Secretarij præfati noſtri Regni,
poſtquā cū Salazar.Comes Vaglij olim Se-
cretarius Regni officium prædictum ven-
didiſſet præuio aſſenſu eidem quondam Fer-
dinando pro certo pretio conuento, ceden-
de ei omne ius, & actionem, & licet poſtea
idem Officium perueniſſet in poſſe eiuſdem
Ducis Gayuani, qui ſe obligauerat illius
pretium ſoluere dicto Salazar, & Rouito
pro certis ſummis eis debitis,& inde cōtin-
giſſet

giſſet præuia licẽtiæ Suæ Eccellentiæ ipſum
de Salazar citare ſuper tenore inſtrumenti
prædictum Ducem,& poſtmodum ipſum
Regen. Rouitum nomine quo ſupra eun-
dem Ducem pro altera ſumma, pariter ſu-
per tenore inſtrumenti citari feciſſet, non
tamẽ cum licentia eiuſdem Illuſt. Proregis
13 difficultari contingit in M.C.(ſic cõquerẽ-
te ipſo debitore)nõ potuiſſe citari,nec licẽ
tiã impartitã ad inſtantiam ipſius de Sala-
zar ſibi Rouito proficere: vnde fuit per
ipſam M.C.V.decretum, quod iterum cita-
retur Dux, & introducta cauſa appellatio-
nis in S.C.in Aula Regij Conſil.Ferdinandi
Branciæ fuerunt Domini in paritate voto
rum,nam aliqui confirmauerunt decretum
ipſius M.C.alij vero cauſam remiſerunt ei-
dem M.C. vt procederet ad interrogationẽ
de hoc anno 1628. penes Anaſtaſium Ma-
giſtrum Actorum, ſed veritas ex prædictis
ſatis apparere noſcitur,cum eadẽ eſſet cau-
ſa pretij officij pluribus debiti imo ceſsi
eidem Ferdinando,ab ipſo de Salazar,quod
nudum nomen habebat, & comprobatur
14 in iuriſdictione delegata,quæ ad connexa
extenditur,& ſi mẽtio de illis non fiat pro-
bat And.Gail lib.1.obſeru.70.num.3. & me-
lius lib.1.de pace publica cap.6.nu. 26. Ma-
gon.deciſ.Luccenſ.52.num.23, ita reſcripta
15 litis faciunt ius inter eaſdem partes latè
Ruginell.vbi ſupra num.9.& 13. cœterum
quando cauſa eſſet diuerſa atque dixtincta
inter diuerſas perſonas nullatenus reſcri-
ptum in beneficium alicuius impetratũ al-
teri prodeſſe debet,ex ratione ſupra relata
16 &,quia reſcripta ſunt ſtricti iuris Alex cõſ.
97.num.6.lib.2. & maximè reſcripta ad li-
17 tes, quæ ſunt ſtricti iuris, & ideò extendi
non debent Pariſ.conſ.108.nu.26.p.4. Abb.
in cap.non iniuſtè num.2.de procur.& in c.
quia circa num.2.de priuil.& c.dilectis nu.8.
de præb.Affli.in conſt.circa violentiarum
18 num.9. ita quod nec ad alias res vel cauſas
in eis non expreſſas, & non comprehenſas
non extenduntur ad tex. in cap. P. & S. de
offic.de leg.c.cum olim vbi Abb.num.3. eo.
tit.Natta conſ.39. num.1.lib.2. Magon.dec.
52.num.8.Cornaz.deciſ.Luccenſ.32.num.4.
nam ſunt odioſa talia reſcripta ad lites An
na alleg.37. nu. 5. & ad rem noſtram deue-
niendo,& ad prouiſiones ipſius Reg Came-
ræ ab alijs impetratas ad caſum præmiſſũ
extendi non poterant ex allegatis,imo cum
delegationem cauſæ continere videbantur
certum erat extenſionem fieri nõ potuiſſe,
nam ipſa delegata iuriſdictio eſt odioſa, li-
19 cet oadinaria fauorabilis Marant. in ſpe-
cul.4.p.diſt.5. num. 3. & conſequenter re-
20 ſcripta, delegatoria, quæ ſunt ſtricti iuris
Macerat.lib.1.var.reſol. in reſol.8. num. 8.
ſtrictè interpetrari debent Magon. deciſ.
Florent.87.num.4. Ideò reſtringuntur ad
22 expreſſa tantum idem eo.lib.reſol.39.n.11.
nec aliter extenduntur,quemadmodum
23 ipſa delegatio, quæ non extenditur de caſu
ad caſum Borgn.3.num.19.& 20.p.2.& non
24 mirum ſi reſcriptum Principis allegari
non debeat in alijs cauſis ſecundum Bald.in
l.1.C.quomodo, & quando iud. Afflict. in
25 conſt.violentias num.57. hinc Princeps vbi
cauſam alicui delegat ſpetialiter, cenſetur
iuriſdictionem abdicare ab omnibus alijs
in eadem cauſa c.paſtoralis §. præterea vbi
Felin.de offic. deleg. Marant. qui alios ci-
tat in prima diſput.nu.3. vbi ſubdit per il-
lam delegationem cenſeri Principem cau-
26 ſam auocare ad ſe,& illo caſu cenſetur qui
libet inferior in illa cauſa priuatus c. vt no
ſtrum de Appell.Raynos.obſeru.40.num.5.
& proindè non obſtat, quod conueniri po-
teſt,vt iuris eſt,in foro defuncti ex contra-
ctu defuncti, poſtquam in caſu allegato cõ-
ueniebatur ex proprio contractu præuio al
barano celebrato, & ſua manu firmato,
ideò coram ſuo Iudice merito conueniri
debuerat, ob propriam ſcripturam, ſed re-
27 plicabatur in hoc caſu non competere ex-
ceptionem incompetentiæ,ex eo quia facta
recognitione per debitorem, quamuis exte-
rum, non ſubditum, non aliter condemna-
bitur ab illo Iudice,ſed ad ſuum forum in-
dè remictitur ita Rebuff.in d.tract. artic. 1.
num.31.

Nec etiam altera obiectio obſtare pote-
rat,vt prius recognitio facienda eſſet, quã
remiſſio concedenda, quoniam ſi benè hoc
procedere comperitur ordinariè in apoca
bancaria;non tamen in albearano,quamuis
firmato ſubſcriptione teſtium ac principa-
lis,quod non habet illam paratam exequu-
28 tionr,quam habet apoca vigore pragmati-
cæ 64.§.6.de offic.proc.Cæſ. hijs tamen re-
plicabatur de hoc ſpecificè loqui Rebuff.d.
tract. eodem art. 1. num. 21. vbi intuendo
ſtatutum illud loquens de ſchedulis, & chi-
29 rografis recognoſcendis, ampliat locum
habere etiam in alijs ſcripturis priuatis,ma
ximè ſi eſſent obligatoriè per rationes ibi
adductas, & licet proceſſiſſem ad plura de-
creta pro recognitione prædicta. Interea
ſuperuenerunt prouiſiones Regiæ Cameræ
expeditæ ad inſtantiam eiuſdem Actoris
quibus mandabatur Regię Audientiæ Ter-
ræ Bari,vt eius nomine procederet in cauſa
prædicta, & ſic pro illarum exequutione
fuerunt acta tranſmiſſa de mente Martij
1625.

Digitized by Google

1625 Monop. prout alias fuit prouiſum in cauſa Tiberij de Lauro, qui fuerat condemnatus vti hæres ſui patris per Curiam Ciui-
3 tatis Amanteæ, adſoluendum ducatos 18. vnà cum intereſſe Io. Petro Virdiano, & introducta cauſa appellationis in R. C. S. fuit per eam decretum latum, quod præſtita cautione in caſu retractationis exequatur decretum latum per Curiam Capitanei d. Ciuitatis, & cauſa reuideatur per eundem Capitaneum, cum alio conſultore, partibus partibus non ſuſpecto, vt percepi ex voto manuſcripto Reg. Salernitani in allegationibus de ſuper factis in cauſa prędicta.

SVMMARIVM.

1 *Inſultus, quando dicatur fieri.*
2 *Inſultu probato, cenſetur, probata defenſio.*
3 *Inſultatus, & prouocatus, ſemper præſumitur feciſſe, ad ſui defenſionem.*
4 *Percuſſus, præſumitur re percutere ad ſui defenſionem, & timore nouæ percuſſionis.*
5 *Inſultator præſumitur, ex verbis prolatis, ac alijs coniecturis.*
6 *Inſultatus aufugere, non tenetur.*
7 *Inſultatus tenetur ſe defendere, & ſi ſe non defendit, peccat.*
8 *Inſultatus, nõ debet expectare, vt vulneretur ab inſultante, ſed benè inciperet.*
9 *Inſultatus occidens aggreſſorem, excuſatur à pena ordinaria homicidij. & qualiter hoc procedat diſcutitur nu. 10.*
11 *Pœna exceſſus, in defendendo, quæ nam ſit.*
12 *Moderamen inculpatæ tutelæ, non dicetur ſeruatum fuiſſe ab inſultato, qui aggreſſorem ſuum, in terram iacentem occidit.*
13 *Vulnerans aliquem morſu, qua pœna puniri debeat.*
14 *Inermis, non poteſt inimicis reſiſtere.*
15 *Moderamen, debet eſſe in armis æqualibus, & excuſatur inſultatus, ſi terminos, non ſeruauerit, etiam cum armis inæqualibus.*
16 *Defendere, licet ſe aduerſus offendere volentem, etiam conuocando amicos.*
17 *Morſus, dicitur vulnus.*
18 *Dentes, non ſunt arma.*
18 *Conſt. ſi quis aliquem non procedit contra mordentem cum dentibus.*
20 *Dentes largo modo arma dicuntur.*
21 *Appellatione percuſſionis, an veniat morſitio, cum dentibus.*
22 *Caſus relatus ab Othero qualiter procedat.*

ARGVMENTVM.

Percutiens aliquem morſu, qua pena debeat puniri.

Vt cognoſcamus in terra viam tuam in omnibus gentibus ſalutare tuum.

VOTVM LXXXVI.

VAlde fuit diſceptatum in principali Curia Theanenſi, vbi aliquando præfui iudicatus munus p. trienniũ exercẽdo, in cauſa Dominici Rotũdi inquiſiti de vulnere per eũ illato cũ dẽtibus, & ſic cum morſu in auriculam Fabritij Rutæ, qua nam pęna puniri debuerat, & per eaque in facto probata fuerunt ad defenſionẽ ipſius colligebatur, quod cum ipſe inquiſitus cum alijs ſuis ſocijs in quodam orto perſiſterent, ſuperuenit dictus Fabritius enſe armatus in dicto loco conuocando ipſum Dominicum ſegregatim alloquendo, & prius dicendo habeo aliquid tibi dicere, & paulò interius ab alijs ſegregati ipſe Fabritius, hæc verba protulit tu dixiſti de me malum in preterita Dominica in certo loco, & replicando contrarium Dominicus, ex verborum inuicem multiplicatione deuenerunt ad pugnos inde ſuperuenientibus ſocijs Dominici, enſe à Fabritio eripuerũt, & in terram proiecerint, vnde ipſe & d. Fabritius vulneratus extitit in auricula, morſu ipſius Dominici, ſicque ex pluribus ipſe Dominicus prætendebat abſolui & nullam pœnam ſibi debere irrogari, &
1 principaliter, quia quidquid egerat pro ſui defenſione fecerat, dum fuiſſet ſic inſultatus à Fabritio armato, enſe, verificabatur inſultus ex eo quia motus proceſſerat de loco ad locũ, vt dixit Boſſ. in tit. de inquiſit. n. 119. inde inſultus, dicitur ſaltus in aliquem Peguer. decif. Catal. 21. nu. 3. eo quod ad locum orti vbi degebat Dominicus ſe con-
2 tulerat ipſe Fabritius, quo fit, vt p. inſultũ ſit probata defenſio idem Boſſ. in tit. de homicid. nu. 88., etenim defenſio per ſolum inſultum probatur Guazin. in tract. ad defenſam defenſ. 29. cap. 4 num. 21. ex quo in-
3 ſultatus, & prouocatus ſemper præſumitur feciſſe ad ſui defenſionem Blanc. in ſua praxi crimin. in 3. p. num. 12. fol. 146. Gramm. conſ. crim. 29. num. 1. conſ. 56. num. 12. Farinacc. in conſ. 35. num. 21. vbi Additio Berta-

zol.conſ.crim.1.num.15.conſ.31.nu.2.conſ.
128.num.3.conſ.135.num.5.volum.1.Maſc.
de prob.concluſ.1131.num.4. quemadmo-
4 dum percuſſus præſumitur repercutere ad
ſui deſenſionem Marſil.conſ.29.num.42.&
ſucceſſiuè præſumitur percutere timore
nouæ percuſſionis Bertazol.d.conſ.1. nu.17.
5 Inſuper ex verbis prolatis ab ipſo Fabritio
dicendo tu dixiſti malum de me,inſultus ve
rè probatur,nam vt dixit Gramm.voto 22.
num.15.ſi non appareret quis primò fuerit
5 inſultator,ex verbis prolatis per aliquem,
& ex alijs coniecturis præſumi poteſt, quis
fuerit Maſcard.d.tract. concluſ.1133. nu.9.
6 19.& 11.ſed cum inſultatus nullatenus au-
fugere teneatur probant Bertazol. conſil.
135.nu.20.tom.1. Maſcard. concluſ.1131.
num.23.Farinacc.conſ.35.num.29.& 30.vbi
7 Add.& in praxi crim.qu.125.num.248.de
homic.nō tenetur ſe defendere,& nō ſe de-
fendendo peccat dixit ibidem nu.23.in 1.p.
quo ſiquidem inſultu ita ſe habito ſuccedit
quod inſultatus nō debet expectare,vt vul-
8 neretur ab inſultante, ſed debet ipſe incipe
re ita Gram.deciſ.5.num.19. & conſ. crim.
56.num.12.& optimè Guazzin. vbi ſupra
num.20. Petrus Barbob. inter conſil. crim.
diuerſ.conſ.97.num.21.tom.1.Ludouic. Gi-
lhauſen.in ſuo arb.iudiciar.crimin. cap.6.p.
1.ſ.24.num.3. Maſcar. de probat. concluſ.
489.num.3.Bertazol.conſ.crim.350.nu.11.
tom.2.& conſ.121.num.7.8.9.& 10. tom.1.
9 ea propter ſi inſultatus, ſeu armis prouo-
catus aliquem inſultantem occiderit,ſeu ag
greſſorē, excuſaretur à pœna homicidij or-
dinaria ex rationibus adductis per Nouell.
in tract.ad defenſam cap.1.num.13. & ſequ.
ſed extraordinariè poſt Rotam Luccenſ.di-
uerſ.dec.14. latè Farinacc.d.tit. de homicid.
quæſt.125.p.6.num.399. vbi num.ſeq. 100.
ſecundum aliquos contrarium aſſeuerantes
videtur in nu.ſequentibus omnia cōcorda-
re,eum aliquo temperamento id eſſe intel-
ligendum,quod non erit in præſenti thema
10 te perſcrutandum, aut vero modum ex-
ceſſerit in vendicando dummodo non dolo
sè fieret exceſſus, aut in defendendo lata,
leuis, vel leuiſſima culpa non interuenerit,
iudicis arbitrio remitteretur pœna exceſſus
per ea,quæ oſtendit ibidem Nouell. nu. 25.
& ſequ.Farinacc.d.tract.de homicid. q.125.
num. 138. p.6. & extraordinariè puniretur
ſubdit ibidem Farin. 412.cum ſequentibus,
11 & talis exceſſus,non aliter veniret punien-
dus pœna corporali,ſed vel pecuniaria, vel
relegationis,vel banni ad tempus,quemad-
modum fundauit in præcedenti num. 398.
idem Farinacc. allegato loco, vltra Franc.

Zuanet.in repet.l.3.ff.de iuſt.& iur. p. 2. nu.
62.& ſequen. erit namque inſpiciendus ex-
ceſſus ſi dici potuiſſet, in præſenti facto, ex
vulnuſculo cum dentibus illato in auricula
aduerſus inſultantem enſe armatum, licet
deindè à conſocijs diſarmatum, & in terrā
proiectus, vnde ipſe vulneratus petendere
poterat exceſſum,contra ipſum fuiſſe com-
miſſum, nedum quia ope aliorū fuerat op-
preſſus,& ipſe ſolus erat,hinc dici ſolet nec
Hercules, contra duos, ſed quia enſem ab
eo auferant ne defenderet ſeipſum,vt in ſi-
mili de duello ſcripſit Paris de Re milit.
12 lib.8.cap.30. Imo quemadmodum modera-
men defenſionis,& inculpatæ tutelæ nō di-
ceretur ſeruatū fuiſſe ab inſultato, qui ag-
greſſorem ſuum in terram iacentem occi-
dit,vt dixit Farinacc. loco citato num. 378.
ita etiam ſi ipſum vulneraſſet, vt in facto
præſupponebatur, & ob id ſi non armis,
ſed morſu vulneratus extiterat, adhuc ipſe
mordens grauiter puniendus veniret, per ea
quæ in ſimili probat, & deciſum reliquit
13 Otherus in ſua diſput. 17. ibique referens
caſum de eo, qui cum dentibus naſū proprijs
manibus deformem fecerat mulierē, & fuit
condemnatus ad exulandum per triennium,
adhuc tamē replicabatur nullo modo fuiſ-
ſe in facto exceſſum, primo ex quo dum
inermis reperibatur Dominicus fuerat in-
ſultatus à Fabritio armato, qui poterat
14 faciliter ſe tueri armis contra Domini-
cum inermem,& inermis non poteſt inimi-
cis reſiſtere inquit Gloſ. in cap. nullus 2.
qui 1.per tex.in cap. 3.& c.epiſcopus 3.q.2.
hinc oritur exceſſus potius ex inſultante,
15 quam ab inſultato, cum moderamen eſſe
debuerat in armis æqualibus, vt notat Fa-
rinacc.eodem loco num.354., ſicuti armo-
rum,& membrorū æqualitas in duello præ-
cipuè conſideranda erit Paris de re milit.
lib.6.quæſt.19.num.2., imo excuſaretur in-
ſultatus ſi tutelæ terminos non ſeruauit
Bertaz.conſ.crim.1.num.39. volum.1. Imò
inequalibus armis,ſe defendere poterit in-
ſultatus cum aliter ſe defendere nequiuerit
Maſcard.vbi ſupra n.36. Præterea ſi ab ami
cis Dominici fuerat diſarmatus, & in terra
proiectus,hoc potius actum fuerat,ne dete-
rius aliquid contingiſſet; imo in hoc non
videbatur exceſſum ob amicorum præſen-
16 tentiā, quoniam defendere ſe,licet aduer-
ſus offendere volentem, etiam conuocando
amicos,& alios tradit Farinacc. loco citato
17 p.1.num.89. & ſequ. ſed quibus armis vſus
fuit Dominicus niſi morſu, non enim mor-
ſus,dicitur vulnus ita pulchrè Corras. dec.
18 Luccenſ 92. num.24. neque dentes arma

cenſeri

Digitized by Google

cenſeri ex Bald.conſ.126.probat Afflict. in conſt.ſi quis aliquem num.7. vbi in præcedenti num.6. quærit qualiter puniri debeat mordens aliquem in rixa, prout erat caſus noſter,& concludit non eſſe comprenſum, in illa conſt.ſimilliter, nec in diſpoſitione
19 Cap. Regni quia non ſunt dentes arma, vt quoque probat Carrer.in praxi crimin in tit.de appellat.in crimin.verſ.in tex.ibi item quod eorum num.87.fol.35.in paruis Marſil. in praxi crim.§. pro complimento nu. 17.Caball.caſ.63.num.1.19.& 20.& quamuis arma dicantur, largo modo erit intelligendum Caualc.de brachio Regio p.4. nu.152.
20 & conſequenter nec appellatione percuſſionis veniat dentibus mordere ex eodem Bald.conſ.160.volum.4.Moronus de treug. & pace cap.173.num.16.Caball. vbi ſupra
21 num.19.& 20. Nec obſtat caſus relatus ab Othero, quoniam ibi deformitas faciei ex percuſione cum morſu cauſauerat, quod
22 non erat in caſu noſtro vbi ſimplex erat vulnuſculum,& modica læſio,illinc ad paucos dies ſanata,vnde ex allegatis, fuit inquiſitus viſis defenſionibus ex cauſis deductis liberatus.

Io.Bapt.de Thoro I.C.Neap.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur ad iuſtitiarium à ſententijs baiulorum in terris baronalibus.*
2 *Barones qui ſunt iuſtitiarij in eorum terris cognoſcunt de appellationibus à ſententijs baiulorum.*
3 *Appellari an poſſit, ad Capitaneum baronis à ſententijs baiulorum.*
4 *Barones nequeūt exercere iuriſdictionem, ſed permittitur eam exerceri, per Capitaneos ab eis deputatos.*
5 *Appellatur ad Baronem, eiusq; officiales à grauaminibus baiulorum, etiam ſi non haberet cognitionem cauſarum, ſecundarum, nam hoc venit in conceſſione num. 6.*
7 *Appellari an poſſit à notorijs.*
8 *Appellari poteſt à ſententia nimis ſeuera, & acerba.*
9 *Notorium, non dicitur Curia, pro Tribunali, non ſedente factum, ſed ea ſedente.*
10 *Baiuli imponunt pœnam vnius anguſtalis de Iure Regni, nec vltra illam imponere poſſint, & ſi damnum fuerit minus ita, & pœna, quæ non poterit excedi, & ſic iudicatum.*
11 *Baro non poteſt pœnam, vltra anguſtalem imponere.*
12 *Baiulus criminaliter intendens aliquem punire, poterit illum pecunialiter punire.*
13 *Sententia lata, vltra anguſtalem eſt nulla.*
14 *Baiulus eſt de infimis magiſtratibus.*
15 *Iuriſdictio baiuli hodie eſt diminuta.*
16 *Baiulus cognoſcit de cauſis ciuilibus vſq; ad ſummam carlenorum 30. ſummariè.*
17 *Statutum, vt quis non poſſit cōueniri nec agere, niſi coram tali Iudice. ſi per aliud ſtatutum mandatum fuerit, quod alius Iudex cognoſcat à carolenis 30. infra cui eorum erit parendum.*
18 *Obedientia magiſtratibus exhibenda erit nec illis reſiſtendum.*
19 *Honor atque reuerentia officialibus debetur.*
20 *Magiſtratus dicuntur Principes Ciuitatis & membra Principis nu.21.*
22 *Princeps honoratur per intermediam perſonas officialium.*
23 *Honoratur ſuperior, per honorem ſubdito eius factum, & ſimilia.*
24 *Reuerentia Magiſtratibus ex diuina ordinatione conſtituta eſt.*
25 *Exempti tenentur ad reuerentiam ſuperiorum.*
26 *Filius emancipatus ad paternam reuerentiam tenetur.*
27 *Magiſtratibus omnibus à Rege creatis, reuerentia debetur.*
28 *Iuriſdictio omnis à Rege fluit, tamquam à fonte.*
29 *Iuriſdictio cur diuiſa ſit.*
30 *Officialium copia eſſe debet, pro adminiſtranda iuſtitia.*
31 *Imperatoris perſona repræſentatur, in quolibet Magiſtratu.*
32 *Principem violare dicitur, qui Magiſtratum vitiat.*
33 *Iniuria illata Magiſtratui cenſetur illata Principi maximè in actu exercendi officium num.34.*
35 *Pœna cōtra percutientes ſeruientes Curiæ.*
36 *Iniuria Principi illata cenſetur ſi apparitori gerenti negotia, dum eſt in exequutione irrogetur.*
37 *Puniri poterit, is, qui citra reuerentiam Officiali loquatur.*
38 *Irreuerentia Magiſtratuum apud Romanus grauius punita.*
39 *Iuriſdictionem turbat, qui coram Officiali delinquit, & turbantes punire poterint.*
40 *Magiſtratus pœnali iudicio defendere debet iuriſdictionem.*

41 *Magiſtratus quilibet, tenetur ſuo ingenio augere decorem Tribunalis.*
42 *Magiſtratus publicam perſonam gerunt.*
43 *Crimen publicum, dicitur quando in iudicio ſit.*
44 *Notorium cur dicatur.*
45 *Iniuria atrox, dicitur imo grauior, quando ſit delictum in Tribunali.*
46 *Ordo iuris, non ſeruatur in delicto notorij.*
47 *Reuerentia deberi magiſtratibus naturali iure certum eſt.*
48 *Intētio legis tota eſt, vt magiſtratibus obediatur.*
49 *Puniuntur, qui officialibus, non ſalutant.*
50 *Iudex debet à partibus honorari in omni tempore, & loco.*
51 *Iniuria grauior, & atrox eſt quæ infertur Officiali, eo tempore officij.*
52 *Iniuria illata officiali pro Tribunali ſedenti, non priuato facta cenſetur, ſed Regi.*
53 *Officiali, non minor debetur honor poſt depoſitum officium, quam ipſo durante.*
54 *Officialis honorandus eſt, dum ſtat in ſindicatu.*
55 *Iniuria grauior eſſet ſi illata ſit officiali exiſtenti in ſyndicatu, & qualiter procedat.*
56 *Iniurians officialem in ſyndicatu, an gaudeat indultu.*
57 *Conuitiari, non licet Iudici depoſito officio citra notam infamiæ ſi ille condemnatus appellauerit.*
58 *Reuerentia, & honor Officiali præſertim in Curia exhiberi decet, nam Regi impendi videtur.*
59 *Silentium ſeruari à partibus in Curia mandatur, nec ſine licentia loqui.*
60 *Officiales ſatis animaduertere debent, vt iuſtitiam miniſtrent omnibus cum ſilentio.*
61 *Iudex punit immoderatè, & exceſſiuè loquentes, & vociferantes coram, eo caſus deciſus refertur.*
62 *Delinquens in iudicio, & coram Principe grauius punitur.*
63 *Proceditur per modum notorij, contra delinquentes in iudicio.*
64 *Iniuria facta officiali Curiæ pro Tribunali ſedente, cenſetur facta dignitati, non perſonæ.*
65 *Pena illius, qui dedit pugillum ſuper brachium Iudicis, dum pro Tribunali aſſidebat quæ ſit.*
66 *Pœna eius, qui vulnerat aliquem coram M.C. quæ ſit.*
67 *Pœna eius, qui euaginat enſem ante Palatium Principis quæ ſit, & quid ſi coram Principe nu. 68.*
69 *Remiſſiones delinquentium intus Ciuitatem Neap. eiuſque Burgos, & Caſalia, non fiunt, vbi ratio affertur.*
70 *Delinquens iocoſe coram Iudice, vel in Curia, non punitur.*
71 *Delinquens, non in iudicio, ſeu Curia, ſed in domo Iudicis, vbi ius reddit punitur & caſus refertur nu. 72.*
73 *Committens homicidium in Palatio Curiæ grauius punitur, & caſus refertur.*
74 *Iniuria atrox, dicitur facta coram Iudice, vel Principe, vel in talamo Principis.*
75 *Caſus refertur de committente homicidiū in rixa prope locum vbi Prorex incedebat.*
76 *Delictum obiter ſucceſſum coram magiſtratu mitius punitur.*
77 *Pœnæ duplicatio ſtatuta contra iniuriantes officiales, non habet locum in Officiali, non commorante in Curia Regis.*
78 *Iniuria Officiali illata, nedum verbo, ſed facto grauius punitur.*
79 *Baiulus pœnam imponit, iuxta ſui poteſtatem, & non vltra.*
80 *Sententia valebit in Capitulo continente ſummam conuenientem Iudici, alias, ſecus, ſi vnicum capitulum contineret.*
81 *Sententia, non valet, quando Iudex de maiori ſumma, quam illius iuriſdictio ſe extendit cognoſcit, & quando in principio, non appareret, an iuriſdictionem habeat.*
82 *Sententia excedens ſummam ibi taxatam non debet exequi vſque ad illam, cum ſit inſtituta.*
83 *Pœna impoſita à baiulo, vltra auguſtalē, non valebit in toto, ſed infra auguſtalem tantum.*
84 *Pœna contumaciæ eſt vnius tareni, ob inobedientiam, niſi habeat, alias qualitates grauantes, & ſic deciſum.*
85 *Delinquens calore iracundiæ mitius puniri debet.*
86 *Delictum nemini, debet patrocinari.*
87 *Contemnens præcepta ſuperioris, grauiter punitur.*
88 *Contemptus Iudicis, ſemper puniri debet.*
89 *Pœna, pro contemptu impoſita, eo ceſſante ceſſabit.*

90 Iudex

90 *Iudex puniri poterit, etiam ſi ei iuriſdi-ctionis exercitium, non impediatur.*
91 *Iudex cognoſcit de iniuria in eius præſen-tia, vel ſuæ perſonæ illate.*
92 *Clericus delinquens coram prætore, an ſit remittendus ad ſuum Iudicem.*

ARGVMENTVM.

Baiulus, an poſſit ob notorium crimen coram eo commiſſum, imponere pœnam, vltra auguſtalem, & an poſſit à ſuperiore Iudice illa reformari, inſpectis qualitatibus delicti commiſſi.

Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.

VOTVM. LXXXVII.

DE duobus principaliter contingit dubita
ri in Curia principali Theanenſi in cau
ſa appellationis interpoſitæ à Io. Andrea
Colcitrone carcerato & condemnató à Cu-
ria baiuli eiuſdem Ciuitatis ob nororium
ei iniunctum, ex eo quia certa verba admo-
dum licentioſa protulerat, corã dicto baiu-
lo, cuius rei cauſa fuerat condemnatus, præ-
uio notorio facto, & dum incarceribus per-
ſiſterat, appellauit ad eandem Curiã infor-
ma, ſuper qua de duobus dubitari contingit
& primo ſi appellatio à Curia Baiuli per-
miſſa erat ad Curiam Gubernatoris Ciuita-
tis, poſtquam agebatur in Curia baronali, &
in hoc Campagn. in Cap. Regni ad quietem
1 num. 15. in Addit. dixit quod in Terris Ba-
ronum à ſententijs baiulorum appellatur
ad iuſtitiarium ſecundum And. in conſt. iu-
ſtitiarij per Prouiutias, & Afflict. in Conſtit.
Magnæ Curiæ vbi dicit, quod hodie Baro-
2 nes, qui ſunt iuſtitiarij in terris eorum pri-
uilegijs cognoſcunt de appellationibus à
ſententijs Baiulorum, & Barones ipſi pu-
niunt baiulos delinquentes per iſtud cap. ad
quietem, ſed benè num. 14. ſequ. cenſuit du-
bitari, an à ſententijs baiulorum in Terris
3 Baronum poſſit appellari ad Capitaneum
Baronis, qui videtur repræſentare Baronẽ
reſpondit, negatiuè, quia appellatur ad Ba-
ronem, qui dedit, ſeu iubet ordinari baiulũ
ſequitur Borrell. in tract. de Magiſt. edict.
lib. 4. cap. 12. num. 30. & ſic videbatur con-
trariari quodammodo, ex quo idem eſſe
cernitur Baro, & officiales ab eo conſtituti,
& eadem eſt Curia, nam Barones Regni ho
4 die per ſe ipſos in Regno iuriſdictionem
exercere prohibentur, ſed promittuntur eã
exercere per Capitaneum, & officiales, ad
iuſtitiã deputatos poſt Afflict. in conſt. dila-
tiones num. 40. Franch. deciſ. 511. num. 1. in
hac ambiguitate Frece. de ſubfeud. lib. 2. in
16. auctoritate cõcluſiuè determinat, quod
5 à grauaminibus appellatur ad Baronem, ſi-
uè ad eius Capitaneum, etiam ſi Baro non
non haberet cognitionem cauſarum ſecun-
darum, & poſt Afflict. in conſt. allegata Ma-
gnæ Curiæ noſtræ num. 6. in fine de quibus
eſt memor Regen. Rouit. in pragm. 1. de of-
fic. baiuli nu. 26. & nouiſſimè idem conclu-
6 dit Capibl. in pragm. 8. p. 1. num. 179. de Ba-
ron. vbi cenſuit hoc venire ex conceſſione
Conſt. Regni Officiorum perieuloſa, & ſic
in viridi obſeruantia comperi, in pluribus
partibus Regni ſubditis Baronibus, prout
in Ciuitate Caſtrimaris de ſtabia percepi, &
expertus ſum in eadem Ciuitate Theanenſi
& ſic reſoluto primo quæſito, ad ſecundum
7 deueniendo ſi Appellatio admitti deberet
in caſu prædicto, & per ea, quę dicunt Doct.
nequaquam ſore concedendam appellatio-
nem ex l. abſtinendũ C. quor. appell. & tex.
Bart. firmat Paris in tract de ſyndic. verbo
notorium iudicij nu. 10 Foller. in praxi cri-
min. Rub. item, quod eſt Notor. delinq. nu.
21. quem ſequitur alios citando Farinace. in
eius praxi crim. tit. delict. & pen. q. 21. n. 117.
latiſſimè Ruginell. in tract. de appellat. §. 2.
8 cap. 3. num. 613. verſ. in notorijs vero; eſt in-
ſuper verum, quod quando eſſet ſententia
nimis ſeuera, & acerba vtique appellatio
admitteretur per tex. in d. l. abſtinendum, &
per alia iura probat ibidem Foller. ſub nu.
27. verſ. & à tali, eundem ſequitur Farinacc.
vbi ſupra in fine. Quapropter ex duobus
potiſſimis cauſis prætendebat ipſe Io. An-
dreas grauatus à Curia baiuli, ex quibus in-
tendebat releuari à ſententia nimis rigoro-
ſa contra eum prolata, quorum primum
erat, quia exceſſus verborum malè prolato
rum ex iracundia coram baiulo, contra ſuũ
aduerſarium non fuerat patratus Curia pro
9 Tribunali ſedẽte, vt expreſſim tradit Luc.
de Penna in l. quoties C. de dignitat. lib. 12.
quem ſequitur ibi Paris, & Foller. loco cita-
to ſub dicto num. 27. & Farinacc. ſub num.
159. vbi etiam etiam allegat Carrer. & præ
cęteris Afflict. in conſt. baiuli locorum il 2.
ſub num. 2. ex mente Salyc. vbi docet verè
notorium dici poſſe, Curia pro Tribunali
ſedente factum, Anton. de Ballis in tract.
crim. lib. 4. tit. de quęſt. particul. p. 6. num. 7.

9 Secundò dicebatur fuiſſe exceſſum à baiu-
lo ipſo,imponẽdo penam ducatorum qua-
tuor ſoluendorum per dictum Io. Andreã,
ex eo quia baiulo cõceſsũ eſt de iure Conſt.
Regni baiulos, poſſe imponere penã vnius
auguſtalis in cõſt. ad officium Frecc. de ſub
feud lib.2.auctor.ſub num.21.& ſic non vl-
tra ipſum anguſtialem Camp.in Cap. Regni
item ad inquiſitionem nu.5.ita ex Reg. La-
nar. conſ. 98. teſtificatur Reg. Rouir. in d.
prag.1. n.10. de offic. baiuli ad ꝙ ſubnectit
Capibl.in pragm.8.p.1. num.178. de Baron.
in 2.compilat. ſeu 381.in magnis, quod pe-
nam, vltra anguſtalem imponere non poſ-
ſunt baiuli, & ſi damnum erit minus augu-
ſtale , ſic & penas non poterit excedere,vt
fuit iudicatum in cauſa Vniuerſitatis Lauri
cum eius Domino , imo in fortiori caſu, vi-
11 delicet in Barone habente ſimplicem iuriſ-
dictionem,non enim poteſt imponere penã
vltra anguſtalem ex Iſern.& Afflict. pro-
bat Campag.in Cap. Regni item ad inquiſi-
tionem num.5.Reg.de Ponte conſ.52. nu.2,
volum.2.Capibl.in pragm.14.num.59. de
12 Baron. intantum eſt verum quod ſi contin
gerit baiulum criminaliter punire aliquem,
debet illum pecunialiter punire ad penam
vnius auguſtalis, vt per eundem Afflict.in
conſt.baiuli locorum il primo num.13.alias
13 ſententia non valeret,ſi vltra fuerat ſentẽ-
tia prolata Muta in pragm.Sicil.to.1. prag,
16.num.55.vltra quod ſi conſideretur per-
ſona baiuli proculdubio eſſe videtur de in-
14 fimis magiſtratibus Carauir.in prag.1. ſ.12.
num.36.de S. C. Maced. quorum iuriſdictio
15 in multis hodie diminuta eſt ſubdit nu. 40.
16 ideo non curandum,cognoſcit enim de om
nibus cauſis ciuilibus vſque ad ſummam ca-
rolenorum 30.ſummariè refert Io.Bapt.iſt.
Palomba de Regim.offic.regul.11. num.37.
ex Conſt. Regni dilationem in ſecundum
pro vt ipſe num.35. aſſeruit, quod ſi ſtaret
17 ſtatutum , quod talis , non poſſit conueniri
nec agere niſi coram tali Iudice , & aliud
ſtatutum dictaret , quod alius Iudex habet
cognitionem à 30.carolenis infra,quod co-
ram iſto erit conueniendus non tamen co-
ram alio ex eo quod tale ſtatutum habet
reſpectu primi grauaminis aſſerti pro agni-
tione omnium , quæ huic materiæ contingi
poſſent , erit animaduertendum ante omnia
de omni iure probatiſſimum eſſe,ſuperiori-
18 bus, atque magiſtatibus ne dum obedientiã
præſtari debere,ita quod eis nec reſiſti poſ
ſit, ſicuti longè proſequitur Borrell. in
tract.de magiſt.edict.lib.3.cap.4. , ſed etiam
19 honorem magnũ , atque reuerẽtiam debe-
ri, vt probat ex multis Ant. de Ballis in
tract.crim.lib.4.tit. de quæſtion. particular.
20 quæſt.6.& ratio eſt illa quia nedum magiſtra
tus Principes dicuntur Ciuitatis ad tex. in
l.ſpadonem ſ.ſi Ciuitatis ff. de excuſat. tu-
21 tor. ſed membra Principis iuſtiſsimè nun-
cupantur in l.quiſquis C.ad leg.Iul. Maieſt.
adeò quod dum Principis locum teneant
illius perſonam repræſentare videntur , &
non mirum,ſi & honor,& reuerentia eis ex
22 hiberi congruit, cum per intermediam eo-
rum perſonas , Princeps pariter honoratur
hinc Afflict.in conſt. obſeruent ſub num. 2.
multa adhoc produxit ſimilia , quod ſi ho-
23 noro ſubditum video honorare ſuum ſupe-
riorem ſi honoro vaxallum videor hono-
rare Dominum , iuxtà illud eſtote ſubditi
Principi, & ducibus ab eo miſſis,tamquam
præcccellenti,& iuxtà aliud vulgatum ho-
noratur canis propter Dominum &c. tali-
ter , quod magnum eſſet , & indecens deli-
ctum nedum ipſos verbo,vel opere offende
re, quod non erit noſtrum hic tractare,ſed
coram ipſis delinquere , quod noſtrum erit
inſtitutum ſuper hoc aliquod diſſerere qua-
dere ob præmiſſorum comprobationẽ iure
optimo firmatum eſt honorem,atque reue-
rentiam ab omnibus præſtandum eſſe , in
omni loco,atque omni tempore,debetur in
ſuper honor , & reuerentia officialibus ab
omnibus ſubditis , & omnibus officialibus,
ſeu magiſtratibus,quocumque honore. &
qualiber dignitatis iuriſdictione ſungenti-
bus,omnes enim ſubiectos,ſeu ſubditos eo-
rum ſuperioribus præcipitur , ex Diui Pe-
24 tri ordinatione obedientiſsimos eſſe, & ex
diui Pauli comprobatione, porrò Apoſtol.
Petrus dixit c. 2. ſubditi eſtote omni crea-
ture propter Deum,ſiuè Regi quaſi præc
cellenti,ſiuè ducibus quaſi ab eo miſſis &c.
& Paulus cap.13.ad Roman.omnis anima
ſublimi oribus poteſtatibus ſubdita ſit cap.
2.de cenſibus tradit Lancelloct.in templo
Iudic.lib.1.cap.1.ſ.4.vltra Afflict.loco cira
to, ex hoc inquam honor,& reuerentia,quę
eis debetur deriuatur,vt non tantum ſubie-
ctis , quouis modo conuenit , quam etiam
exemptis : quoniam reuerentia etiam ab
25 exemptis debetur ſecundum Bald. in l. fin.
verſ.item per hunc tex.C.de bon.liber. Ber
tacc.verbo Reuerentia Iacobut. de Franch.
in Rub.ſi de inueſt.feud.fuer.controu. num.
26.Anton. de Ballis in tract. crim. lib.4. tit.
quæſt.particul.qu.6,num.4. Giurba conſ 38.
26 num.17. ſicuti etiam in filio emancipato di
citur,nam ad reuerentiam patris aſtringe-
retur,ita Aſcan.Clement.in tract.de pat po
teſt.effect.3.nu.4. , & conſequenter omni-
27 bus magiſtratibus ab Impetratore,ſeu Re-
ge

ge creatis reuerentia magna debetur l.t.C.
domeſt. lib.12. Paris vbi ſupra ſub num.11.
notat Specul. in tit. de Aduoc.§.hic dicen-
dum eſt in principio, & ita iudicatũ refert
Papo.lib.6.tit.2. Arreſt.1. Iudices boni pu-
blici caſu reuereri oportet,ex eo quia tales
magiſtratus ab eo dependent originaliter,
cùm omnis iuriſdictio ſit pœnes Imperato-
28 rem,vel Regẽ ab eo illa fluit, & refluit,tã-
quam à fonte ad riuolos, vt dicit Carauit.
in Ritu 19.num.6. Michael Ferrer. obſeru.
Catal.cap.42.num.4.p.3.Imbrian.de Iudice
Regni in dialog.3.num 2. vbi num.67. cen-
29 ſuit ipſam pro bono regimine diuiſam eſſe,
ideò cuique illibata cuſtodienda eſt, ad
quod Afflict. in conſt. cum iuſtitia dicto c.
30 dixit officialium copiã eſſe debere pro ad-
miniſtranda iuſtitia,& non mirum ſi Impe-
31 ratoris perſona repræſentatur in quolibet
magiſtratu refert ibi Lancell.num.10. nam
ipſi illum repræſentant, & qui eos vitiat
32 Principẽ violare dicuntur Godifred.à Bauo
intract.reatuum quæſt.7.n.62.& conſequen-
33 ter iniuria illata Magiſtratui, Imperatori
cenſetur illata, idem Lancell.loco ſupra
citato num.11.& maximè Officiali Regis in
34 actu exercentis officium proculdubio Regi
irrogata videretur Boer.in tract.de ſeditioſ.
in 79.num.36.Io.Sayſon.in conſuet. Turon.
tit.36.ſub num.4. articulo,vbi etiam loqui-
35 tur de percutientibus ſeruientes eorum of-
ficium exercentes, vt capite puniantur ex
Guid.Papa qu.557.nam etiam iniuria vide-
36 tur illata Principi cuius apparitor gerit ne-
gotia dum eſt in exequutione Godifred. à
Bauo d tract.qu.13.num.19.de quo ſatis di-
ctum patet in meo Compend.p.3.verb. ver-
berantis vbi adeſt deciſio facta, eſt igitur
adeò verum hoc,vt ſi ſinè debita reueren-
37 tia officiali loquatur,poterit puniri,vt dixit
ibi Paris ſub num.13 quare apud Romanos
38 irreuerentia Magiſtratum pœna graui, fuit
punita,vt erit videre apud Dec.in tract.cri
min.lib.7.c.5.num.29. to.2. vt pariter quid
in hoc ſtatutum videatur differit,& eo am-
plius ſi coram eis delictum commiſerint
39 quouis modo ſubiecti, quia ſuam iuriſdictio
nem turbare videntur dixit ibi Paris ſub n.
6.verſ. tamen iſtud vltimum, & minimè,
Magiſtratus contẽnendi Caball. reſol.crim.
caſ.219.num.4.nam poterunt ipſi multare,
& extraordinem punire turbantes, vel cõ-
temnentes eorum iuriſdictionem, vt ipſe
met proſequitur in caſu 291. num. 33. &
40 & ob id omnibus magiſtratibus inquit I.C.
in l.1.ff.ſi quis ius dicent.non obtemp. non
tamen duci viris ſecundum ius poteſtatis
ſuæ conceſſum eſt iuriſdictionem ſuam de-

fendere penali iudicio,quamuis eſſent mino
res, & delinquentes maiores,quia iudicibus
etiam à maximis curialibus debetur reue-
rentia, vt tradit ibi Paris num.14. vbi firmat
quod ſi quis coram Iudice loqueretur irre-
41 uerenter etiam ſi eſſet magnus punitur, ſed
pariter quilibet Magiſtratus ſuo inge-
nio debet augere decorem Tribunalis ne
fruſtratorium redatur l.obſeruandum ff. de
offic.præſ.Muſc.in praxi S.C.lib.1.p.3.Gloſ.
42 comparenti num.26. quo circa, quia tales
magiſtratus publicam gerunt perſonam l.1.
§.publicum ff.de iuſt. & iure cum alijs rela
tis per Gloſ.in §.huius ſtudij iuſt.de iur. &
43 iur.verſ.publicũ publicũ crimen eſſe oſten-
ditur vbicumque maximè ſit factum in iu-
dicio dixit Foller.in praxi Rub.examin.li-
44 ber.&c.ſub num.8. & hac ratione notoriũ
crimen appellatur Paris d. verb. notorium
45 num.6.quia ex hoc læditur,vnde atrox iniu-
ria dicitur Menoc.de Arbit.caſ.263. nu.23.
imò grauior iuxta allegata per Anton.de
Ball.vbi ſupra nu.6. quo fit, vt pro tali de-
licto,ci licitum erit inquirere, & ſtatim pu-
46 nire nullo iuris ordine ſeruato, ſed benè
ſummariè conſtito de eo, per ea, quæ tra-
dunt Paris vbi ſupra, & per totum Foller.
praxi criminali Rub. item quod eſt noto-
riusdelinquens num.27.Anto. de Ballis ſu-
pra num.7.latiſſimè Farinacc. in eius praxi
crim.quæſt.21. à num. 160. cum ſequ. vbi
47 plura ad hoc deduxit. Vlterius eſt enim
de iure quaſi naturali certum Magiſtratui
reuerentiam deberi Iaſ.in l.venia C. de in
ius voc.Io.Sayſon.in conſuet.Turon.tit.35.
48 art.2.in principio, & legis tota intentio eſt,
vt Magiſtratui, & Iudici obediatur Afflict.
in conſt.pœnam eorum num 41.in tantum,
49 quod ſi qui non ſalutant Officiales punien-
di ſunt Giurba conſ.38.n.15.eo magis ſi nõ
obedierint l.1. ff. ſi qs ius dic. inſuper in
50 omni tempore, & omni loco Iudex a parti-
bus,debet digne honorari,vt dixit Afflict.in
conſt.cultus iuſtitiæ ſub num.2. in fine per
illum tex.ibi cum reuerentia,& probari di-
xit in Auth.de conſul.§. ſin autem,in omni
tempore,quoniam nedum tempore admini
ſtrationis eis reuerentia exhiberi, atque
51 honor debet, ita quod grauior exiſtimare-
tur,& atrox iniuria eo tempore illata Me-
noc.de Arbit.caſ.263. num.10., vnde benè
Milleus in eius praxi crim.in proem. num.
52 36.dixit, quod iniuria, illata Iudici ſedẽti pro
Tribunali, non cenſetur facta priuato, ſed
Regi,vt dictum eſt, imo etiam functo offi-
53 cio, nam Officiali, non minor debetur ho-
nor poſt depoſitum officium, quam ipſo du
rante l.pen.ff.de quæſt. & l. fi. ff. de curion.
Paris

Patis in d. tract. in principio in euidentiale
fol.3.num.6.quod adeò verum eſt, vt Offi-
54 cialis ſit honorādus dum ſtat in ſyndicatu,
nam apertiſſimis probationibus erit con-
cendus,alias pro eo pecunieretur Ploc. de
de inlit.iur. ſ.30.nu.5. ,hinc eſt quod iniu-
ria illata officiali grauior exiſtimaretur,
etiam ſi illata fuiſſet tempore ſyndicatus
55 statione priſtinæ dignitatis notabiliter Me-
noch.de arb.iud.d.cal.263.num.10. & ſequ.
vbi declarat,quando hoc procedat,ſi intui-
tu officij, vel odij particularis Caualc. de
bracchio Regio lib.1 p.5.num.139. Arnon.
ſin.13. imo non ſolum puniretur grauius ;
56 ſed non gaudebit in hoc caſu generali indul
tu,vt voluit Franch.deciſ.505.num.8. Catal.
57 de indult. ita quod depoſito officio nemini
liceat ei conuitiari citra notam Infamiæ, ſi
condemnatus ille appellauerit l. Iudici ff.
de iniur.& l. appellanti de appellat. Papon.
vbi ſupra in fine Menoch. ibi nu.13. in om-
ni loco pariter reuerentia, ac honor exhi-
beri cōducens erit,& potiſſimum in Curia,
58 vt dixit idem Afflict.in conſt. vt participa-
tio num. 12. quod honor,qui Curialibus in
Curia morantibus impenditur,ipſi Regi im
pendi videtur,& propterea cum Iudice pro
Tribunali ſede nte cautum ſit, ex particula-
59 ri Regni ſanctione allegata cultus iuſtitiæ
vt præcipuè à partibus ſilentium ſeruetur,
nec aliter,ſine licentia loqui,ſub pæna ibidē
60 expreſſa, & in hoc debent Officiales ſatis
animaduertere, vt iuſtitiam miniſtrēt om-
nibus cum ſilentio,& ſine ſtrepitu ad quod
multa cumilauit Io. Baptiſta Palomba de
61 regim.offic. regula 11. hac ratione Iudex
punit immoderatè, & exceſſiuè loquentes,
& vociferantes coram Iudice ex Paride ver
bo Iudex notat Auend.de exeq. mand. p.1.
cap.14.ſub nu.3.ver.vigeſimoquinto punit,
quare hijs præteritis menſibus in vna Aula
S. C. Archangelus Romanus procurator,
qui certe verba comminatoria contulit cui-
dam Miniſtro ibidem conſederti vti noto-
rium crimen, fuit carceratus, ac condem-
natus ad ſoluendum ducatos centum, & ad
exulandum per certum tempus, nec am-
plius officiū exercere,per Reg. Cōſ. D.Gre-
gorium de Angelo, licet poſtea gratiam
exilis obtinuiſſet à Principe, multo magis
pęna erit eis imponenda ſi a partibus,& ab
aduocatis eo tempore aliquod delictum
in hoc loco prædicto quouis modo cōmiſsū
62 fuerit, delinquēs enim in iudicio, vel corā
Principe punitur grauius l.prætor edixit ff.
de iniurijs Mut.Recch.de cōſid.iniur. verb.
an iniudicio num. 1. ideo contra eos per
63 modum notorij procederetur,vt poſt Pari-
dem d. verbo notorium Foller. ibidem la-
tiſſimè Farinacc.d.q.21.num.58. vbi plures
allegat latè Caualcan. de bracchio Re-
gio p.1.nu.204.latiſſimè Io. Iacob. de Lau-
rent. in tract. de Iudice ſuſpecto cap. 11. à
num.7.cum ſequ. & ratio eſt, quia iniuria
64 officiali facta Curia pro Tribunali ſedente
videtur dignitati facta non perſonæ l. 1. ff.
de poſtul.Mut.Recch vbi ſupra num.6.&
exemplo oſtendit ibi Par. verſus finem de
65 eo,qui cum magna iracundia dedit pigillum
ſuper bracchium Iudicis dum ibi aſſidebat
pro Tribunali, vt deberet extraordinem
puniri, ſimiliter in eo, qui vulneratuerat
66 quendam coram Magna Curia, qui fuit de-
capitatus non expectata morte vulnerati
refert Ant. de Ballis vbi ſupra num.10. vbi
in ſequ. loquitur de delinquentibus,vel en-
67 ſem euaginātibus ante Palatium Principis,
vt ſit pœna vitæ ſicut eſt Neap. dummodo
in rixa hoc contigiſſet, vt ita dixit idémque
68 ſi corā Principe accidiſſet Caualc. de brac-
chio Regio p.1.num.262.& num.ſequ. pro-
bat ſi ante Palatium fieret delictum, imò
69 aduerſus delinquētes in Ciuitate Neap. &
eius Caſalibus non concedūtur remiſſiones
eorum dominis, quia principaliter viden-
tur offendi Excellentiſſimi Proreges Franch.
deciſ.129.num.2. & deciſ.499. num.6. Niſi
70 forte aliquod iocoſe incidiſſet Iudici, vt
exemplo demōſtrat Angel.in l.1.C.ſi quac.
præd.poteſt.& ſequitur Theſaur.deciſ.229.
in fine de Iudice farinario loquente ibi im-
probat talem ſententiam crimen inultum
per tranſiſſe,& ſi iocoſe factum eſſet; idem-
que erit affirmādū ſi nō Curia ꝑ Tribunali
71 ſedente, ſed alibi Iudex in ſua fortè domo
ius partibus redderet Foller.loco citato Fa
rinacc. ibidem in medio Ant. de Ballis vbi
ſupra d.num.7.Caualc.vbi ſupra d.nu. 204.
Io.Iacob.Laurēt.loco memorato copioſe,
& pariter de hoc aliud exemplum poſuit
72 Paris ſub num.14. aſſerendo fuiſſe condem-
natum quendam, qui in Camera poteſtatis
litigans cum aduerſario coram ipſo poteſta
te q ignē aptabat audiēdo partes iniure ea-
rum dedit cum quodam inſtrumento in
faciem aduerſarij,quia poteſtas tunc ſtabat
ad ius redendum,idem etiam ſi in Tribuna-
li vbi ius redditur,quamuis coram officiali-
bus,non fuerit commiſſum delictum, vt ac-
73 cidit in perſona Vincenti Cuoci, qui interfe
cit quendām iuuenem de domo Rendina in
ſcalis Regiæ Cameræ Summariæ inde ca-
ptus,fuit ante foras Tribunalis decapitatus
ex delegatione Regia ſub anno 1626. iniu-
74 ria enim atrox reputatur facta corā Iudice,
vel Principe in Palatio,vel in talamo Prin-

cipis

c'pis Barraz.conſ.391. num.12. tom.2. vt
per exempla occurſa tradit Iudex Taſſon.
in pragm.de antefato verſ.7.obſeru.3.nu.
71.& ſeq. & fuit hoc nouiſſimè practicatũ
75 in perſonam Ioſeph Tudiſco,qui in Feſto
S.Mariç ad Niues in Burgo Chiaye,dum
viderat eius patrem cum altero, rixantẽ
occurrit,& illum interemit, ex quo prope
erat Eccell.Prorex delictum commiſſum
dum per tranſierat, ex hoc fuit ad mortẽ
damnatus de Menſe Iulij 1631. in banca
de Licti.Cæterũ autẽ ceſſante qualitate lo-
ci in Curia Iudice nõ ſedẽte ꝓ Tribunali,
76 aut qualitate rei, ius redendo partibus
crimen contingiſſet; ſed obiter ſi aliquod
in præſentia Magiſtratus obuenerit, non
ita ſeuerius procedendum eſſet,ex facti di-
uerſitate ac rationibus adductis per Fari-
nacc.vbi ſupra num.126.nam iniuria, quæ
fit in præſentia Magiſtratus grauiſſima
reputatur Maſtrill. de Magiſt.lib.5. cap.3.
num.36.prout etiam aliquando obſeruaui
in Ciuitate Theanenſi contra Felicem Bar
racanum, qui coram Gubernatore illius
Ciuitate quædam verba contumelioſa
protulerat aduerſus ſuum aduerſarium nõ
77 tamen Curia pro Tribunali ſedente, nam
fuit extraordinariè punitus ad certam
mulctam conuenientem, quod ſiquidem
corroboratur ex Aſti. relato per Foller.
in ſua praxi Rub.pęnis debit.ſer.num.41.
quod pœnæ duplicatio ſtatuta contra iniu
riantes officiales non habet locum in offi-
ciali,non commorante in Curia Regis,vel
78 ſi fortè eidem Iudici iniuria nedum ver-
bis intuliſſet, quod arbitraria puniri cen-
ſuit Menoch.vbi ſupra num.7., ſed etiam
facto in caſu relato per eundem Theſaur.
vbi ſupra quem ſequitur ibi Menoch. nu.
7.de ruſtico,qui fecerat ficas Iudici,& fuit
punitus in 25. ſolidis, ex quibus colligi-
tur rectè potuiſſe baiulum ipſum Ioanem
Andream ob notorium punire, quamuis,
non fuiſſet Curia pro Tribunali ſedente
habita irreuerentia, ſed redendo ius par-
tibus, vt ſolitum erat, ſed reſpectu pœnæ
impoſitæ iam difficultari contingit, dum
non poterat baiulus pænam, vltra augu-
ſtalem, quamuis criminaliter procedendo
79 imponere; ſed tãtum iuxta illius poteſta-
tem, quod ſanè comprobari conſpicitur
ex Gloſ.d.l.1.ff.ſi quis ius dicent. non ob-
tẽp.verſ.iud. vbi hæc formalia verba re-
cenſuit, vt pœnã imponat pecuniariã,quã
poteſt ſecundum ſuam poteſtatem, vt hic
& C.de modo mulct. l. eos &c. difficultas
remãſit. in validitate decreti lati,quia, vl-
tra pænam ſolitã fuerat prolatũ, & per ea
quæ tradit Gloſ. ordinaria fin. in l. fin.ff.
de iuriſd.omn. iud.vbi Doct. communiter
teſtãtur quos probat Ant.Gomeſ.var. re-
ſol.tom.2.cap.11.num.16.verſ. cuius effe-
80 ctus eſt, ita inquiens ſi Iudex non poſſet
agnoſcere niſi de certa ſumma,& in ſentẽ-
tia ſunt plura capitula, valebit ſententia
in capitulo continente ſummam ſuæ iu-
riſdictionis,ſi vero eſt vnum capitulum nõ
valebit ſententia in aliquo,accedat quoq;
quod reſoluit Berous quæſt.99. cum ſtatu-
to,quod ſi Iudex etiam de maiori ſumma,
quam illius iuriſdictio ſe extendit cogno-
81 ſcit, & iudicat, quando in principio litis
clarè non apparet, an iuriſdictionem ha-
beat,ſed in proceſſu poſtea ſuper toto iu-
dicandi poteſtatem,non haberet, ſenten-
tia non aliter valebit, ſimiliter Rebuff.ad
Conſt.Galliæ in tract.de ſent.exequut.ar.
16.Gloſ.5.nu.5. cenſuit ſententiam exce-
dentem ſummam ibi taxatum,non deberi
82 exequi vſque ad illam ſummam cum ſic
indiuidua Polidor.Ripa in tract. de diuid.
& indiuid.cap.22.num.19. & 39. ſic inter-
minis reſpondet Per.de Monteforte in d.
conſt.ad officium,quod ſi baiulus impoſue
83 rit pęnam,vltra nunc auguſtalem, ipſa pę-
na non valebit in toto, ſed valebit tãtum
quoad vnum auguſtalem, & ſi benè dice-
retur potuiſſe excedere modum in condẽ-
dando, vltra auguſtalem,ratione contẽp-
tus reſultantis ex delicto coram eo geſto,
vt probat Paris vbi ſupra nu.13. verſ.vel
84 ſi quis cum, quod exemplo demonſtratur
in contumace cui impoſita eſt pęna vnius
tareni ob inobediẽtiam, niſi haberet alias
qualitates grauantes,ſicut teſtatur vidiſſe
obſeruari Viuius in eius Sylua in opin.
678.num.7.& ita deciſum pluries teſtatur
Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.3.§.1.
nu.45. vt in prima parte noſtri Compen-
dij verbo pęna ſpreti mandati ibique alle
gaui Capibl.& Gram.quemadmodum in
pæna contumaciç conſtitutum eſt,vt pęna
cõtumaciæ pro delicto graui,grauius erit
imponenda, vt experientia docet, quam-
quam id benè procederet quoties de qua-
litate grauãte, aut delicti enormitate ap-
pareret,ſed in caſu allegato aliter dicendum
85 erat, dum ex calore iracundiæ ipſe Reus
ad certa verba deueniſſet, coram baiulo
quonam caſu mitius procedendum erat
cum ipſo ex l. quidquid calore ff. de reg.
iur.& ibi Cagnol.num.7. & leuius punien-
dus Tiraq. de pænis temper. cauſa prima
86 num.1.& 22. quia delictum ſuum nemini
debet patrocinari Franc. deciſ. 709. nu.2.
87 contemnens pręcepta ſuperiorum graui-
ter

ter punitur vbi debet eſſe maxima, obe-
88 dientia Muta deciſ. 63. nu. 14. & contem-
ptus Iudicis ſemper puniri debet Maſtril.
deciſ. Sicil. 259. num. 28. & pæna datur ob
89 contemptũ quo ceſſante ceſſat Ant. de
Ballis in tract. crim. in tantum quod iuriſ-
dictionis contemptum Iudex punire pote
rit, etiam ſi ei iuriſdictionis exercitium nõ
90 impediatur Hieronym. Gabriel. conſ. 167.
num. 28. volum. 2. quamuis eſſet minimus
ex Magiſtratibus baiulus, adhuc eius iu-
riſdictio à Rege dependet, qua propter ex
tali irreu-rentia Iudex competens effici-
tur, taliter quod Iudex cognoſcere pote-
91 rit de iniuria in eius præſentia, vel ſuæ
perſonæ illatæ ex Bart. in l. ſi quis fortè §.
ſi quos vbi Bart. probat B ier. in conſue-
tud. Burdegal. tit. 2. §. 21. in medio ponit
92 exemplum de clerico iniuriam proferente
contra alium collitigantem coram prętore,
ſeu conſeruatore priuilegiorum, & li-
cet per eum fuiſſet condemnatus, tamen
optimis rationibus ibi fundat forę reni
bendum ad ſuum Iudicem competentem,
vt ibi eſt videre, debebat .n. baiulus eum
punire iuxta facultatem ſibi à iure cõceſ-
ſam, & non vltra, & ſic fuit reformata eius
ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Officiales Regij quando ſunt requiſiti ab inferioribus Officialibus pro conſilio pro commodo Curiæ, tenentur conſulere.*

2 *Scriptura, quæ à tergo habet inſcriptionẽ Notarij probat, quamuis manu aliena ſcripta ſit.*

3 *Teſtis interrogatus ſuper facto, ſi depoſuit quod ſciebat & iterum interrogatus ſuper eo reſpondit, quod neſcit quomodo intelligatur.*

4 *Teſtis idem poteſt ab eadem parte produci.*

5 *Teſtis iterum interrogari, an debeat.*

6 *Teſtis à Iudice iterum interrogari poterit ex officio ſi obſcurem depoſuit.*

7 *Teſtes, qui non rectè recepti ſunt, poſſunt reiterari, etiam poſt publicationem.*

8 *Teſtis minus, aut imminutè, & non perfectè examinatus, poterit iterum examiri, & qualiter procedat.*

9 *Primo dicto teſtis adherendum eſt.*

10 *T ſtis repeti an & quando poſſit.*

11 *Officiales, quibus diriguntur literæ Regiæ iuſtitiæ, tenentur illas, cum omni reuerentia recipere.*

12 *Forma recipiendi literas, ac prouiſiones Regias refertur.*

13 *Literæ repræſentant perſonam ſcribentis.*

14 *Abſens, dicitur loqui abſenti per literas.*

15 *Controueuire, dicitur, quando literis Regijs, non fuit paritum.*

16 *Pæna falſi tenetur, lacerans literas Regijs.*

17 *Laceratio ſcripturæ de ſe eſt crimen, & venit ſub crimine falſi.*

18 *Eripiens ſcripturas è manibus nuntij illas lacerando, incidit in pœnam falſi.*

19 *Aperiens literas, etiam priuatas, ſi eas non legit punitur.*

20 *Literas aperiens à lenas, & legens contẽnere videtur.*

21 *Literarum viſio, & lectio, exigitur, vt illarum ſcientia habeatur.*

22 *Dolus requiritur, in laceratione ſcripturæ.*

23 *Laceratio ſcripturæ, non præſumitur doloſè facta, in perſona bonæ famæ.*

ARGVMENTVM.

Teſtes in criminalibus, an poſſint iterum interrogari, ſuper diuerſo inditio eiuſdem delicti, & quid in lacerante literas ſuperioris, in puniri debeat ipſis non lectis.

Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam & cuſtodiam illam in toto corde meo.

VOTVM. LXXXVIII.

SEpiſſimè cõtingit in Ciuitatem Monopo
litanam accedere Regij Commiſſarij cõ
tra bannorum, & ſimilium ſpecierum cau-
ſarum, potiſſimum pro ſeruitio Regiæ Cu
riæ, & conſilia ex petere ab ordinarijs iu-
dicibus Regijs ibi commorantibus, circa
concernentia eorum miniſterium, & cum
multoties requiſitus fuiſſem de conſilio,
ac voto eorum petitionibus dando. dubi-
1 tari contigit ſi ad hoc coactus eram, & repe
ri Afflict. in conſt. iuſticiarios num. 5. di-
centem Nota, quod puniuntur officiales
tamquam traſgreſſores legis, quando ſunt
requiſiti ab Officialibus inferioribus, vt

pra-

Digitized by Google

præſtent cõſilium, & auxilium pro commodo Regiæ Curiæ, quãdo illud non præſtant, & ſic acquieui, ex quo inferebam, quod dum fuiſſem requiſitus de voto à Regio Commiſſario Oratio Lucio deſtinato per Regiam Audienciam Bari ex ordine Suæ Eccellentiæ pro captura informationis formandæ, contra Ioannem de Luxan Regium Caſtellanum de laceratione literę Suæ Eccellentiæ ſibi delate à Regio Capitaneo leuis armaturæ Hiſpanę Bartolomeo del Iunco nomine, & pro parte Alferij Sebaſtiani della Cueſta die 7. Octobris 1624. ex eo quia inter alios teſtes examinatos fuerat D. Ioannes Azaueda ſcriba rationis eiuſdem Caſtri Monop. qui in ſua depoſitione aſſeruit fuiſſe præſentem tempore quo litera fuerat præſentata, & deinde lacerata à dicto Caſtellano, & fragmenta ipſius literæ recolligiſſe ex terra, & in vnum poſtea redigiſſe, cũ alia certa, vt legi potuiſſet, quam poſtea conſignauerat prædicto Caſtillano, ad eius poſtulationem, inde die ſequenti melius recordatus aſſeruit feciſſe diligentiã in eius ſcripturis, & reperiſſe alium mediũ foliũ, non ſcriptum ipſius literæ, vbi ad erat ſuprâſcripta dictans al Magnifico Caſtellano del Caſtillo di Monop. & illico exibuit eidem Commiſſario, qui pro rei geſtæ verificatione intendebat iterum examinare eundem teſtem ſuper dicto nouo incidenti, dubitans ne contrariaretur primæ depoſitioni, vnde requiſitus de voto, reſpondi liberè eum examinare poſſe ſuper iſto nouo incidẽti, ex quo nõ erat aliter cõtraria primæ depoſitioni, in qua non fuerat facta mentio de iſto medio folio albo cum ſupra ſcripta, ſed alio medio folio deſcripto, & in collato cum alia carta ac reſtituto eidem Caſtellano; poſtquã

2 ſcriptura, quæ à tergo, habet inſcriptionẽ Notarij probat, quamuis manu aliena ſit ſcripta Mantic. deciſ. in Rom. 174. num. 1. hæc igitur ſecunda depoſitio ſuperueniẽs ex cauſa incidentis deſeruiebat in ſupplementum primæ depoſitionis, ſicuti teſtis

3 interrogatus ſuper aliquo facto, ſi depoſuit, quidquid ſciebat, ſi iterũ interrogatus ſuper eo reſpondit, quod neſciat certè debet intelligi illud neſcire, ideſt aliter, quam ſupra dixerat ita Gramat. conſ. crimin. 33. num. 2. & idem teſtis ab vna parte productus poterit ab altera parte petente, vt interrogetur pro ſe ſuper eodem capite, vel ſuper alio diuerſo, ex Aret. & Felyn. probat Boſſ. in tract. crimin. tit. de pu-

4 blic. proceſſ. num. 18. & ſubdit num. 19. ex Signorol. conſ. 53. col. 2. quod idem teſtis poſſit ab eadem parte iterum produci ſuper alijs capitulis, imo & fortius ſuper eiſdem articulis, ſeu capitulis, quamquam ad inſtantiam partium iterum teſtes interrogare vetitum ſit l. produci ff. de teſt. l. ſi. C. eo cum alijs apud Brun. à Sole in ſuo vnico conſ. crimin. num. 57. tamen Iudex ex officio poterit iterum interrogare teſtem quia fortè obſcurè depoſuit ex multis probat ibidem Boſſ. num. 22. latè Farinac. in tract. de oppoſit. contra teſt. q. 73. num. 9. & 10. & copioſè quæſt. 66. per totum à num. 259. cum ſeqn. & notabiliter Tiraq. in l. boues §. hoc ſermone limit. 1. ff. de verb. ſign. num. 10. multos allegando concludit, quod teſtes, qui non rectè recepti ſunt poſſunt reijterari, etiam poſt publicationem, & num. 11. rectè probat teſtem manctè, aut imminutè, & non perfectè examinatum. poſſe iterum examinari ſi id factum ſit culpa Iudicis non partis, & ad rẽ noſtram ſpecificè confert dictum eiuſdem Boſſij vbi ſupra nu. 27. deſumptum ex Tindar. & alijs ibi relatis, hæc formaliter ver

9 ba dicentis Iudicem, qui infeſtaris, vt repetas teſtes debere eſſe contentum, primo dicto, vt not. Gloſ. in cap. literas extra de præſumpt. nec debere teſtem repetere eo

10 nolente, niſi fortè dictum eius ſit obſcurũ, vel aliud præſentis nouiter peruenisse ad eius notitiam ex meliori fortè recordatione, quibus caſibus poteſt Iudex teſtem repetere ex officio hæc ille, quem ſequitur alios addendo idem Farinacc. in eodem tract. queſt. 66. num. 294. vbi allegat Felyn. in cap. per tuas nu. 1. col. 1. in fine verſ. niſi fortè primo non fuiſſet de omnibus recordatus de teſt. qui loquitur ante publicationem atteſtationũ, vt teſtes repeti poſſint, ex noua ſuperueniente notitia, & ex meliori fortè recordatione, benè verum eſt, quod dum neceſſe ſit iterum deponere, petere poterit, quod prima ſibi exhibeatur depoſitio ex Bart. in l. eos num. 6. in fine ff. de falſ. Boſſ. Hippol. Bal. Foll. & Menoc. probal Intrigl. ſing. 210. lib. 1. Hęc enim ſunt

11 ſatis in praxi notada cum quotidie accidere videantur, quemadmodum etiam mihi contingit obſeruari in Ciuitate Caſtrimaris de Stabia dum ibi eram Conſultor Etarij Sereniſſimi Ducis Parmæ ob abſentiam mei Conſobrini Horatij Salinas illius Gubernatoris, in informatione homicidij occulti quondam Pompei Scafatri, & ſingulis diebus noua iuditia præſumptiones, & argumenta inſurgebãt, & teſtes examinati ſuper alijs fuerũt ſuper nouis inſur-

gentibus

Digitized by Google

gentibus inditijs repertis, vt delictum oc-
cultum manifeſtaretur, prout manifeſtaui
ex prædictis, contra N. Pirotium. Sed de-
12 ueniendo ad intermiſſam informationem
certum eſt, quod ſubditi, & potiſſimum
inferiores officiales tenentur recipere li-
teras, ac prouiſiones ſuperiorum cum om
ni reuerentia, poſtquam omnes ferè literę
iuſtitiæ Regijs Magiſtratibus diriguntur
Rebuff. ad conſtit. Gall. in tract. de Re-
ſcript. in præfat. num. 64. aut quando eſſet
literæ ſtatus, tunc omnibus quibus con-
uenit diriguntur, vt ipſe dixit, in to. 1. art.
vnico Gloſ. 2. num. 13. de lit. ciuil. & ab eis
erint recipiende, cum omni qua decet re-
uerentia, vt ipſemet teſtatur in d. tit. de
Reſcript. art. 1. Gloſ. 2. vbi docet formam
receptionis literarum S. P. et aliorum, hoc
eſt depoſito birreto, ſeu capello à capite,
quod etiam tradit Campagn. in prælud.
extrauag. debita, & non eſt Cleric. in pri-
mo verbo reuerentia ex Specul. ibi citato
hinc ordinariè per Curias Regni quoties
præſentantur ſcripture, & literæ ſuperio-
rum inferioribus officialibus deſcribun-
tur verba illa, fuerunt recepte ſupra, caput
cum omni, qua decet reuerentia &c. co
13 quia literę repræſentant perſonam ſcri-
bentis Manent, in dec. Mantuæ 72. nu. 3.
nam abſens, dicitur alloqui abſentem per
literas Anch, quæſt. 48. nu. 10. p. 17 & ſi non
14 fieret reuerentia modo premiſſo, vtique
contemni viderentur litere, & prouiſio-
nes, & conſequenter ipſi mittentes, tanto
magis ſi irreuerentia in illis obſeruare-
tur proijciendo in terram indurecéretur,
ex hoc magnus contemptus, & ideó graui
pena puniretur, arbitrio tir ius directis, vel
15 quando illis non peteret contrauenire di-
ceretur latè Farinacc. deciſ. 308. vbi hoc
16 declarat in crim. & multo fortius ſi il-
las lacerauerit, nam pęna falſi puniretur
delinquentes latiſſime Farinacc. de falſit.
quæſt. 150. nu. 51. laceratio n. ſcripturæ de
17 ſe eſt crimen, venit que ſub crimine falſi
idem conſ. 23. num. 7. & deciſ. 267. num. 6.
in criminalibus, & infertur ad eos, qui eri
18 piendo ſcripturas à manibus nuntij illas
lacerando, vt incidant in pœnam falſi ex
Bald. in l. ſi quis id quod ff. de iuriſd. omn.
iud. verſ. in eadem Gloſ. tradit Guid. Papa
dec. 579. verſ. quarto modo, quem ſequitur
Sola in conſt. Subaud. tit. 36. gloſ. 4. num. 4.
quod idem erit, ſi à manibus partis aufer
ret, vt mihi contingit iudicare in Ciuitate
Thean. in cauſa N. de Martino, eo quia
ſũt literæ iudiciales, vt aduertit ibi Guid.
Papa & deciſ. 233. licet poſtmodum ip-
ſe Caſtellanus indul gentiam conſecutus
fuit ab Excellentiſſimo Prorege de Menſe
Decembris 1624. & per quirendo cauſam
ſuæ innocentiæ, comperi ipſum Caſtellanũ
non aliter legiſſe literam Suæ Excellentię
ſed quadam iracundia motus (cuius pro-
prium erat iraſci.) & maximè occaſione
exiſtẽte illius Alferij ſui odioſi, fuit miſe-
ricordia dignus, poſtquam de iure pariter
comprobatum eſt, quod quando quis ape-
19 rit literas etiam priuatas, & eas non legit
hoc caſu, non puniretur: quia dolo carere
videtur ita ex Bart. in l. ſi quis in graui §.
quod tabulas ff. ad ſyllan. & ex alijs oſten-
dit Menoc. de Arb. iudic. caſu 538. num. 6.
nam tunc contemptus diceretur, quando
20 literas viderit, & legiſſet punctualiter Ma
cerat. var. reſol. lib. 3. reſol. 36. num. 23. vbi
interminus notat ad hoc, vt contrauenire
21 dicatur, & contemnere, quod viſio & le-
ctio literarum fiat, aliter ſi ſcientia non
haberetur tenoris illarum, non erit con-
temptio ex Natta conſ. 51. num. 1. & conſil.
456. num. 18. Tiraquell. de retract. gloſ. 2.
§. 36. Oſaſc. deciſ. 176. num. 4. , et enim, vt
quis puniatur pœna falſi pro laceratione
22 ſcripturarum requiritur dolus latè Fari-
nacc. in tract. de falſitat. cap. 150. par. 7.
23 num. 165. & ſubdit num. ſequen. quòd lace-
rario non præſumitur dolosè facta, & pro-
pterea impunibilis, & maximè in perſona
bonæ famæ, & nobili prout erat in Ca-
ſtellano Hiſpano, & ſic eſt idem Farinacc.
conſil. 43. num. 6. & d. deciſ. 267. num. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus, aut eſt validus, aut nullus, aut annullandus.*
2 *Abſolutio iuramenti, reſoluit contractum nullum ipſo iure.*
3 *Contractus nullus per iuramentum, non confirmatur.*
4 *Abſolutio, non reſoluit ipſo iure contractũ reſcindendum.*
5 *Sententia declatoria, an requiratur in contractu nullo ipſo iure.*
6 *Abſolutio à iuramento, peti debet ante detectum periurium in contractis reſcindendo, & ductio de læſione.*
7 *Contractus celebratus, in minori ętate concurrente metu reuerentiali, & læſione eſt nullus, non tamen ipſo iure, ſed cauſat reſciſſionem nu. 8.*
9 *Contractus factus, in minori ętate poteſt confirmari ſuperueniente ętate legitima poſt lapſum decennij.*
10 *Contractus filij, vel in ſocietate* [illegible]

Digitized by Google

ſe obligantis eſt nullus, non obſtante clauſula annullatiua.

11 Abſolutio à iuramento omnino neceſſaria erit, ad finem agendi.

12 Abſolutio à iuramento ad finem agendi pro reſciſſione contractus, erit omnino neceſſaria, & tunc prodeſſet ad finem obtinendi nu. 13. & reſcindendi ex iuſtis cauſis nu. 14 & 16. ne in periurium incurratur nu. 15.

17 Abſolutio à iuramento petita conceditur non obſtante, quod illam petens reperiatur obligatus mediante iuramento de non illam petendo.

18 Exceptio periuris ab initio oppoſita, obſtabit, & debet opponi, vt actor repellatur.

19 Pactum, vt non poſſit peti abſolutio à iuramento validum.

20 Pactum, non petendi abſolutionem à iuramento operatur, quod ſi fuerit facta abſolutio, non expreſſo pacto, non valeret, & eſſet ſubreptia.

59 *Ceſſionarius obligationes, an incuſet, & liquidare inſtrumenta, ac aſſiſtentiam petere.*

60 *Debitor capi poteſt de perſona abſque, alia diſcuſſione.*

61 *Creditor exequutiuè agere poterit, relicta via ordinaria, ſi conſultum illi non ſit, ordinariè ſuum creditum conſequi.*

62 *Ago vt agas nouus eſt modus agendi.*

63 *Interpellatio ſiuè requiſitio iudicialis in mora conſtituit.*

64 *Ceſſionarius ſolus, an poſſit liquidare inſtrumentum, & ſic via ritus num. 65. ſed ambos interuenire tutius eſſet numero 66.*

65 *Creditor habens exequutionem, contra debitorem, non illam habebis, contra debitorem ſui debitoris.*

66 *Bona*

Digitized by Google

66 *Bona debitoris ſui debitoris, nõ ſunt obligata creditori ſui creditoris.*

67 *Creditor quis, non dicitur debitoris ſui debitoris.*

68 *Sententia lata contra caſum legis, eſt nulla.*

69 *Tex. in l. ſi nomen ff. de hæred. vel act. vend. expenditur.*

70 *Excuſſio prius erit facienda, contra nomen ceſſum, quo non reperto ſoluendo, contra principalem agetur.*

71 *Nomen debitoris prius conueniri debet, quam debitor principalis*

72 *Cedens tenetur facere, nomen ceſſum verum debitorem.*

73 *Diſcuſſio nominis debitoris fit, quando fuerit promiſſum illud verum.*

74 *Nomen debitoris inſolutum dantem illud verè, & ſine exceptione debitorem præſtare videtur quod etiam procederet ſi recipiens promiſſionem receperit de defendendo num 75.*

76 *Ceſſio vicem ſolutionis ſubſtinet.*

77 *Nouatione exiſtente, ceſſat beneficium diſcuſſionis.*

78 *Diſcuſſio non exigitur, facta liquidatione cum principale.*

79 *Tex. in l. ſi nomen ff. de hæred vel act. vẽd. habet multos intellectus.*

80 *Lex habens diuerſos intellectus, non meretur allegari.*

81 *Tex. in l. ſi nomen ff. de hæred. vel act. vẽd. qualiter procedit.*

82 *Acceptando nomen debitoris, illud bonum facit.*

83 *Nomen ceſſum tale quale reperitur, eius periculum ad ceſſionarium ſpectat.*

84 *Periculum nominis debitoris, ignoranter ceſſum, ad cedentem ſpectat.*

85 *Promittens nomen debitoris bonum, & exigibile, debet manuteneri, in poſſeſſionem ceſſionarius.*

86 *Vendens nomen debitoris tenetur illud verum facere, non exigibile, ſecus ſi inſolutum datum fuerit.*

87 *Debitor per dationem inſolutum nominis debitoris ſui quouſque fuerit exactum numquam liberatur.*

88 *Accipiens partem ſolutionis à debitore delegato, poterit ad delegantem redire nec erit liberatus, maximè ſi nouatio, vel delegatio interfuerit.*

89 *Debitor liberatur per nouationem.*

90 *Nouatio inducitur per interuentum nouæ perſonæ.*

91 *Nouatio loco ſolutionis eſt.*

92 *Nouatio liberat debitorem, & ſic præſumitur, nec aliter præſumendum pro alio obligare.*

93 *Nouatio inducitur per dationem nominis inſolutum.*

94 *Nouatio expreſſè fieri debet, & numero 95.*

96 *Debitor iubens debitori ſuo, vt ſoluat, vel promittat ſuo creditori quod debet, tunc an erit liberatus declaratur.*

97 *Soluiſſe, aut ſatisfeciſſe, an dicatur per ceſſionem nominis debitoris factam.*

98 *Periculum nominis ceſſi ad quem pertineat ad cedentem, vel ad ceſſionarium.*

99 *Ceſſionarius, non ſubit periculum nominis.*

100 *Cedens non ſolum transfert omnem actionem, ſed omnem ſpem, & exercitium illius.*

101 *Ceſſio ſimplex nil officit.*

102 *Tex. in l ex nominis ff. de her. vel act. vend. limitatur.*

103 *Dominium, non transfertur ex illius reſeruatione.*

104 *Praxis pro actorum perſuntatione refertur.*

105 *Monitiones generales pro ſingulis diebus & horis reſtringuntur ad ipſum primũ terminum.*

ARGVMENTVM.

Sententia aſſiſtentiæ lata, an retractari debeat, prætextu nullitatum oppoſitarum, primò quia lata fuerat contra iuſtrumentum, condemnando ad capitale, & de intereſſe tantum loquebatur, ſecundò, quia actor ceperat exigere a debitore ceſſo, & ſic contra ius, tertiò, quia nulla facta excuſsione bonorum contra principalem nen ceſſum, non poterat, contra cedentem procedi, vltimò, quia non fuerat datus terminus ad percuntandum acta in citatione addicendum.

Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis, vt non confundar.

VOTVM. XCI.

QVatuor fuerunt propoſitæ nullitates
aduerſus ſententiam aſſiſtentiæ latam
ſub die 4. Iunij 1625. contra Marcum
Antonium Faraonem, ad inſtantiam Dunâ
ti de Admiraro; & Donatæ Vaſques con-
iugum, quarum prima erat ex quo ſenten-
tia videbatur eſſe contrà inſtrumentum
1 in actis præſẽtatum lata; & ſic nulliter in-
ſpecta diſpoſitione nouellæ pragmaticæ
77.§.20.de offic.S.C.; & hoc clarificaba-
tur ex eo, quòd cum in ſatisfactionẽ pre-
tij domus venditæ, ab ipſis coniugibus ſo-
lum fuerat conceſſus annuus cenſus caro-
lenorum 36. in partem maioris ſummæ
ex cauſa capitalis ducatorum 37. cuius
cauſa actio, & exactio dumtaxat pro cen-
ſibus conceſſe videbantur; & inde ſenten-
tia nedum pro capitali non ceſſo, ſed etiã
pro cenſibus ceſſis tantum prolata fue-
rat, ſicque redebatur nulla; quia contra
2 formam inſtrumenti arg. l. qui vſumfru-
ctum ff. de verb. oblig. & l. pignoribus C.
de vſuris, comprobari videbatur quoque
allegata nullitas ex eo quod dicunt Doct.
in legato cenſus; vt non cenſeatur legatũ
dominium directum, per rationes addu-
ctas à Guidone Papa dec. 264. eum ſequũ-
tur Anna ſingul. 305. Bellac. inter comm.
opin. lib. 6. tit. de Ann. legat. num. 3. ſequi-
tur Cenc. de cenſibus p.2. cap.2. q.2. art.6.
num.25. vbi ſic deciſum refert ex Mantic.
3 deciſ.14. num. 10. prout in legato introitus
ſcutorum centum, ſi videantur legata ſta-
bilia ex quibus redditus ꝑcipi poſſint ex
Socc. Iun. conſ.60. num.54. verſ. ſed vlte-
rius, & infra vol. 4. probat Mant. de con-
iect. vlt. volunt. lib.9. tit.2. num.3. & in em-
phiteoſi legata, vt non cenſeatur legatum
4 directum dominium per tex. in l. ſi domus
in fine ff. de leg. 1. & ex Iaſ. Burſ. & alijs
probat Anna Iunior in nouiſſ. addit. ad d.
ſing.306. ſui patris, vbi alia ſimilia deduxit
exempla, & in materia cenſuali quoties
5 cenſuarius cederet vel liberaretur ab one
re cenſus in futurum Griuell. dec. Dolan.
99. num. 9.; non tamen è contra, ſed licet
replicaſſent actores, quod ſub ceſſione cẽ-
ſus annuorum carolenorum 36. exigẽdo-
rum à Franciſco Ritio includebatur capi-
6 tale etiam, nam qui promittit vſuram do-
tis, videtur promittere dotem l.2. Cod. de
dot. promiſ. Paris de reaſſumpt. inſt. Rub.
16. nu.2. cum iuſtum non videbatur, quod
poſſeſſor hæres ſimpliciter Leonardi Pha-
raonis rem haberet, & coniuges ipſi non
haberent pretium conuentum, nihilomi-
nus, & ſi hoc procederet in legato cenſus
& ſimilium, aliter dicendum erat in con-
tractibus maximè cenſualibus; nam & ſi
creditores pignorari facientes, debitores
in cauſam iudicati de eorum cenſibus, non
exprimendo cepiſſe de pignore cenſus cũ
directo dominio, non cenſeri debet de pi-
gnore captũ aliquid, adhuc ſubdit Guid.
Papa vbi ſupra in fine, quidquid ſit de iu-
re, contrariũ ex ſtilo Curia illa obſeruat,
quod cenſibus captis de pignore manda-
tur creditoribus, quod recognoſcantur;
& fiunt recognitiones de cenſu cum dire-
cto dominio, quamuis in pignoratione nõ
fuerit facta mentio de directo dominio
rerum, quibus debentur dicti cenſus, ſed
melius exordiendo materiam ipſam com-
7 peritur, ꝙ ſi legaro redditu annuo ſuper
certo fundo, videtur fundus ille hypoteca-
tus pro redditu prædicti legati, vt voluit
Felician. de cenſib. tom. 1. lib.2. cap.5. nu.
8 7. & ita in cenſibus cuius conſtitutio hypo
teca erit Giurba deciſ. Sicil. 113. num. 4.
9 multo fortius in creditore annuorum in-
troytuum, ſeu cenſus, etenim per cõſtitu-
tionẽ ipſam cenſus, vel ſolutionis introy-
tuum, nedum hypoteca acquiratur ſuper
bonis obligatis latè Neguſant. de pignor.
in præfat. num.3. ex eo quia ipſius conſti-
tutio, fuit ſubrogata loco actionis hypo-
10 tecariæ Caſtill. deciſ. Sicil. 144. num.8.
& conſequenter per illarum rerum ſub-
miſſionem trãsfertur directum dominium,
vt ex Anchar. in cap. fin. 2. col. de reb. ec-
cleſ. nõ alien. in 6. vbi Dom. confirmat An
ton. de Ballis in tract. de cenſibus num. 8.
in opera Petri Gregorij de cenſ. imo vti-
le, & directum dominium per contractum
cenſualem alienantur Afflict. deciſ. 129. n.
6. & ideò cenſus ſoluitur in recognitionẽ
directi dominij Cancer. var. reſol. tom. 3.
cap.3. num.460. vnde colligitur nedum
11 vtile, ſed directum habere dominium cen-
ſuarius ex Gloſ. in cap. conſtitutus verſic.
iuxta ratam de relig. dom. notat Marant.
in ſingul. fol.13. cenſuarius, ſicque cenſus
emptor directum dominium reſpectu red-
12 ditus, vſumfructum prædij acquirit Me-
noch. de præſumpt. lib.3. præſumpt. 107.
num.15. & conſequitur hypotecam potiſ-
ſimum, quando cenſus eſſet perpetuus ſi
ſimpliciter fuerit conſtitutus, vel ſi fuerit
ſuper certa re deſignatus, vt ex Hoſt. Spe-
cul. Io. Fab. & Guid. Pap. probat Foller. de
cenſ. verſ. huiuſmodi cenſus num. 114. &
ſic proprietatem etiam acquireret, nam
cenſus conſtitui nõ poteſt, deficiẽte ſubie-
cto,

Digitized by Google

ctio,& re ſuper qua imponitur Ceuall. pra
18 ctic.quæſt.q.84. num.10. & tale verbum
proprietaris dominium directum ſignifi-
re cenſuit Menoch.d.tract.lib.3. præſump.
19 115.num.69.quamquam in cenſualibus il-
lud maneat penes debitorē Felic.d. tract.
tom.1.lib.1.cap.4.num.2. & tom.2. lib.1.
cap.1.num.6. Similiter,& in venditioni-
bus annuorum introytuum, nam & ſi traſ-
20 feratur dominium vigore clauſulæ conſti-
tuti etiam directum, vt voluit Tiraquell.
de iure conſtit.p.2.ampl.8.nu.2. attamen
reſider penes conſtituentem nomine cre-
21 ditoris præcarij virtute, ſicque dominium
rei cenſuatæ remanet penes impoſitorem
cenſus Cenc.d.tract.p.1. cap.1. q.3. art.2.
num.6.& ratio eſt,quia dominium directū
22 & vtile concurrere, non poteſt in eadem
perſona eodem tempore eiuſdē rei idem
d.tract.par.1.cap.1. qu.1. art.1. num.8. &
deciſ.167.num.4. deciſ.169. nu.4. dec.171.
nu.1.tom.1. Quo fit, vt cum fiat ceſſio fru-
ctuum, ſeu intereſſe, vel cenſus conſequē-
dorum ab alio debitore debitoris ſuo cre-
ditori,cenſeri debet etiam capitale ceſſum
tacitè exiſtente illius hypoteca, quamuis
non dicantur creditores capitalium, ſed
cenſuum, vel annorum introytuum,vt in-
23 fra & ratio eſt,quia annui redditus prin-
cipaliter debentur,non acceſſoriè,vt dixit
Franc.deciſ.254.nu.9. quem ſequitur Gri-
uell.deciſ.Dolani 103.num.8.& 9. nam eſ-
ſet cōtra naturam, vt acceſſorium trahe-
ret principale,ſicuti,è contra per ea, quæ
in ſimili tradit Oſaſc.deciſ.138.nu.11.quod
vſuræ ſunt acceſſoriè ad totum, & exem-
24 plis oſtendit, quod eſt adeò verum, prout
refert deciſum Valentiæ Franc. Hieron.
eo.deciſ.70 num.6 creditorem hypoteca-
rium,habentem ceſſionem ad exactionem
penſionum cenſualis rei poſſe impedire
venditionem eiuſdem rei,& rationem red-
dit num.15. quia ius percipiendi cenſus in
hoc conſideratur,quod per ceſſionem trāſ-
fertur,& non proprietas,quæ cum ſit pre-
tium venditionis, non habetur ratio ad
diſſoluendum, & diſtrahendum, ſic credi-
tor annuorum introytuum non eſt credi-
tor capitalis Marta voto 47. contractum
cenſualem,nam ſunt ſortes, ſicut capitale
cenſus, & perſonaliter debentur non ac-
ceſſoriè, vt dictum eſt, ſed verius in hac
ambiguitate veritas reſultare videbatur
ex verbis inſtrumenti,in quo nedum cēſū
ſed etiam capitale ceſſum intelligebatur
ex verbis ibi appoſitis.ſ. cum conditione
recuperandi,& exigendi dictos annuos ca
rolenos 36. vel illius capitale, quandocū-
que d. Franciſcus affrancare voluerit, ce-
dens omnes ius &c. penes &c. conſtituēs
eum procuratorem &c. quoniam nullum
ius aliud ſibi reſeruauit niſi ius conſequē-
di cenſum prædictum, vel pretium prædi-
ctum illius, vt ſupra, & eo interim iura
ceſſa intelligantur ſub conditione,facta
prius ſatisfactione dicti pretij, & non ali-
ter &c.ſicque ceſſare videtur nullitas alle
gata ponderando dictionem, vel,quæ de
27 ſui natura, licet cadat inter diuerſa, ad-
huc tamen ex ſui mere natura, eſt alterna-
tiua,quæ habet in ſe implicationem & im
plicat præcedentia,& ſequentia latè Bar-
boſ.in tract. de Diction. in diction.360. ſi-
militer dum in inſtrumento mentio facta
28 fuerat nedum de intereſſe,ſed etiam de
capitali;poterat ſententia ſuper omnibus
proferri,vt punctualiter tradit Oſaſc.dec.
Pedemon.138.ſub num.12. Secunda nulli-
tas oppoſita, quæ magis, vrgere videba-
tur erat, quia citandus erat Franciſcus
Ritius debitor ceſſionarius, qui cum fuiſ-
ſet recognitus pro debitore ab ipſis cōiu-
gibus à quo plures annalitates cenſuum
per ſpatium quotuordecim annorum, per-
ceperant, videbatur inducta nouatio ex
quo de iure probatum eſt, quando credi-
tor incipere exigere à creditore delega-
to, debitor principalis cenſetur liberatus
ab obligatione primi creditoris,& rema-
29 net creditor ſecundi debitoris ceſſi, ſeu
delegati ex tex. in l.3. C. de nouat. Berta-
zol.d.tract.de clauſul.claul.29.gloſ.4 n 8.
30 eo magis, qui fecit ceſſionem, ſeu inſolu-
tū dationem nominis ſui debitoris nō ſo-
luiſſe dicetur,& liberatus cenſetur,quam-
uis debitor cuius nomen ceſſum fuit, ad-
huc non ſoluiſſet ita Cartar.dec.19. nu 2.
probat & Reg.Rouir.conſ.75.nu.14. quod
creditor recipiens nomen debitoris inſo-
lutum liberat debitorem, & propterea cū
31 ſententia aſſiſtentiæ prolata fuiſſet, con-
tra primum debitorem iam liberatum
per delegationem reddebatur nulla: quia
contra caſum legis proceſſerat,vt ſubiciā
infra num.67.ideò ſententia notoriè nulla
non erit exequenda Giurba deciſ.69.nu.1.
Replicabatur ex parte actorum huic nul-
litati, ex eo quod cum in inſtrumento me-
morato ſpeciale pactū, ad eſſet quod Frā-
ciſco Ritio nō ſoluēte, ſeu ſi hæredes eius
præſentarint,& liquidauerit inſtrum ētum
contra dictum Franciſcum in beneficium
Laurç Vaſques venditricis, & ſub tali cō-
ditione vendidit, alias non vendidiſſet,
idcoque ceſſante dicto Frāci co à ſolutio-
ne,ipſi Actores cum requiſiuiſſent iudicia

liter conuentum, vt veniret,ad liquidandũ
ſeruata forma pacti, nec aliter præcepto
obtempteratum, proceſſum fuit ad vltetio-
ra in cauſa, & ſic ad ſententiam, vt dictum
eſt ſupra voto præced.non enim ſteterat p
actores exactionem percipere, ſed quia age
re non poterant, vt compelle e potuiſſent
debitorem ceſſum, excuſatione digni vide-
bantur arg.e imputari de reg. iur. in 6. vbi
Dyn. per exempla ſimilia hoc idem oſten-
dit,& probat,quamquam autem conuentus
replicaſſet per in Curiam proceſſum fuiſſet
contra ipſum ad præſtationem aſſiſtentiæ,
nec aliter ipſo hærede ignaro idioto,ac do-
mi intimato imputandum arg. tex. in l. ex
quibus §.fin.ff.de iur.fiſci,ſemper enim præ
cepto obtemperare poterat,& & ſe prom-
ptũ iã offerebat liquidationẽ f.c.e. e nomi-
ne ipſorum actorum. Præterea ex quo ta-
le nomen fuerit delegatũ, & inſolutũ datũ
prout oſtendebatur ex verbis illis in d. in-
ſtrumento appoſitis ceſſit &c. quæ ſi extẽ-
32 derentur iuxta Notariorum ſtilum dicta-
rent,& inſolutum dedit tradidit,& aſſigna-
uit &c.poſtquã importarent dominij tranſ-
lationem in cõtractu facto in præſentia ac-
cipientis Marta de clauſul.p 2.clauſ.16 op-
timè Giurba deciſ.Sicil.24.num.19. qui in
deciſ.64.num.11. pariter dixit hæc verba
facultatem emptori dare apprehendendi
poſſeſſionem auctoritate propria ſi nemo
reſiſtat,ſic eeſſione facta videtur datum no-
men debitoris inſolutum Grat an.dec.Mar-
chiæ 13.num.41. vnde inferebatur pericu-
33 lum ipſius nominis ceſſi eius culpa non
exacti ſpectare ad eoſdem Actores ex tex.
in l. periculum ff. ſi cert.pet. facit l.pupilli
34 §. ſoror ff. de ſolut. vbi expreſsè cauetur
ſpectare ad ceſſionarium periculum nomi-
nis Oſaſc.deciſ.61.& interminis Grat deciſ.
Marchiæ 13.num.40. dixit ceſſione facta,
& data poteſtate exigendi periculum ſpe-
ctare ad ceſſionarium, ex eo quia dum per
quatuordecim annos ſolutiones per cepe-
rant, præſumebatur in futurum ſoluere,
ſed quia nulla apparebat diligentia ab eis
35 facta merito ipſis imputandum,hinc credi-
tor,quia fuit in mora,& negligens in exigẽ-
do non poteſt habere regreſſum cõtra fide-
iuſſorem,vel tertium poſſeſſorem Barz.dec.
36 72.num.10. ſic etiam ceſſionarius non agit
contra cedentem non oſtenſa prius diligen-
tia contra debitorem ceſſum Monac. deciſ.
Bonon.35.nu.22.& ea facta agebit contra
cedentem, nec opus erit denuntiatione ali-
qua,vt ibi Marian.de Iulian.nu.36. probat,
aut diſcuſſione,quia ſimpliciter facta appa-
rebat,& ſemper periculum nominis deper-
diti imputatur cedenti, vnde infertur ad ca
ſũ ii contingentẽ in M.C.in cauſa Auguſti-
ni de Paſtena & aliorũ hæredum quondam
Antonini creditoris in ducatis 120. illius
cum Pompilio Giliberto, nam cum fuiſſet
girata fides depoſiti eiuſdem ſummæ ex pe
cunia peruenta Marchioni Triuici de duo-
bus tertijs exiſtẽte in banco S. Eligij eidem
Antonino, qui cum intenderet in eius faciẽ
ponere,contraponendo partitam debitam
per eum eidem banco, fuit reperta pecunia
ſequeſtrata ordine Ill. Marchionis Corleti,
eumque illinc ad certos menſes ſucceſſo
obitu ipſius Antonini inſurrexiſſent d. eius
hæredes, qui fuerunt coacti ſoluerè prædi-
cto banco ſummam per illum debitam, in-
ſteterunt in M.C. contra prædictum,vt ſibi
ſolueret ſummam giratam, quæ non potuit
obtineri obſequeſtrũ, quod poſtea fuit diſ-
ſequeſtratum per d. Marchionem accipien-
tem d. pecuniam,replicabat conuentus hoc
accidiſſe culpa ipſorum Actorum, qui diu
ſteterunt,non facere diligentiam,nec certio
rando illico ipſum, vt potuiſſet pecuniam
diſſequeſtrari facere,ideò eis periculum ce-
dere debuerat ex tex. in l. periculum ff. ſi
cert.pet. vbi apertè apparet periculum no-
minis ceſſi deperditi ſpectare ceſſionario
abſque negligentia in exigendo ex Imol.Ia-
cob.& Theſ.citatis per d.Marianum d.cõ-
ſil.num 38., ſed replicabatur in facto pro-
batum fuiſſe diligentiam illico factam per
eos in exigendo, & obſequeſtrum impedita
exactio, nec propterea ad aliam denuntia-
tionem faciendam obnoxios eſſe, quia de
ſimplici ceſſione per giratam agebatur ita,
vt nec alia excuſsione opus erat,vt ſupra
fundatum eſt,ideò non obſtat tex.d.l. peri-
culum, nam ceſſat,quando fuiſſet probatũ,
quod tempore ceſsionis erat ſoluendo de-
bitor,vt ibi reſpondet num.39. cæterum
data ignorantia debitoris impediti, ſemper
periculum ſpectat ad cedẽtem, non ad ceſ-
ſionarium contra, quem greſſus habet ceſ-
ſionarius,vt ex multis ibi nu.16. 18. & 27.
probat Marian de Iuliana,& ſic fuit cõdem
natus per M.C. conuentus adſoluendum d.
ducatos 120. ad relationem Iudicis Mexiæ
de hoc anno 1633. in banca Auerſani nunc
in banca Turini ob appellationem intro-
ductam in Sacr. C. eo imponſius pericu-
lũ nominis ceſsi ad Actores ſpectare vide-
batur,qa ceſsio tũc diceretur fieri periculo
ceſsionarij,quãdo ſimpliciter nomẽ debito
ris in ſolutione datur Bertazol in tract.de
clauſul.clauſ.27.gloſ.13.num.3., ſecus vero
quando ceduntur actiones ſolutionis cauſa,
quoniam tunc periculo cedentis facta dice-
retur

retur ceſsio, vt probat Oſcaſ.d.deciſ.61.nu.
7. & vltra eum Gratian. vbi ſupra num. 43.
& 44. & cap.527.nu.13., ſed verius ceſsio-
38 narius, non ſubit periculum nominis pro-
bat Pereyra dec.Luſit.38. num.4. & proin-
39 de ceſsionarius habet regreſſum contra ce-
dentem, ſi facto cedentis debitor ceſſus fiat
non ſoluendo Magon. deciſ. Florent.39. nu.
3.Marian. de Iuliana inter conſil. Sicul. di-
uerſ.conſ.15.num.16.18.& 27., In hac am-
40 biguitate dicebatur verſari in ſimplici ceſ-
ſione, vt ſpecificè põderat idem Marian. de
Iuliana inter conſil ſicul.diuerſ.conſ.15. n.
17.& ſubdit num.18. quod cedens ſimplici-
41 ter non liberatur à ceſsionario, nam cedens
42 iura ſimpliciter ſoluere non dicetur, vt nu.
15.& 17.probat, non autem in delegatione,
43 ad hoc, vt tex d.l.3. locum ſibi vendicet, &
ponderat Cancer. var.reſolut tom.3.cap.1.
num.35. vel inſolutum fuiſſet datum, prout
ipſe Marian.de Iuliani aduertit loco citato
& poſtquam in ſimplici ceſſione agebatur,
aduertendum erat principaliter in facto
dum in eodem inſtrumento nuda exactio
fuerat ceſſa, non autem ius proſequendi
contra debitorem ceſſum, dum ſibi reſerua-
uerat ius liquidandi inſtrumentum in bene-
44 ficium venditricis, ad quod tex in l. emptori
ff. de hæred. vel action.vend. optimè tradit
quod emptori nominis etiam pignoris pro
ſequutio præſtari debet, & reſpondet ibi
Gloſ in verbo eius, & ita demum, ſi fiat ceſ-
ſio, quamquam autem perſecutio talis, &
45 diſtractio pignoris ex ſimplici emptione no
minis transferri videatur, vt opinatur eadẽ
Gloſ.in l.ſi a creditore C de action. & obli-
46 gat. ita quod ipſa perſequutio conſiſtere
videatur nedum ſi per hypotecariã, ſed per
perſonalem vtilem agi potuiſſet, quemadmodum Gloſ. notat in l. ſi inſolutum verſ.
proſequere C.eo.& conſequenter ceſsiona-
47 rius vigore ſuę ceſsionis agere poſset, con-
tra nomen debitoris ſibi ceſſum, & exactũ
retinere Maur. ſenior in allegat.34. num.2.
& 3. ante eum Cornaz.deciſ.Lucenſ.10.nu.
5.& ipſum cogere adſoluẽdum etiam inui-
48 tũ id quod debebat creditori cedenti Mer-
lin.deciſ.Lucenſ.48.num.7.Barz. deciſ.65.
num.39.& 41.Milaneſ.deciſ.1. nu.35. lib.2.
49 nedum iudicio ordinario inquit Præſ. de
Franc. deciſ.427. in princ. ſed etiam agere
poterit via exequutiua vigore inſtrumenti
debiti ſibi ceſsi, prout ipſe cedens agere
poſſet Cartar.deciſ.63 n.1. & maxime ſi in
inſtrumento cedens poſuerit eum in locum
ſuum, vt ſubdit n.2. ſic etiam Siciliæ proce-
dere dixit, & deciſum refert Seraf.dec.1210.
num.5.& Viuius in opin.779. nu.2., nihilo-
minus hoc potius procedere complectitur
reſpectu actionum vtilium, quas etiam ſine
50 ceſsione habere videtur emptor ſecundum
Gloſ.in l.emptor C. eod. tit. Franc.Hieron.
Leo d.deciſ.70.nu.2., etenim debitor obli-
gando nomen ſui debitoris, quærit ei vtilẽ
51 actionem, & conſtituit eum procuratorem
in rem propriam Grat.cap.507.nu.11. &
cap.507. num.19. & ita vtiliter agere Mo-
nac.deciſ.Florent.22. ſub num. 27., nam
ceſsionis vigore vtiles actiones cenſentur
52 tranſlatæ, & directe remanent penitus ina-
nes penes cedentem Barz.deciſ.26. num.7.
cœterum reſpectu directarum actionum,
53 quæ cum ſint affixe oſsibus noſtris Oſasc.
d. deciſ.61. numer.4. cedi non poſſunt In-
trigl.ſingul.87.num.8.par.3. & Bertazol. d.
tract.clauſ.27.gloſ.9. nullatenus poterit in-
54 tentare ceſsionarius illas ex propria perſo-
na Manent conſ.129.num.34. ſed tantum
illarum exercitium inquit Gloſ. vbi Caſt. in
l. ex noſtris C. de hæred. vel action. vend.
Franc.Hieron.de Leo d.dec.70 n.7. hoc eſt
ſi cedantur, & exemplo oſtẽdit ibidem Im-
perator ſi procurator in rem ſuam factus
55 ſit ceſsionarius, vt expreſsè ex verbis in-
ſtrumenti præſentati oſtendebatur, quo nã
caſu daretur directa, vel hypotecaria, ſicut
reſpondit Gloſ. ibi in verbo facto & ſequi-
tur Manent. vbi ſupra, ex quo tales
clauſulæ prægnantes appoſite in inſtru-
56 mento, ceſsionarius per omnia reduce-
retur ad iſtar cedentis Barz. deciſioñ. Bo-
non.56 num. 39., & 41. & ſic alio modo
57 ageretur vti procurator in rem propriam
conſtitutus, quam vti ceſsionarius Cartar.
deciſ.63. num.14. vbi num.15. rationem di-
uerſitatis aſsignat; & non mirum ſi ceſsio-
58 narius huiuſmodi exequutionem facere
poſſet Caball.milleloq 632. quia paratam
haber exequutionem inſtrumenti ceſsi Ma-
rant.in ſingul.fol.20. quare neдum obliga-
tiones incuſare poſse reſpondet Carau.ritu
286.num.7 Galter.in praxi inſt.p 2.p. num.
25.ſed etiam liquidare inſtrumenta via ri-
59 tus, vt ſupra in voto 48.dictum eſt, & aſsi-
ſtentiã petere, quẽadmodũ dixit Mareſcot.
var.reſol.lib.1.cap.40.nu.3., & ſic abique
interuentu cedentis, cumque ipſe talem po-
teſtatem expreſſe, ſe reſeruaſſet in illis ver
bis, caſu quo dictus Franciſcus non ſolue-
bit dictum cenſum carolenorum 36 dictæ
Lauræ, vt ſupra ceſsionariè præſentare, &
liquidare in beneficium Lauræ. dictum in-
ſtrumentum cenſuale contra dictum Fran-
ciſcum pro recuperatione, & exactione d.
concurrentis quantatis, vt ſupra eidem ceſ-
ſe, quia cum tali conditione ipſa Laura ven-

diderat dictam domũ, alias nõ contraxiſſet
&c. in tantum, quod non poterat totaliter
iura directa exercere per talem reſeruatio
nem liquidandi inſtrumentum via Ritus ,
quæ operatur perſonalem, & realem exe-
quutionem cum breuitate iudicij ſummarij
ex eo quia debitor capi poterit de perſona
60 abſque alia diſcuſſione Præſid. de Franch.
deciſ. 353. in principio, & creditor breui
tempore ſuum conſequetur creditum ſub-
dit nu.6. in tantum, quod creditor exequu-
61 tiue agere poſſit relicta via ordinaria, ſi cõ-
ſultum illi non ſit ordinariè ſuum poſſe cõ-
ſequi Giurba deciſ. Sicil. 55. num. 12. , &
tanto magis exiſtente pacto expreſsè con-
uento in d. inſtrumento , vt agere deberet
via ritus venditor, in beneficium ipſius, nã
& ſi quis cedẽdo liberetur cedens, ab actio-
62 ne ago, vt agas, vt ibidem refert Præſ. nu.5.
6. qui eſt nouus modus agendi Gratian. cap.
62. nu.48. nihilominus per exiſtentiam pa-
cti compellabatur agere, & tanto fortius
eum ad agendum fuerat requiſitus iudicia-
liter, & talis requiſitio, ſeu interpellatio in
63 mora conſtituit l. eum poſtulaſſem ff. de
dam.inf. quæ non poteſt purgari lite conte-
ſtata tex. in l. ſi inſulam ff. de verbo obligat.
64 Neque etiam liquidare inſtrumentum ipſe
ſolus, vt opinatur Cauenſ. in ritu 286. nu.2.
quoniam via ritus ceſſionarius agere non
poteſt Franc. deciſ. 353. num.1. , & ſic deci-
ſum ex Fulco ad Frece. retuli in prima par
te Compendij verbo ceſſionarius vbi citaui
Viuium opin. 779. , & ita nouiſsimè iure
optimo comprobatum eſt ambos debere
interuenire, ſicuti in voto 48. dixi, ex quibus
etiam altera nullitas prorſus ceſſare vide-
65 batur , imo & fortius ſi creditor haberet
executionem contra ſuum debitorem, non
aliter illam haberet contra debitorem de-
bitoris ſui, ita ex Bald. Alex. & Ang. & in l.
à diuo pio §. ſic quoque ff. de re iud. probat
66 Cancer. var reſol. tom.2. cap.3. num. 102. &
103. nam bona debitoris mei, non ſunt mi-
67 hi obligata, licet habeam obligata bona de
bitoris mei Marent. deciſ. Mantuæ 58. nu-
mer. 13. nec propterea creditor quis dice-
tur debitoris debitoris ſui Cagnol. in l. ſo-
cij mei num.6. ff. de reg. iur. Bald. & Rimin.
quos probat Intrigl. conſ. 22. num.46. Ter-
tia autem nullitas propoſita dictabat, fuiſſe
68 latam ſententiam contra caſum legis & ſic
nulliter Milan. deciſ. 5. num.47. lib.1. & ex-
preſsim cauetur in d. pragm. 77. §. 20. hoc
69 eſt contra tex. in l. ſi nomen ff de hæred. vel
act. vend. vbi diſponitur prius faciendam
eſſe diſcuſsionem nominis ceſsi, & eo inde
non reperto ſoluendo contra principalem,
& ita ſe habet communis opinio, quam for
mat ex Iacob. Beluiſ. Rayn. Cyn. & alijs in
l. nomen C. quæ res pign. oblig poſſunt Car-
rocc. in tract. de excuſ. bon. par.2. quæſt. 7.
num.20. vbi refert dictum Rayn. dicentem
quod ita totus mundus obſeruat, & hinc
magis com. opin. corroborat ex Aret Ne-
guſ. Surd. Theſaur. Guid. Pap. Maſuer. & Io-
ſeph Ludou. Vezin. inter comm. opin. lib. 8.
tit. de fideiuſſor. num. 118. Intrigl. d. ſingul.
87. num. 31. p.3. non mirum ſi prius conue-
71 niri debeat nomen debitoris, quam debitor
principalis Gratian. cap. 505. num. 20. & am-
plius, quia dictum nomen debitoris datum
72 fuerat verum, & exigibile, & ſic promiſſum
in eodem inſtrumento Intrigl. d. ſing. 87. nu.
31. & eo caſu diſcuſſio prius facienda ex
Menoch conſ. 778. probat Donat Ant. de
Marin. quotid. reſol. cap. 42. num.5. Marian.
vbi ſupra numer. 34. , ſi et cedens debito-
73 rem det et illum facere verum debitorem
d. l. ſi nomen ff. de hæred. vel act. vend.
Paris conſ. 88 nu. 13. lib.1. quem ſequuntur
Gratian. d. deciſ. 13 num.30. Magon. dec. Flo-
rent. 29. num.2. Franc. deciſ. 427. num 5. ad-
huc tamen Barz. deciſ. Bon. 110. num.1. dixit
74 quod debitoris nomen inſolutum dans , il-
lud verè, & ſine exceptione debitorem præ
ſtare tenetur, non tamen quod ſit ſoluendo
& ſubdit num 2. hoc etiam procedere ſi re-
cipiens in ſolutum promiſſionem recepe-
75 rit defendẽdo, ſiuè de euictione & Gratian.
cap. 527. num.1 ſicque inſpecta tali ceſsio-
76 ne, quæ vicẽ ſolutionis obtinet Gratia. vbi
ſupra num.39. videbatur ex hijs debitor ab
ſolutus, ac etiam per exactionẽ longeuam,
illius debitoris , contra quem non appare-
bat diligentiam adhibitam fuiſſe in exactio-
ne debiti, nec iudicialiter, neque extraiudi-
cialiter , quod ſanè eis imputandum potius
videbatur, quam cedenti : imò, quia nec ap-
parebat eſſe non ſoluendo, ſed potius è cõ-
tra communi æſtimatione reputabatur di-
ues , & demum, quia prius contra eum ex-
cuſsio facienda erat, vt prædictum eſt , &
77 tãto magis exiſtẽte nouatione facta , vt in-
fra dicetur, qua exiſtẽte ceſſabat beneficiũ
excuſsionis And. Gail lib.2. obſer. 29. nu. 17.
Replicabatur talem diſcuſsionem factam
non fuiſſe culpa ipſius cedentis, qui cũ fuiſ-
ſet requiſitus iudicialiter , vt inſtrumẽtum
liquidaret, via ritus ad inſtãtiam Actorum
iuxta conuentionem habitam, noluit parere
Iudicis præcepto, ita quod ad ulteriora pro
cedendo proceſſerat ad interpoſitionem
ſententiæ allegatæ, etenim facta liquidatio-
78 ne contra ipſum opus non erat diſcuſsio-
ne, vt dixit Franc. d. dec. 353. & non tantum
quia

quia agebatur ſummariè,& extraordinariè
vigore ritus, ſed etiam ſi ordinariè actum
fuerit, quia in Regno proceditur ſola facti
veritate inſpecta ſummariè,& de plano per
c. detestantes,& eo caſu diſcuſſio,non erit
neceſſaria,vt nouiſſimè probat Octau.Zuc-
car.deciſ.Luccenſ.28.nu.7.in ciuilibus Maia
79 in conſultat.5. prætereà tex.in d.l. ſi nomē
habet multos intellectus idem Franc. 108.
80 & conſequenter non meretur allegari in
deciſionibus cauſarum Bar.in l.in ambiguis
ff.de rebus dub.Nicol.Euerard.in ſua Topi
ca iuris loco à Rubro num.7.& multo for-
81 tius procederet tex.d.l.nomen,quando em
ptor ſciret,nō eſſe ſoluendo, vt dixit idem
Franc.deciſ.427.num.6.in fine,quoniam tūc
ſi ſcienter receptum eſſet debitoris inopis
nomen,recipientis periculo cederet Barz.d.
deciſ.110.num.9., nam eo ipſo, quod acce-
82 ptat per illum acceptationis actum bonum
facit l.inter cauſas §. ab eſſe ff.mandat Re-
gens Rouit.d.conſ 75. nu.17. Franc. Steph.
deciſ.32.Aquenſ.num.1.Marian. de Iuliana
vbi ſupra num.20.& proinde excuſſio non
erat neceſſaria maximè vbi conſtaret, de
vergentia ad inopiam ſequitur Octau Zuc-
83 car.d. deciſ.28. n.8. vt puta ſi fuerit ceſſum
tale quale reperiretur,eo etiam caſu pericu
lum ſpectaret ad ceſsionarium, & cedens
liberaretur Grat.an.d.cap.527.num.4. Reg.
Rouit.vbi ſupra num.14. Franc. Steph. vbi
ſupra, & patet deciſio in 2. p. noſtri Com-
pendij verbo mulier Neapolitana,ſecus ve-
84 ro,quando ingnoranter fuerit acceptum no
men debitoris,prout in caſu allegato pate-
bat, quoniam excuſaretur,& periculum eſ-
ſet cedentis Cancer.var.reſolut.tom 3.c.11.
nu.218. Franc. Steph. ibi latiſſimè Marian.
de Iuliana loco allegato num.16. 18 & 27.
85 & eo intenſius ſi fuerit promiſſum nomen
debitoris bonum, exigibile, ſicuti in facto
occurrebatur, tunc enim percedentem erit
manutenendus ceſsionarius in iſta qualita-
te exigibilitatis, & talis promiſsio erit ad-
impleda ita ex Fulgol.d.l.ſi nomen Eugen.
conſ.73 num.1.& 2.Surd.conſ.441. ſub nu.
7.verſ. ſicuti is volum.3.Becc. conſ. 105. n.
15.& 16. confirmat ibi Grat.nu.14 quadere
86 licet,qui vendit nomen debitoris teneatur
facere illud verum, non tamen exigibile
d.l.ſi nomen vbi Bar.Bal.& Caſt.quos pro-
bant Surdus deciſ.288.num.19.vbi Hodier-
na in Addit.in principio allegat Mangil. de
euict.cap.79 num.6. quod non tenetur præ-
ſtare locupletem, ſed ſolum debitorem ex
l.ſi plus §.vltimò ff.de euict. & alijs ibi cita-
tis,& Regens Rouit.conſ.75.num.1.non ta-
87 men, quando eſſet datum inſolutum,quia
tunc tenetur facere verum, & exigibile, &
conſequenter, numquam liberaretur debi-
bitor per ipſam dationem inſolutum nomi-
nis ſui debito is, quouſque ſuerit exactum
cum effectu ex d.Oſaſc.d.deciſ.62.num 9. &
Dec.conſ.99.num.4.confirmat ibidem Ro-
uit.num.2., & tanto magis hoc procederet
in ſimplici ceſſione facta ad exigendum ad
quod optimè conuenit,quod tradit Cancer.
88 var. reſol. tom.3 cap.1.num.35. quod acci-
piens certam partem ſolutionis à debitore
delegato poterit ad delegantem redire, nec
aliter diceretur liberatus, maximè ſi noua-
tio,vel delegatio non interfuerit,vt in caſu
caſu præallegato. Vlterius conuentus re-
plicando ſua iura tuendo aſſerebat,non eſ-
ſe dubium de iure, quod per nouationē de-
89 bitor liberaretur ad tex.in l. pro debito C.
de bon.auct.Iudic.poſſid.cum alijs adductis
per Ceuall.pract.quæſt.tom.3.q.754. nu.16.
90 ſed permutationem perſonæ nouæ, noua-
tio ipſa induci videtur,vt dicit Bald in l.fi.
C.ad l.fal.Sebaſt.Medic in tract.de nouat.p.
1.q.11.Iacob.Gallus conſ.48.num.1.quia lo-
91 co ſolutionis eſt nouatio Medic.d. p.1. q.6.
num.16.& 17. & ſucceſsiuè liberat Monac.
92 deciſ.Bon.40.nu.75. p.7. cum nouationem
faciens ſeipſum liberare præſumebatur, nō
autem obſignare pro alio Menoch. de præ-
ſump lib.3.præſump 46 n 6.eoque amplius
quoties loco pecuniæ debitę daretur res
inſolutum optimè Monac. d. deciſ.40. p. 1.
nu.2. tunc per veram dationem inſolutum
93 nouatio induceretur Cencius de cenſib. p.3.
cap.1.quæſt.3.art.5.num.18.& 19. Attamen
dicebant Actores veram non eſſe nouatio-
nem,quia nedum de hoc expreſsè actum nō
fuerat, prout nouo iure comprobatum eſt
94 niſi expreſsè fiat,vt non cēſeatur facta Me-
dic.d tract.q.8.nu.9.eiuſdem p.2.Borg. dec.
18.num.1.& 8 p.4 Barz deciſ.Bon.76. num.
3.Viuius opin.550.num 1.Reuſſ er dec.24.
num.15.p.3.Cancer.var.reſolut. tom.2. c 6.
num.88.Menoch de præſump.lib.1. qu.45.
95 num. 6. & 34. & proindè neque inducitur
nouatio ipſa interuentu nouæ perſonæ, niſi
expreſsè agatur tradit ibidem Ceual. 4. ſe-
quitur Mantica de tacit. & Ambig. lib.17.
tit.6.n.7. quemadmodum olim ita obſerua-
batur per interuētū nouę perſonę fieri nu-
uationem,vt Mat.probāt in principio d tit.
6.Piat.de Franc.dec.15.in princip Men.d.
tract.lib.3 præſūp.præium.134.n.60.quinti-
96 mo ſatis ad noſtrum propoſitum, quærit
Mantic.d lib.17.titul 8 n.17.quando quis
iuſſerit debitori, ſuo vt ſolueret,vel promictat
eius credituri, quod debetur etiam tunc debi-
tor,qui iuſsit vtique liberaretur,ex promiſ-
ſione

Digitized by Google

ſione debitoris eius, & promiſſor loco eius ſuccedit Caſt.in l.ſingularia nu.2 t. ff. ſi cert. pet.cum alijs ibi adductis, ſed huic aduerſatur Socc.ibidem num.16.quod non aliter intelligitur liberatus, iure nouationis, quia alius debitor impleuit mandatum,& creditor hanc promiſſionem recepit loco ſolutionis, vbi ſubdit dicendo,ſed aduertè,quod imo promiſſio etiam ſi fuerit acceptata nō videtur loco ſolutionis, nec inducit nouationem niſi ſit delegatio, vel exprſsè agatur, vt nouatio fiat, ſiue promiſſor ſit debitor mandantis, ſiuè non per tex. in l. quis à me,& l. ſticcum, ꝟ.vltimo ff.de nouat.Gloſ. in auth.de fideiuſſ.in fine,& cōmunem hanc opinionem eſſe teſtatur Hierom. Gabriel. conſ.155.num.25. lib.1. ad quod etiam erit videndus Menoch.d.tract. lib.3. præſumpt. 134.à num.63.ad 77. vbi per eadem exempla hoc idem attingit,& ſic reſidet expreſſè num. 55. neceſſariam eſſe expræſſionem
97 nouationis. Neque demum per ceſſionem nominis factam creditori dicatur debitorē ſoluiſſe,vel ſatisfeciſſe Bald. in c. 1. de ben. frat.cum alijs apud Intrigl.d. ſingul.87. lib.
98 3 num.37. Beitazol. vbi ſupra. Reſtat poſtremo reſpondere tex. d.l.3 quare Olaſc. deciſ.61.contrariam quæſtionem ibi poſuit de cedente nempè, qui contra debitorem ceſſum agere intendebat,& cuius erit periculum nominis ceſſi, & ad quem pertinet demum num.8. dixit totam difficultatem conſiſtere in intellectu materiæ d.l.3. quam variè Doct. interpretati ſunt, & ibi refert intelligētias illorū, tū ipſe perpēdēdo omnia dixit d. l. 3.procedere,quando creditori ſuo voluntariè ſuo nomen ſolutionis gratia inſolutum dedit,cedendo ad eum effectū actiones vtiles,quonam caſu talis ceſſio cēſetur facta ad communem vtilitatem cedētis,& ceſſionarij,principaliter ad commodū cedentis, quia l beratur ab obligatione pro rata nominis,in conſequentiam ad vtilitatē ceſſionarij,quia ſibi ſatisfit, prout quoque tradidit in deciſ.45.num.4. verſ. non obſtat l.3.ſed periculū ſpectat ad cedentē per iura ibi citata,quidquid dixerit Cum. ſpectare ad ceſſionarium ex tex.d.l.ſi nomen, & ſubdit ad propoſitum noſtrum, ſecus vero in ſimplici ceſſione, quia tunc cum cedere nō ſit ſoluere ſecundum Gloſ.in l.legaui ff. de lib.legat. ideò datur regreſſus ceſſionario aduerſus cedentem ſi exigere non potuit, & ob id dici non poteſt periculum ad ceſſionarium ſpectare,& ita Dec.conſ.99 nu.4. diuerſificat, & ſic cernitur non verſari in caſu præmiſſo in datione inſolutum, neque in delegatione nominis, vt potuiſſet locum habere lex prædicta,ſed tantum in ſimplici
99 ceſsione, & hoc caſu ceſsionarius non ſubit periculum nominis Percy. in deciſ. Luſit 38.num 4. vt dictum eſt ſupra, & tanto fortius eius diſpoſitio ceſſaret, & ſi ceſsionarius cepiſſet exigere agnoſcendo debitū, poſtquam non de ſorte aliquid conſequutus fuerat, ſed tantum annalitates annuorū introytuum,& etiam quia ad hoc, vt eo caſu d.lex locum habeat, exquiritur,vt in inſtrumento fiat ceſsio debitori,& quod om-
100 nia iura cedātur,& quod cedens non ſolū trasferat omnem actionem,quam habet cōtra debitorem ſuum, ſed etiam cedat,transferat omnem ſpem, & exercitiū actionis, ita quod apud cedentem nulle remaneant actio eum reliquie,cum eo caſu cedens nullo caſu poſsit agere contra debitorem contra quem eſt tacta ceſsio, quod alias poſſ. t illis tribus caſibus ita ex Franc. Corn in opere Iudic in vlt. p. 1 1 q. probat Socc.in regul.80.limit.1. inſuper conſtituēdo procuratorem in rē propriam, vt ſupra dictū eſt,ſed q: in præmiſſa ceſsione ſibi reſeruauerat ius liquidandi,& alia iura,&ſim
101 plex ſola remaſerat ceſsio,cedendo quædam iura ſibi competentia pro exactione iuxta relata per Franc.d.dec.427.n.1.& 2.& per iſtam rationem altera tollitur obiectio
102 tex.d.l.ex nominis limitado regulam, niſi fuerit conſtitutus procurator in rem propriam,etenim inter ipſos contrahentes nō apparebat totaliter dominium translatum, nam venditrix ipſa,domus reſeruauerat ſi
103 ſi dominium domus,pendēte ſolutione facienda ex tex.l.cū manu ſata ff.de contrah. empt ex parte emptoris, quia ceſſerat nomē debitoris, ex quo dominiū rerum obligatarum non transfertur ex emptione nominis d.l.ex nominis, neque etiam per ſimplicem ceſsionem, ſicque dominium,adhuc
104 erat in ſuſpenſo. Vltima nullitas obiecta, erat, quia in citatione ad dicendum non fuerat datus terminus a l percuntandum acta, vt conſuetum eſt ibi apponi, per verba illa gaudeat biduo ad percutandum acta
105 ex eo quia iſte monitiones generales pro ſingulis diebus, & horis reſtringūtur ſolum ad ipſum primum terminum Cornaz. dec. Lucc.13. nu.7. infra quem acta percuntari non poterat, e amplius,non dato tali termino, quæ facilè refelli videbatur, nam licet in Tribunalibus Neap.detur, nō petito ipſo termino ad hoc ne impediatur expeditio cauſæ,prætextu percuntationis actorū hinc cauti procuratores ſolent verba prædicta appone e, additis etiam illis verbis ſi petierit &c. tamen,ſi non fuerit conceſſus

neque

neque petitus, non per hoc nullitati locus erit, quia in quacumque parte iudicij percuntantur acta, & ita ordinariè ſeruatur, & dum non fuerat in citatione petita Actorũ percuntatio ſibi imputandum erat, ex quo dum in limine expeditionis cauſa reperitur præſumitur acta fuiſſe percũtata ſuo tempore. Quibus omnibus perpenſis die 30. Iulij 1625. deciſum fuit nullitates non obſtare, & proinde ſententiam aſſiſtentiæ eſſe exequutioni demandandam, quòad caput adiudicationis tantum penes Torre Actorum Mag.

SVMMARIVM.

1 *Tres teſtes ſunt neceſſarij, vt ſe ſubſcribãt in inſtrumento continente libram auri, &c.*

2 *Duo teſtes ſufficiunt, quando infra librã auri inſtrumentum liquidaretur.*

3 *Duo teſtes ſufficiũt ad liquidandũ inſtrumentum pro tertijs, & ſi contineret, vltra libram auri, & ſic deciſum.*

4 *Matrimonium fuiſſe contractum conſtare debet, vt poſſit inſtrumentum liquidari.*

5 *Inſtrumentum guarentigiatum, non eſt liquidum, ſi non conſtet de matrimonio contracto.*

6 *Maritus petens exequutionem pro dote, probare debet prius matrimonium fuiſſe ſequutum.*

7 *Matrimonium qualiter probetur, licet communiter per fidem parrochi.*

8 *Fides Parrochi, non prodeſt ad liquidationem inſtrumenti.*

9 *Scriptura abſque præſentata per Actuarium eſt nulla.*

10 *Nominatus in libro, vel ſcriptura, conſtito de identitate ipſe præſumitur.*

11 *Inſtrumentum, contra ſocerum non liquidatur, ſed depoſitum fieri iuſſum refertur, & ſic deciſum.*

12 *Matrimoniũ contractum ex libro Parrochi probatur.*

13 *Matrimonium notorium, non indiget probatione, pro exequutione inſtrumenti.*

14 *Scripturæ præſentari poſſunt diebus feriatis.*

15 *Scripturæ, ac inſtrumenta dicuntur de actis.*

18 *Productio ſcripturarũ in iudicio fit apud acta per Notarium ſcribenda.*

17 *Præſentata fit per annotationem diei, & anni ab Actuario.*

18 *Præſentans ſcripturas videtur approbare omnia contenta in ea, etiam ſi eſſent cõtra, & nu. 20. etiam ſi eſſent ſcriptura priuata nu. 19.*

20 *Scriptura publica credendum eſt, etiam ſine teſtium ſubſcriptione.*

21 *Scriptura priuata à parte recognita, habent vim publici inſtrumenti, aut ſi non fuerit contra eas appoſitum numer. 22.*

23 *Scriptura priuata fidem facit, parte non opponente.*

24 *Annotatio diei, & anni ac, quantatis fieri debet in præſentatione inſtrumentorum per leges Regni.*

25 *Actus ille præceſſiſſe præſumitur, qui iure præcedere debet.*

26 *Pluralitas perſonarum, non præſumitur.*

27 *Cognomen aſſumitur ad beneplacitum*

28 *Nomen imponitur ad libitum, ideo de illis non curandum.*

29 *Cognomina debent apponi in ſcriptis, quando ex ſola nominis appoſitione incertitudo redderetur.*

30 *Nominis expreſſio, non ſufficit ad certificandum perſonam, niſi alia circumſtãtia concurrat.*

31 *Cognomina, quis plura habere poteſt, vna ex parte patris, alia ex parte matris.*

32 *Filius inſignia familiæ paterna, non materna deferre debet.*

33 *Super nomina à vulgo imponũtur, iuxta qualitatem vitiorum.*

34 *Cognomen imponitur reſpectu patriæ.*

35 *Expreſſio nominis proprij, non ſufficit, quando pro forma requiratur, vt nomen proprium, & alia demonſtratiua cognomina requirantur.*

36 *Nomina, prænomina & agnomina contrahentium, & teſtium debent in inſtrumentis determinari.*

37 *Nomen ſingulare abſque cognomine, an ſufficiat.*

38 *Nominatus in mandato, talis qualis in eo nominatur præſumitur.*

39 *Conſanguineus præſumitur ſcirefacta ſui conſanguinei.*

40 *Inſtrumentum, quod præſentatur debet eſſe liquidum, & tunc dicetur liquidum quando non eſſet pactionatum.*

41 *Inſtrumentum pactionatum, non eſt liquidum.*

42 *Inſtrumentum conditionatum, niſi impleta conditione liquidari, non poteſt.*

43 *Contractus reſoluitur ob ratificationem, non ſubſequutam in tempore.*

44 *Agens ex contractu, quem promiſſit aliũ rati-*

ratificaturum repellitur, non facta illa ante moram.

45 *Habitare, qui tenetur, non ſufficit, ſi ſemel, vel bis habitet, qui habitat colligit fructus.*

46 *Iuramentum habet in ſe tacitam conditionem, ſi pecunia numeretur.*

47 *Renuntiatio nullo modo nocebit, ſi ſuum non ſortitur effectum.*

48 *Liquidatio inſtrumenti pro intereſſe rectè procedit.*

49 *Intereſſe petuntur pendente reſciſſione contractus.*

50 *Electio eſt debitoris in alternatiuis.*

51 *Electio eſt creditoris, quando vtrumque eſſet in obligatione.*

52 *Socer loco patris habetur.*

53 *Pater, ſine venia in ius non vocatur, ita & ſocer.*

54 *Inſtrumentum contra ſocerum liquidari, an poſſit deciſiones afferuntur.*

55 *Debitor carceratus, bona inſolutum dare, an poſſit.*

56 *Bona inſolutum dari nequeunt, exiſtente inſtrumento iurato.*

57 *Iuramentum ſeruari debet in forma ſpecifica.*

58 *Partes conueniri poſſunt contra beneficia data à lege, ſed non contra probibita à lege.*

59 *Datio inſolutum, conuentionaliter fieri non probibetur inter partes.*

60 *Datio inſolutum ſortitur effectum, ſi fiat per debitorem, vel per Iudicem.*

61 *Datio inſolutum voluntaria, decreto opus non habet.*

62 *Carceratus habet beneficium ceſſionis.*

63 *Carceratus vtitur beneficio dationis in ſolutum, quando nil habet in bonis.*

ARGVMENTVM.

Liquidatio inſtrumenti, an impediri poſsit prætextu nullitatum oppoſitarum, primò ex defectu ſubſcriptionis teſtium, quia duo tantum erant ſubſcripti, ſecundò, quia indigebat probatione extrinſeca contractus matrimonij, eo quod fides producta, non concordauerat in cognomine actoris, tertiò, quia inſtrumentum erat pactionatum, dum promiſſa fuerat ratificatio ſponſæ, quartò, quia fuerat liquidatum contra ſocerum, demum an datio inſolutum admicti debeat ambobus conſentientibus partibus.

Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me, mandata tua.

VOTVM XCII.

EXiſtente carcerato Io. Thoma Pyrrello vigore literarum exequutorialium dependentium ex liquidatione inſtrumenti facta ad inſtantiam Angeli Buſicchi viri Catherinæ Perrelle contra d. Io. Thomã eius ſocerum, & victoriam Zazaram pro tribus annatis finitis ducatorum 24. oppoſitum fuit per ipſum de nullitate aduerſus liquidationem ipſam.

Prima nullitas erat, quia deficiebat ſolemnitas requiſita, hoc eſt ſubſcriptio teſtium eo quia duo tantum erant teſtes ſubſcripti, & inſtrumentum continebat ſummam ducatorum centum capitalis, & ducatorum 24. annatarum decurſarum, & ſic vltra libram auri, quo nam caſum non erant duo teſtes ſufficientes, ſed tres erant teſtes ne-
1 ceſſarij, vt ſe ſubſcriberent iuxta C. ſt Regni inſtrumentorum robur, & ibi Afflict. num. 30. & optimè Pandus in tract. de præſent. inſtrument. p. 1. declarat. 6. num 33. vbi addit, quod ſi ſupra libram auri cum duobus tantum fieret, neque ſubſiſteret pro rata infra libram ex Caſt. Calc. & Ant. ab A. ex. conferunt, etiam alia conſimilia exempla tradita probaui ſupra in voto 87. in fine n. . ex aduerſo autem dicebatur liquidationem ipſam ritè ac rectè proceſſiſſe reſpectu tertiarum, ſiuè annatarum per triennium debitarum, aſcendentium ad ſummam duca-
2 torum viginti quatuor, quæ erat intra librã auri, nec aliter agebatur de capitali ducatorum centum, quod erat, vltra libram auri, & ſic loqui videtur Cõſt. ipſa ibi vt ſi quãtitas, quæ in contractu deducitur infra libram auri ſubſiſtat &c. ſicque in hoc erit inſpiciendum tempus contractus & per iſtã rationem alias cum contigiſſet hæſitari tã
3 in M.C.V. quam in S.C. ſi ſubſcriptio duorum teſtium ſufficeret in inſtrumento continente libram auri, non tamen reſpectu capitalis, quod non excedebat libram, ſed re-

ſpectu

ſpectu tertiarum decurſarum maiorem sũ-
3 mam continentium, fuit tandem per M. C.
V. iudicatum affirmatiuè, vt potuiſſet liqui
dari tale inſtrumentum bino teſte ſubſcri-
ptum, & confirmatum per S.C. in cauſa Pe-
tri Romani, vt refert Reg. Tapia in Annot.
ad eandem Conſt. num. 3 vbi refert, quod ſi
ſecus eſſet id reſultaret in fauorẽ debitorũ
qui ob moram ſolutionis facilius procura-
rent, vt ſumma à d. Conſt. taxata augeretur
annis, & numquam liquidarentur inſtrumẽ-
ta prætextu ſolemnitatis ommiſſæ, hoc eſt
ſubſcriptionis teſtium memini in prima
parte noſtri Compendij verbo inſtrumen-
tum, an poſsit, & eum ſequitur Galter. in
praxi inſtrum. in prima parte primæ Rub.
2. num. 25. in addit. nouiſsima, & tanto for-
tius in caſu præmiſſio liquidatio denegan-
da nõ erat, cum erat infra libram auri, quã-
uis capitale erat plus, ſed non agebatur de
eo principaliter, ſed dumtaxat de annatis
decurſis.

Secũda, quę ſe offerebat nullitas propoſi
ta erat, quia inſtrumentum opus habebat
probatione extrinſeca, hoc eſt matrimoniũ
4 fuiſſe contractum ad tex. in l. tali ff. de iure
dot. & ex Carau. & Freec. probat Tartagl.
in praxi ciuil. cap. 1. ſub num. 37. verſic. qua-
propter ſi vir, & hoc optimè fundat Fonta-
nell. de pact. nupt. clauſ. 6. Gloſ. 1. p. 1 nu. 67.
5 annuens inſtrumentum guarentigiatum nõ
eſſe ob hoc liquidum, etenim Maritus petẽs
6 exequutionem, probare prius debet matri-
monium eſſe ſequutũ Parlad. Rer. quotid.
lib. 2 cap. h. p. 1. § 12. limit. 4. num. . . qua-
7 pro, ter circumſcriptis alijs modis proban-
di matrimonium de quibus per Maſcar. de
probation. concluſ. 1023. & Marcell. Cala
de modo articul Gloſ. vnica §. 2. num. 261.
fit communiter probatio per fidem Parro-
8 chi latè per Riccium deciſ. Archiep. Neap.
139. par. 3. & Gratian. diſcept. foreſ. cap.
653. num. 61. & ſeq. talis enim fides Parro-
chi non prodeſt ad liquidationem inſtru-
menti inquit Præſ. de Franc. deciſ. 366. nu. 2.
& dato quod faceret fidem, adhue fides
producta in actis inficiebatur, ex quo non
fuerat preſentata tempore liquidationis in-
9 ſtrumenti, nec in ea aderat præſentata de-
ſcripta per Actuarium, ideo nulla ratio ha-
benda erat, imò reddebatur ſuſpecta, ex eo
quia ibi aſſerebatur matrimonium contra-
ctum inter Angelum de Fiume ac Catheri-
nam Perrello, & ſic non erat idem Ange-
lus, qui e erat, & eius cognomen erat de
Buſicchio, & ideo opus erat probatione al-
tera de identitate perſonæ, nedum denomi-
næ, ſed etiã, quia nominabatur in tali libro,
10 vel ſcriptura erat ille met, vt ex Dec. conſ.
36. nu 4. verſ. tertio non obſtat ex Maſcar.
concluſ. 875. nu. 2. verſ. intellige concluſio-
nem, & alijs probat Marcell. Calà d. tract.
11 num. 834. & 836., vltra quod alias per M.
C. V. non fuerat proceſſum ad liquationem
inſtrumẽti, ſed iuſſum, vt fieret depoſitum,
& confirmatum per S. C. refert Præſ. Bat-
tagl. ad Cyn. in l. qui in poteſtate C. de in ius
vocan. Replicatione quoque tolli videba-
tur nullitas ipſa, ex eo quod matrimonium
12 contractũ ex libro Parrochi plenè proba-
ri videbatur, & ſic ex Borgn. Dom. Maſcar.
& Lancell. Gall. probat, nouiſſimè Genuz
in tract. deſcript. priuata lib. 5 tit. de libris
Pleban. &c. quæſt. 6. num. 4., & inde fides ex
tali libro deſumpta pleniſſimè probari ma-
trimonium, vt dictum eſt ſupra quę ordina
riè producitur in promptu in liquidatione
inſtrumentorum, vt paſſim tam in M. C. V.
quam in omnibus ferè Regni Tribunalibus
in praxi receptum eſt, imo quando matri-
13 monium eſſet notorium non erit opus alia
probatione matrimonij pro exequutione
inſtrumenti, ſentit expreſsè Parlad. ibi neq;
ex ommiſſione præſentationis nullitas vi-
detur reſultari, poſtquam præſentatio ſcri-
pturarum, non eſt actus iudiciarius, hinc eſt
quod etiam in diebus feriatis præſentari
14 poſſunt ex Specul. in tit. de dilat. §. 1. verſ.
ſed pone Iudex in fine probat Marant in
ſpecul. p. 6. in actu 8. num. 42., ſed benè di-
15 cuntur de actis omnia inſtrumenta, & om-
nes ſcripturę præſentatę, & productè in iu-
dicio ſecundum Innoc. in cap. cum in iure
in fine de fide inſt. quem ſequitur idem Ma
rant. d. par. 6. in 10. actu ſub num. 2. hæc enim
16 productio iurium, & inſtrumentorum in iu
dicio fit apud acta à Notario ſcribenda, vt
voluit Specul. in tit. de inſtrument. edit. §.
videndum reſtat Gemin. conſ. 98. nu. 1. Ang.
in l. eos num. 3. C. de Appellat. quos probat
Aſin. in praxi indic. §. 32. cap. 15. num. 1. &
17 fit per diei annotationem, & anni, & per
quem producuntur notat Marant. in d. ſpe-
cul. vbi ſupra actu ſub num. 3. & hæc vulgo
in Tribunalibus noſtris notat præſentata
18 appelletur, operaturque ipſa, præſentatio
nedum, quia præſentans videtur approba-
re omnia contenta in ea, & etiam contra ſe
facientia, & aduerſarius poterit, vti illis
pro ſe, vt per Gloſ. & ibi Doct. pręſertim
Iaſ. in l. 1. §. editiones ff. de eden. quos pro-
bat ibidem Marant. ſub num. 2. ſequuntur
Machell. patroc. 32 num. 2. Gargiar. patroc.
27. num. 11. patroc. 21. num. 8. patroc. 24. nu.
18. patroc. 28. nu. 18. patroc. 61 num. 5. to. 1.
patroc. 23. num. 2. tom. 2. Coſta de re integ.
diſt.

19 diſt.71.num.1.Imo etiam ſi eſſent ſcripturæ
priuatæ latè Menoch de præſumpt. lib. 2.
præſumpt.54.num.7. Borg. deciſ.1. num. 3.
20 & 66.n.5. producens ſcripturam in iudicio
cenſetur illam approbare, tam pro ſe,
quam contra ſe, & cum omnibus qualitati-
bus idem Borg d.deciſ 1.num.25. dec.45. in
addit.nu. 26 & 27.n.1. Alban.conſ. 59 nu. 11.
quò fit, vt cum fuerint præſentatæ in iudicio
vel in termino, vel extra audita parte ac
roboratæ teſtium depoſitionibus, quatenus
illis indigerent, fidem plenam facerent, &
21 ſucceſſiuè eis credendum, ſcripturæ enim
publicè iudiciali etiam ſine teſtium inſcri-
ptione eſt credendū Specul. in titul. de inſt.
edit.§.10.num 4., & pariter ſcripturæ pri-
uatæ maximè ſi fuerint apertè recognitæ ha
22 berent tunc vim publici instrumenti latiſ-
ſimè Xuarez in praxi Canon. tom.1. par. 4.
cap.1 num 21. Gratia, diſcep. forenſ. cap.
183.num.10. vbi addit hoc intelligendum
eſſe ſi recognitio fiat in iudicio, vel ſi non
fuerit contra eam oppoſitum per partem
Maſcard.de probat.concluſ.1300.nu.18.,
23 hinc V. fill.deciſ.48.num.2. dixit ſcriptu-
ram priuatam fidem facere parte non op-
ponente. Demum comperiebatur ex actis
non fuiſſe improbatam ſcripturam tēpore
vocationis Curia pro Tribunali ſedēte, &
ob cōtumaciā rei proceſſū ad interlocuto
riæ interpoſitionē meritò nō debebat reus
eo in carcere conſtituto illam impugna-
re ob talem defectum præſentationis non
deſcriptæ, per Actuarium, eo magis, quia
24 ex diſpoſitione Ritus M. C. cautum eſt, vt
inſtrumenta ipſa præſentari deberent, &
confirmatum eſt in pragm. 9.§.2.de offic.
mag.iuſt. qua cauetur, quod in præſenta-
tione inſtrumentorum notentur dies, &
quantitas, & talis annotatio ſcribi debet
à tergo, vt tradit Pandus in d.tract.de præ
ſent.inſt.p.4.declar.6.nu.51., de qua præ
ſentatione facienda etiā teſtatur Galter.
in dicta praxi inſt.3.p.2.par. Rub.1 & cū
eo præſumuntur aliæ ſcripturæ conferen-
tes liquidationi ipſius præſentatæ, in qui-
bus ſi non fuerint per Actuarium notata
dies, & annus non per hoc præſumendum
erit eas præſentatas fuiſſe poſtea, quod
non erat credendum, ſemper enim actus
illæ præceſſiſſe cenſetur, qui iure præcede-
re debuit Menoch.de Præſumpt.lib.6.præ-
ſumpt.7.num.1. & num.5 ſubdit ad pro-
25 poſitum ex actibus duobus præſumitur
ille præceſſiſſe, qui alium reddit validum
idem de duobus inſtrumentis, nec officit
altera obiectio, quod in fide Parrochi aſſe-
rebatur matrimonium contractum inter
Angelū de Fiume, & Chaterinam Pyrriel-
lo, & in citatione atque inſtrumento aſſe-
rebatur Angelus Boſicchio, quia plurali-
26 tas perſonarum non præſumitur niſi pro-
betur l.1.C.de probat. Peregrin. de fidei-
commiſſ.art.44.num.44. Maſcard.de pro-
bat.concluſ.1179.num.24. Menoc.de præ-
ſumpt. lib. 6. præſump.15. num.36. Pariſ.
Surd.Rota Roman.quos omnes citat Ma-
cerat.var.reſol.lib.1.reſol.72. num.8. vbi
ſubdit ad propoſitum noſtrum, quod co-
27 gnomen aſſumitur ad benè placitum cum
nulli fit iniuria ex Bart. in tract. de inſign.
& Arm. quemadmodum etiam nomen im-
28 ponitur ad libitum, & ideò de nominibus
non eſt curandum dicit Bart. in Rub. ſol.
mat.nu.2.& in l.Imperatores §. reſcripſe-
runt num.1.ff.ad Municip.Euerard.in To-
pica loco ab etimol.num.7. & propterea
cum certitudo nominis aderat, non erat
faciendum fundamentum in cognominis
diuerſitate poſtquam ipſa cognomina de-
29 bent apponi inſcriptis quando ex ſola no-
minis appoſitione incertitudo redderetur
idem Bart.in proem.ff.numer.8., quia ſo-
30 la nominis expreſſio non ſufficit ad certi-
ficandum perſonam, niſi alia concurrant
circumſtantia Pereg.vbi ſupra num.48. &
cum eſſet certitudo nominis principaliter
de cognomine facilius non poterat diffi-
cultari, poterat enim hoc ex errore pro-
31 ceſſiſſe, vel duo habere cognomina hoc eſt
ex parte patris vna, & altera ex parte ma
tris ſecūdum aliquos qui maternam aſſe-
quuntur familiam inquit Tiraq. de Nobi-
lit.cap.18. nu.25., quamquam ipſe filius
32 deferre debeat inſignia familiæ paternæ,
non maternæ, vt ibidem probat num.21.,
contingi enim poſſet plura habere cogno
33 mina, & potius ſuper nomina, vt ferè per
multa Regni loca percepi, iuxta qualitatē
vitiorum hominum ſuper nomina à vulgo
imponi, vt optimè tradit idem Maſcard.
d.tract.concluſ.841.num.23. nomina varia
inquit apud veteres ex vitijs hominibus
impoſita, aut demum poterit eſſe inſpecta
34 patria, vt ſi dicatur Franciſcus de Capuæ
hoc eſt natus Capuæ, licet contrarium pu
tent Doct.apud Euerard. vbi ſupra nu. 7.
Pereg.de fideicommiſſ.art.44.num.45 in-
ter quoſdam ita etiam practicam eſſe de
eo loco, quia ignari, & impotentes vide-
bantur, Rei tamē veritas dependet ex no-
minatione per habita in d. inſtrumento
35 vbi nomē impoſitum erat, at quando pro
forma requiratur, vt nomen proprium, &
alia demonſtratiua cognomina, non ſufficit
expreſſio nominis proprij tantum Tiraq.
de

Digitized by Google

de leg.connub.l.16.Gloſ.7. ſub nu.98. Gó-
36meſ.var.reſol.tom.1.cap.2.nu.2., ſed cum
nomina prænomina,& agnomina contra-
hentium,& teſtium,& vnde ſint debent in-
ſtrumentis determinari Specul.in tit. de
empt.& vend.§.1.num.2. merito pro ipſo
Angelo præſumendum erat, & ideò ſatis
37erit nomen ſingulare abſque cognomine
nominate,voluit Marſil.conſ.117.num.21.
conſ.131.num.6.conſ.133. nu.4. ſic nomi-
38natus in mandato præſumitur talis qualis
in eo nominatur Menoch. de præſumpt.
lib.2.præſumption.35. & hoc benè notum
erat aduerſario,quia erat eius Generi, &
39conſanguineus præſumitur ſcire facta cõ-
ſanguinei l.octau ff.unde cogn.& certum
erat d.Angelum virum eſſe dictæ Cathe-
rinæ,& non aliam coniugem habuiſſe,& è
contra.
Tertia nullitas erat, quia inſtrumẽtum
erat pactionatum, ex eo quia in inſtrumẽ-
to ex preſſè conuentum fuerat, vt conuẽ-
tus nullatenus teneretur ad ſolutionem
promiſſæ dotis, niſi præcederet renuntia-
tio ſponſæ, quam fieri ipſe Actor promiſe
rat interueniendam ſuper proprijs bonis,
& cum non fuerat facta, nec producta, nõ
poterat procedi ad liquidationem, eo
40quod inſtrumẽtum, quod præſentatur de-
bet eſſe liquidum Frecc.de præſent.inſt p.
7.nu.1. vbi ſubdit nu.2.quod tunc dicere-
tur liquidum, quod non eſt pactionatum,
41ergo quãdo eſſet pactionatum illiquidum
redderetur & ſubſequenter ſtante illiquidi-
tate inſtrumenti ad liquidationem proce-
di,non poterat ex Ritu.167.ſequitur Galt.
in praxi inſt.3.p.Rub.4.num.19 imo dato,
quod eſſet partim liquidum reſpectu pro-
miſſionis tertiarum,& partim illiquidum
reſpectu pacti ratificationis faciendæ pre-
42uia creditoris diligentia, adhuc impleta
prius conditione, liquidari poterat tradit
idem Galter.eo. tract. 2. p. primæ partis
43Rub.vnica num.39. & contractus reſolui-
tur ob ratificationem non ſubſequutam
in tempore Maſtrill.deciſ.170.num.15. &
44ſequen. Agens enim ex contractu quem
promiſit alium ratificaturum repellitur,
non facta ratificatione maximè ante mo-
ram,ita Bertazol.in tract.de clauſu.clauſ.
4.gloſ.11.num.3.inſuper tedabatur illiqui-
dum, quia inter cætera,promiſſi fuerunt
ducati centum capitalis infra triennium
ſolui,& infra idem tẽpus promiſerat debi-
tor vſumfructum cuiuſdam domus, pacto
adiecto,quod ſi nollent coniuges ibi habi-
tare, promiſerat ſoluere ſingulo anno an-
nuos ducatos octo, at cum ipſe ſponſus
nolens habitare iuxta conuentionem, li-
quidari fecerat inſtrumentum, non aliter
conſtito, quod non habitauerat in domo
prædicta, vel quod habitauerat, nam habi-
tare qui tenetur non ſufficit, ſi ſemel, vel
45bis habitet,ſed frequentia, vel perſeuerã-
tia requiritur Menoch.de præſump.lib.6.
præſump.76.num.39.& de hac perſeuerã-
tia, non conſtabat, ergo præſumendum
erat habitaſſe, & qui habitat colligit fru-
ctus Franc.deciſ.160.nu.5. propterea non
erat neceſſe, vt liquidaretur inſtrumentũ
replicabatur non aliter tractari de conſe
quutione capitalis, quoniam tunc exigeba
tur renuntiatio, quãdo illud ſolutum fue-
rat, ſicuti iuramẽtum habet in ſe tacitam
46conditionem, ſi pecunia numeretur Seraſ.
de priuil.iuram.priuil.60.nu.5. ita renun-
47tiatio, quæ nullo modo noceret, ſi ſuum
non ſortiretur effectum Maſ. in Conſuet.
Neapol.tit.de renunt.q.1.num.58., ſed de
48conſequutione intereſſe conuenti quo ca-
ſu rectè liquidatio proceſſerat ex Alex. &
Iaſ.probat Berard.Pãdus in tract. de præ-
ſent.inſt.par.3.declar.5.num.12.etenim
49pendente reſciſſione contractus rectiſſimè
intereſſe,vel vſuræ petuntur,& ſic deciſum
fertur per S. C.Frãc.dec.373.Felic. de cẽſ.
tom.2.lib.1.cap.1.num.34., nec obſtabat,
quod non apparebat ipſas coniuges, non
habitaſſe in domo, dum fuerat promiſſus
vſusfructus domus, & ſi nollet habitare
ſponſus ſoluere annuos ducatos octo, adeò,
quod ſi habitaſſet collegiſſet fructus, vt di
ctum eſt,nec liquidari poterat inſtrumen-
50tum,ſin autem non habitaſſet,tunc tene-
batur ſocer adſoluendum, & in hac alter-
natiua electio erat ipſius debitoris ex iu-
ris diſpoſitione c. in alternatiuis de reg.
iur.in 6. Euerard. in Topica loco à natura
alternat.num.1., nam reſpondebatur, quia
51vtrumque erat in obligatione, quo caſu
electio erat ipſius creditoris, non debito-
ris,vt ibi probat Euerard.num.7. poterat
enim alterutrum petere, & dum petierat
annatas decurſas præſumendum erat, non
aliter voluiſſe habitare, neque habitaſſe
in domo ipſa,quia ipſa non erat in obliga
tione,ſed vſusfructus illius,& annui duca-
ti octo,ideo non erat neceſſe probare non
habitaſſe.
Vltima nullitas, quæ propoſita fuerat
52erat, quia dum ſocer loco patris habetur
l.& quia ff.ſol.mat.Anna allegat.33.n.17.
Marin.Frecc.de præſent.inſtrum.p.12.q.
2.nu.3.Mogall.in tract.de hiſque vi met.
cauſa fiunt cap.45.ſub num.1., quemad-
53modum pater ſine venia in ius vocari non

poteſt l.4. ff. de inius voc. Polid. Ripa in
obſeru. 39. in principio, ita pariter ſocer,
ac cum non fuerat abſque licentia inſtru-
mẽtum liquidatum, meritò nulla liquida-
tio reddebatur, quia contra iuris formam
ad liquidãdum proceſſum fuerat, ſed huic
reblicabatur non obſtare cum cõtrarium
54 Doct. affirment poſſe liquidari inſtrumẽ-
tum contra ſocerũ, vt plenè fundat Frecc.
d. tract. par. 12. q. 1. & deciſum bis tradit
Præſ. de Franc. deciſ. 366. ſequitur Molteſ.
in Conſuet. Neap. p. 6. q. 19. num. 8. vt de-
ciſum retuli ſupra in voto 84. nu. . . , ſed
circumſcriptis nullitatibus oppoſitis, &
congruis reſponſionibus roboratis, quia
Reus carceratus obtulerat bona dare in-
ſolutum, prætendendo potiri beneficio au-
then. hoc niſi C. de ſolut. videbatur nullo
modo potuiſſe admicti ad eale beneficiũ
55 eo quia non concurrebãt requiſita tradi-
ta nouiſſimè per Muſcat. in praxi S.C. lib.
2. par. 3. gloſ. adiudicantur num. 29. & ſeq.
præſertim, quando inſtrumentum eſſet iu-
56 ratum, & hoc caſu cadit beneficium tale
vt per Theſaur. deciſ. 153. num. 14. quem
ſequutus eſt Io. Maria Nouar. in ſua praxi
dationis inſolutum p. 2. quæſt. 12. num. 1.
vbi per totã quæſtionem hanc exarat ma-
teriam, præterea, quia promiſſio in capi-
tulis matrimonialibus fuerat facta huiuſ-
modi: item eſſi Gio. Thomaſo, & Victoria
coniugi, & dotanti inſolidum, vt ſupra pro
metteno in dote allo detto Angelo futuro
ſpoſo como di ſopra ducati cẽto di car-
lini d'argento in pecunia numerata di cõ-
tanti &c. & ſic promiſſio nõ fuit ſimplici-
ter obigãdo ſe ad centum, ſed in pecunia
numerata, & ſuperadditio iuramento
57 quod debet in forma ſpecifica obſeruari
c. ad noſtram il p. de iureiur. cũ alijs addu-
ctis per Barboſ. in Opuſc. Princ. iuris lit. I.
num. 45., & conſequenter videtur ceſſare
beneficium prædictum, vt plenè per eundẽ
Muſcat. d. lib. 2. par. 3. gloſ. adiudicantur
num. 33. & nouiſſimè idem teſtatur Reg.
Rouitus conſ. 18. num. 10. volu. 1., quod ta-
men procedere videbatur contradicente
creditore, cæterum ambobus conſentien-
tibus aliter dicendum erit, poſtquam par-
58 tes poſſunt conuenire contra beneficia
data à lege, ſed non contra prohibita à le-
ge, vt plenè Muſcat. d. p. 3. gloſ. concedun-
tur num. 20. etenim ipſa datio inſolutum
conuentionaliter fieri non prohibetur in-
ter partes, vt per Iul. Cæſ. Gluſian. in trac.
de bonis inſolutum dand. lib. 1. cap. 1. nu. 4.
59 ita etiam conſentientibus partibus fieri
poſſe non dubitatur ita punctualiter Reg.
Rouit. vbi ſupra num. 7., accedente etiam
60 Iudicis decreto, nam eumdem effectum
ſortiretur ſi datio inſolurũ fieret per debi-
torem, vel Iudicem Marta voto 16. nu. 18.
61 quare, licet non opus ſit decreto, volun-
taria datio inſolutum Borrell. conſ. 33. nu.
74. in præſenti caſu neceſſariũ fuit ob rei
excarcerationem, fuit tandem iudicatum
die 19. Iulij 1623., quod ſtante oblatione
bonorum facta per reum carceratum, pro
illorum datione inſolutum prædicto eius
genero acceptanti, fiat conſignatio, præ-
uio appretio iuxta formam capitulorum,
qua facta excarceretur, nam ante carcera-
tionem audiri non poterat ipſe (ſtante li-
quidatione facta) vellẽ vti tali beneficio, &
inde in carcere exiſtente debitore neuti-
62 quam illud opponere, ſed remanet ſibi be
neficium ceſſionis ex Carau. in ritu 166.
num. 54. probat ibidem Maſcat. num. 36.
ſecus tamen concurrente voluntate am-
barum partium, vt prædictum eſt tanto
magis, quia nil aliud habebat in bonis,
63 quo caſu etiam beneficio prædicto iuuari
poſſe confirmat Ant. Scappa de iure non
ſcripto lib. 4. cap. 40. num. 1.

Io. Bapt. de Thoro I. C. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Bona furto ſubtracta, reſtitui debent domino conſtito de ſuo iure.*
2 *Delictum contractionis furti, aliud eſt à furto.*
3 *Furta tot dicuntur quot ſunt contractiones, & concordantur opiniones inuicem contrarie.*
4 *Fur poterit vbique conueniri, vt rem furtiuam reſtituat, atque puniri, nec eſt locus remiſſioni.*
5 *Iudex vbi furtum eſt contractum, eſt competens.*
6 *Fur aſportando rem in alienam iuriſdictionem, prorogare illam videtur.*
7 *Iudex capiens furem punit.*
8 *Fur perſiſtens in loco contractionis per diem, ibi puniri debet.*
9 *Fur puniri debet in loco furti commiſſi, non alibi.*
10 *Furtum vnicum dicetur, ſi in vno loco fuerit commiſſum, & alibi contractatũ, & vnica actio competit, nec noua oritur.*
11 *Forus delicti principalior eſt.*
12 *Magis dignum, trahit ad ſe minus dignum.*
13 *Delinquens in vno loco efficitur de foro illius Iudicis coram quo delinquit.*

14 Va-

14 *Vaxallus Regis eſt homo Regis.*

15 *Vaxallus liberto equiparatur, quia tenetur domino, ſicut libertus patrono.*

16 *Vaxallus vicem domino, reddere debet quia inuicem obligantur.*

17 *Duo vincula magis ligant.*

18 *Dignitates plures habens, præfertur habenti vnam.*

19 *Baro dicitur ordinarius Iudex ſuorum vaxallorum, imo perpetuus Iudex.*

20 *Baro habet iuriſdictionem iure proprio.*

21 *Iuriſdictio Baronis eſt naturalis, quia fluit à Rege.*

22 *Iuriſdictio ordinaria, dicitur naturalis.*

23 *Iuriſdictio acquiſita, per alios Iudices in vaxallos delinquentes, in eius territorio licet exteros eſt accidentalis.*

24 *Cauſa naturalis potentior eſt quam accidentalis.*

25 *Remiſſio cauſæ vaxalli alicuius Baronis, facienda erit illi.*

26 *Iuriſdictio Baronis concesſa, eſt in feudum & ſic præ- mitur conceſſa.*

27 *Iuriſdictio ſemper eſt feudalis, licet non ſit in feudum conceſſa.*

28 *Iuriſdictio Officialium, eſt in officium conceſſa.*

29 *Differentia, quæ inter iuriſdictionem, in feudum conceſſa eſt, cum iuriſdictione, quæ in officium affertur.*

30 *Rex, non tollit iuriſdictionem Baronis.*

31 *Barones iuriſdictione à Rege conceſſa priuari, non debent.*

32 *Remiſſioni locus, an ſit quando Iudices eſſent æquales in iuriſdictione.*

33 *Iuriſdictio in dubio, videtur conceſſa cumulatiuè, non priuatiuè.*

34 *Præuentio militat, inter habētes æqualem iuriſdictionem*

35 *Remiſſio non conceditur delinquentis, exiſtente præuentione.*

36 *Iuriſdictio præoccupata potior eſt.*

37 *Iudex præueniens præfertur.*

38 *Præuentio excludit, iuriſdictionem aliorum iudicum.*

39 *Baro habet iuriſdictionem priuatiuam quoad legem, ſiuè ex priuilegio ſiuè ex præſcriptione nu.* 40.

41 *Rex concurrit, cum quolibet ordinario in iuriſdictione.*

42 *Rex, non poteſt ſe intromictere in primis cauſis vaxallorum Baronis.*

43 *Ratio diuerſa, quando inter pares Iudices verſatur, & quando inter diſpares.*

44 *Deciſ. Capye.* 104. *declaratur fur in loco contractationis, quando puniri non debet.*

46 *Fur ſi tranſierit cum re furata, ſi non ſteterit non diceretur contractaſſe nouum furtum.*

47 *Deciſ. S.C affertur circa remiſſionē furis ad Baronem, vbi delinquerat & allegatur qualiter procedat.*

48 *Dominus loci vbi furtum eſt cōmiſſum ſi haberet priuilegium cognoſcendi de delictis alibi commiſſis, cū clauſula an nullatiuà, & abdicatiuà, an cognoſcat de delictis alias patratis, licet alibi contrectetur.*

49 *Barones petunt remiſſiones ſuorum vaxallorum, vigore ſuorum priuilegiorum vbi iuriſdictio erit abdicatiuè conceſſa.*

50 *Conceſſio iuriſdictionis quando abdicatiuè, vel priuatiuè conceſſa videatur.*

51 *Remictere tenētur ſuperiores cauſas vaxallorum Baronibus, oſtenſis priuilegijs.*

52 *Reus erit remictendus ad Iudicem domicilij, pro delictis commiſſis extra territorium.*

52 *Remiſſio, an erit concedenda Domino, ob furtum alibi contrectatum.*

53 *Fur puniri an debeat, in loco vbi cum re furtiua fuerit inuentus, referuntur opiniones contrariè.*

54 *Fures pluries puniti fuerunt pena triremium & ad dixterrum ſi fuerint reperti cum re furata alibi, in eodē loco, licet ſecundum aliquos in priſtinā libertatem dimictendi ſint.*

55 *Pragm.* 1. *vbi de delict quis conu. ponderatur.*

56 *Solatium eſt offenſorum, puniri fures in loco furti commiſſi, & quare affertur ratio.*

57 *M.C.V. ſolet eos fures ratione contractationis acrius punire caſus refertur.*

58 *Contra fures, an per viā delegationis conceſſe M.C. procedi debeat, ſi fuerint reperti cum re furtiua Neap.*

59 *Fures contrectantes furta alibi, vbi viget ſtatutum imponens penam grauem furibus, an eadem pena puniantur.*

60 *Pragm.* 5. *de furibus eſt directa Iudicibus M.C.*

61 *Statutum Iudicibus directum, pro furis punitione, de aliqua pena, ita vt opus ſit illum in fraganti deprehendere, an ſi illum conuinictrit, ſolum ea pena puniri debeat.*

62 *Inditium eſt, ſi fuerit reperta res furata penes aliquem,*

63 *Conuinctus dicitur, qui inditijs indubitatis inquiſitus reperitur.*

64 *Malitijs hominum occurrendum.*

Pp 2 AR.

ARGVMENTVM.

Remiſsio vaxalli, alicuius Baronis capti, cum furto in alieno territorio demaniali, an erit Baroni facienda ab Officiali Regio demaniali, vel ibi puniri debet vbi captus fuerit cum furto.

Iudica iudicium meum, & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.

VOTVM. XCIII.

BLaſius Gattus Terræ Montis S. Angeli Apuleæ, cum fuiſſet captus in Ciuitate Monopolitana, cum duabus iumentis, & aliquibus pannamentis, examinatus aſſeruit illas emiſſe in Terra Caſalis Noui de quo nulla fides producebatur, vt conſuetum eſt in ſimilibus ſeruari, quando emuntur talia animalia, interea cõparuerunt duo Ciues dicti Caſalis, habita notitia de talibus iumentis, & conſtare fecerunt per publica documenta ea eſſe ipſorum, & ab eis abducta noctis tempore, & ſic fuerunt illis reſtituta, vt iure probatum eſſe teſtatur Seb. Guazin. in tract. ad defenſam in prima defen. cap. 16. num. 2. & ſic deciſum refert Coler. deciſ. German. 146. p. 1. Intrigl. ſing. 55. num. 3. p. 1., ſed quia poſtmodũ ex poſtulabatur remiſſio ipſius rei per Illuſt. Marchioniſſam Oriæ veſtem dominam d. Caſalis, aſſerentem dictum Blaſium eſſe eius vaxallum produci faciẽdo particulam ſui priuilegij, in quo inter cætera legebantur hæc formalia verba videlicet, & cum mero, & mixto imperio, & gladij poteſtate, ac criminali iuriſdictione, & exercitio in dictis primis cauſis, & ſecundis cauſis, à quibuſcumque contractibus caſibus criminalibus, & mixtis, & criminalibus exceſſibus delictis, & cõtractibus per dictos homines in dicta Ciuitate & Terris, vt ſupra habitantes, & habitatores contractis, & contrahendis patratis, & pro patrãdis commiſſis, & committendis tam in dicta Ciuitate, & Terris, & caſtris, ſeu Caſalibus, & earum diſtrictibus, & territorijs, quam extra eorumdem territorium, & inquocumque loco Regni demanij contra quaſcumque perſonas auctoritate, & dignitate fulgent cuiuſuis conditionem, etiam, quod fuerit præuentum per officiales iuſtitiarios magiſtros iuſtitiarios, ſeu Mag. Cur. vel alios officiales maiores, quacumque dignitate infulſos in quibus pena mortis veniret imponenda etiam mutilationis membrorum inſtigationis, & vltimi ſupplicij incluſiuè exceptis criminibus ſuperius expreſſis, &c. fuit hæſitatum intermino remiſſionis ſi locus erat remiſſioni petitæ, videbatur dicẽdum nequaquam potuiſſe fieri remiſſionem petitam, & principaliter ex cauſa contractationis furti, ex qua apparebat delictum aliud fuiſſe commiſſum in d. Ci-
2 uitate Monop. ex tex. in l. ſeruum, & filij ff.
de furt. ibi planè ſi manumiſſus cortrectabit dicendum eſt teneri eũ furti iudicio,
quia hodie furtũ facit Boſſ. in tit. de furtis
num. 46. latè Farinacc. de furtis quæſt. 174.
nu. 48. & ſeq. Facchin. controuerſ. iur. lib. 9.
3 cap. 19. lit. C. & D. adeò quod tot ſunt furta, quot ſunt contrectationes Gloſ. notab.
in l. vulgaris verſ. fur erit ff. de furt. quam
Gloſ. reputat ſingularem in Auth. ſed nouo iure verſ. vlterius quæro nũquid plura
C. eo. & in l. qui furere ff. de ſtat. hom. & l.
ei qui ff. eo. licet contrarium teneatur videatur in l. inficiando §. infans ff eo., adhuc primeuã opinionẽ aſſequitur per Alex.
inter conſil. crim. diuerſ. to. 2. conſ. 71. n. 4.
4 & hac ratione perpẽſa comperitur, quod
fur poterit vbique conueniri, & puniri, vt
rem furatam, aut eius æſtimationem reſtituat ita Baiard. in dec. 38. num. 39. ex Ploto inter conſil. diuerſ. crimin. 133. num. 45.
Alex. inter conſ. crim. diuerſ. tom. 2. conſ.
71. num. 2. Caſſan. in Conſuet. Burgund. tit.
des iuſtices &c. §. 5. num. 16. & ad propoſitum dixit Muta in pragm. Sicil. tom. 1. tit.
10. num. 29. quod fur repertus cum re furtiua, poteſt vbique puniri nec eſt locus fori remiſſioni, ac cum Iudex vbi fuit tum
5 cõtrectatum erit competens probat idem
Baiard. ad Clarum d. §. fin. q. 39. num. 46. ex
Bart. conſ. 9. & ibi puniri concludit Angel.
in tract. Malefic. rub. veſtem celeſtem nu.
15. vbi Auguſt. & Iul. Clar. eo. loco nu. 15.
refert deciſiones illius ſenatus alios adducit Maſtrill. dec. Sicil. 147. nu. 4. latè Scappa de iure non ſcripto lib. 5. cap. 150. &
cap. 154. vbi dicit hanc opinionem in praxi eſſe receptam, & opinio Bart. practicari
per totum mundum, ſic etiam teſtatur decitum Cataloniæ Peguera deciſ. 28. Farinacc. Cabal. & ceteri, quos probat Guazin. in tract. ad defenſam in prima defenſ.
cap. 16. nu. 1. & Farinac. vbi ſupra in principio

Digitized by Google

cipio Caſtill.deciſ.Sicil.158.nu.8. Petrus de Rauen.in eius alfabeto verbo fur, nam
6 furãs portando rem in alienam iuriſdictio nem illam prorogare videtur Mart. laud. inter conſ.crim.diuerſ.tom.1.conſ.61.n.9. ſubſequitur, non aliter locum eſſe remiſ-ſioni,vt bis iudicatum per S.C. refert Ca-pyc.dec.104.cum ſequuntur Foller.in pra xi crim.Rub. Audiantur exeuſatores num. 64.Franc.dec.681. Maſtrill.vbi ſup. Scap-pa d.cap.15. Anna ſing.438. Ceuall. pract. obſeruat. quæſt.318. alios cumulat Doct. ſic in Regno eſt expeditũ, vt Iudex capiẽs
7 puniat Capibl. de Baron. tom.2. cap.54. num.1.preterea. quia non per momentum ſteterat in Ciuitate ipſa, ſed vltra diem
8 quo caſu ibi rectè puniri poterat, vt poſt Ang. & Auguſt. vbi ſupra Martin. Laud. conſ.alleg.nu.8 Farinac.c.vbi ſupra no.57. Ex aduerſo autem dicebatur ipſum eſſe puniendum in loco delicti & non alibi ra-
9 tione contrectationis, per plures rationes contra Bart.fundat Auguſt.ad Angel.loco citato nu. 16.& alios Doct. tenentes con-tra Bart.refert cumulando Iul.Clar.d.§.fi. quæſt.38.ſub nu.15. ſequitur Maſtrill. vbi ſupra num.6. & Guazzin.vbi ſupra num.2. vltra Farinacc. loco relato nu.55. & Ce-uall.vbi ſupra Facchin.vbi ſupra,cum hac reſidet opinione,& iudicatũ refert Per. de Rauena vbi ſupra, præterea ex rationibus congeſtis per Alex. vbi ſupra.quod vnicũ
10 furtum cenſeri debeat, & vnicam actionẽ competere,nec aliter naſci nouã actionẽ ex contrectatione facta optimè ibi funda-tur ita Facch.& reliqui Doct.citati,vt ſup.
11 inſuper, quia furtus delictũ eſt principaliter ſecundum Io.And.in cap.2.de Conſt col.4. verſ.naſcatur, quem ſequuntur Bald. Socc. & Caſt.citati per Præſ. de Franc. deciſ.37.
12 ſub n. 1. & ſic magis dignus iudicandus erit vnde, ſuccedit regula quod magis di-gnum trahit ad ſe minus dignũ l. quæ re-ligioſis ff.de rei vend. cum alijs citatis per Barboſ.in opuſc. principia vtriuſque iur. lit.D.num.27.conſequenter erat remiſsio
13 concedenda. Vlterius delinquens in ali-quo loco, efficitur de foro illius iudicis coram quo delinquit, & poterit ipſum pu-nire,ſic Couar.pract.quæſt. cap.18.num.8. Cagnolin l. 1. in 2.p. gloſ.ff. de re iud. fir-mat Præſ.de Franc.deciſ.147.num.1. De-cian.in tract.crimin.tom.1.cap.22. nu.13. Cancer.var.reſol.tom.1. cap.13. num.73. & 74.ſuper addito etiam foro originis, & domicilij in caſu præmiſſo,quia erat vaxal lus, ſicut enim vaxallus Regis dicitur ho-
14 mo Regis Afflict.deciſ.307.num.2., ita vaxallus Baronis dicitur eius perſona, ta-
16 liter, quod ideò vaxallus æquiparatur li-berto: quia tenetur domino, ſicut liber-tus patrono, & plus inquit Frecc. de ſub-feud.lib.de origin.feud.num.4. de Ponte conſ.91.nu.17.volum.1. & vaxallus vicem domino reddere debet, quia ad inuicem obligantur Afflict.dec.265.num.1., qui-nimo ex his duobus videtur Barones plus iuris habere in vaxallum,tum ratione do-minij, cum etiam offenſionis ob delictum patratum in eius feudo, & ſic duo vincula
17 quæ magis ligant l.ſi non ſex ff.de hæred. inſt.cum alijs cumulatis per eundem Bar-boſ.d.opuſcul. lit.D. num.69., quonam caſu ipſe videtur præferri in cognoſcendo vaxallum delinquentem ex potioritate ſuorum iurium ad ſimilitudinem eius, qui
18 plures dignitates habet, & præſertim ho-nori vnam Iacob. Gallus conſ.29. nu.16. Demum Baro dicitur ordinarius Iudex
19 ſuorum vaxallorum Afflict. in conſt. dila-tiones num.40.Anna in rub.de vaxall. de-crep.etat.num.13.Borrell.de Magiſt.edict. lib.4. cap.8. num.24. Reg. de Ponte conſ. 105.num. 10.volum.2.& de poteſt.Proreg. tit.1.in principio num. 1., imo perpetuus Iudex ipſorum ex eodem Frecc.in 10. au-ctor.d.tract.ſubfeud.lib.2. probat Capibl. in prag.5.de Baron. num.149. vlt.compil. & ſucceſſiuè iuriſdictionem iure proprio
20 habere videtur Reg Lanar.conſ.5. num.3. & ſic in feudum, non in officium, vt inte-rius dicetur, ex quibus reſultare videba-tur iuriſdictionem dominorũ in vaxallos
21 eſſe naturalem,quia prouenit à Rege Maſt. deciſ.219. num.14. Ideo ordinaria dici-
22 tur naturalis Marta voto 171.num.3. Iu-riſdictionem autem acquiſitam alios Iudi-ces in vaxallos aliorum delinquentes in
23 eorũ Territorijs eſſe accidẽtalẽ dixit Mar ta vbi ſupra, quo fit, vt quemadmodum cauſa naturalis potentior ſit, quam acci-
24 dentalis l.qui habent ff.de tutel.cum alijs repertatis per eundem Barboſ.d.opuſcul. lit.C.num.15. meritò iuriſdictio Baronis præferenda veniret, & cõſequenter ei fa-cienda erit remiſſio ſui vaxalli, in caſu al-
25 legato,& cum hac opinione videtur aſſen-tire Bald.in cap.1.§. iniuria ſub num. 11. de pac. iur. firm. vbi ſimilem poſuit quæ-ſtionem, quam etiam ſequendo tradit Io. Bapt.Palomba in tract. de regim.official.
26 reg.1.num.16.& 17., Nec omittenda erit altera ponderatio iuriſdictionis con-ceſſa Baronibus,quæ eſt in feudum, vt per
27 Præſ.de Franc.deciſ.370. num.9.& deciſ. 510.nu.7.& ſic præſumitur conceſſa Reg.

de Ponte deciſ.1.num.9.& ſeq. & iuriſdictio
ſæpe eſt feudalis, licet nō ſit in fuedū con-
28 ceſſa Reg. Rouit conſ.56.nu.1. iuriſdictio
vero officialium eſt in officium conceſſa idē
Franc.vbi ſupra inter ipſas maxima verti-
tur differentia, ex eo quia iuriſdictio, quæ
eſt in feudum conceſſa reuocari nō poteſt,
ſecus tamen iuriſdictio in officium conceſſa
ita ex l.iudicium ſoluitur ff.de iud.& And.
refert Anna alleg.44.num.6.Franc.dec.722.
num.24.Iacob.Gall.conſ.125.nu.12. Reg.
de Ponte de poteſt.Proreg.tit.de elect.offi.
§.1.num.13.Roman.conſ.25.in principio
ſi enim non fieret remiſſio Baroni de ſuo
vaxallo in eius Terra delinquente, videre-
30 tur eius iuriſdictioni præiudicium fieri, &
reuocata iuriſdictio ſua, quæ reuocari non
31 poteſt, Rex enim non tollit iuriſdictionem
Baronis Anna in conſt. conſtitutionem nu.
201.nec Barones iuriſdictione, quem à Re-
ge habent priuari poſſunt Reg. de Ponte
conſ.53.num.14.volum.2. Poſtremò deue-
niendo ad declarationem dec.Capycij 104.
non eſt dubium, quin duo caſus ibi poſiti,
videantur paritatem continere, poſtquam
primus caſus cuiuidam furis vaxalli Comi-
tis Montellæ, capti in territorio Comitis
Noiæ videbatur vertere inter duos Baro-
32 nes quorum iuriſdictio erat æqualis, simili-
ter, & caſus alterius furis furtum in Ciuita-
te Neapol.committentis, & in Puteolanum
agrum contractantem, pariter verſari inter
regios officiales, & ſic æquales in iuriſdictio
ne, & pariter caſus relatus per Afflict. in
conſt. Capitaneum ſub num. 12. et 2. de
committente maleficium Neap.& vadit ad
Capuam, remiſſioni locus ſit nam ambe ſūt
Ciuitates Regię, in caſu de quo agebatur
erat caſus mixtus de vaxallo Baronis delin
quente in proprio territorio furādo iumē-
ta, illaque contractādo in territorium Mo-
nopolitanum, & ſic in terra officialis Regij
maxima oriebatur differētia, tamē, quia iu-
riſdictio erat inequalis, quia iuriſdictio d.
Illuſt.Marchioniſſæ erat in feudum, & iuriſ-
dictio Officialium Monopolit. erāt in offi-
cium, tum etiam quia, ſi benè in dubio
33 iuriſdictio, videatur conceſſa cumulatiuè,
non priuatiuè Anna alleg.52.nu.83. Gram.
deciſ.30.num.1.idem Anna ſing.634.Maur.
iun.alleg.72.nu.1.Borzell.de magiſt. edict.
lib.4.cap.8.num.9.& 10. Reg. de Ponte de
poteſt.Proreg.tit.de Abund.Ciuit.§.1.num.
20.Gram.deciſ.30. num.12.idem Reg.deciſ.
16.num.18.Gram.voto 28.num.6.Capibl. in
pragm.1.num.219.de Baron.in 2.compil.&
in 3.compil.num.345.Cabed.deciſ.13. nu.3.
34 par.2., & conſequenter locus, erat præuē-
tioni inter pares iuriſdictionem habentes
in delinquentem Præſ.de Franc. deciſ. 147.
num.5.Iacob.Gall.conſ.125. num.3. Gram.
deciſ.30.num.7 Capibl.in pragm.8. p.1. nu.
222.& ſeq.de Baron. in 2.compil. & in vlt.
compil.in 2.p.nu.69 Boer.in Conſuet.Bri-
tauenſ tit.2.§.3.nu.1.Sebaſt.Guazin.in tract.
ad defenſam reorum defenſ.1.cap.10.nu.6.
35 ita quod locus non erat remiſſioni, obſtan-
te præuentione in terminis cōcludit Frāc.
dec.88.nu.5. de Iudice domicilij, & originis
præueniente, & Iudex delicti nullo modo
prætēdere poterat remiſſionem, quia iuriſ-
36 dictio præuenta potior eſt dixit idem Frāc.
deciſ.582 nu.4. & in præuentionibus Iudex
37 realiter præueniens præfertur Gram.conſ.
crim.28.num.12. & excludit iuriſdictionem
38 aliorum iudicum Maſtrill.deciſ.3?9 nu.39.
& deciſ.210. num.3. in Barone, vt in ſecus
39 erit, poſtquam ipſi habent iuriſdictionem
priuatiuam, quò ad Regem, ſiuè habeant ex
priuilegio Abb.in cap.cæterum num.7.Spe-
cialiter num.5.Felin.num.9. 6. limitat de iudic.
quos ſequitur Anna iunior in addit.ad eius
patrem ſing.631. vltra eos Reg. Linar.conſ.
52.num.8 Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.
tit.de elect.offic.§.1.num.21. & melius dec.
40 33.num.13., & ex præſcriptione Felin.vbi
ſupra num.11.Anchar.in cap.1. num.5. de
præſcript. Abb.in aud. tis eo.tit quos ſequi-
41 tur ibi Anna, & conſequenter. Rex, licet
concurrat cum quolibet ordinario in iuriſ-
dictione Gram d.deciſ.30. nu.10. Auendan.
de exequen.mand.par.cap.5.num.3. non
42 poſſet ſe intromictere in primis cauſis va-
xallorum Baronis ſecundum Bald.in l.1. q.
43 col. de rer. diuiſ. Alber Brun.Curt.Natt.
quos ibi probat Anna, vltra eum Reg.Li-
nar.conſ.52.nu.5. non enim poterit Prin-
ceps cōcurrere in iuriſdictione cum vaxal-
lo in primis cauſis dum quis eſt inueſtitus
de feudo Gram.deciſ.30.num.11. nec po-
terit amplius ſe intromictere in cauſis corū
vaxallorum optimè Mut. dec. Sicil.19. nu.
13.& 17. latè Roman.vbi ſupra num.7. Ant.
de Ballis in tract.crim.lib.3.de liter.diſpen-
ſat.præmiſs.8.num.3. Aueud.d.lib.1. cap.19.
43 num.1. diuerſa enim ratio eſſet, quando in-
ter pares Iudices eſſet, & quando inter diſ-
pares, pbatur optimè in l.2.C.vbi de cauſa
ſtatus, neque obſtant allegate deciſiones
Capycij adducte, quia in facti ſeriè ab eo
44 adebatur, quod in vno caſu demane fuerat
furtum commiſſum, & de ſero in alium ter-
ritorium fur ſe contulerat, & ſimiliter in
altero caſu apparebat eodem die furtum
45 Neapol.commiſſum, & eodem die in Puteo-
lanam Ciuitatem contractatum, & non mi-

rum

rum ſi in loco contrectationis puniri non debeat, vt opinantur Auguſt. ad Angel. vt ſupra Marſil.conſ.136.n.15.Boer.d.dec. 13.num.6.7.quos probat Lazar. in tract. de momento tempor.cap.31.num.19. Guazin. vbi ſupra num. 5. debebat enim per totum diem continuum ibi morari, vt d.ctum eſt
46 ſupra, adeò quod ſi fur tranſierit cū re furata, ſi non ſteterit non diceretur contractas ſe nouum furtum ex Caball.reſol.crim.caſu 263.firmat Capibl.d.cap.54.num.6. ad hoc, vt Iudex loci contrectationis redderetur competens, vt in facto oſtēdebatur expreſſum nam hoc non poterat præiudicium afferre domino vtili delinquentis, & etiam ratione delicti, & propterea cum nouiſſimè
47 idem caſus accidiſſet in cauſa cuiuſdam vaxalli Illuſtr. Principis Conchæ, qui furtum patrauerat in Terra Morroni, & ſe contulerat in Ciuitatem Neapolitanā, licet fuiſſet denegata remiſſio per M.C. fuit tandem per S.C. cauſa remiſſa prædicto Illuſt. Princip. vt refert Præſ.de Franc.d.deciſ.681. vbi cenſuit ideo remiſſam fuiſſe quia in proceſſu de contrectatione non apparebat eum, ſequitur Guazin.in fine loci citati, & nouiſſimè præfatus Capibl.d.c.54.nu.4. quamquam in caſu, vt ſupra præmiſſo ſatis erat aduertendum pro cōſeruatione priuilegiorū Baronis, vnde Follen optimè caſum in terminis ponens d. Rub. audiantur excuſatores ſub num.64 verſ.putarem prædicta, vbi quærendo dixit, quod ſi dominus loci
48 vbi eſſet commiſſum furtum haberet priuilegium cognoſcendi de delictis alibi commiſſis, cum clauſula annullatiua, & abdicatiua, nam poterit cognoſcere, etiam ſi delictum alibi patraretur, quanto magis, quando delictum committeretur in ſuo territorio, licet alibi contractetur, allegando prag. licet, vt vniuerſis, & in hanc partem inclinare videtur, licet cogitandum relinquat quem ſequitur Capibl.in d. prag.8. nu.236. in 2.compil. & num.134. p.2. in 3.compilat. & ponderando verba priuilegij, vt ſupra relata, comperitur etiam huic opinioni ad hæredum eſſe pro deciſione allegatæ cauſæ & hoc idem confirmat prædictus Capibl. d. prag.8.in 2.compil.nu.224. & in 3. compil.
49 p.2.num.69.& ſeq.vbi cenſuit quoties Barones vigore ſuorum priuilegiorum requiſitiones ſimiles peterent, maximè vbi eſſet iu-
50 riſdictio abdicatiuè conceſſa ab alijs, vt ſūt omnes ferè inueſtituræ, quæ per dicta verba, vel æquipollentia conceditur iuriſdictio priuatiuè, quod ipſi ſoli cognoſcant de cauſis ſuorum vaxallorum, vel per ſimilia verba tunc abdicatiuè, & priuatiuè præſumere

tur facta conceſſio ex Gram.d.dec.30. Frāc. deciſ.458, & ſubdit tunc oſtenſis, ac præſen-
51 tatis priuilegijs per Barones, tenetur ſuperioris remittere cauſam, ſiuè ciuilem, ſiuè criminalem, etiam ſi præuenerint in cauſis quod expreſsè in ſupradicta particula priuilegij enuntiatur, & fortius dum ſpecificè priuilegium haberet cognoſcendi de delictis commiſsis extra territorium, imo abſq; tali particulari poteſtate de iure cognoſcere, non prohibetur dominus, & propterea reus remittendus erat ad Iudicem domicili
52 de delictis extra territorium commiſsis, vt deciſum retulit Præſ.de Franc.deciſ.66. at cum in caſu allegato non fuiſſent intermino alia requiſita probata, elapſo termino ad vlteriora proceſſum fuit, & per meum ſucceſſorem reus ad triremes damnatus de menſe Nouembris 1625. ſed poſtmodum reperi quæſtionem hanc intermiſſis examinatam per Marc.Mantuam Apoptegm. iuris 103 p.2. aliquis fecit furtum, & concludit eſſe locum remiſsioni, requiſito tamen remittente quam etiam attingit Godiſa Bauo in tract.Reatuum q.16.num.15. contrarium probantem, in hac igitur ambiguitate ſi remiſsioni locus erit ad Baronem dominum furis reperti in alieno territorio, dico d. quæſtionem, licet dependere videatur ab
53 illa cōcluſione tradita per ſcribentes ſi fur puniri debeat in loco vbi deprehenſus eſſet cum re furtiua ratione contrectationis, & affirmatiuam partem ſequutus eſt Bart. in l.ſi dominium ff. de furt.cum alijs ſequacibus relatis à Farinacc.in eius praxi q.7.nu. 7.& 154.& melius in tit.de furtis quæſt.174. p.1.num.54. vltra alios relatos à Muta in pragm.Sicil.tit.47.num.20. fuerunt tamen alij in contraria opinione cuius auctor fuit Bal.conſ.152.lib.5. cum alijs relatis ibidem à Farinacc.num.55.& Muta ibi eſſe rens communem opinionem eſſe contra Bartol. quam limitat ibi Farinacc.nu.36. non procedere in fure reperto cum re furata ſi iuriſdictionem prorogauerit ex Aug.ad Ang. verbo veſtem celeſtem num.15. ſed hoc benè procederet reſpectu ſui, non tamen reſpectu eius domini, quærere, & ſi iuſta puniri videatur per Iudicem loci contractationis benè procederet, ſi nō adeſſet petens remiſſionem illius furis, qui nedum ratione originis, vel domicilij competens eſt, ſed etiam ratione delicti ibi commiſsi ob quod iniuria affici videatur auth. ſi qua in prouincia C. vbi de crim. agi oport. & ſic videtur ei ſummum ius ſuffragari, quam illius Iudicis vbi res contractata eſt, quæ eſt acceſſoria ad furtum, ſicq; punit 30. contrecta-

trectationem ſolã, plenius puniri potuiſſet, quia iniuria non erat affectus ob tale furtum, quamquam in hac ſola contrectatione dicat Muta nonnullos fures condemnatos fuiſſe ad triremes, vel ad deſterrum miſſos, videtur tñ tales penas inuicẽ cõtrariari tam ob ſuperfluitatem miſſionis ad triremes, vti exceſſiuam, pro contrectatione quã ob diſterrũ: quia non videtur plenè punitos fuiſſe, dum ab eorum patria non dimictuntur, ſeu vbi furtum commiſerint; imo diſcuſſo articulo pro vtraque parte à Farinacc. d. quæſt. 7. num. 7. limit. 4. concludit tales reus eſſe in priſtinam libertatem dimictendos ex Boer. deciſ. 218. Facchin. lib. 9. c. 19. controu. iur. quos probat Maſull. ad Capyc. d. dec. 104. in principio ex quo videtur concludendum non rectè puniri poſſe in loco cõtrectationis, ſed verius remictendos eſſe ad locum delicti patrati, vbi pena condigna ipſi rei pro furtis ibi commiſſis puniri poſſint, eo amplius quando de vaxallo Baronis commictente furto in eo loco, & alibi cõtractauerit agerent, vt ſit locus remiſſioni, ꝓbatur apertè in pragm. 1. vbi de delict. quis conuen. deb. ibi in principio, quod ſi quando contingat quoſcumque criminis, & delicti reos in vnius Baronis Ciuitatis Terræ, vel Caſtri territorio pertinentes, & deſtrictu, ſeu in vna Regni Prouintia delinquere, ad alterius Baronis Ciuitatis Terre, vel Ca territorium pertinentium, & diſtrictuum, ſeu ad aliam eiuſdem Regni Prouintiam fugientes proficſcantur &c. & hoc nedum vt ſit ſolatium offenſis in eodem loco l. capitalium §. famoſos ff. de penatem. quia facilius ibi probationes fiunt in loco delicti §. hæc conſiderantes authẽ. vt omnes obed. iud. prouint. vt probat Scagl. in ritu 46. num. 5. ſed etiam ne Barones ſuis iuribus à Rege conceſſis priuentur, in quo ſatis erit cogitandum ſi caſus contingeret benè verum eſt, prout percepi ab Anello Sportello ſcriba Fiſcali in banca Tattaglie in contingenti caſu cuiuſd furiſã bouum vaxalli certi Baronis quorum nomina ob rei antiquitatem ingnotabat, fuiſſe d. furem Neapol. captum cum bobus furto ſubtractis à loco ſui domicilij, & non obſtante remiſſione petita per eius Baronem fuiſſe ad triremes condemnatum, & amplius credo hoc proceſſiſſe vigore delegationis factę iudicibus M. C. V. procedendi contra fures iuxta pragm. 5. de furtis, & in hoc difficultáti tenitur nouiſſimè in M. C. ac Coll. Conſil. ſi in furto contrectato Neap. poſsit procedi vigore delegationis, licet negandum videatur cum d. pragmatica, quod ex Bart. & alijs probat Farinacc. de furtis qu. 174. num. 18. quod quando in loco cõtractationis adeſſet ſtatutum, quod pro vno furto quis furca ſuſpenderetur, tunc enim cõtrectans pena ſtatuti puniri non debet pro furto alibi facta Ang. de malef. ver. veſtem cęleſtẽ num. 16. Fulg. & Bonif. ibi relati, attamen erit in hoc aduertẽdum, quia hæc pragmatica directa eſt iudicibus principaliter; & ſic quando ſtatutũ dicit, quod ſi Iudex deprehendit aliquem furtum facere, puniatur tali pena, tunc licet Iudex non reperiret cum infraganti crimine, ſed poſt furtũ conſumatum, verificabitur ſtatutum, quia Iudex dicitur deprehendere conuincendo, ſine dubio hoc procedit, quando ſtatutum loquitur in Iudice, qui Iudex non poteſt deprehendere niſi peractum Iudicialem in cognitione criminum, ita Pet. de Rauena in dict. ſ not. ib. extrauag. incip. ſi ſtatutum dicit, quod ſi Iudex f. 135. & non eſt dubiũ quin res furata reperta penes aliquem faciat inditium ad torturam l. in ciuilem C. de furtis cum alijs apud Farin. de indit. q. 37. num. 48. & pariter conuictus dicitur, qui indicijs indubitatis inquiritur idem in tract. de reo conuicto q. 81. num. 1. & ex hoc videtur huiuſmodi contra furem procedi inuentum cum re furtiua contrectata, ne detur occaſio furandi, nam malitijs hominum erit occurrendum, fures enim ſi non aſpre punirentur etiam in loco contrectationis aperiretur via delinquendi, & ſemper furando alibi bona contractauerint, à quo ſi fuerint immunes furta quotidie excreſcerent, quare iuſtum erit eos ſẽper puniri, dum certi ſunt furta commiſſa neque obſtat doctrina Farinacc. ſupra citata, quia ibi ipſe met fatetur contrarium eſſe verum, & ſic fuit admiſſa appellatio per d. Collat.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium de non ſoluendo gabellam marito competens, communicatur eius vxori.*
2 *Immunitas conceſſa venditoribus fructuũ competit. etiam emptoribus.*
3 *Emptor & venditor ſunt corelatiua, & num. 5.*
4 *Statutum dictans ſolui debere Gabellam à debitore, etiã à creditore exigenda.*
6 *Debitor, & creditor ſunt corelatiua.*
7 *Deciſio R. C. S. producitur at Collat. Conſ. aduerſus emptores, & venditores*

croci

croci extracti, ſi lite pendente immunitatis fiſco debeatur ius pene.

8 *Filij in vtero exiſtentes comparantur, iam natis, & patri prodeunt deciſio, affertur.*

9 *Tex in l.2.§.qui autem ff.de excuſ.tutor. conciliatur.*

10 *Nemo ex cento viuit, ſicut lupus.*

11 *Tex.in l.in bello ff.de excuſat.tutor.ponderatur.*

12 *Filij mortui in bello proſunt patri, quoad tutelam.*

13 *Procreare filios eſt donum Dei.*

14 *Pater qui filios habet præfertur, non habenti.*

15 *Pater ob numerum filiorum, priuilegio immunitatis potitur.*

16 *Conditio ſufficit quod extet tempore conceſſionis.*

17 *Immunitas patri conceſſa ob numerum filiorum viuentium, vno ipſorum mortuo ſubſtinetur.*

18 *Infans debet triennio à matre lactari.*

19 *Mater quãdo tenetur, dare filium lactãdum nutricibus.*

20 *Puer, & animal quouſque lactatur, eſt vnum corpus cum matre.*

21 *Penſio, non debetur pro puero nato in naui.*

22 *Lac præſtare modica eſt impenſa.*

23 *Immunitatis materia ſtrictè eſt tractanda, nec extendenda.*

24 *Immunitatis priuilegium, erit reſtringẽdum ob publicam vtilitatem.*

25 *Priuilegium legitimandi, non extenditur ad infantes.*

26 *Pactum factum, cum fornario coquendi panem pro ſe, & familia ſi poſtea filij alij naſcantur, ob quod familia excreuerit, an ſubſtineri debeat.*

27 *Deciſio R. C. in beneficium credenzerij artis Serici, vt comprehendatur in Capit.conceſſo eidem Curiæ, circa diuiſionem intereeptorum.*

28 *Immunitas alicui conceſſa, ad certam quantitatem, ſi inde immunis plus comederet, an debeat augeri.*

29 *Immunitatis cauſa ad Regem pertinet, & conſequenter ad R.C.S.*

ARGVMENTVM.

Conuentio facta de immunitate conceſſa inter immunem, & affictatorem gabellæ, dandi certum quid pro illa, ſi filius inde naſcantur, an erit ſolutio certi dandi augenda.

Aufer à me opprobrum, & contemptum: quia teſtimonia tua exquiſiui.

VOTVM. XCIV.

EXorta fuit contrauerſia inter Hieronymum Palermum militẽ intertenitum existentem in Caſtro Ciuitatis Monopolitanæ, ibi ſalarium aſſignatum ordine Suæ Eccell. cum affictatoribus gabellæ farinæ ex cauſa immnitatis ſibi debite, adeo quod cum ipſe miles ſe concordauerat, cum dictis affictatoribus pro certa ſumma frumenti molendi, inſpecto numero perſonarum hoc eſt ipſius, vxoris de qua non dubirabatur, quoniam priuilegium de non ſoluẽdo gabellam mariro competens cõmunicatur eius vxori Raynoſ.obſer.3. nu. 6.ex correlatiuitate, ſicuti immunitas cõceſſa, vt quis poſſit abſque gabella vendere fructus cõpetit et à emptoribus Anch. q.57.num 12.p.2.empror, & venditor ſunt correllatiua Anna in conſt. conſtitutionẽ
3 nu.256.cuius correlatiuitatis eſt natura, vt diſpoſitum in vno cenſeatur diſpoſitũ in alio latè Euerar. in ſua Topica loco à correllar.& hac ratione perpenſa concludit Facchin.controuerſ. iur.lib.11.cap.58. quod ſtante ſtatuto, quod de quolibet inſtrumento debiti ſoluatur gabella ſoluenda erit tam à debitore, quæ à creditore, ſi-
5 cuti ſoluitur tam ab emptore, quã à venditore, & de eodem prolixius agit Auditor Imbrianus lib, vnico prætermiſſorum cap.
6 10.annuens nu.6. debitorem, & creditorem eſſe correllatiua, hinc ad propoſitum alias in facto eu-nir diſceptari in R. S. C.
7 præteritis annis, ex quo ius Duanæ pro croco numquam fuerat exactum, & cum fuiſſet in dubium reuocatum per Arrendarores, licet fuiſſet per eadem R. C. decretũ, quod litè pendente non exigeretur habito inde recurſu per R. Fiſcum in Colla.Conſ. ſub die 19.Nouemb.1569.fuit deciſum, quod Fiſcus lite pendente manuteneretur in poſſeſſione exactionis iuris Duanæ, & terminus in cauſa, & expeditis prouiſionibus pro parre Arrendatorum inſtatum fuerat, vt emptores ſoluerent dirictus Duanæ, tam pro ipſis quã ꝑ vẽditoribus, cummodo ambo eſſent exteri à

die

Digitized by Google

die decreti, fuit pro parte Mercatorum
inſtatum, quod à d. die non fuerunt con-
tracti crocei, vnde fuit decretum per d. R.
Duanã, quod caperetur informatio infra
dies octo de crocis extractis &c. & dum
fuiſſet appellatum ad eamdem R. C. fuit
deciſum, quod pro croco contracto, & ex-
tracto, & daretur liſta venditorum, pro
eroco contracto, & non extracto ſoluerẽt
extrahentes pro emptore, & venditore, ſi
ſunt exteri, & ſubditi, ſaluis iuribus recupe
randi à venditoribus, & hoc in cauſa Ciui
tatis Aquilæ, cum Arrendatoribus) & deue
niendo, vnde digreſſi ſumus talem immuni
tatem conceſſam, vno cenſeri debere nedũ
conceſſam vxori, ſed etiam famulis, & cõ-
ductoribus, vt ſubdit ibidem Anch. & ſic
etiam Ancillæ: poſtmodum cũ eius vxor
filiam peperijſſet conuenimus, fecerat d. Affi-
ctatores ad ſupplendum ſummam ipſam
8 pro d. franchitia, ex onere alterius filiæ na
tæ, quæ non aderat tempore conuentionis
pro parte d. Hieronymi dicebatur, quod
ſicuti filij in vtero exiſtentes comparan-
tur iam natis, & conſequenter patri pro-
deſſe, ad quod dixit facere tex. in l. 2. §. qui
9 autem ff. de excuſat. tit. quod neque in præ-
ſenti quæſtione, neque in reliquis ciuilibus
muneribus prodeſt patri vbi Gloſ. in ver-
bo in multis dixit, hoc procedere, quoties
de eius commodis agatur per iura ab ea
relata, cæterum quoad commodum patris
ſecus eſſe ſecundum Bald. ibi, ſed quando
eſſent nati prodeſſent patri in multis ca-
ſibus relatis à Gloſ. ibi verſ. in reliquis, ni-
hilominus fuit contrarium deciſum in ſe-
natu Mediolani, ſcilicet, vt pater duodc-
cim filiorum gaudeat immunitate ob eam
cauſam cõceſſam, etiam vno ipſorum exi-
ſtente in vtero, vt refert Paul. Bellon. in
tract. de poteſt. eorum, quæ incontin. fiũt
lib. 2. c. 28. ſic dicendum erat in caſu præ-
dicto, eo magis, quia occaſione dictæ filiæ
nutricem habere cogebatur, & commede-
10 dere neceſſe erat, quia nemo ex vento vi-
uit, ſicut lupus dixit Gloſ. in l. fin. C. de ali-
ment. pupill. præſt. in fine, adducebatur etiã
11 tex. in l. in bello ff. de excuſ. tutor. vbi dici
tur, quod filij occiſi in bello computantur
in numero liberorum, qui excuſant patrẽ
12 à tutela, & ibi ſubdit tex. eos ſolos, qui in
acie amictuntur prodeſſe debere cuiuſcũ-
que ſexus, vel ætatis ſunt, hij enim pro re-
publica ceciderunt, quinimo viuere dice-
rentur §. & conſtat inſt. de excuſat. tut. vbi
gloſ. verſ. per gloriam ſequitur Pereyr. de-
ciſ. Luſit. 59. num. 4. Cabed. deciſ. Luſit. 147.
num. 2. & 4. p. 1. & proſunt ad excuſationẽ
patris ad tutelam Franc. deciſ. 532. num.
2. & 3., & ſic non fit diſtinctio inter æta-
tes filiorum, ſiuè ſint minores, ſiuè maio-
13 res. Viterius patres, qui filios generant
non eſt dubium, quin ſpeciali Dei gratia
gignunt, nam procreare filios donum dei
eſt Affiict. in Conſt. Monarchiam num. 11.
14 & ideo pater, qui filios habet præfertur
non habenti latius Caſſan. in Catal. Glor.
Mundi p. 11. conſiderat. 12. Pet. de Rauen.
in ſuis dictis notab. extrauag. f. 153. verſ.
Nota vnum caſum, imo immunitatis pri-
15 uilegio potitur de iure, pater ob numerũ
filiorum ad tex. in l. ſi quis decurio C. de
Decurion. lib. 10. vbi Doct. latè Theſaur.
deciſ. 267. vbi tradit à quibus muneribus
immunis redditur pater latè Borgn. deciſ.
14. num. 19. p. 3. Franc. dec. 259. nu. 1. Scap-
pa de iure non ſcripto lib. 2. cap. 42. & in
hac immunitate concedenda, vel conceſſa
non attenditur qualitas, ætatis filiorum,
aut ſint minores, vel maiores, ſufficiẽs erit
16 ſi tempore conceſſionis viuant, quoniam
tunc ſufficiet ſe nel extitiſſe conditionem
probat Theſaur. d. deciſ. 267. num. 8. vbi in
fine ex Rolan. conſ. 52. num. 6 volu. 2. cen-
ſuit non ſufficere eſſe filium in vtero, & ibi
additio plures adduxit, ergo dũ eſſet na-
tus, licet minor ſufficeret, imo eo inde
17 mortuo, vt iudicatum refert Bombin. qu.
8. quidam Romanus. Ex aduerſo Affict-
tores replicando plura in iure deducebãt
iura, primo, quia per iuris diſpoſitionem
18 cautum eſt infantem minorem triennio
apud matrem educari debere l. pen. C. de
pat. poteſt. Gloſ. in l. verb., & ex tempore
ff. vbi pupill. educ. deb. etenim mater tene-
tur filium, per triennium lactare latè Surd.
dus in tract. de Aliment. tit. 1. quæſt. 14.,
neque ratio habẽda erat de nutrice poſt-
19 quam hoc procederet in magnatis, quorũ
feminæ, non aſtringuntur lactare, ſed filios
nutricibus dare, vt probat idem Surd. in
tract. tit. 7. q. 13. vbi alia impedimenta po-
ſuit poſt cum Molſ. ſ. in Conſuet. Neapol.
p. 5. quæſt. 11. num. 8., at cum ipſa vxor
lactare tenebatur, ſubſequitur quod puer
20 ſeu agnus quouſque lactatur cenſeri vnũ
corpus cum matre punctualiter oſtendit
Anna Iunior conſ. 64. n. 9., quæ cum eſſet
mater in conuentione poſita nulla ratio
haberi potuerat de filia annicula, quia vnũ
corpus reputatur arg. tex. in l. vaccæ vbi
Gloſ. ff. de euict., ad idem optimè facere
videtur tex. in l. ſed addes §. ſi quis mulie-
rem ff. loc. vbi habetur, quod infante nato
21 in naui, penſio de eo non debetur vbi tex.
reddendo rationem dicit, quod neque ve-
ctura

ſtura eius magna ſit vbi Gloſ. ſubdit
quod de paruis impenſis non eſt curandũ,
quod etiam conuenit rationibus conuen-
torum applicari, ſic lac præſtare modica
eſt impenſa Surd. d. quæſt. 14. num. 2. Rur-
ſus Præſ. de Franc. deciſ. 259. num. 3. dixit
23 materiam immunitatis ſtrictè eſſe tractã-
dam, nec propterea extendendam, ſequi-
tur Theſaur. deciſ. 106. num. 7. Maſtrill. de-
ciſ. 156. num. 5. & 30. Reg. Lanar. conſ. 76.
num. 24. & conſ. 65. num. 27. dixit quod im-
munitatis priuilegium eſt reſtringendum
24 propter propter publcam vtilitatem, hinc
eſt quo priuilegium legitimandi, non ex-
25 tẽditur ad infantes, niſi expreſsè cautum
ſit ita ex Curt. comprobat Vrſill. dec. 128.
ſub num. 3., & in ſumma, per ea quæ in
26 ſimili concludit de furnario Cepoll. in
tract. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 50. nu. 5.
quem ſequuti ſunt Boer. dec. 213. num. 11.
Tiraq. de retract. lignag. §. 34. Gloſ. 1. nu. 5.
Paris ante eos de Reinteg. feud. cap. inci-
pient. quæro vaxallus num. 3. Segura in
repet. l. vnum ex familia §. ſed ſi fundum
col. 6. verſ. ſecundo vero caſu ff. de leg. 2.
Nouell. reg. 5. Gratian. deciſ. Marchiæ 87.
num. 10. Theſaur. deciſ. 226. num. 3. Fonta-
nell. de pact. nupt. clauſ. 4. num. 18. p. 1. nu.
517. Barbob. in tract. de filijsfamil. quæſt.
2. num. 29. & ſeq Carrocc. dec. 71. num. 2.
quos probaui ſupra in voto 43. Muta in
pragm. Sicil. rit. 55. num. 31. & in cap. 31.
Regis Ioannis num. 43. & ſequen. tom. 6.
Tiraquell. de Retractu conſanguin. §.
34. gloſ. 1. num. 4., quod ſi pater famil. fe-
cerit actũ coquendi panem pro ſe, & fami-
lia, ſi inde natis alijs filijs excreuerit fami-
lia dixit, vt nõ teneatur ad pacti obſeruã-
tiam amplius, ex quo facilè determinari
videbatur altercatio deducta, cui etiam
conuenit altera quæſtio ibidem relata à
Cepoll. num. 19., quod ſi aliquis dederit
prædium alicui Monaſterio, vt perpetuò
molere deberet ſibi, & filijs ſuis granum
ad molendum ad molendinum ſuum, &
poſtea liberi ſuper vigerunt, citando alias
ſimiles quæſtiones, ſub diſtinctione cõcor-
dando omnes opiniones præſertim ſub
n. 22. verſ. quarto caſu principali dixit, quod
quando eſſet facta promiſſio ſub nomine
indefinito, puta promiſit fornarius mihi,
& filijs meis, quod tunc cenſeatur tacitè
actum de filijs, qui reperiuntur tempore
contractus, quia de futuris in dubio non
videtur actum, per iura ab eo relata idem
ſequutus eſt Io. Baptiſt. de Barbobus in d.
tract. de filijs famil. q. 1. n. 28. ſecus autẽ ſi
ſub nomine collectiuo, vnde ex hac præci-
pua ratione & alijs fuit decifum per S. C.
27 in beneficium Io. Lucæ Prouenzalis credẽ-
zeri Artis Sericæ cum eius Cõſulibus, quod
capitulum officialibus Curiæ alias con-
ceſſum, vt intercepta inter eos diuideren-
tur locum habeat, etiam in d. Credenze-
rio illinc ad certos annos creato, & inter
officiales conſtituto pro officiali habito,
licet ſuper addito, vt dixi in 3. p. Dec. Re-
gni verbo Credenzerius, quod adeò verũ
quod ſi ipſe actor, vel aliquis ex eius fami-
lia plus commederet, quam alius ipſorum
nec ſufficeret, non teneretur Gabellarius
per ea quæ idem Cepoll. in d. tract. tit. de
ſeruit. Aqued. col. 3. verſ. 3. principaliter,
28 quæro, quod qui teneretur ad expenſas ali-
mentorum tenetur viriliter illas imper-
tire, ita quod vnus non plus habeat, quam
alius, & refert caſum occurſum Bononiæ
eumque ſequutus eſt Io. Lecirier in tract.
de primogenit. lib. 3. q. 3. col. 5. Verum, quia
29 talium immunitatum cauſas ſpectare ad
Reg. dixit Bar. in l. vacuatis C. de decu. lib.
10 quem ſequitur Io. Bapt. Palom. in tract.
de Regimen. offic. reg. 1. num. 31. ſed hodie
ad quem etiam immunitatis cõceſſio ſpe-
ctat Caſan. in Catal. Glor. mundi p. 5. con-
ſid. 24. priuil. 39. & 40. ad Regiam Camerã
Summariæ diſpoſitum putet in pragm. 62.
de offic. procur. Cæſar. Duxi propterea de-
cernendum eſſe ipſem adeũdam, & nil in-
terea inuouari franchitiæ enim interpetra
tio pertinent ad Principem concedentem
inquit Crauet. conſ. 259. num. 11.

S V M M A R I V M.

1 *Communio parit diſcordiam.*
2 *Diuiſio inducta fuit, ad ſedandas diſcor-
dias.*
3 *Diuiſio, non ita cadit in domo, ſicut in
pecunia.*
4 *Diuiſio fundi fit facilius, quam domus,
& ratio affertur.*
5 *Diuiſio domus qualiter fiat.*
6 *Domus indiuiſibilis, qualiter diuidi de-
beat.*
7 *Tex. in l. ſi vſusfructus in fine ff. de iur.
doti diſcutitur, & tex. in l. cum in fundo
§. ſi fundus ff. eo.*
8 *Aſſignatio rei indiuiſibilis fit vni, et inde
alijs ſuppleat in pretio.*
9 *Bona ſtabilia pro rata poſſunt creditori-
bus ablegari.*
10 *Creditor, quando poſſit prouocare ſocios
ad diuiſionem.*
11 *Creditor oblato pretio, pluſquam emptor
obtulerat, totum prædium conſequetur.*

12 *Bona*

12 *Bona debitoris indiuiſa, poterint vendi ſub haſta & tunc fieret adiudicatio, ſi commodè vendi non poteſt.*

13 *Aeſtimatio fit ob indiuiduitatem rei.*

14 *Aeſtimatio domus indiuiſibilis, qualiter fiat.*

15 *Aeſtimatio in diuiſione domus, non ex redditibus, ſed conſiderata materia, & forma, ac alijs circumſtantijs fit.*

16 *Creditor, an poſſit vendi facere rem magni valoris pro modico debito, & deciſio S.C. affertur.*

17 *Deciſio S. C. producitur in aſſignatione facienda creditori, ne tota domus detur.*

18 *Aſſignatio alicuius partis domus indiuiſibilis fit præuia æſtimatione.*

19 *Aeſtimatio rerum, debet præcedere earum diuiſionem.*

ARGVMENTVM.

Diuiſio domus de per ſe indiuiſibilis, qualiter ſuccurrendum erit conſocio diuidere volenti, pro eius parte, & quid in creditore petente partem domus indiuiſibilis, & magni valoris ſibi adiudicari præuio appretio.

In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi.

VOTVM XCV.

VVlgata eſt in iure regula illa, quod communio ſolet parere, & excitare diſcordias, & proindè nemo perſiſtere cogitur in
1 communione ad tex. in l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de condic. in deb. cum alijs iuribus adductis per Barboſ. in ſuo opuſc. Principi. iur. lit. C num. 27. idcirco ad ſedandas
2 diſcordias quas communio ſolet importare, diuiſio fuit inducta Borgn. in dec. 46. p. 1. At cum fuiſſet deducta in iudicio cōtrouerſia per Ioanem de Natolà de Ciſternino, q. habebat quandam partem domus communis ex dotę ſuæ vxoris, cum altero ſuo Cognato Antonello de Accinno ſimiliter poſſeſſore ex dotæ ſuæ vxoris, & non poterant ita pacificè poſſidère, inſteterat ad euitandū euitāda prædictus Ioannes, vt ſibi de opor-
3 tuno remedio prouideretur, iam quod domus, non poterat diuiſionem pati, diuiſio enim non ita commodè cadit in domo, vt in pecunia dixit Amatus dec. Ancon. 30. n. 17. hinc dixit Caſt. in l. ſi quis num. 5. ff. commū. diuid. quod diuiſio fundi ſit facilius, quam
4 domus, quia fundi fieri poteſt ſola deſtinatione verbali, ſed domus non niſi parieti intermedio; & licet domus diuiſio per ſolaria admitti videatur, tunc ſolarium loco parietis haberetur, inquit Borg. decil. Firma 19. num. 62. p. 2. vbi num. 54. & 61. probat
5 diuiſionem factam per ſolaria, & manſiones partem vnam ſeperat ab alia, & pro diuiſio habetur, & qualibet pars facta eſt vna domus Pyrr. Englebertn. in Conſuet. Aurel tit. 11. cap. 24. Gloſ. r. docet huiuſmodi eſſe faciendam diuiſionem domus, hoc ſanè procederet, quando commodā diuiſionem contineret vt euitentur ſcandala, cæterum vbi
6 eſſet indiuiſibilis aliter erat occurrendū, & ad hoc reſpondet Valaſc. in ſua praxi parti. & collac. cap. 21. num. 15. quod iſto caſu res indiuiſibilis locetur, & penſiones diuidantur per tex in l. communi §. cum de vſufructu ff. communi diuid. ex Gomeſ. & Zuares
7 locis ſibi allegatis, & vltra prædicta optimè facere videtur tex. in l. ſi vſuſfructus in fine ff de iure dot. ibi quidam ergo remedij loco rectè putarunt introducendum eſſe, vt vel locet hunc vſumfructum mulier maritus, vel vendat nūmo vno, vt ipſum quidē ius remaneat penes maritum, perceptio vero fructuum ad mulierē pertineat, ex quo tex. colligebatur, vel domum locari alterutri, & vnus alteri portionem fructum, ſeu penſiones pro rata ſoluere, vel tota domus extra eo locaretur dominorum, vt inde de fructibus, pro rata vnicuique eorū ſpectanti correſponderetur, & facit tex. in l. eū in fundo §. ſi fundus ff eo. & ita fuit iudicatū in caſu prædicto de menſe Martij 1624. cęterum, quando eſſemus inter hæredes diuidere volente rem aliquam indiuiſibilem, conſtitutum eſt de iure remedium, vt vni eorum res illa aſſignetur, & illum cōdem-
8 nari ad ſupplendum alijs cohæredibus in pecunia ex tex. in l. ſi familiæ, erciſcundæ, la 2. ff. fam. erciſ. vbi Gloſ. optima, Coſta in tract. de portion. rata in princip. præmiſſ. 3. num 6 Cabed. decil Luſit. 108 num. 1. & deciſ. 166 num. 4. Portules, qui plures allegat in tract. de conſort. cap. 25. Praeſ. de Franc. deciſ. 160 num. 4. Gaſ. Barz. deciſ. Bonon. 10 num. 25. Valaſ. vbi ſupra num. 7. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 907. num. 15. & cap. 997. num. 3. & 4. Raynos. obſeru. 21. nu. 8. lattiſimè Pet. Sanz Moſquech in tract. de diuiſione bonor. lib. 2. cap. 10. num. 3. & 4. ſed quantum ſpectare videatur ad credito-

res

res, qui habent fundos, vel domus, ac alia ſtabilia hypotecata, aduertendum eſſe propoſui, quod, aut ſunt talia bona obligata
9 communia, cum alijs fratribus debitoris, quæ facillime obligari poſſint prorata, ex tex. in l. ſi conſenſit ff. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſol. cum alijs adductis per Neguſant. de pignor. 3. membr. 2. p. num. 37. Borg. deciſ. 19. num. 70. & 71. deciſ. 25. num. 14. deciſ. 11. num. 24. p. 2. Boer. deciſ. 45. & eo caſu facta illorum exequutione, poterit creditor prouocare ſocios ad diuiſionem ad tex. in l. 1. C. com. diuid. vbi Doct. & Neguſ. plenius
10 vbi ſupra num. 42., ſin autem indiuiſibilis eſſet domus, vel prædium indiuiſibile, tunc creditor oblato pretio pluſquam emptor obtulerat conſequetur totum prædium, vt
11 diſpoſitum eſt in d. tex. & plenè per Ant. Fabrum in eius Codice tit. de commun. rer. alien. de finit. 1., quoties autem bona eſſent ipſius debitoris, & hypotecata creditori procederetur ad venditionem proculdubio l. à diuo pio ff. in venditione ff. de re iudic.
12 præcedentibus tamen ſubhaſtationibus, vt plenè per Muſcat. in praxi S.C. lib. 2. p. 3. gloſ. venduntur per totum, quamuis eſſet res indiuiſibilis, ex quo tunc ad iudicatio fieret, quoties vendi non poſſit, quia in defectũ venditionis ſuccedit ad iudicatio, vt idem Muſcat. probat in d. p. 3. gloſ. ad iudicantur num. 3. & 26. & ita iudicaui in cauſa Lucretiæ de Babo, cum Octauia Garzaneta dum non poterat aliquo modo fieri adiudicatio domus indiuiſibilis, ſuper qua præſtita fuerat aſſiſtentia, & fuit proceſſum ad vlteriora cauſa ſcilicet ad venditionem illius de menſe Martij 1625., quamuis regulariter in ſpecta indiuiduitate rei fiet æſtimatio ad
13 tex. in l. ad officium autem C. commun. diuid. Vrſill. deciſ. 23. num. 6. vbi meliorem tex. allegat in l. arbor ff. de veſtibulo ff. eo. qui dicit hoc caſu faciendam eſſe adiudicationem, vbi docet num. 7. qualiter ſit facienda diuiſio domus indiuiſibilis, vt hac ingroſ-
14 ſum, & non per partes ex l. Meuius ff. ſi. ff. fam. hæred. Gloſ. in l. 2. verſ. participantibus C. quado, & quibus quarta pars deb. lib. 10. ſatis per Boer. deciſ. 46. Maxill. in Conſuet. Bari tit. de iud. diuid. ff. ſi duo num. 26. & in ipſa diuiſione erit æſtimatio facienda non ex redditibus: ſed conſiderata materia, & forma, ideſt qualitate, & quanti eo in loco
15 eius qualitatis domus communiter venditur Mareſc. var. reſol. lib. 2. cap. 114. nu. 13. & maximè ad iudicatio fieri debet, quoties res eſſet magni valoris, nam & ſi creditori
16 licitum ſit creditori pro paruo credito rem magni valoris vendi facere ex Gloſ. in d. l. Moſchis vbi Bart. in prima quæſt. ff. de iure fiſci Bart. in l. creditoris arbitrio 2. q. vbi gloſ. 2. ammiſſit ff. de diſtract. & per alias auctoritates probat Paul. Stayb. conſ. 23. num. 18. & ſeq. & hoc practicatum fuit in cauſa
17 Auguſtini Ametrani cũ Honofrio, Anello, & Ioſeph della Campana hæredibus Ioan. Baptiſtæ della Campana, dũ fuiſſet exequuta domus valoris mille ad inſtantiam d. Auguſtini pro ducatis 300. & pretendebat illã vendi facere, licet ex parte conuentorum, replicatum fuiſſet, non poſſe vendi pro modica quantitate, ſed potius aſſignari loco pignoris vel dari pars inſolutum pro d. creditore, vt in banca de Ferrarijs ad relationem Conſil. Carauitæ. Nihilominus dum fuiſſet facta exequutio per D. Michaelem Sanfelicium pro ducatis 105. ſuper quadam apoteca domus Magnæ, Andreæ Capoceſoli, & dicebatur, non potuiſſe vendi pro modico debito, quod poterat ſatisfieri de penſionibus, fuit facta ad iudicatio præuia æſti-
18 matione, & inde confirmata per S. C. die 4. Maij 1627. ad relationem D. Chriſtophori Morales de Toledo in banca Figliolæ, & ſic paſſim iudicatur, & in pluribus cauſis iudicatum vidi in M. C. & in S. C. præſertim in cauſa quondam Claudiæ Salinas cum illis de Benincaſa in banca Scacciauenti, hoc eſt præuia æſtimatione laté Menent. dec. Mantuę 19. num. 43. & 44. deciſ. 37. num. 11. cete-
19 nim æſtimatio rerum debet præcedere earũ diuiſionem Pet. Sanz Marquec. de diuiſ. bon. lib. 1. cap. 4 num. 1.

S U M M A R I U M.

1 *Magis quis deliquit percutiendo alapa, quam pugno, & ratio affertur.*

2 *Alapa dicitur percuſſio palmarum.*

3 *A rox iniuria dicetur percuſſio cum alapa, & nu. 10.*

4 *Occidens percutientem cum alapa excuſaretur.*

5 *Iniuria grauis reputatur percuſſio manu aperta, & maximè in nobile cui infertur.*

6 *Alapa maiorem offenſam prabet, quam gladius.*

7 *Alapam, non valens euitare, niſi occidendo illum percuſſorem excuſaretur.*

8 *Occidere, permiſſum eſt percuſſorem cum alapa.*

9 *Occidens aliquem manu vacua, tenetur, ac ſi gladio occiderit.*

11 *Iniuria grauior reputatur alapa illata militi, quam vulnus.*

12 *Alapa Nobili illata atrociſſima iniuria exiſtimatur.*

13 Pena percutientis, cum alapa nobilem, quæ ſit, & caſus referuntur.

14 Atrox iniuria reputatur alapæ percuſſio, ratione officij perſonæ, & gradus.

15 Alapam dans officiali, ſtatim furcis ſuſpendi debet.

16 Alapam dans famulo Curiæ, qualiter puniatur.

17 Alapam dare, quando licitum ſit.

18 Mentita per ſe eſt iniuria.

19 Mentita reputatur magna iniuria.

20 Verbera reputantur atrox iniuria.

21 Iniuria temperatur ratione exceſſus, habita conſideratione perſonarum, & locorum.

22 Prouocans aliter punitur, quam prouocatus.

23 Defenſio cuilibet eſt permiſſa, & qualiter procedat nu. 24.

25 Occidere aduerſarium licitum erit; pro defenſione honoris proprij, ſicut pro iniuria reparanda.

26 Delinquens calore iracundiæ excuſatur.

27 Vulnera, non dantur ad menſuram, & n. 59.

28 Tex. in l ſi ex plagijs §. cū pila ff. ad l. aquil. & leg. qua actione §. ſi quis eo, ponderatur.

29 Initium indelictis ſpectandum erit.

30 Iniuria, non fit volenti.

31 Delicta plura eodem tempore commiſſa, pro vno reputantur alitrr, ſecus.

32 Blaſfemia pro vna reputabitur, qui eodem tempore vnico impetu multas dixerit.

33 Furta plura eodem tempore commiſſa, pro vnico reputantur.

34 Vulnera plura eodem tempore, vel vnico inſtrumento habente plures punctas, pro vnico reputantur.

35 Falſitas vna reputatur, ſi quis plures teſtes falſos eodem impetu produxerit.

36 Reus plura delicta eodem momento committens pro vnico delicto puniretur.

37 Statutum imponens penam ſolutionis ducatorum centū pro alapa, ſi plures intuliſſet, an plures penas ſubſtinebit, & an vnica erit excommunicatio in percutiente clericum num. 38.

39 Delicta plura eodem tempore commiſſa inuicem confunduntur.

40 Armorum aſportatio eſt pro prohibita.

41 Pena aſportationis armorum confunditur cum pena vulneris, & inſultus.

42 Aſportatio ſcoppectonis confunditur, cum vulnere.

43 Inſultus cum vulnere confunditur.

44 Oſculum cum adulterio confunditur.

45 Puniri quis non debet pro inſultu, ſeu vulnere, & pro delatione armorum.

46 Statutum imponens penam pro vulnere, & alia pro aſportatione armorum, an in vna pena verificetur.

47 Pena pro aſportatione armorum, & alia pro delicto exiguntur Neap. tam in M.C. quam in S.C.

48 Vulnerans aliquem in Regno duplicem penam ſubſtinebit, & contraria opinio, qualiter procedat nu. 49.

51 Vulnerans, non habet ſtateram in manu.

52 Vulnus, cum morte confunditur.

53 Vulnerans, & occidens tenetur de occiſo, non de vulnere.

54 Vulnuſculum, non venit appellatione vulneris.

55 Pena, quæ abſorbet minorem penam, & è contra, attenditur principaliter.

56 Vulnerans ſecundum qualitatem, vulneris punitur.

57 Defenſitnes, an ſemper extra carceres, vel intus carceres erint decernende, & quādo caſus deciſus refertur.

58 Vulnerare, licet ad defenſam.

59 Vulnus expectare, non debemus.

60 Armorum aſportatio, etiam prohibitorum qualitas, non conſideratur, quando ad defenſam delictum ſequatur.

61 Carceratus, dicitur exiſtens in Palatio Curiæ.

62 Inquiſitus reduci debet ad carceres, & dari licentia debet, vt alloqui poſſit eum Aduocato, & Procuratore.

63 Pena manus pro vulnere eſt impoſita.

64 Pena aſportationis armorum eſt, annorum trium relegationis, & ducatorum mille in nobilibus.

65 Deciſiones S.C. referuntur, in quibus caſibus defenſiones intus carceres ſint decernende, &c.

66 Delinquens, cum armis, pro quibus licentia conceſſa eſt, pro delicto tantum punietur.

67 Delinquens, cum armis ſui exercitij, non punitur pro illorum aſportatione, ſed tantum pro delicto.

68 Deciſio M.C. producitur, contra delinquentem, cum ſcalpello, vt pro delicto tantum fuit punitus.

69 Delinquens in rixa, cum armis, pro quibus licentia aſportādi cōceſſa eſt, ſi ad defenſionem neceſſariam fecerit, non punietur, alias ſecus.

70 Delicta plura ex eodem facto reſultantia ſe habent, vt genus, & ſpecies.

71 Crimina plura à pluribus factis orta, ſi ad eundem tendunt effectum, non puniuntur, niſi pro vno alias ſecus.

72 Delicta minora, cum minoribus confunduntur.

73 De-

Digitized by Google

73 *Delicta alape percuſſiones, & vulnera eſſe poſſunt in rixa leuiores, vel grauiorem, ideo confunduntur.*
74 *Rixans, ratione exceſſus poteſt plus puniri, vt ſi fuerit longus, alter paruus, vt robuſtus alter debilis &c.*
75 *Alapam dans officiali in rixa, qualiter punitur.*
76 *Deciſio M.C.V. enuntiatur, contra illum qui in rixa alapam dederat.*
77 *Pena obtruncantis nares, & labia eſt mortis, ſi caſu in rixa id occurrerit, delicti pena ipſa ceſſabit.*

ARGVMENTVM.

Pena impoſita pro alapa, quando principaliter inferatur, an locum etiam habeat, ſi inter rixantes rixando alapa, vel alapis, inuicem percuterentur, & ſic incidenter.

Legem pone mihi Domine, viam iuſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper.

VOTVM XCVI.

CErtisſimum eſt apud Doct. noſtros, quod quis magis deliquit alapa, quam pugno teſtatur Camp. in Cap. Regni 149. de iniu-
1 rijs num. 13. quem ſequitur Bayard. ad Clarum in §. 1. num. 12. vbi asſignat de hoc rationem dicendo, quia alapa percutiuntur pueri, non ſic pugno, & propterea ob talem percuſsionem, cum alapa percutiens videtur, percuſſum vti puerum tractare, etenim alapa dicitur percuſsio palmarum Glo?. in
2 l. 1. verſ. percuſsit ff de cenſ. nõ mirum igitur, ſi nedum in Ciuitate Neap. alapam re-
3 cipere reputetur atrox iniuria Affict. in conſt. priuſquam ſub num. 5. itaque ſi aliter ab alio, ſine vituperio caueri, non poteſt niſi cum gladio, etiam ſi occidendo cauerit
4 excularetur Bombin. conſ. 11. nu. 39. conſ. 16 num. 4. 41. & 50. quod eſſet licitum ita Hect. Felic. alleg. 13. num. 8. p. 1. quam etiam per totũ Regnũ, imo in omni loco grauius iniuria reputatur alapa illata manu aperta,
5 ob grauem ignominiam, ſic communiter ab omnibus reputatam tradit Farinacc. in eius praxi quæſt. 105. ſub nu. 211. maximè ſi fuerit nobili illata, tanto magis grauis orietur iniuria ex ea idem Farinacc. conſ. 147. num. 34. in fine, taliter, quod alapa nedum maior reputatur, quam pugnus, ſed ipſa grauisſima reputatur, & maiorem offenſam præbe-
6 bet, quam gladius refert Caſtill. deciſ. Sicil. 171. num. 27. vbi ſubdit num. 29. quod alapam, ſi quis vitare non poteſt, niſi percuſſo-
7 rem occidendo, eum occidere poterit, quãquam antea num. 8. dixerat percutientem hominem alicuius note, alapa, vel verberare poterit percuſſus occidere, quod ante eũ
8 probarunt Bombin. conſ. 19. nu. 4. 41. & 50. ex Bald. notat etiam Giurba conſ. 84. ſub num. 17. Hect. Felic. d. alleg. 13. n. 8. p. 1. ex eo q. qui occidit aliquem manu vacua, te-
10 netur ac ſi gladio occidiſſet ex Bal. in cap. ſi §. furtum ve l. ſed quid ſi de pac. iur. fim. tradit Barbat. de præſtant. Card. 2. p. q. 5. nu. 26. licet contrarium ex Cuman. conſ. 134. dicat Blanc. in praxi crim. §. 114. ſic præmisſis num. 56. quadere, & ſi Farinacc. loco allegato nu. 203. ex pluribus hanc concluſionem comprobare videatur, eſſe atrocem iniuriã alapæ percuſsionem, & ſequenti num. 208. eam leuem iniuriam eſſe auctoritate pluriũ Doct., adhuc tamen num. 210. primam inſequendo opinionem conſuit, veriorem eſſe, ſiue percuſſus ſit nobilis, ſiuè ignobilis ſeu humilis, ſiuè clericus, ſiuè laicus, de ſe tamen non afferre offenſionem in perſonam, ſed in æſtimatione propter ignominiã, adeo, quod in ſpecta conditione eius cui datur magis grauior exiſtimaretur, vnde ala-
11 pa illata militi reputabitur grauior offenſa quam vulnus Caſtill. vbi ſupra num. 38. & in antecedenti num. 3. loquitur de alapa
12 nobilibus data, vt cenſeatur atrocisſima iniuria & maximum generat dolorem, vt etiã exemplo Domini noſtri comprobat ibidẽ Bombin. num. 9. & ſic deſimilibus, quinimo
13 pena in caſu alapæ percusſionis erit arbitraria inſpecta qualitate perſonarum, quibus infertur, & ipſorum percutientium, vt latè per Viuium dec. 46. vb. expreſsim loquitur de percutiente alapa nobilem, æqualem, vel presbyterum qualiter puniatur, quẽ ſequitur ibi Farinacc. num. 209. & Ant. de Ballis in tract. crim. lib. 3. Rub delit. diſpenſat. caſ. 17. num. 7. hoc eſt eſſe non penam pecuniariam, ſed exilij, vt memini in meo Compẽdio p. 1. verbo alapa Capibl. de Baron. to. 2. cap. 23. num. 3. & vidi alias obſeruatum in M.C. fuiſſe manum amputatam cuidam, quĩ alapam dederat Capitaneo guardiæ, & affixam ante foras d. Tribunalis, & inde ob alapam datam à quodam Doctore iuſtitiario Neap. fuiſſe nedum ad amputationem

manus damnatum, ſed etiam capitis, de quo
etiam teſtatur Reg. de Ponte de poteſt. Pro-
reg. Rub. de prouiſ. fieri ſol. ſ. 2. nu. 18. eum
ſequitur Ricc. collect. 1783., nam ratione
officij perſonæ, & gradus, multum atrox in-
iuria efficitur Cabed. dec. Luſit. 214. num. 5.
p. 1. & pena mortis punitur Rolan. conſ. 48.
volum. 2. Farin. de delict & pen. num. 38. vl-
tra Monticell. in ſua praxi crimin. regul. 2.
num. 3. optimè Borrell. conſ. 24. num. 1. vl-
tra Gram. dec. 36. num. 4. vbi refert, quod ſi
detur alapa officiali, ſeu poteſtati poterit
15 ipſe ſtatim furcis ſuſpendi facere eũ, qui eã
dedit ſequitur Paſcal. de vir. pat. poteſt. p. 1.
cap. 10. num. 61. Arnon ſing. 13. quod ſecus
16 eſſet in dante alapam famulo Curiæ, pro
qua ſi eſſet nobilis puniretur pena exilij bi
meſtralis iuxta deciſa per Gramm. deciſ. 14.
& in Cap. Regni plerumque, ſequũtur eum
Carau. Carrer. Farinacc. Pereg. & Ricc. quos
probaui in p. 1. parte Compendij verbo pe-
na qua nam, ex quo notatur differentia per
ſonarum, ſed hoc non totaliter procederet
quoties dãs alapam eſſet prouocatus iniu-
17 rioſis verbis, quo nã caſu iniurioſè reſpõ-
dere, & mentitam dare imo, & alapam iure
licito erit condecens, voluit Bayard. ad
18 Clar. d. ſ. iniuria nu. 64., etenim ſi nedum
verba mentiris de ſe ſimpliciter iniurioſa
eſſe exiſtimat ibi Caſtill. num. 32. ita quod
19 magna reputaretur iniuria, vt in antecedẽ-
ti nu. 9. tradidit, ita etiam, & verbera atro-
20 cos iniuriæ exiſtimantur ſubdit num. 22. &
conſequenter alapa, vt dictum eſt ſupra, &
propterea in caſu prouocationis pena erit
21 ſatis temperanda ratione exceſſus, habita in
hijs conſideratione perſonam cauſarum, &
locorum, & obid certa pena iniuriæ dari nõ
poteſt Clar. d. ſ. iniuria num. 5. & ſingulari-
ter Caſtill. eodem loco num. 37. 38. & 39.
probat, quod prouocans ſi verba iniurioſa
alapas, aut verbera dederit, puniendus ve-
niret ſecundum facti loci, & perſonarum
qualitatem, & ſic acriter, vt ſubdit num. 46.
22 ſed prouocatus mitius puniretur, quem ad-
modum nu. 41. & ſeq. diſſeruit, imo ignoſcen
dum Blan. in praxi crim. ſ. iuris permiſſio-
ne num. 7. fol. 112., Quæ ſiquidem omnia
rectè procedere videntur quoties alapa ſo-
la daretur principaliter, aut ad defenſionem
vt pena arbitraria dijudicaretur, inſpecta
qualitate perſonarum locorum, & cauſarũ,
ſed quæſtionis erit ſi incidenter alapa fue-
rit illata, potiſsimum in rixa habita inter
duos ſe inuicem percutientes prout in facto
occurſo euenit diſcuti in cauſa Pauli Pi-
ſtoyæ cum N, ſi pariter punienda veniret,
ſeuerius, inſpecta grauitate iniuriæ, & iuxta

ſuperius deducta, videbatur affirmandum
potius, quam negandum, ſed cõſideratis ra-
tionibus ſequentibus in contrarium addu-
ctis, negatiua opinio aſſequenda ſuadetur,
& principaliter in hoc conſiderandum erit
eſſe omni iure probatum, cuilibet eſſe per-
23 miſſam defenſionem ſuæ perſonæ ad tex. in
l. vt vim ff. de iuſt. & iur. l. ſcientiam ſ. qui cũ
alter ff. ad l. Aquil. hoc eſt ex præordinaria
charitate, alioquin peccaretur ab eo ac ſi
24 vim ſibi ipſi intuliſſet tradit Franc. Zuanet.
in ſuo tract. defenſionis ſuper d. l. vt vim p.
1. num. 3., imo & pro defenſione honoris
25 proprij, licitum erit etiam occidere aduer-
ſarium pro iniuria reperanda probat
Caſtill. vbi ſupra numer. 4. & 6. idem Zua-
nect. d. p. 1. num. 52. & p. 2. num. 17., & hijs
caſibus conſpicitur hominem, non exiſtere
in ſua poteſtate ob primos motus, inquit
26 Bald. d. l. vt vim, & quicquid agit iracundiæ
calore fretus mitius cum eo erit agendum
& excuſandus veniret iuxta congeſta à Ti-
raquell. in tract de pen. cauſa 1. & cum in
vulneribus inferendis attendatur inconſi-
deratio illa, quia non dantur ad menſuram
27 vulnera Marſil. conſ. 137 nu. 17. latè Blãc.
qui plures allegat in eius praxi crimin. in
2. p. defenſionis fol. 137. num. 61. Caball. in
tract. de omni gener. homic. nu. 269. quem-
admodum etiam verbera, & percuſſiones
Marſil. conſ. 4. num. 24. conſ. 25. nu. 38. conſ.
31. num. 47., ita pariter intelligendum erit
inter rixantes, qui inuicem percutientes pu
gnis colaphis, & alijs manuum actibus per
cutiunt, ad quod probandum colligitur ex
28 tex. in d. ſi ex plagijs ſ. cũ pila ff. ad l. Aqu.
vbi dicitur, quod ſi ludentes ad inuicem
ſe ſpingant, & ſpinctis in terram percutit
capud, vel crus frangit ſpingens, non tene-
tur, niſi ſtudioſè feciſſet & extra naturam
ludi, hinc adnotatur inſpecto principali p-
poſito ludi, maiorem offenſam confundi,
nec de ea rationem aliquam eſſe haben-
dam, & pariter in l. qua actione, ſ. ſi quis ff.
eo. quod non punitur ille, qui in publica pu
gna percutit pugnatem, ſecus ſi non pugnã-
tem, vel extra locum pugnę, ex quibus iuri-
29 bus rectè notatur initium eſſe ſpectandum
in delictis l. denique ſ. ſcio ff. de minor. cum
alijs apud Blancum in praxi crim. ſ. ſecun-
da pars nu. 13. fol. 140, at cum in caſibus
ipſorum iurium, appareat initium eſſe vo-
luntarium ratione ludi, ſi inde aliquid acci-
derit malum, iniuriam, non aliter importa-
re videretur: quia initium, vt prædictum eſt
30 fuit voluntarium, & proinde iniuria non
fit volenti ad tex. in l. 1. ſ. vſque adeò ff. de
iniurijs, cum alijs apud Ant. Bulleum in ſuo
conſ.

conſ.de ſeuitijs marit. in vxores ſub nu.72.
ſub a reſolut. , ſic è contra, quando verſa-
retur in delictis,quorum initium erit inuo-
luntarium, nō animo luden li,ſed percutiē-
di, aut defendendi,ex quo facto plura poſ-
ſint accidere,quæ de per ſe delicta eſſe vi-
dentur, & eo caſu dixit tex. in l. illud §. ſi
idem eo.tit.quod licet plura delicta ſi eſſent
31 diuerſo tempore facta de quolibet veniret
imponenda pena, quando autem eſſent eo-
dem tempore commiſſa pro vno delicto re-
putarentur, exemplo oſtenditur in eo, qui
iniurioſa verba pluries eodem impetu ad-
uerſus aliquem protulerit , licet plura fa-
ciat delicta , vnicum tamen conſtituunt
conuitium Bayard.ad Clarum in d. §. iniu-
ria nu.8.& ſeq.vbi ex alijs hoc probat au-
ctoritatibus Farinacc.in eius praxi qu. 105.
32 num.174. item ſi plures blaſfemias eodem
impetu dixerit pro vnica reputari dixit
Placza in epit.delict.cap.1.ſub num.18.in fi-
ne latiuſ me Farinacc.in eius praxi q.22.nu.
29. Similiter plura furta eodem tempore
commiſſa pro vnicó furto reputarētur ple-
33 nè Campagn.in cap.ad hoc num. 6. Placza
in epit.delict.cap.1.num.20.latius idem Fa-
rinacc.de furtis quæſt.167.num.74. Lazar.
in tract.de momento temp.cap.19 num.15.
pari modo in percutiendo aliquem pluriēs
eodem momento , vt ſi cum tridente quis
34 aliquem offenderit, & tria vulnera intuliſ-
ſet , vt per Farinacc. qui plures allegat in
d.praxi tit.de delictis,& penis q. 22. nu. 16.
Lazar.in tract.de momento temporis c.19.
num.5.Bertazol. ad conſ. 205. ſui genitoris
tom.1.lit. B. Gabell. caſu 155. numer. 10.
Idemque erit ſi non cum tali inſtrumento
vulnerauerit,ſed cum ſimplici inſtrumento
plura vulnera incontinenti, & vno impetu
protuliſſet,pro vnico reputarentur ex Bar.
in l.numquam plura ff.de priu.delict. & l. ſi
gemina ff.arb.furt caeſ.Paris in tract. de re-
ſilit.lib.8.quæſt.Blanc.in praxi crim.§. vi-
ſis inditijs num.113.fol.53. Iacob Nouell.
in eius praxi §.intereſt n.6.& 24.Farin.d.q.
35 eadem ſimiliterq;in cōmictēte plures falſita-
tes,& producendo plures teſtes falſos,eodē
impetu,vel etiam ex interuallo ad eundem
tamen finem vnica falſitas iudicaretur latè
Plotus in tract.de in litē iuram. §.44. nu.6.
& conſequenter pro vno delicto puniretur
reus , quando delicta ex eodemque
36 tempore ad eundem finem tunc pro v-
no delicto cenſerentur Papon. conſ. 45.
numer.13. Caball.resolution. crimin. caſ.
236.num.88.& 89.quos etiam probat Giur-
ba conſ.84.ſub num.17.& latius Bertazol.
filius ad d.conſ.205. ſui patris in princ. to. 1.
37 hinc inferunt Doct.ad ſtatutum imponentē

penam percutienti cum alapa,vt ſoluat cē-
tum, ſi contingerit eodē tēpore quē pluri-
bus alapis percutere, vnicam tantum penā
ſubſtinebit,& non plures,ſecus tamen ſi ex
interuallo,vt poſt Placza in epitome delic.
cap.1.num.18. Viuius in ſylua comm.opin.
in 764.opin.num.2.Lazar.vbi ſupra num.7.
quidquid incontrarium probet Bonif. in
rub.quid ſit accuſatio num. 47. nam cum
primeua opinione Doct.tranſeunt. vt quo-
que Muta in prag.Sicil.tom.1.tit 41. nu.65.
probauit, & vnica erit excommunicatio in
38 clericum percutiēte Placza vbi ſupra n. 19.
inſuper omnia delicta de per ſe conſtituūt
39 particulare delictum,ſed quando ſimul ali-
qua commiſcentur, vnicum delictum repu-
tabitur, & ſic inter ſe confunduntur,vt di-
xit Bald.in l.aduerſus nu.5. C. de iur.exem-
40 plo primò demonſtratur in aſportatione
armorum, quæ de iure prohibita eſt l. 1. C.
vt arm.vſus Ricc.deciſ.19.num.11.Campag.
in cap.inter num.24.& 30. Lazar.vbi ſupra
nu.28.Caball.Reſolut.crim.caſu 129.nu.19.
Reg.Rouit.in pragm.8.à num.12 ad 26.de
armis Muſcat.in eius praxi crimin.Rub. de
aſportat.arm.num.2. , ſi contingent, quod
aliquis cum armis inſultauerit aliquem,
vel vulnerauerit pena portationis armorū
41 confunderetur, cum inſultu, vel vulnere
Marſil.in l. ſi in rixa nu. 15.ff. ad l.Cornel.
de ſicar.Iaſon.in l.quod dicitur ff.de verbo
oblig.num.3.Bertazol.conſ.205 nu. 3. volu.
1.quos probat Ant.de Ballis,qui alios citat
in tract.crimin.lib.3.de lit.diſpenſ.caſ. 5. nu.
3.Lazar.vbi ſupra num. 20. Balb. deciſ.95.
42 prout etiam ſcoppettonis aſportatio con-
funderetur cum inſultu,& vulnere Ant.de
43 Ballis in tract.crim.lib.3.tit.de lit.diſpenſat.
cap.6.num.3. , ſic inſultus , cum vulnera
Bald.d.l.aduerſus vbi ſicut oſculum, cum
44 adulterio de quibus per Sylu. Nupt. lib. 4.
num.77. non enim iuſtum erit , vt quis du-
45 plici pęna puniatur pro eodem delicto .ſ.
pro inſolutu, vel vulnere, & pro armorum
delatione copioſè Muta in prag. Sicil. tom.
1.tit.41.num.63.Farinacc. q.108. num. 166.
47 itē etiam ſi per ſtatuta fuerit pena impoſi-
ta pro vulnere,& alia pro aſportatione ar-
morum Bertazol.conſ.205. in 1. num.2. ex
multis hæc probat,quamuis Reg.Rouit. in
pragm.8. num. 4. de armis dicat tam in M.
C. V. quam in S. G. ſeruari vtriuſque penæ
impoſitionem , aduerſus delinquentes cum
armis prohibitis , & huic etiam conſentit
obiter Cab.caſu 158.n.13.& 14. quod vna
pena non tollit aliam , taliter, quod ſi quis
tulerit arma contra prohibitionem, non ad
effectum aliquem vulnerandi,ſi postea cum
illis aliquem vulnerauerit duplici pena ple

Qq 3 ctetur

ctetur, ex Io de Plat. & Iacob Beluis probat
Farinacc. d. quæſt. 108. num. 167. Cauale. de
brach. Regio p. 4. ſub num. 188. & contra-
ria opinio procederet, quando pena vulne-
ris maior eſſet, quam pena delationis armo
49 rum, tunc enim pena minor confunderetur
tur, cum maiori, ſecus ſi pena delationis ar-
moris eſſet maior, quam pena vulneris ſe-
cundum Decian. quem citat ſequendo Fari-
nacc. quæſt. 108. nu. 168. de quo etiam Muta
50 ibidem meminit, hinc eſt, quod ſicuti vulne
ra non dantur ad meaſuram Caball. de ho-
mic. num. 269. cum alijs ſupra adductis, eo
51 quod vulnerans non trahet ſtateram in ma
nu Marſil. conſ. 4. num. 24. conſ. 25. num. 38.
conſ. 31. num. 47. contingi poſſet vulnus eſ-
ſe mortale, ita, vt inde mors ſequatur, tunc
52 vulnus cum morte confunditur Caball.
caſu 56. num. 64. & caſu 158. num. 2., & ſic
53 vulnerans, & occidens aliquem tenetur de
occiſo, & non de vulnere in ſimul Farin.
deciſ. crim. 61. nu. 4. ſic etiam arma confun-
derentur cum tali maiori delicto, quod mi-
54 nus abſorbet, ſed ſi vulnus non eſſet mor-
tale, ſed leue, vt puta vulnuſculum, ſeu ra-
ſcagnatura, quod non veniret appellatione
vulneris Muta in d. pragm. tit. 42. num. 65
55 attenderetur vtique armorum prohibito-
rum pæna, quæ abſorberet minorem, pænã
vulneris, & è contra Bertazzol. conſ. 205. ſub
56 num. 12. poſtquam vulnerans, ſecundum
qualitatem vulneris punitur Muta dec. Si-
cil. 13. nu. 7. 8. & ſeq. vnde ex hijs inferebatur
tur ad caſum occurrẽtem dum fuerat illa-
tum vulnus cum pugione in perſonã Ioan-
nis Iordani ab Alfonſo Salinas ex verbis
præcedentibus paulo ante inter eos habitis
in eius domo, qui offenſus cauſam dederat
præuia ipſius arrogantia eſpectando ante
Ianuam, quando exiebat, & ſucceſſo caſu
exituræ offendentẽ, iterum prouocaſſet cũ
forcipè manu aggreſſus in coactus fuerat il
li vulnul inferre, quamuis leue, & inde ad
paucos dies reſolutum, de quo cum fuiſſet
inquiſitus, & inde ſe præſentauerat fuerunt
57 ei defenſiones intus carceres conceſſe per
M.C. de quo grauatus appellauit ad Sac. C.
& poſtulabat reuocari, ex quo iam vulnus
fuerat paruum, & reſolutum ſibi nil officere
re debebat qualitas armorum prohibito-
58 rum, nam certum eſt, quod vulnerare, licet
ad defenſionem propriam Bertazol. conſ.
350. nu. 1. ad euitandam iniuriam perſonalẽ
59 idem conſ. 312. num. 10. tom. 2. cum vulnus
expectare non debemus idem conſ. 11. nu.
2. tom. 1. & ſucceſſiuè armorum, & ſi prohi-
bitorum qualitas, quibus ad ſuam defenſio-
nem pro iniuria repellenda quis vtitur, &
occidit conſideranda, non erit Giurba conſ.
60 84. num. 17. vltra Cauale. de brachio Regio
p. 4. ſub num. 148. vbi limitat non procede-
re abutendo illis, & ideo, quia in penis om-
nino releuandus veniebat, tales defenſio-
nes non in carcere, ſed per Palatium fieri
debebant vbi detinebatur, cum etiam carce-
61 ratus dici potuiſſet exiſtens in Palatio, vt
per Carau. in ritu 166 nu. 17. Muta in prag.
Sicil. tit. 45 num 23. Caball. reſol crim. caſu
212., licet ex parte fiſci replicaretur hoc
eſſe arbitrarium Iudicis concedere defenſio-
nes faciendas intus carceres, vel extra car-
ceres, vt plurimum autẽ, pro delictis enor-
mibus, & grauioribus intus carceres ſiũt, vn-
de reus inquiſitus debet reduci ad carceres
inferiores, & dati licentia debet, vnde poſ-
62 ſit cum Aduocato, & Procuratoribus col-
loqui Foller. in eius praxi Rub. & facta litis
conteſt. num. 10. in reliquis vero delictis le-
uioribus, ſecus, verum quia pro tali delicto
ex quibus due reſultabant, pene altera
63 pro vulnere pro qua eſt impoſitas pena vna
nus de Cõſt Regni ſi quis aliquem Muta c.
in praxi crim. tit. de priuil. & penis vulñ. le-
64 thal. vel non &c. num. 12. aderat altera pe-
na pro aſportatione armorum, quæ eſt an-
norum trium relegationis, & ducatorũ mil-
le nobilibus. vt in pragm. 13. de armis prag.
15. pragm. 19. prag. 39. & conuictus erat per
quatuor teſtes deponentes vidiſſe cum pu-
gione, vulnerare, ob quod leue delictũ dici
non poterat. quin defenſiones intus carce-
res fieri deberent, & ſic facta relatione in
65 Sac. C. per Iudicem M.A. Ruffinum die 18.
Settembris 1631. fuit confirmatum decretũ
M.C. vt in banca Raymi Magiſtri Actorum
& alias in cauſa Dominici de Sactis, & alio-
rum inquiſitorum de tumultu intuitu, cum
armis tractione Ianuę, & vulneribus in per-
ſonam iuratorum, dum concilium generale
vniuerſitatis agebatur, & amotione buſſule,
licet fuiſſent eis date defenſiones per Pala-
tium facto verbo in Sac. Conſil. per Iudi-
cem Califanum fuit per S.C. iuſſum, vt intus
carceres, ſe defenderent in banca Roſc.
66 Cæterum aut ſi licentia obtinuiſſet aliquis
aſportandi arma, & cum illis delinquiſſet
pro delicto tantum puniretur, non tamen
pro aſportatione armorum, vt eleganter ex
Marſ. probat Caball. reſol. crim. caſu 63. nu.
9. 10. & 11., quæ omnia recipiunt limitatio-
nem, non procedere in eo, qui ſecum porta-
67 ret arma ſui exercitij, ſi cum eis delinquiſ-
ſet neutiquam puniri potuiſſet pro aſpor-
tatione illorum, vt proſequitur Caball. re-
ſol. crim. caſu 63. à num. 4. & ſequ., vltra
Muta d. tit. 41. nu. 40. vbi hoc limitat nu. 7.
miſs.

niſi fortè ea dealiſſet tempore, & loco incongruo, quibus illis vti non poterat ad vſum deſtinatum, nec ipſi operario ad quã ſine deſtinata explicanri poterat, hinc in-
68 cidit dubitari in M. C. V. in cauſa Io. Baptiſtæ Aprilis Magiſtri lignorum inquiſiti de vulnere illato in perſonam N. noctis tempore cum ſcarpello, qui nõ erat aliter acutus, ſed in puncta retunduns, & dicebatur ex parte fiſc. eo vti non poterat tali tempore incongruo, & extra locum ſuæ incolatus, & ideo puniendus ex d. doctrina Caballi vt ſup. pro aſportatione armorũ, fuit tãdẽ communi voto deciſum eſſe condemnandũ in exilium per triennium ad relationem D. Didaci Megnozza die 29. Nouembris 1632. in baca Baſtani pro Tartaglia, in hoc enim caſu certa regula dari non poteſt; quoniam hæ perſonæ ſemper eis vti ſolent, & vti poſſunt, iuxta oportunam occaſionem, benè verum eſt, quod cũ eis permiſſum ſit talia arma portare pro exercitio eorum officij pro eo enim debet deſeruire, cæterum occurrente aliqua rixa, ſi eis vti voluerint nõ tantum pro vulneribus, ſed pro eorũ aſportatione punirentur, quotiès illis abuterentur armis non prouocati ad neceſſariam defenſionem exiſtente ſtatuto, prout firmat probando Caualc. de brachio Regio par. 4. ſub num. 148 & Bertazol. conſ. 205. volu. 1. Cab d. caſu 63 n. 10. vbi id declarat qualiter procedere debeat, ſecundò ad rẽ nrãm cõprobatur ex dictis Bart. in l. Senatus ff. de accuſat. quem ſequitur Seſſe deciſ. Aragon. 306. num. 7. quod delicta plura ex eodem facto reſultantia ſi ſe habent, vt genus, & ſpeties, iterum opponi non debent, & ſubdit num. 15. quod crimina plura, & a pluribus factis orta, nec non plures agendi modi, ſi ad eundem tendunt effectum, non puniuntur, niſi vnum ſecus ſi ad diuerſa pergunt latè Farinacc. deciſ. 61. num. 13. 23. & ſeq. in crimin. & in praxi crimin. q. 21. per totam Bertazol. conſ. 24. num. 2. volum. 1. & eius filius in addit. ad conſ. 205. lit. A. Tertiò, quia minora delicta cum maioribus cõfunduntur ſecundum Glo. in l. qui de crimine verbo plurium C. de accuſat. quam communiter recipi teſtantur Iuffred. deciſ. 95. alij relati per Iul. Clar. in 6. nu. q. 84. verſ. 3. quos probat Magon. dec. Lucceuſ. 90. n. 17. quamquam in rixis, inſultibus, cum armis, vel ſine, tumultis, & ſimilibus, quoties de offenſione, & defenſio e ageretur, quoniam tam pugni, quam alapæ percuſſiones, & vulnera eſſent poſſunt leuiora, vel grauiora cõfunduntur inuicem inſpecto initio facti occurſi latè Caualc. de bracchio Regio par. 2. num. 30. ſed benè ex hijs exceſſus notari poterit, eo quod cum alter eſſet iuuenis, alter ſenex, alter longus alter paruus, alter robuſtus, alter debilis in plus poterit excedi, & tunc ratione exceſſus puniri poſſit Afflict. in conſt. pacis cultum ſub num. 72. quapropter ad comprobationem præmiſſorum adducitur caſus ſimilis relatus a Burrello d. conſ. 24. de eo qui in rixa alapam dederat Officiali excuſando eum à pena mortis per multas rationes; vt ſaltim pena exilis puniri deberet, multo fortius in caſu de quo agebatur, quia non erant perſonæ tam qualificatæ & inde ſubſequuta inter eos pace nõ fuit vlterius proſequutũ nouiſſ. in cauſa Franciſci della Certa, qui ſuperuenerat in auxilium ſuæ vxoris altercantis, cum eſſa muliere eius, quæ viro, vnde in facto inquirebatur dediſſe in rixa alapam, licèt prius fuiſſet per Mag. C. ad relationem Franciſci Ant. Muſcettulæ Iudicis ipſius prouiſſum vt pacificarentur introducta cauſa appellationis ad Sac. C. in Aula D. Gregor. Anguli fuit prouiſum reſpectu mulierum, quod pacificentur, reſpectu ipſius Franciſci, quod de iuſtitia prouideret, & demum compilato proceſſu ad relationem eiuſdem de hoc anno 1630. menſe Nouembris fuit iudicatum quod carcer cedat in penã in banca Scauli Mag. Actorũ & hijs quoque conuenit, quod in ſimili per pragmaticam Siciliæ cautum eſt contra abrancantes nares, & labia alicuius, vt penam mortis incurrant cæterum ſi caſu id acciderit alia pena locum vendicaret, vt in Prag. eiuſdem Regni tit. 39. vbi Muta in principio hoc notat.

S V M M A R I V M.

1 *Minor ſe obligare non poteſt in Regno niſi elapſis annis 18*

2 *Mulier in Regno ſe obligare nequit abſque regia diſpenſatione.*

3 *Exceptio beneficij Macedoniani impedit liquidationem inſtrumenti, ſimiliter exceptio velleani num 4.*

5 *Liquidatio inſtrumenti nõ impeditur per oppoſitionẽ exceptionis velleani, quãdo diſpenſatio firmata fuiſſet manu omnium Regentium, & ſic deciſum.*

6 *Exceptio minoris etatis, an impediat liquidationem inſtrumenti.*

7 *Contractus factus à filiofam. minore, ſine ſollemnitatibus eſt nullus.*

num. 19.& 18., ſi vero vti fideiuſſor pro
tali interceſſione , quia mulier non poteſt
120 intercedere, vel ſe obligare tanquā fide-
iuſſor pro alio tradit Gomeſ.leg.61. Tauri
num.1.Pyrr.Maur.Aret.de fideiuſſ. ſect. 8.
cap.3.nu.1. vbi plura ad hoc deduxit,præ-
ſumendum erit pecuniam totam principa-
li perueniſſe,de hoc hucuſque conſtare non
poterat, cum nec productum,neque proba
tum fuerat,neceſſaria erat, vt tela iudicia-
ria procederetur ad reſciſſionem contra-
ctus ſecum celebrati, ad hoc , vt in termino
iuris impartiendo de hoc conſtare potuiſ-
121 ſet,nam enormis læſio probari debet per
allegantem Grat.deciſ.Marchiæ 77.nu. 10.
Amat.deciſ.Ferrar.47.num.4.Farinac.deciſ.
poſth.52.num.11.tom.1.& deciſ.ciuil. 201.
num.3.tom.1. , poſtquam enormis læſio fa-
cit præſumi metum reuerentialem , idem
122 Grat.dec.165.n.9.ad hoc tñ,vt faciat præ-
ſumi illum meticuloſum debet eſſe enor-
mis læſio Reg.Rouit.conſ.87.num.21. to.2.
eo fortius ,quia nō propriè contractus erat
123 nullus quonā caſu læſio non erit probā-
da Hieron.Gabriel.conſ.16.num.66. vol.2.
& cōſ.26.n.21.& ſimiliter vbi eſſet ipſo iure
124 nullus,& reſoluibilis,nō haberet locū actio
de dolo, nec criminis ſtellionatus, neque
aliud remedium Natta conſ. 588. num. 11.
Celſ.Bergal.in tract.de dolo lib. 80. reſpe-
ctu, quod erat minor tempore obligationis
nulli dubium eſt, quin ex diſpoſitione iuris
125 minor maior efficitur ob iuramenti præ-
ſtationem, quod operatur, vt maior diiudi-
cetur minor iuxta Auth. ſacramenta pube-
rum vbi Doct.C.ſi aduerſ.vend.& cap.1. §.
ſacramenta de pace iur.firm.Seraſin.de pri-
uil.iurament. in priuil.83. num. 2. cum alijs
adductis per Alph.collect. 216. Pecus deciſ.
Roman.48.nu.3.latiſſimè Mancin. in tract.
de iuramento par.4. effectu 37.num. primo
126 ipſi enim minores iurantes obligantur ,
etiam ſine tutoris, vel curatoris auctorita-
te notat Bernard.Pand.de præſcrit.inſt.2.p.3.
d.16 num.27.cum alijs apud Mancin. de iu-
ram.p.4 effect.1.q.15., ſed dato,& nō con-
ceſſo,quod citra iuramentum interpoſitum
minor exiſtimaretur, adhuc tamen contra-
ctus factus tempore minoris etatis ratifica-
ri poteſt per minorem,ſuperueniēte maiori
127 etate,vel expreſsè,vel tacitè iuxta tex.in
l.fin.C.ſi minor maior rat.hab. latè Molfeſ.
conſ.4.n.34.& ſeq.hoc eſt per lapſum quin
quennij tunc diceretur actum ratificaſſe, &
cōpenſando,& exigendo diceretur etiam ra-
tificare, quæ ratificatio tollit omnes defe-
ctus Corn.conſ.207.lib.3.,Menoc. de recup.
poſſ.rem.15 num.151. Simoncell. Gabriel.
Abb.Crau.Gram.& Ceph.quos citat Franc.
Ant. Coſta conſ.51. num.19.& 20. hinc eſt
128 q ſi contractus nomine minoris celebra-
tus eſſet cenſetur ab eo poſt eius minorem
etatem lapſu quadriennij ratificatus,& per
129 ratificationem huiuſmodi ſolemnitatis de-
fectus ſuppletur latè Barz.deciſ.Bonon.71.
ſic, & mulier,quæ ſemel atque iterum pro
aliquo intercedens, non diceretur verè in-
terceſſioni conſentire , niſi biennium tran-
ſiret

firet Mareſc.var.reſol.lib.2. cap.100. n. 9.
Maur.Areti.d.tract.fideiuſſ.p.2.ſect.8.cap.3.
130 num. 43. & ſequ. quo fit, vt cum non ſit,
adhuc contractus reſciſſus exequi poterit
plenè Maſtrill.deciſ.140.num.21., ſemper
enim inſtrumento ſtandum erit donec con-
trarium probetur l.cum precibus C. de pro
bat.Imbert.inſt.foreſ.lib.1. c.35. imo etiam
131 pendente reſciſſione non prohibetur cre
ditori interim tertias eſigere, vt deciſum
tradit Franc.deciſ.373. Aſcia, Maſtrill. &
Giurba quos probaui in primo tomo Com-
pend.verbo inſtrumentum, quod tanto for-
tius in caſu prædicto non videbatur credi-
torem excludi poſſe à petita aſſiſtentia, d*,
adhuc iudicium reſciſſionis contractus no-
dum ceptum erat, & propterea, quatenus
multæ deciſiones reperiantur factæ in bene
ficium filiorum famil. vt non teneantur ni-
ſi in quãtum facere poſſint deducto ne egeãt,
& proinde debere gaudere beneficio à lege
132 illis conceſſo, de quibus memor eſt Mol-
feſ.42.num. 16. & ſequen. vt etiam in meo
Compen. deciſ.Regni p. prima verbo filius
familias, adhuc tamen idem Præſ. de Franc.
d.deci. 164.ſub num.7. & mente Pariſ. conſ.
94.num.45.volum.2. dixit debere eos Iudi-
133 ces laborare, quod creditores ſibi debitũ
proſequantur, & ſi multoties iudicatum, &
hoc idem tenet Carauit. ſuper Ritu item,
quod ſi qui col.pen.in 15.quæſt.in fine, &
134 maximè, quando haberent bona caſtren-
tia, ſeu quaſi, vel aduentitia, quia creditores
eorum intuitu contrahere videntur latè
Caſtagn.d.cap.6.in 7. fallent. tunc exequu-
tio fieret in bonis non in perſona probat
Paſcal.d. tract. cap.6. in princ.p num. 125.
135 ſed hijs replicabatur tum reſpectu capi-
tis Macedoniani ſeu l.quod cum eo, quam
etiam Velleani, quantum ad beneficium ip-
ſis filijsfamil.compentens dicebatur, verum
eſſe quoties filij obligãtur cum patre inſi-
mul, vt dicatur fideiuſſor patris ad tex. in l.
2.ff.quod cum eo, & l.ſed Iulianus ff.ad Ma
136 cedon.Molfeſ.in d.conſ.4.num.25. & ſub-
dit ibidem Molfeſ.num.ſeq.24 de Iure Re-
137 gni non aliter poſſe ſe obligare, ſine con-
ſenſu patris, & ſi obligẽt nulla redderetur
obligatio Paſcal. vbi ſupra nu.1.& ſeq. &
eo impenſius, ſi contractus tenderet in be-
neficium patris, qui nõ poteſt dare conſen-
138 ſum filio, vt ſimul ipſo obligetur, ſed Iu-
dicis exigeretur decretum ſubdit ſub num.
24.& 25.Molfeſ. quamquam alias deciſum
fuiſſet contra filiosfam. ſe obligantes pro
patre pro debito ei ſpectante, abſque tamen
decreto Iudicis inde appellatione interpo-
139 ſita, cum fuiſſet probatum de nullitate
obligationis fuerunt abſoluti, vt dixi in
prima parte Compend.verbo filiusfamil.ex
140 hoc enim contractu ne dum reſultare vi-
debatur metus reuerentialis, vt dictum eſt
ſupra, ſed etiam læſio ob pecuniam verſam
in vtilitatem patris idem Pyrr.Maur.d.tra-
ctat.d.p.2.ſect.8.cap.3.nu.15.& non mirum
ſi ex prædictis contractus ipſi nullius red-
141 duntur momenti, vt probat ibidem Mol-
feſ.num.12. & 13., & conſequenter per iu-
142 ramentum prçſtitum non validatur: quia
forma ſtatuti ſeruata non fuerat ſubdit in
conſ.Molfeſ.num.15. & ratione probat nu-
mer. 16. eo magis exiſtente læſione, & in
conſ.41.nu.6., ſicque tales contractus nul-
lius momenti eſſe dicuntur, vt ibi Molfeſ.
num.12.& d.conſil.41.nu.7. ante eum Reg.
Rouit.ibi num.47.ſuper pragm.de S.C.Ma-
cedonian. inſuper replicabatur ad ratifica-
tionem ſubſequutam, per maiorem ætatem
143 ſuperuenientem, ex quo talis ratificatio
procedere comperitur in actione, non autẽ
in exceptione, quç perpetua, dicitur vti ibi-
dem probat Molfeſ. n. 18. præterea prout
ipſe ſubdit in d.conſ.41.nu.8. quod contra-
144 ctus geſtus per filiumfam. non ratificatur
niſi expreſsè conſtet de ratificatione, & tũc
valeret ex nunc non autem ex tunc ſubdit
num.39.Paſcal.vbi ſupra num. 18. & ſequ.
& de validitate ratificationis contractus fa-
cti tempore quo erat in poteſtate, inde
effectũ ſui iuris Reg.Rouit.vbi ſupra nu.67
145 Imò nec clauſulæ appoſitæ in talibus cõ-
tractibus reſpiciẽtes renuntiationes validè
reddantur, cum potius ex marte Notariorũ
procedant, quam partium conſenſu, ſicut in
vtroque loco probat Molfeſ. tam d.conſ.4.
num.5.quam conſ 42.num.10. reſpectu ve-
ro beneficij Sen. Conſul. Velleani replica-
batur eodẽ modo prout ſupra in filiofam.
146 traditum eſt, poſtquam dum cum patre
inſimul ſe obligauerat, certum eſt ipſam
vti fideiuſſorem interueniſſe; nam quando
mulier cum alio ſimul ſe obligat præſumi-
tur interceſſio ita ex Azon. & Theſau.pro-
bat Conſil.Georgius in d.allegat.12.nu.10.
ita, quod præſumitur omnis pecunia peruẽ-
ta ad virum Bald.Rom.& Afflict.quos pro-
bat Maur.ſen. alleg. 47. num.1.Pyrr. Maur.
Aret.d.tract.fideiuſſ.d.p.2.ſect.8.cap.3.nu.14
& ideò per exiſtentiam eiuſdem met metus
reuerentialis, ac læſionis, ſicuti ſupra dictũ
eſt nullius momenti contractus reddebatur
ita, quod nec iuramento confirmari potue-
rat, vt dictũ eſt ſupra, & ſimiliter nõ ſibi ob
ſtare renũtiationẽ Velleani videbatur, inhæ
vltra, quod expreſsè non appareat facta
in tali inſtrumento celebrato, ſed tantum
gene

generaliter facta beneficijs ſibi compèti-
bus., nequaquam ipſa Velleani renuntia-
148 tio includi videbatur Iacob. Gallus cõſ.
139.num.6.And.Gail d.lib.2.obſer.77.n.8.
149 Imò ẽt ſi expreſsè facta fuiſſet,adhuc nõ
afficeret,nec impediretur,quin tali bene-
ficio priuaretur,vt tradit Molfeſ.d. p.8. q.
5.num.3.ſuper Conſuet. Neap. In hac igi-
tur ambiguitate ex ſupra adductis potius
in fauorem iſtius mulieris filiçfamil. ꝓnũ
tiãdũ fore videbatur quoties ipſa reſciſſio
nis iudiciũ intẽtaſſet,vel principaliter,aut
incidenter ope exceptionis,ſed quia in iu-
dicio ordinario aſſiſtentiæ intentato per
Actores nil replicatum , nil deductum ,
aut productum fuerat, nõ videbatur,æquũ
potuiſſe curſum litis inceptæ impediri , &
quatenus pro iurium Actorum comproba
tione aſſereretur, ex alia facti ſeriè dedu-
cta apparebat poſt contractũ initũ inter
dictos Actores,ipsã conuentã inſimul cum
eius patre obligatã,& deindè poſt certũ tẽ
poris interuallum compertum in capitu-
lis matrimonialibus initis inter eundem
Aloyſium patrem ipſius Martiæ,cum præ-
dicto Stephano Balducio virum eiuſdem
Martiæ inter cętera conuentum fuiſſe., vt
ipſe Stephanus deberet ſoluere ſummam
ducatorum 335, diuerſis crediteribus ip-
ſius Aloyſij,inter quos dictam ſummam
ducatorum 50.eidem Notario Io. Cayaſſo
ſoluere, pro quibus omnibus ſoluẽdis ſei-
pſum Stephanum ſollemniter ſe obligaue
rat de anno 1623., quamuis deinde in
anno 1612. de Menſe Aprilis prædicta bo-
na omnia in dotem ſibi data retroceſſa
eidẽ Martiæ mediante publico documẽto
fuiſſent,& difficultate contigiſſet, attamẽ
ex facti ſeriè tria in iure reſultare vide-
bantur difficultates, pro reſolutione hinc
inde prætenſorum,primò ſi aliqua actio de
nouo, vltra veterem,fuerat quæſita eidem
Notario Ioanni,ex noua promiſſione dicti
Stephani , ita contrahentis cum principa
li debitore,ſecundò ſi fieri poterat dicta
ceſſio,cõſtante matrimonio in præiudiciũ
creditorus, tertiò ſi bona reuerſa ad ipsã
Martiam iure ceſſionis alio titulo tenere-
tur ad debitum prædictum,ita contractum
per patrem,& per eũ delegatũ. Quòad pri
150 mũ dubium nõ eſt dubitãdũ, quin Nota-
rius pro abſẽte ſtipulari poſsit,ita ex Spe-
cul.Bald.& And.in cap.1.§.item ſacramẽ-
ta de pace ten.dixit Afflict. deciſ.393. n.8.
deciſ.135.num.6.Milan.deciſ.Sicil.4.num.
21.& 40.lib.2.Gizzarell.deciſ.53.num.20.
Magon.deciſ.Lucc.55.num.7. latè Bertaz.
in tract.de clauſulis clauſ.8.gloſ.5.num.5.
Notarius eſt,tamquam lex ſtipulando per
151 quam eius miniſterio acquiritur abſenti
Grat.cap.507.num.10.diſcep. forenſ.Ber-
tazol.d.tract.cla.18.gloſ.5.nu.9., & con-
152 ſequenter Notarius tamquam perſona
publica ſtipulando alteri acquirit actionẽ
ſine ceſsione Paul. Caſt. in l. cum pro quo
ff.in ius voc.num.2.Iacob.Gall. conſ. 108.
num.2.& 4.vbi cenſuit illico ac ſtatim, &
incontinenti actio inde oritur , & ipſo iu-
re abſenti quæritur Theſaur.deciſ.70. n.2.
Magon.deciſ.Florent.57. num.1. Hieron.
de Laurent.deciſ.Auen.91.num.5.Natta
conſ.506.num.16.& conſ.677.num.6. & 7.
Bertazol.d.clauſ.18.gloſ.5. num.8. taliter
153 quod licet ſecundum aliquos non valeat
ſtipulatio facta per Notarium pro abſen-
te ſtipulantem,niſi ipſo abſente ratificãte
de quo ſatis per Viuium in d.Sylua in opi.
211.Pancirol.conſ.146.nu.18., poſtquam
ſtipulatione Notarij acquiratur ius acce-
154 ptãdi irreuocabile ex Couar. Rub. de te-
ſtam.p.3.num.13.probat Marta voro 135.
num.14.Ant.de Amat.var.reſol.30. nu.4.
5.& ſequ., ita vt reuocatio fieri nequeat
155 ſola volũtate promittentis Bertaz.dicto
tract.clauſ.33.gloſ.6.num.1., ſed hoc ſe-
quuta ratihabitione idem in clauſul. 18.
gloſ. 4. num. 1., quam operatur Notarij
156 ſtipulatio, vt interim,nõ poſsit reuocari
per promittentem ,ita poſt longam diſcuſ-
ſionem cenſuit Bertaz.eo. tract. clauſ.18.
gloſ.7.ſub nu.2., nihilominus ius, & actio
157 perſonalis benè acquiritur abſenti ante
ratihabitionem per iura allegata ab eo-
dem Iacobo Gallo vbi ſupra ſub num. 3.
& pariter hypotecaria, vt ſubdit num. 7.
& 12.idem Magon.d.deciſ.Floren.57. Re-
gen.de Ponte conſ.151.num.22. volum.2.
Grat.diſcep.forenſ.cap.405. num.21., ſi-
158 militer,& actio vtilis, nõ tamen directa
Iacob.Gall.ibi num.13.& 16., imò domi-
nium,at quæ poſſesſionem rei, probat idẽ
159 Bertazol.d.tract.d.gloſ.18.5.nu.3. intan-
tum , quod ſi debitor per ſcripturam pri-
uatam aſſeruerit ſe debitorem alicuius
160 ſummę,erga aliam perſonam,ac promi-
ttens ſe eam ſoluturum efficaciter obli-
gatur, & cenſetur ob hoc facta promiſsio
interueniente ſtipulatione, ita Viuius in
161 ſua Sylua in opin.1033. nu.2. nam obli-
gatio, quæ fit cum ſcriptura , & ſine ſcri-
ptura eſt eiuſdem effectus, quia fides, non
ſcriptura eſt ſeruanda Pariſ. de Reaſsũpt.
inſt.Rub.17.num.13., adeò quod ſi obli-
gatus reperiretur abſque ſcriptura cogi
162 poterit ad ſe obligandũ per inſtrumen-
tum Galleſ. in tract. de obligat. in forma
cam.

cam.tit.de inſtrnm.q.3.Viuius in opi.169.
num.2.Borg.deciſ. Flutz.13. num.29. p.2.
multo fortius procedere hoc comperitur
in obligatione facta præuia ſtipulatione
Notarij in inſtrumento, poſtquam præce-
dente interrogatione, & ſubſequenti re-
163 ſpõſione fit de iure ſtipulatio l. 1. ff.de
verb.obligat.vbi Doct. & latius Martucc.
variar.ex planat.lib.1.cap.39. & inde na-
ſcitur obligatio,quæ eſt iuris vinculũ,qua
164 neceſsitate aſtringimur alicuius rei ſol-
uende §.primo inſt de obligar. & de hoc
conficitur publicum inſtrumentum in quo
debitor nominatur, quo caſu ſemper pote
165 rit ad formam Ritus M.C. conueniri ex
diſpoſitione d. ritus 166. notat Galter. in
praxi crim.inſtrument.in 2.ſecundæ partis
Rub.vnica num.1., & proindè promittens
166 non poteſt facere quicquam in præiudi-
cium abſentis, cui hypoteca prius fuerit
quæſita Iacob.Gal.vbi ſupra ſub n.4.in fi.
167 Quantum verò ad ſecundum caput du-
biorum dicebatur eſſe de iure comproba-
tum, dotem nõ aliter poſſe per virũ mulie
ri reſtitui conſtante matrimonio,ſine cau
ſa legitima ad tex.in l.vnica C.ſi dos con-
ſtant.mat.vbi Doct.Rom.ſingul.605. Reg.
de Ponte conſ.125.num.9. volum.2. Muta
decif.Sicil.47. num. 11., cauſæ autem ſunt
168 expreſsè l.mutus §. manente ff. de iure
dot.quæ non aliter conueniunt in facto
noſtro, dum ſimplex ceſsio dotium facta
inſpiciatur, per dictum Stephanum ſuæ
169 vxori Martię,imò hinc cauſa onerosa,vt
deſiderat ipſa ceſsio, quæ ita fieri deber
Afflict.decif.74.num.4., & propterea po-
tius fraudulenter facta præſumi debet,in
perniciem creditorum ſuorum,quod adeò
verum eſt, quemadmodum ex ſeriè facti
colligebatur,dum pacto expreſsè cõuentũ
fuerat inter ſocerum debitorem, & ipſum
Stephanum generum, vt ſolueret certas
pecuniarum quantitates, aliquibus ſuis
creditoribus dando omnia bona in dotem
pro eius filia, ſicque expreſsè ſe obligan-
gãdo, vt dictum eſt, & propterea debebat
ex lui parte adimplere promiſsis, & non
retrocedere bona vxori conſtante matri-
monio,eo quod maritus conſtante matri-
170 monio rei dotalis eſt dominus ad text.
in l.doce ancillam C. de rei vend. l. in re-
bus C.de iure dot. Afflict.252.nu.4.Intrigl.
decif.15.num.93.Monter.dec.Aragon.13.
num.42.Surd. decif.192. num.2. Reg. de
Ponte decif.19.num.1.& conſ.4. num. 32.
volum.2. Natta conſ.139.num.20. Borrel.
conſ.54.num.2.Guttierez in repar. Auth.
ſacramenta puberum nu.42.Caual.pract.
quæſt.cap.749.num.59.tom.2.& cap.5.nu.
32.tom.1.Pinell.in l.1.C.de bon.mater.p.3.
num.12., licet aliqui Doct. voluerint na-
171 turaliter eſſe mulierem dominã,& ciui-
liter virum Reg. de Ponte vbi ſupra num.
11.12.& 13., vel quo ad ius adminiſtrandi,
172 & percipiẽdi fructus Fõtã.de pact.clauſ.
6.gloſ.1.p.2.nu.1.Ant. Fab. in eius Codic.
lib.4. tit.22. defi 6. num.8., & hanc quæ-
ſtionem attingit Fontan.gloſ.8.p.13. in 5.
173 clauſ.nu.19.& ſeq.annuens in rebus æſti-
matis eſſe virum dominum, ſecus in non
æſtimatis,adhuc tamẽ nõ deſunt Doct. af-
174 firmantes verè dominum eſſe dotis poſt
Viuium decif.518.num.15. Franc. Hieron.
de Leo decif.Valent.49.num.20.affirmans
dominum eſſe, non vſufructuarium, & ſic
Fontanell.d.tract.clauſ.6.gloſ.1.p.2.num.
19.& ſeq.& ſic verum dominum,& indubi-
tatum præſertim fructuum dotis idem d.
175 tract.gloſ.6.p.2.nu.1.Farinacc.dec.poſth.
326.num.3.tom.2., quapropter dũm fru-
176 ctus rei dotalis conſtante matrimonio
lucratur Rom.ſingul.591. nu.1. Port. Imol.
conſ.19.num.7., ob quod vſufructuarius
omnium bonorum dotalium extitit Paul.
177 Stayban.conſ.96. num.6 Ioſeph Ludou.
decif.Peruſ.89.num.17.& 18.& dec.Lucc.
21.num. 46.& 57. iuſtum erat,vt maritus
ex donis dotalibus fructus percipiens ad
178 onera eorumdem teneretur Monter.de-
cif.Arag.13.num.4.Viuius decif.197. num.
6., & maximè vt ipſe ſubdit durante ipſo
matrimonio Fontanell.eod.tract. clauſ. 6.
gloſ.3.p.6.num.70., quo fit,vt cum abſq;
179 alia legitima cauſa ſuggerente dotem
retroceſſerat, eidem mulieri non videba-
tur alienus à fraudis ſuſpictione ita Affli.
in tract.de iure protomiſ.§.4.num.12. in-
terminis vbi plures allegat,& hoc ne cre-
ditoribus ſatisfacere potuiſſet, & in for-
tiori termino dixit Maſtrill.dec.Sicil.142.
nu.12., quod maritus ob vergentiam ad
180 inopiam debet reſtituere bona ſua pro
quantitate dotis tantum, ne alij credito-
res ipſius fraudentur, & punctualiter ad
noſtrum propoſitum, & ſingulariter pro-
bat Fontanell.de pact.nup.Gloſ.9.p.5. nu.
84., quod maritus diceretur fraudare cre
181 ditores, ſi ante dilationem, quam habet
de iure reſtituat dotem, & ibid maritus
reſtituens dotem conſtante matrimonio
abſque cauſa, licet ab obligatione dotis
182 liberetur, reſtituens tamen, vltra ſum-
mas non prędicat creditoribus latè Mu-
decif.Sicil.47.num.14.& 16.& ſequ.vbi ex-
preſsè probat ex Bald.conſ.22. lib. 3. in
antecedenti nu.12. quod dos reſtitui non
poteſt

poteſt conſtante matrimonio,ſine cauſa,
quamquam videatur concludere, reſtitu-
183 tionẽ fieri poſſe,ſiuè exiſtente cauſa,va-
lida ceſsãte,vt erit videre apud Malfeſ. in
Conſuetud. Neap.p.6.quæſt.6.§ nu.1.ad 7.
non tamen in præiudicium creditorum,vt
dictum eſt, & tanto magis, quia debitor
184 creditoris pactũ non ſeruans circa ſolu-
tionem non liberatur Seſſe deciſ.Arag.10.
nu.5., cui ad ſtipulatur, quod tradit Ne-
185 guſant.in tract.de pignor. in 2. membro
8.p.num.5., quod emens rem à debitore,
vt ſatisfaciat creditori, ſi non ſatisfaciat
tenetur hypotecaria ex l.diſtractis, cum
Auth. ſeq. C.de pignor. vbi Bald.& cęteri,
quamquam autẽ prætendi potuiſſet acto-
res ipſos non aliter ſuos creditores fuiſſe,
ſed eius ſoceris, & ipſius vxoris,taliter,q
186 maritus nequit à creditoribus vxoris
conueniri, quando omnia ſua bona dedit
in dotem,vt probat Mant.de tacit. & Am-
big.lib.12.tit.6.num.18.& tit.11. num.11.
linc ſanè procederet, quando non fuiſſet
obligatus ſuo proprio, & priuato nomine
adſoluendum debita prædicta,& tanto for
tius, qa in fraudẽ creditorũ procurauerat
retroceſſionem facere vxori ſuæ,ad ſe exi-
mendum ab onere ſoluendi debita,& tan-
to magis,quia cum ad ſui notitiam perue
nerat fuiſſe impeditam liquidationem in-
ſtrumenti contra ſuam vxorem,vnde ſpera
bat à contractu inito diſcedi ex cauſis, vt
ſupra relatis, dum retroceſſerat bona,ne-
ceſſe erat,vt actores contra ipſam dirige-
rent greſſus,ob quod certum erat, quodã-
modo abſolui debere,eo impenſius,quia
talia onera imponi non poterant à patre
in dote ſuæ filiæ, dum erant quaſi omnia
bona materna dotalia peruenta eidem
Martiæ, ſed replicabatur,quod aut bona
in dotem data erãt propria ipſius filiæ ex
187 ſucceſſione materna,& in hoc caſu pater
vſumfructũ habere videbatur ad tex. in l.
1.& 2.C.de bon.mat. Napod. in Conſuet.
Neapol. ſi quis habet num. 28. quo fit, vt
pater creditorum mole oppreſſus, nec in
188 foro exteriori, nec in foro interiori po-
terat vſumfructum, quem habet in bonis
filijs renuntiare in fraudem creditorum
probat hoc Fontan.d. tract. de pact. nupt.
clauſ.4.gloſ.9.p.5. nu.77., & conſequen-
ter obligatus pro tali debito repertus,po-
terat enim paciſci cum genero, dum eadẽ
bona ad eum peruenerant, vt cum dicto
onere ſoluendi debita tranſierint;quorum
bonorum vſusfructus adipſum virum ſpe-
ctare noſcebatur, de quo poterat ſatiſ-
facere creditoribus iuxta ſuam obligatio-
nem conſtante matrimonio, nec aliter illi
189 renuntiare: quia iã ius ei quæſitum erat
non autem quærendum ad tex. in l. non
fraudantur vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg.
iur.in illo enim actu acquiſitionis debitor
poterat præiudicare creditoribus Reg.de
Ponte conſ 7.num.6.volum.2., aut erant
bona patris,etiam cum illis admixta,& eo
caſu non enim erat patri inhibitum gra-
uamen apponere doti filiæ,ex hiſque cõ-
gerit Coſta Siculus in conſ.10. num.25.,
190 quod doti poteſt imponi onus à dotante,
quando de proprio dotat, etenim pater
dotans in ipſo actu dotandi poterit appo-
nere legem, quam vult idem in conſ.87.
num.9., maximè quando vltra legitimam
illa eſſet dos, vt optimè multis deciſioni-
191 bus comprabat Fontan. eo. tract. clauſ.
5.gloſ.10. p. 1. num. 28. dummodo refert
grauamina ſint expreſſa(prout in allegato
facto demonſtrabatur) vbi num. 37. di-
xi, ad hoc circa impoſitionem onerum
doti non eſſe neceſſarium conſenſum filię:
quia nil operaretur,ex quo vix poteſt cõ-
ſiderari vmquam ſaltim liberè præſtitum,
propter metum reuerentialem, & alias,&
ideò,quia ita pactione conuentum erat cũ
genero, & ſocero,conueniẽs erat ea prius
implere,nec prohiberi videtur marito pa-
ciſci ſuper dote conſtante matrimonio
192 prout vult,ita quod nec mulier conque-
ri poterat, n ſi ſoluto matrimonio,vt tra-
dit Cancer.var.reſol.tom.1.cap.9.num.59.
per tex.in l.cum dos,& l.ob res §. de pact.
dot. & l. ſi marito §. 1. & l. ſi ſocer §.1.ff.
ſol.mat.ex quibus omnibus notorietaus
argui demonſtrabatur.

Quò vero ad vltimum obiectum, certũ
erat mulierem ipſam poſſediſſe bona ma-
terna ſibi obuenta iure ſucceſſionis,& pro
ea eius genitorem, quæ poſtea in dotem,
& dotis nomine fuerant data à ſocero
eius genero, qui poſtea eadem met retro-
ceſſerat, & ſic videbatur diuerſo titulo
poſſidere conſtante matrimonio, poſtquã
193 ipſa retroceſſio dotis conſtante matri-
monio cenſetur eſſe quædam donatio, ad
d.l.vnica vbi gloſ.C.ſi dos conſt. mat. ſol.
hinc fit,vt quem admodũ res alienata ſi
reddat ad alienantem ex reſolutione alie-
nationis, tunc alienans diceretur habere
ex primis iuribus,redit in priſtinum domi-
nium,& habet ex nouo titulo; ſecus ſi ex
nouo contractu ex cauſa de nouo orta, &
194 noua conuentione ad tex.in l.1.Cod.de
pact.int.empr.& vend., & primo caſu hæc
incidit in hypotecas priores, ſecus vero
in, ſecundò caſu probat Reg.de Ponte
conſ.

195 conſ.11.nu.13.volum. primo, & in conſ.
92.num.4.vol.2.ex l.fi. C.de remiſſ. pign.
& confert etiam id quod probat Merlin.
deciſ.Lucenſ.33.num.39., quod quando
bona ad aliquem peruenerunt, non ex pa-
tris ſeu aui ſucceſſione, ſed ex alia cauſa,
illa bona non dicuntur patrimonialia; ſed
196 propria, at cum ipſa bona nedum prius,
ſed poſtea in capitulis matrimonialibus
pro debito prædicto fuerãt hypotecata,
ideò per retroceſſionem factam pariter
cenſeri debent hypotecata; nam res tran-
ſit, cum ſua cauſa, & onere l. traditio ff. de
197 acquir. rer. dom. cum alijs adductis per
Dynum conſ.4.nu.2. & 16. vbi caſum con-
ſimilem, examinat, & faciũt multa ad hoc
congeſta per Barboſ. in ſuo opuſculo prin
cipia iuris lit. R.nu.17. & ſucceſſiuè quan-
do res eſſet hypotecata non diceretur li-
bera dixit Anna allegat.78.num.5., ita vt
198 de ea ad libitum diſponere, quis poſſit
ad tex. in l. in re mandata C. mand., ſed
199 obligationi obnoxia pro ſatisfactione
debiti, ſicuti, quando teſtator mandaret
200 ſatisfieri creditoribus, hypoteca induce
retur Anna alleg. 100.n.7., ita ſi debitor
huiuſmodi pactus eſſet, vt ſupra dixi, vt
hypoteca ex hoc oriatur iuſsi demum die
28. Maij 1624. viſis omnibus inſtrumẽtis,
& obligatione Stephani, ac retroceſsione
aſſiſtentiam eſſe præſtandam in forma cũ
adiudicationem tantum, vt loco pignoris
res obligata remaneret.

S V M M A R I V M.

1 *Maritus lucratur dotis lucrum, ob vxo-ri adulterium, & illud filijs reſeruatur.*

2 *Anteſatum, an debeatur pro adulterio, in Regno non eſt deciſum.*

3 *Lucrum pecuniarium, non erit præferendum honeſtæ vindictæ.*

4 *Accuſator ſerò mores vxoris, non auditur.*

5 *Exceptio adulterij infra quinquennium debet opponi.*

6 *Hæredes viri, an accuſare poſſint eius vxorem poſt mortem viri.*

7 *Regula, qui eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.*

8 *Tex. in l. ſi vxor ſ. Iudex de adult. ponderatur.*

9 *Vxor excuſatur, ſi comiſerit adulterium ob cauſam viri.*

10 *Expulſio vxoris reprehenditur. & Actus eſt plebeorum, & ruſticorum, potius, quam nobilium.*

11 *Vir lucratur dotem, ob adulterium vxoris.*

12 *Mulier lucratur augumentum dotis, ob viri adulterium.*

13 *Mulier ob adulterium, perdit omne ius, quod habet in marito.*

14 *Bona paraſrenalia, ob adulterium vxoris amictuntur.*

15 *Mulier inepta repellitur à petitione legati ſibi facti per virum adulterium.*

16 *Anteſatum an ob adulterium ammictatur, & quid ſi poſt mortem viri contingerit deciſio refertur num. 17.*

18 *Terminus beneficij, petiti in cauſa obiectionis exceptionis adulterij, an concedatur.*

19 *Mulier nedum anteſato, ſed dote priuabitur ob adulterium. idem ob oſculum luxurioſum & aliam num.20.*

21 *Acceſſorium ſequitur naturam principalis.*

22 *Acceſſoria gaudent iure, & priuilegijs ſortis principalis.*

23 *Tex. in l. manifeſtè ff. de adult. ponderatur.*

24 *Vxor accuſari poteſt ciuiliter, de adulterio commiſſo, in vita mariti ab eius hæredibus.*

25 *Delicta paria mutua compenſatione tolluntur.*

26 *Furari licitum eſt aliquando, & quando.*

27 *Neceſſitas licitum facit, quod eſt illicitum.*

28 *Adulterium committere, an licitum ſit ob neceſſitatem famis.*

29 *Adulterari an poſſit mulier bannita.*

30 *Iniuria facta vni de agnatione, cenſetur facta toti agnationi.*

31 *Conſanguineus agere, an poſſit pendente accuſatione facta per offenſum.*

32 *Prohibitum directò, non prohibetur per indirectum.*

33 *Exceptio adulterij, an obijci poſſit ab hæredibus viri contra vxorem petentem dotem.*

ARGVMENTVM.

Mulier ob adulterium, an conſequatur donationem, propter nuptias, ſeu lucrum dotis, quartam vel Meſſium.

Miſe-

*Miſericordia tua Domine plena eſt terra: Iu-
ſtificationes tuas doce me.*

VOTVM. XCVIII.

ANgelella Zito ſe obligauerat in ſimul,
cum eius viro Donato Antonio delle
Grottaglie pro ducatis 30. mediante pu-
blico inſtrumento, in caſu diſſoluti matri-
monij contracti inter d. eius filium, & R.
A.C. ob mortem viri, pro lucro quarti, &
Meſſij ſuper lucrandi, ſuccedente in inde
obitu, quæ ſuis viri, timens ipſa Angelella
in futurum non moleſtari, à ſua nuru iudi-
cium inſtituit, petendo imponi ſilentium
& amplius non moleſtari pro conſequu
tione d. quarti, & Meſſij, ex eo quia d. eius
Nurus, quamplurima adulteria commiſe-
rat in conſtantia matrimonij, & in conti-
nuo concubinatu perſiſterat, cum diuerſis
perſonis, non obſtantibus etiam remedijs
Eccleſiaſticis adhibitis, pro ſeparatione
concubitus, expellendo virum, ab eius do-
mo, aufugiẽdo, ac alia committendo, vitã
meretricalem publicè ducendo, cuius rei
1 cauſa lucro prædicto priuari debuerat, &
marito applicari, ac filijs reſeruari quibus
non imputatur in legitimam, ex Bald. in c.
1. col. pen. verſ. ſed quæro, vt lite non con-
teſt. ex Ripa Ruy. Aymon. & Beroo ſequi-
tur Rol. à Valle in tract. de lucro dotis
quæſt. 27. num. 6. Farinacc. de delictis car-
nis q. 142. num. 95. Pro parte ipſius nurus
plura deducebantur iura, quorum vigore
nullo pacto priuari debuerat lucro prędi-
cto, & primò, quia iure cautum non repe-
ritur, vt pro adulterio lucro iamdicto ſibi
promiſſo in capitulis matrimonialibus
priuaretur, neque etiam legibus Regni de-
2 ciſum ita quod Pręſ. de Franc. in deciſ. 669.
in fine, in ſimili caſu dixit, hæc formalia
verba quo vero ad notationem factam
mulieri tempore contracti matrimonij,
ſeu quòad antefatum S.C. reſeruauit mu-
lierem deliberationem, ſecundò ex diſpo-
ſitionem tex. in l. miles §. 1. ff. de adult. de-
ſumitur regula, quod lucrum pecniarium
3 non erit præferendum honeſtè vindictæ, &
ibi ponitur caſus in terminis de ſocero
accuſante nurum de adulterio, malens po
tius accuſatione deſiſtere, & lucrum ex
magis petere, & concludit contra ſocerũ;
tertio fulcirur alia ratione, & dici poterat
nullam competere actionem ex delito
commiſſo in priori matrimonio, ex tempo
4 ris interuallo, nam dicit tex. in l. ſi vxor §.
ſi. ff. eo, ſerò enim accuſator mores, quos
vxorẽ ducendo probauerit, eo quod ma-
gis cum talis ſocius ius accuſandi non ha-
5 bebat, & conſequenter obijciendi tale cri
men ob eius vtilitatem, etenim conceſſum
eſt de iure exceptionem adulterij infra
quinquennium opponi poſſe, vt probat
Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 3. p.
12. num. 17. imò nec ab hæredibus viri, &
criminaliter accuſari, non poterat pro
adulterio cõmiſſo in vita viri latius Va-
laſc. conſult. 169. potiſſimum ad ammiſſio-
nem dotis, & arrarum, quartò dato, & non
6 conceſſo, quod ipſa nurus adulteria com-
miſerat cauſam dederat eius vir, qui vti p
fugus, & frequentator tabernarum ſæpe
ſæpius, alimenta ipſæ denegauerat, ita
7 quod famæ perire cogebatur, & qui eſt
cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati l. manumiſ-
8 ſiones ff. de iuſt. & iur. ad quod tex. optimè
in l. ſi vxor §. Idex ff. eod. dixit, quod Iudex
debet inquirere, an maritus iuridicè viuẽs
mulieri quoque bonos mores colendi au-
9 ctos fuerit, aut cauſam dederat adulteria
committendi ob famem vir, ex hoc ipſa
excuſari videbatur per ea quæ in ſimilibus
probat Flam. de Rubeis in tract. de adult.
in 35. pena adulterij fol. 99. verſ. niſi tamẽ
vapulaſſet &c., vltra quod ipſam pluries
è domo expellerat, talis enim exceſſus ex-
pellendi vxorem valdè reprehenditur, cũ
10 ſi actus potius plebeorum, & ruſticorum,
quam nobilium Criſtof. Martius examin.
7. num. 24. inter deciſ. Senenſ. ex aduerſo
11 autem replicabatur, quod quemadmodũ
vir lucratur dotem in caſu adulterij vxo-
ris ad tex. in l. conſenſu C. de repud. Gloſ.
in d. l. miles §. 1. verbo culpa ff. de adult.
Notant Vaſar. lib. 3. quæſt. forenſ. q. 98. nu.
1. & alios plures allegat Præſ. de Franc.
deciſ. 421. Reg. de Ponte conſ. 98. num. 5.
Rubeus in tract. de adult. in 35. pena f. 97.
Gratian. vbi ſupra num. 35. Facchin. lib. 11.
controuer. iur. cap. 76., quemadmodum è
conuerſò ex adulterio mariti mulier lu-
12 cratur augmentum dotis ex Lupo probat
Sylu. nupt. lib. 4. num. 50. Gabed. deciſ. Lu-
ſit. 124. num. 1. p. 1. & ſic deciſum Romæ
teſtificatur Farinacc. dec. crimin. 157. to. 2.
ergo idem procedere debet in antefato,
ſeu quarta, vel Meſſio, cum ſint acceſſoria
ad dotem, & in terminis Abb. in cap. gau-
demus num. 6. de conuerſ. coniugat. inquit
quod adulterium eſt cauſa, quod lucretur
dotem, & quod vxor donationem propter
nuptias, & in cap. literas de reſt. ſpol. quem
ſequitur Sylua Nupt. lib. 1. num. 158. quod
23 mulier ob adulterium perdit ius omne
quod habet in marito, ſic etiam confirmat
Rubeus vbi ſupra fol. 99. Farinacc. conſ.
190.

Digitized by Google

190.num.12.& in d.tract.de del.Carn.d. qu.
142.num.11.& 12.& 37., & conſequenter
donatione propter nuptias, priuabitur An-
char lib.2. quæſt.famil. q.43. num.4. Nicol.
Valla in tract. de rebus dubijs in 13. tract.
num.7. Roland.de lucro dotis quæſt. 5. nu.
10. & deciſum refert Fontanell. de pact.
nup.clauſ.5.gloſ.8.p.11.num. 53., at etiam
Pariſijs ita iudicatum cenſuit Imbert. Ru-
pell.in Enchirid.Galliç verbo mulieris ali-
menta in fine, imò etiam nec ei reſtitui
debent bona paraſrenalia ob tale adulteriū
Coſm.Nepita in Conſuet. Catan. tit.14. nu.
48.& 50.Fontanell. vbi ſupra num.9. Farin.
de delictis carnis q.142.num.3.Io. Franci-
ſcus de Leonard.in tract. de var.iuris deciſ.
cap.19.num.2., ſecundò, quia mulier nu-
pta committens adulterium repellitur à
15 petitione legati facti per virum probat
Bayard. ad Clarum in § ſtuprum num. 44.
ex Vulpell.conſ.123.Ruyn. conſ.155.n. 3.
& 4.vol.3.Neuiz.in d. Sylua Rub. ſeni non
eſt nubendum num.4. late Grat. diſcepr.
forenſ.cap.5.à num.1.ad 15.tom. primo la-
tius Farinac.de delictis carnis q.132.nu.56.
16 & rationem aſſignant, quia tractatur de lu-
cro, quod ſimiliter in antefato procedere
debet notat Franc.d.deciſ.669 in fine, quod
non tantum locum hoc haberet, ſi in vita
mariti adulterium commiſerit, ſed etiam
ſi poſt eius mortem contingerit, ſimile de-
17 lictum, priuaretur tali antefato, & ſic deci-
ſum atteſtatur Anna Robert.lib.1. rerū iu-
dic. cap.13. quem ſequitur Fontanell. eo.
tract.clauſ.5.gloſ.8.p.12.num.52. vbi in an-
tecedenti num.51.ex Lupo, & Surd. probat
hoc caſu priuari etiam quarta ſibi debita,
tertiò, & ſi per S.C. fuerit aduerſus petitam
reſtitutionem dotis vxoris adulteræ dene-
18 gata reſtitutio, ob criminis adulterij obie-
ctionem, nihilominus quoad ſolutionem
antefati declaratum fuit eſſe admittendum
ad obiectionem talis criminis, ſicque deci-
ſum apparet reſpectu antefati, quod termi-
nus beneficij alias datus curreret apud
Franc.dicta deciſ.431. in fine, quare nedum
lucro dotis, & antefati priuari conſpicitur
ſed etiam dote ei debita, cui nulla tenus erit
19 facienda exiſtente, adulterio ita et Villal.
in comm.opin.verbo adulteria numer. 68.
probat Nepita in Conſuet. Catan. tit. 14.
num.47. Anchar. p.2.q.43.num.4.latiſſimè
Fontanell.d.clauſ.7.gloſ.3.p.12.num.2.& ex
multis Farinac.d.titul.de delictis carnis q.
142. num.2.& ſubdit ibidem Nepita nu.51.
& 61. etiam ob oſculum luxurioſum, vel
manus ad mamillas poſitas, & ibi Fontan.
20 num.9. Hijs præſuppoſitis replicabatur ad
obiecta non aliter obſtare, & primò, ratio
allegata primo loco corruerat, nā ſi nō re-
periat id à legibus determinatū expſsè, ad-
huc poſtquā circa principale, determinatum
apparebat, ſubſequēter determinatum eſſe
videtur pro acceſſorio, ex regula vulgata
21 acceſſorium ſequitur naturam ſui principa-
lis reg.acceſſorium de reg.iur.in 6., etenim
acceſſoria gaudent iure, & priuilegijs ſortis
principalis, ad quod multa deduxit Clap-
22 per.in ſuis deciſ. cauſ.18.queſt.vnica per to-
tā, nec obſtabat ſecunda ratio oppoſita, ex
23 quo ibi tractabatur de actione criminali in
tentate, remiſſa propter luctum, quod non
eſt iuſtum: nam dicit tex. in l.manifeſtè ff.eo.
plectitur, qui prætium pro comperte ſtu-
pro acceperit, non obſtat tertium obiectū,
quia loquitur, quando criminaliter agere-
24 tur, vt dictum eſt, cœterum vxor poterit
accuſari ciuiliter de adulterio commiſſo
in vita mariti ab eius hæredibus, ſi ille quā-
uis adulterij coſcius fuerit, & nō accuſaue-
rit, vel non habuerit tēpus, & facultatē ad
accuſandum Valaſ.vbi ſupra num.6. & ſeq.
vbi alia, Nec demū, & quarta ratio deducta
ob cauſam per virū datam vxori obſtabat,
quoniam iura illa loquuntur, quando in eo-
dem crimine vir incidiſſet, tunc cōpenſatio
ni locus eſſet ex regula vulgata paria deli-
cta mutua compenſatione tolluntur ad tex.
25 in l.viro atque vxore ff.ſol.mat. vbi eſt ca-
ſus in terminis cum alijs adductis per Bar-
boſ.in ſuo Opuſcul.Principia iuris. lit P.nu.
6. Abb.in terminis in cap. conſtitutus num.
9.de conuerſ. coniugat. cæterum ſi cauſam
famis præbuiſſet vir vxori, ob victum dene-
gatum, non per hoc vrgente famis neceſſi-
26 tate ſe adulterari pati debuerat, nam & ſi
licitum ſit aliquando ſuggerente neceſſita-
te famis furari l.quæ propter neceſſitatem
de reg. iur. eo quod ipſa neceſſitas licitū facit
quod alias eſſet illicitum cap. quod non eſt
de reg. iur. cum alijs adductis per eundem
Barboſ. d. opuſc. lit.H.num. 7. Abb.in cap.
quoniam de ſimon.num.5. non tamen licitū
erit meretricare ob talem neceſſitatem, ne-
que adulterium committere ita expreſsè
Dec.d.l.quæ propter num.4.vbi Additio, &
Gagnol.ibi num.2. ſequitur eos citando Io.
Dominicus Martucc.Varia.explana.lib.pri
mo cap.6.num.4.& ſequ Molfeſ.in Conſue.
Neapol.p.5.de aliment.præſt.qu.1.num.6.
Viuius deciſ.241.num.50. latiſſimè Blaſcus
in memorab. ſylua in memor.6. num.15.,
quemadmodum nec licitum erit fœminam
bannitam adulterare, licet poſſit occidi per
per rationem relatum à Claro in § homi-
cidium n.46.Blaſ.ibi nu.18.Rubeus d.tract.

cap.22. Nec demum reſpuenda erit ratio illa, quod ipſi actrici nulla circa hoc cōpetebat actio, poſtquam iniuria facta vni de agnatione, toti agnationi facta videtur notant Gram.conſ.crim.58.num.6. & 7. & deciſ.5.num.12.deciſ.23.num.2.Bayard.ad Clarum in §.iniuria nu. 40. nam hec actio adulterij etiam agnatis datur Franc.dec. 94. num. 1., quamquam conſanguineus agere non poſſit pendente accuſatione facta per ipſum offenſum dixit Marant. in Specul.p.6.verbo.inquiſitio num. 95., nihilominus non prohibetur pro defenſione ſuorum iurium de crimine obijcere per viā exceptionis, nam prohibitum directè non poteſt fieri per indirectum l. ſeius ff. ad l. falcid.cum alijs citatis per Barboſ. in dict. opuſc.princ.iur.lit.P. num.63. & quod detur exceptio hæredibus viri contra vxorē petentem dotem tenuit Rub.d. tract. de adult.cap.13.num.2.Maſtrill.deciſ.57.nu. 2., quæ ſiquidem opinio tuta non eſt, ſed totum contrarium ſeruatur ex Ceuall. qu. 708.in fine firmat ibidem Grat. num. 22. Freder. Schenc. in ſuo viridario concluſ. 119. de quo erit vendendus Farin. d.tract. quæſt.142.à num.113., cum ſeq. vbi id declarat, interea conuentus petiſt primum beneficium, & fuit ei conceſſum die 4. Septembris 1625. ſed per aduentum ſucceſſoris, non aliter, fuit cauſa principalis deciſa.

SVMMARIVM.

1 *Cautela monacorum pro contractu celebrando, qualiter fiat.*
2 *Conpenſare, non eſt ſoluere, ſed ficta ſolutio.*
3 *Iuramentum obligat, ad factum implendum informa ſpecifica.*
4 *Solutio promiſſa, cum iuramento compēſatio tollitur.*
5 *Compenſatio, contra inſtrumentum liquidum, an admictatur. & an contra obligationes, nu.6. ſimiliter aduerſus cenſum debitum vigore bullæ. nu 7. item aduerſus actionem habentem paratam exequutionem, nu.8. aut obligationem informa Cameræ, nu.9.*
10 *Ritus M. C. 166. realem ſolutionem admictit.*
11 *Diſpoſitum in vno cenſetur in alio diſpoſitum ex regula correſpectiuitatis, quod procedit per modum fictionis, nu.12. limitatur, quando adeſſet diuerſitas cauſarum nu.13. item, quando aliter appareret inter partes conuentum nu.14.*
15 *Conpenſatio de liquido ad illiquidum non admictitur.*
16 *Deciſiones M.C.V. ac S.C. afferuntur circa compenſationes oppoſitas, aduerſus liquidationes inſtrumentorum.*
17 *Reconuentio, an admictatur in cauſa liquidationis inſtrumentorum, & numer.22.*
18 *Reconuentio fit coram Iudice prorogato, & quare.*
19 *Reconuentio, locum habet, etiam in non ſubdito puta clerico.*
20 *Reconuentio fit ex neceſſitate iuris.*
21 *Reconuentio in iudicio exequutiuo, an admicti debeat, referuntur opiniones contrariè, & ſub diſtinctione concordantur.*
23 *Reconuentio oppoſita contra iudicium exequutiuum, ſi non poteſt terminari, non differtur exequutio.*
24 *Probari, dicitur id quod per inſtrumentū poteſt probari, ſeu per acta liquida exiſtentia.*
25 *Conpenſatio, quando opponi poſſit.*
26 *Cauſa qualibet, & ſi ſummaria, & exequutiua, habet ſuam inſtantiam.*
27 *Cauſa conuentionis, ſi altiorem requireret indaginem, reconuentio admicteretur aliàs. ſecus, ita è contra.*
28 *Cauſa reconuentionis, tunc diceretur altiorem indaginem requirere, quando non poſſit eadem inſtantia finiri, vel probari.*
29 *Deciſio M.C. affertur, circa reconuentionem factam formiter, aduerſus liquidationem inſtrumenti.*
30 *Reconuentio in cauſa exequutiua, non debet admicti.*
31 *Reconuentio, non retardat exequutionē obligationis informa Cameræ.*
32 *Liquidatio inſe habet ſummarium proceſſum.*
33 *Praxis liquidationis inſtrumenti de iure communi producitur.*
34 *Reconuentio, non operatur, quò ad effectū proceducendi ſimultaneo proceſſu, quando eſſent inter ſe diuerſa cauſa conuentionis, & reconuentionis.*
35 *Cauſa reconuentionis, quando non poteſt expediri abſque termino, expeditur cauſa conuentionis.*
36 *Cauſa reconuentionis ſummariè tractanda erit, quando actor cauſam conuentionalem, ita tractari obtinuit.*
37 *Iudex, malè facit, ſi cauſa conuentionis liquida prius tractari debens, ſimul, cum cauſa*

cauſa reconuentionis expediri vellet.

38 *Arrendatores Duanarum, ac cæteri miniſtri exemptionem fori habent ex particulari prouiſione R.C.S.*

39 *Iuriſdictio dependet à Rege tamquam à fonte.*

40 *Princeps poteſt iuriſdictiones particularium, ac ciuitatum ſupprimere.*

41 *Princeps iuriſdictiones ad ſuum libitum reuocat.*

42 *Lex aliquid mandans obſtat.*

43 *Iuriſdictio, quando priuatiuè conceſſa dicatur.*

44 *Clauſula priuatiua, facit clauſulam ſimilem clericali.*

45 *Clauſula abdicatiua in priuilegijs appoſita ſimilis eſt clauſula clericali, & operatur abdicationem iuriſdictionis num. 46.*

47 *Dictio, quamuis eſt generalis.*

48 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda.*

49 *Lex indiſtinctè loquens, indiſtinctè intelligenda.*

50 *Cauſa inſtrumentalis, non eſt omnino criminalis.*

51 *Baro cognoſcit de cauſis inſtrumentorum ſi in priuilegio expreſſè hoc habeat.*

52 *Exceptio declinatiua, an admictatur aduerſus exequutionem pro cenſu vendito.*

53 *Pragmatica 1. de liquidat. inſtrum. declaratur.*

54 *Deciſio Mag. Cur. Vic. affertur, vt remiſſio cauſæ inſtrumentalis, non admictatur.*

55 *Proceres, & Magnates, ac habentes ſeptem Officia Regni pro liquidationibus inſtrumentorum conueniuntur in M. Cur.*

56 *Præminentia M.C.V. inter cætera conſiſtit in cognitione recognitionis apocarum banci, ac liquidationum inſtrumentorum.*

ARGVMENTVM.

Compenſatio, & renuntiatio, an locum habeat in cauſa inſtrumenti præſentati, via Ritus M. C.V.

In eternum, non obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis viuificaſti me.

VOTVM. XCIX.

AD inſtantiam fratris Antonij de Monop. ordinis Conuentuallum S. Franciſci, fuit citatus ſuper tenore inſtrumenti publici Io. Bacchinus, prætextu cuiuſdam affictus certi magazeni eidem locati, pro ſumma ducatorum quindecim vnius annatæ finitæ: qui Curia pro Tribunalj ſedente comparendo oppoſuit compenſationem, ac renuntiationem producendo aliquas ſcripturas, & inſtrumentum alias celebratum in anno 1581. de Menſe Martij per quondam Antonium Bacchinum eius patrem, qui dederat certā ſummam ducatorum 350. capitalis eidem venerabili conuentui, ad rationem ducatorum 35. ſuper certa apoteca, & magazeno contiguo ipſius conuentus, cum ſollemni obligatione bonorum Eccleſiæ celebratum congregato cœtu Monacorum, ad ſonum campanelli, vt moris eſt, iuxta cautelam per Bonacoſ. in tract. cautel. C. verſ. cautela eſt, quod in inſtrumentis contractuum fol. mihi 18. quam ſiquidem ſummam, inſimul, cum alijs quantatibus in Regno Neapol. prædictus Antonius dederat eidem Ioanni in præmium ſuæ mancipationis, quemadmodum ex probabilibus inſtrumentis in promptu productis liquebat, & poſt interpoſitionem ſoliti decreti, quod viſis ſcripturis ex Bancam prouideretur hæſitari, contingit ſuper alia decreti interpoſitione, quid prius agendum eſſet? quapropter reſpectu compenſationis oppoſitæ, dum fuerat promiſſa ſolutio in inſtrumento, & non ſatisfactio, non poterat compenſatio opponi, ex quo compenſare non eſt ſoluere, quia eſt
2 ficta ſolutio Surd. deciſ. 161. num. 12. deciſ. 186. num. 3. deciſ. 191. nu. 5. Seſſe deciſ. Arag. 88. num. 3. Grat. cap. 356. num. 14. & 17. ſic concludit Troyſ. in Ritu 166. nu. 25. & 26. & ideò compenſatio nullatenus admictenda, ſed actēcto iuramēto præſtito debebat illud in forma ſpecifica obſeruari, nam illud obligat ad factum, & implendum in forma
3 ſpecifica, & impleri nequit per equi pollens vt latè Mancin. de iuram. p. 4. in 12. effectu, & 166. num. 1. & conſequenter, ſi ita fuerit
4 iuratum cōpenſatio, nō admicteretur latius Manc. d. tract. p. 4. effectu 30. Igitur concluditur, vt aduerſus liquidum inſtrumentum, & iuratum compenſatio non erit admictē-
5 da, vt diffusè Frecc. in tract. de præſent. inſtrum. in 7. p. num. 1. Sebaſt. Medic. in tract. compenſat. p. 1. q. 47. Borg. deciſ. 28. num. 43. p. 2. Galter. in praxi inſtrum. 2. p. 3. p. Rub. 3. à num. 5. cum ſeq. vbi allegat Vrſill. ad Af-

fflict.deciſ.381.dicentem,numquam potuiſſe obtinere in S.C. neque in Mag.C. contra
6 obligationes penes acta, & inſtrumenta liquida præſentata iuxta Ritum. compenſationem, fortè ex Conſil.Gozad.69.facit etiã
7 quòd compenſatio nõ admittitur in Regno Siciliæ in cenſu debito iuxta formam Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ Caſtill.dec.Sicil.118.
8 num.7.ſimiliter nec opponi poteſt aduerſus actionem, quæ paratum habet exequutionẽ Mantic.de tacit.& ambig.lib.19.tit.55.n.12.
9 nec ſtante obligatione camerali, ex Afflict. & Capyc.Gratian.deciſ.Marchiæ 179.nu.9. & fortius, quia tali exceptioni renuntiari ſolet, & cum ſoluere iurauerat, videtur ſe obligare ad non compẽſandum, & per Capyc.deciſ.167.num.4.& 8.Afflict.deciſ.381. num.3.Graſſ.in tract.de except.in except.16. num.28. Laurent. deciſ. Auen. num.3. Pandus de præſent.inſt.5.p.decl.12. num.2, verſ.22.Martius in examina.60. num. 21. &
10 ſequentibus, & eo fortius hoc comprobari videbatur ex diſpoſitione Ritus M.C.V. qui realem ſolutionis exceptionem requirit, ſeu ſatisfactionis inquit Pandus vbi ſupra num.11.in 50.declar.Anton. de liquid. inſt.conſid.4.num 55.& 55.tunc compenſationis exceptioni locus non erit, vbi ſtatutum veram ſolutionem requirit Franc. Marc.deciſ 148. num.4.tom.2.Criſtof. Martius in examinat.60.num.14. inter eius dec. Senenſ.& memini annis proximè elapſis de eadem re incidiſſe, & in M.C.V diſſe agitatũ fuiſſe in fortiori caſu, eo quod dum fuiſſet oppoſita compenſatio debiti per debitorẽ, pro certa ſumma infra dicenda eidem debita per creditorem inſtrumentum præſentatem via ritus, vigore alterius inſtrumenti eodem die, eodem anno, eodem loco cum eodem Notario, & teſtibus celebrato inter eaſdem met partes, ſicque ratione corre-
11 ſpectiuitatis diſpoſitũ in vno cenſetur quoque in alio ex reg. in l. lecta verſ.dicebam ff.ſi cer.pet.facit l. fundi partem ff. de contrah.empt.l.ſi ventri §.in bonis ff.de priuil. cred.l.iuris gentium §.quinimo ff.de pact. l. petens C.eo.Papon.conſ.58.num.34. Franc. deciſ.369.num.4.Conſil.de Georg.alleg.22. num.42.& ſeq.Marin.Frecc.de præſen.iuſt. p.7 q.7.num.2., quod procedit per modum
12 fictionis tantum, non autem præſumptionis Iaſ.d.l. lecta num.14. Purpur. num.46. Bart. in l. ſi is qui pro emptore ff.de vſu c.
13 quæ ſiquidem regula limitatur quoties ad eſſet diuerſitas cauſarum, vt in facto liquebat, quoniam tunc ceſſaret correſpectiuitas Mohed.dec.224., ſecundò limitatur, quãdo aliud appareret actum inter partes pro-

vt in facto, ex eo quia talis contractus du-
